AUGUSTINI
DE CIVITATE
DEI · 1470

Montfaucon, Diar. ital. c. 18. hanc Romanam anni 1470 editionem laudat ut omnium primam. est illa tertia tantum, quinta forsan. quippe 1.a est anni 1467. (supra n.° 7) 2.a 1468. (n.° 13.) aliam ipso anno 1470 excudit venetiis Vind. de Spira, quam nostra Bibliotheca non possidet. altera demum est argentinensis absque anni nota, sed quae potuit anno 1468 vel 1469 prodire in lucem; quâ etiam caremus.

[illegible]

[illegible]

Aurelii Augustini Hipponen̄ Episcopi de Ciuitate dei primi libri incipiunt Rubrice

De aduersariis nominis Christi: quibus in uastatione urbis propter Christum barbari pepercerunt uictis. Capittulum primum. Gloriosissimam.
Quod nulla unquā bella ita gesta sunt: ut uictores ꝓpter deos eorū quos uicerant: parcerent uictis. Capittulum secundum. Tot bella.
Quam imprudenter Romani deos penates qui troiam custodire non poterant: sibi crediderunt profuturos. Capittulum tertium. Ecce quibus.
De asylo Iunonis in troia: ꝙ neminem liberauit a grecis: et basilicis apostolorum que omnes ad se confugientes a barbaris defenderunt. Capittulum q̄rtum. Vel q̄s
Quod ne Romani quidem ita ullas ceperunt ut ciuitates in templis earum parcerent uictis. Capittulum quintum. Quid ergo.
Quod in euersione urbis: que aspere gesta sunt de consuetudine acciderint belli: que uero clementer de potentia prouenerint nominis Christi. Ca. vi. Cum igitur.
De commodis atq; incommodis: que bonis ac malis plerūq; cōia sūt. Ca. vii. Ista.
De causis correctionū: ꝓpter q̄s et boni et mali pariter flagellant̄. Ca. viii. Quid.
Quod sanctis in amissione rerū tpalium nihil pereat. Capittulum. ix. Quibus.
De fine tempalis uite: siue longioris siue breuioris. Capittulum. x. Sed enim.
De sepultura humanorum corporum: que christianis etiam si fuerit negata nil adimit. Capittulum undecimum. At enim.
Que sit ratio sanctorum corporum sepeliendi. Capittulū duodecimū. Nec ideo.
De captiuitate scōrū: qbus nunq̄ diuina solacia defuerunt. Ca. xiii. Sed multi
De Regulo in quo captiuitatis ob religionem etiam spōte tolerande extat exēplū: ꝙ tamen illi deos colenti prodesse non potuit. Capitulum. xiiii. Habet tamē.
An stupris que etiā sanctarū forte uirginū et passa captiuitas: cōtaminari potuerit uirtus animi sine uoluntatis assensu. Capittulū quintumdecimū. Magnum sane.
De morte uoluntaria ob metum pene siue dedecoris. Capittulū. xvi. Ac ꝑ hoc.
De aliena uiolentiarum libidine: quā in oppresso corpore mens inuita perpetitur. Capittulum decimumseptimum. At enim.
De Lucrecia: que se ob illatum sibi stuprum peremit. Capittulū. xviii. An forte.
Nullam esse auctoritatem: que christianis in qualibet causa ius uoluntarie necis attribuat. Capitulum decimumnonum. Neq; enim.
De interfectionibus hōim que ab homicidii crimīe excipiūt̄. Ca. xx. Quasdam.
Quod nūq̄ possit mors uolūtaria ad magnitudinē aīmi ptinere. Ca. xxi. His ergo
Quale exemplum sit Catonis: qui se uictoriam Cesaris non ferens interemit. Capittulum uicesimumsecundum. Sed tamen.
Quod in ea uirtute qua Regulus Catone prestantior fuit. multo magis emineant christiani. Capittulum uicesimumtertium. Nolunt autem.
Quod peccatum nō per peccatū debeat declinari. Capittulum. xxiiii. At enim.
De his que fieri nō licet: cum a sanctis facta noscuntur qua ratione facta credenda sint. Capittulum uicesimumquintum. Sed quedam.
An ꝓpter declinationē peccati: mors spōtanea appetēda sit. Ca. xxvi. Restat.
Quo iudicio dei in corpora continentium libido hostilis peccare permissa sit. Capittulum uicesimumseptimum. Quod si forte.
Quid familia Christi respondere debeat infidelibus: cū exprobrant ꝙ eam a furore

¶ Rubrice secundi libri Aurelii Augustini
Hipponeñ Epi de Ciuitate dei incipiunt.

prodat hiſtoria. ¶ Capittulum decimumoctauum. ¶ Itaq; habebo.
De corruptione romane Reipublice: priuſ q̄ cultum deorum Chriſtuſ auferret.
¶ Capittulum decimumnonum. ¶ Ecce romana.
Quali uelint felicitate gaudere: et quibuſ moribuſ uiuere: qui tempora Chriſtiane
religioniſ incuſant. ¶ Capittulum uiceſimum. ¶ Veruntamen.
Que ſententia fuerit Ciceroniſ de romana Republica. ¶ Capittulū. xxi. ¶ Sed ſi.
Quod diiſ romanorum nulla unquam cura fuerit: ne maliſ moribuſ Reſpublica de-
periſſet. ¶ Capittulum uiceſimumſecundum. ¶ Sed quod pertinet.
Varietateſ rerum temporalium non ex fauore aut impugnatiōe demonum: ſed ex
ueri dei pendere iudicio. ¶ Capittulum uiceſimumtertium. ¶ Quid q̄.
De ſillaniſ actibuſ: quorū ſe demoneſ oſtētauerūt adiutoreſ. ¶ Ca. xxiiii. ¶ Silla.
Quantū maligni ſpirituſ ad flagitia incitant homineſ cum cōmittendiſ ſceleribuſ q̄ſi
diuinam exempli ſui interponunt autoritatem. ¶ Capittulum. xxv. ¶ Illinc uero.
De ſecretiſ demonum monitiſ: que pertinebant ad bonoſ moreſ: cum palam in ſacriſ
eorum omniſ nequicia diſceretur. ¶ Capittulum uiceſimumſextū. ¶ Que cum.
Quanta euerſione publice diſcipline romani diiſ ſuiſ placandiſ ſacrauerint obſcena
ludorum. ¶ Capittulum uiceſimumſeptimum. ¶ Vir grauiſ.
De Chriſtiane religioniſ ſalubritate. ¶ Capittulum uiceſimumoctauū. ¶ Ab iſtarū
De abiciendo cultu deorum cohortatio ad romanoſ. ¶ Ca. xxix. ¶ Hec potiuſ.

¶ Libri tertii rubrice Aurelii Auguſtini
Hipponeñ Epī de Ciuitate dei incipiunt.

De aduerſitatibuſ quaſ ſoli mali metuunt: et quaſ ſemper paſſuſ eſt mūduſ cum
deoſ coleret. ¶ Capittulum primum. ¶ Iam ſatiſ.
An dii qui et a romaniſ et a greciſ ſimiliter colebant: cauſaſ habuerint quibuſ Ilium
paterentur excidere. ¶ Capittulum ſecundum. ¶ Primum ipſa.
Non potuiſſe offendi deoſ Paridiſ adulterio: quod inter ipſoſ traditur frequentatū
¶ Capittulum tertium. ¶ Vrbem romam.
De ſententia Varroniſ: qua utile eſſe dixit ut ſe homineſ diiſ genitoſ mentiantur.
¶ Capittulum quartum. ¶ Dixerit aliquiſ.
Non probari q̄ dii adulterium Paridiſ punierint: quod in matre Romuli non ulti
ſunt. ¶ Capittulum quintum. ¶ Sed utrum.
De parricidio Romuli: q̄d dii non uindicarunt. ¶ Capittulū ſextū. ¶ Aliud adicio.
De euerſione Ilii quod dux Marii Fimbria excidit. ¶ Capi. vii. ¶ Certe enim.
An debuerit diiſ Iliaciſ roma committi. ¶ Capittulum. viii. ¶ Diiſ itaq;.
An illā pacē que ſub Numa fuit: deoſ preſtitiſſe credendū ſit. ¶ Ca. ix. ¶ Dii etiam.
An optandum fuerit: ut tanta bellorum rabie romanum augeretur imperium: cū eo
ſtudio quo ſub Numa auctū ē: et qetū eſſe potuit et tutū. ¶ Ca. x. An reſpondent.
De ſimulacro Cumani Apolliniſ: cuiuſ fletuſ credituſ eſt cladem grecorum quibuſ
opitulari non poterat indicare. ¶ Capittulum undecimum. ¶ Neq; enim.
Quantoſ ſibi deoſ romani preter conſtitutionem Nume adiecerint: quorum eoſ
numeroſitaſ nihil iuuerit. ¶ Capittulū doudecimum. ¶ Nec hiſ ſacriſ.
Quo iure quo federe Romani optinuerūt prima cōiugia. ¶ Ca. xiii. ¶ Quomodo
De impietate belli quod albaniſ romani intulerunt: et de dominandi libidine adepta
uictoria. ¶ Capittulum decimumquartum. ¶ Quid deinde.

Qualis romanorum regū uita atq; exitus fuerit. ¶ Ca. decimūquintū. ¶ Nullus ergo
De primis apud romanos consulibus: quorum alter alterum patria pepulit: moxq;
rome post atrocissima parricidia a uulnerato interiit hoste uulneratus. ¶ Capitulū
decimumsextum. ¶ Huic tempori.
Quante clades romanos sub bellis punicis triuerint: frustra deorū presidiis expetitis.
¶ Capitulum decimumseptimum. ¶ Iam uero.
De afflictione belli punici secūdi: q̄ uires utriusq; cōsūpte sūt. Ca. xviii. ¶ Secundo.
De exicio saguntinorum: quibus propter romanorum amiciciam pereuntibus: dii
romani auxilium non tulerūt. ¶ Capitulum decimumnonum. ¶ Sed in.
Quam ingrata fuerit romana ciuitas Scipioni liberatori suo: et in quibus moribus
egerit quando eam Salustius optimam fuisse describit. ¶ Capi. xx. ¶ Porro inter.
De Mithridatis edicto: quo omnes ciues romanos qui intra asiam inuenirent̄ iussit
occidi. ¶ Capitulum uicesimumprimum. ¶ Quamuis illud.
De interioribus malis: quibus romana Respublica exagitata est: precedente ꝓdigio
qđ in rabie omniū aīaliū que hominibus seruiunt fuit. ¶ Ca. xxii. ¶ Sed iam illa.
De discordia ciuili quā gracci seditiōes excitauerunt. ¶ Ca. xxiii. Inicium.
De ede concordie: ex Senatusconsulto in loco seditionum et cedium condita.
¶ Capitulum uicesimumquartum. ¶ Eleganti sane.
De diuersis generibus belli: que post conditam edem concordie sunt secuta.
¶ Capitulum uicesimumquintum. ¶ Preclarum uero.
De bello ciuili mariano atq; syllano. ¶ Capitulum. xxvi. ¶ Cum uero.
Qualis fuerit sillana uictoria: uindex Mariane crudelitatis. Ca. xxvii. ¶ Syllana.
De comparatione gothice irruptionis: cum eis cladibus quas romani uel a gallis uel a
bellorum ciuilium auctoribus exceperunt. ¶ Capitulum. xxviii. Quid roma.
De connexione bellorum: que aduentum Christi plurima et grauissima precesserūt
¶ Capitulum uicesimumnonum. ¶ Crudelia.
Quā impudenter ꝑñtia incommoda Xp̄o imputent: qui deos colere non sinuntur:
cū tante clades contra eos tempore quo colebant̄ extiterunt. ¶ Ca. xxx. ¶ Deos.

¶ Quarti libri rubrice Aurelii Augustini
Hipponeñ Epi de Ciuitate dei incipiunt.

DE his que primo uolumine disputata sūt. ¶ Capitulū ꝓmū. ¶ De ciuitate dei.
De his que libro secundo et tertio continent̄. ¶ Ca. secundū. ¶ Promiseramus
An altitudo imperii que non nisi bellis acquiritur: in bono siue sapientium habenda
sit siue felicium. ¶ Capitulum tertium. ¶ Quāq̄ prius.
Quam similia sint latrociniis regna absq; iusticia. ¶ Capitulū. iiii. ¶ Remota itaq;.
De fugitiuis gladiatoribus: quorum potentia similis fuerit regie dignitati.
¶ Capitulum quintum. ¶ Proinde omitto.
De cupiditate Nini regis: qui ut latius dominaretur primus intulit bella finitimis.
¶ Capitulum sextum. ¶ Iustinus qui.
An regna terrena inter ꝓfectus suos atq; defectus: deorum uel iuuent̄ uel deserant̄
auxilio. ¶ Capitulum septimum. ¶ Si nullo.
Quoꝝ deoꝝ presidio putant romani imperium suū auctū atq; seruatum: cū singulis
uix singularū rerū tuitionem cōmittēdā esse crediderunt. ¶ Ca. viii. ¶ Deinde que
An imperii romani amplitudo et diuturnitas Ioui fuerit ascribenda: quē summum

¶ Rubrice libri quinti Aurelii Augustini
Hipponeñ Epi de ciuitate dei incipiunt.

CAusam romani imperii omniumq; regnorum nec fortuitã esse: nec in stellarũ positione consistere. ¶ Capitulum primum. ¶ Quoniam.
De geminorum simili dissimiliq; ualitudine. ¶ Capitulũ secundũ. ¶ Cicero dicit.
De argumento quod ex rota figuli Nigidius mathematicus assumpsit in questione geminorum. ¶ Capitulum tertium. ¶ Frustra.
De Esau et Iacob geminis multum inter se morũ et actionum qualitate disparibus. ¶ Capitulum quartum. ¶ Nati sunt.
Quibus mõis cõuincant̃ mathematici uanã scientiã pfiteri. ¶ Ca. v. ¶ Quid uidem.
De geminis disparis sexus. ¶ Capitulum sextum. ¶ Nouimus.
De electione diei quo uxor ducitur: quo ue in agro aliquid plantatur aut seritur. ¶ Capitulum septimum. ¶ Iam illud.
De his qui non astrorum positionem sed connexionem causarum ex dei uoluntate: pendentem: fati nomine appellant. ¶ Capitulum octauum. ¶ Qui uero.
De prescientia dei et libera hominis uoluntate: contra Ciceronis definitionem. ¶ Capitulum nonum. ¶ Hos Cicero.
An uoluntatibus hominum aliqua dominetur necessitas. ¶ Capi. x. ¶ Vnde nec illa.
De uniuersali prouidentia dei: cuius legibus om̃ia cõtinent̃. ¶ Ca. xi. ¶ Non ergo.
Quibus moribus antiqui romani meruerũt: ut deus uerus q̃uis nõ eum colerẽt eorũ augeret imperium. ¶ Capitulum. xii. ¶ Proinde.
De amore laudis: q cũ sit uiciũ ob hoc uirtus putatur: quia per ipsum uicia maiora cohibentur. ¶ Capitulum decimumtertium. ¶ Quamobrem.
De resecando amore laudis humane: quoniam iustorum gloria omnis in deo sit. ¶ Capitulum decimumquartum. ¶ Huic.
De mercede tpali: quã deus reddidit bonis moribus romanorum. ¶ Ca. xv. Quibus.
De mercede sanctorum ciuium ciuitatis eterne: quibus utilia sunt romanorũ exẽpla uirtutum. ¶ Capitulum decimumsextum. ¶ Merces.
Quo fructu romani bella gesserint: et quantum his quos uicere contulerint. ¶ Capitulum decimumseptimum. ¶ Nam quid.
Quam alieni iactantia debeãt esse Christiani: si aliquid fecerint pro dilectiõe eterne patrie: cum tanta romani gesserint pro humana gloria et ciuitate terrena. ¶ Capitulum decimumoctauum. ¶ Quid ergo.
Quo inter se differant cupiditas glorie et cupiditas dñatiõis. Ca. xix. Interest.
Tã turpiter seruire uirtutes humane glorie: q̃ corporis uolũtati. ¶ C. xx. ¶ Solent.
Romanum regnum a deo uero esse dispositum: a quo est omnis potestas: et cuius prouidentia reguntur uniuersa. ¶ Capitulum uicesimumprimum. ¶ Que cum.
Tempora exitusq; belloꝝ ex dei pendere iudicio. ¶ Ca. xxii. ¶ Sic etiam tẽpora.
De bello in quo Radagaysus rex gothorum demonum cultor: uno die cum ingẽtibus copiis suis uictus est. ¶ Capitulum uicesimumtertium. ¶ Quod tamen.
Que sit christianoꝝ impatorũ et q̃ uera felicitas. ¶ Ca. xxiiii. ¶ Neq; enim.
De prosperitatibus quas Costantino imperatori Christiano deus contulit. ¶ Capitulum uicesimumquintum. ¶ Nam bonus.
De fide et pietate Theodosii Augusti ¶ Capitulum uicesimumsextum. ¶ Vnde et.

Incipiunt sexti libri rubrice de Ciuitate dei
beati Augustini Hipponensis Episcopi.

DE his qui dicunt deos a se non propter presentem uitã coli: sed propter eternã Capittulum primum. ¶ Quinq; superioribus.
Quid Varronem de diis gentium sensisse credendum sit: quorum talia et genera et sacra detexit: ut reuerẽtius cũ eis ageret si de illis oĩno reticeret. Ca. ii. ¶ Quis Marco
Que sit partitio Varronis librorũ suoꝝ: quos de antiquitatibus rerum humanarum diuinarũq; composuit. ¶ Capittulum tertium. ¶ Quadraginta.
Quod ex disputatione Varronis apud cultores deorum antiquiores res humane q̃ diuine reperiantur. ¶ Capittulum quartum. ¶ Varronis igitur.
De tribus generibus theologie secundum Varronem scilicet uno fabuloso: altero naturali tercioq; ciuili. ¶ Capittulum quintum. ¶ Deinde illud.
De theologia mistica id est fabulosa: et de ciuili contra Varronem. ¶ Capittulum sextum. ¶ O Marce.
De fabulose atq; ciuilis theologie similitudine atq; concordia. ¶ Ca. vii. ¶ Reuocat
De interpretationibus naturalium rationum: q̃s doctores pagani pro diis suis conãt ostendere. ¶ Capittulum octauum. ¶ At enim habent.
De officiis singulorum deorum. ¶ Capittulum nonum. ¶ Quid.
De libertate Scenece qui uehementius ciuilem theologiam reprehendit q̃ Varro fabulosam. ¶ Capittulum decimum. ¶ Libertas sane.
Quid de iudeis Seneca senserit. ¶ Capittulum undecimum ¶ Hic inter alias.
Quod gentilium deorũ uanitate detecta: nequeat dubitari eternã eos uitã nemini prestare: qui nec ipsam adiuuant temporalem. ¶ Ca. xii. ¶ Nunc propter tres.

¶ De Ciuitate dei septimi libri Augustini
Hipponeñ Episcopi incipiunt rubrice.

AN cũ in theologia ciuili deitatem non esse constiterit: in selectis diis eã inueniri posse credendum sit. ¶ Capittulum primum. ¶ Diligentius.
Qui sint dii selecti: et an ab officiis uiliorũ deoꝝ habeãt excepti. ¶ Ca. ii. ¶ Hos certe
Quã nulla sit ratio que de selectione quorundam deorum possit ostendi: cur multis inferioribus excellensior amministratio deputet. ¶ Capittulũ. iii. ¶ Que igit causa.
Melius actum est cum diis inferioribus qui nullis infamantur opprobriis: q̃ selectis quoꝝ tante turpitudines celebrant. ¶ Capittulum quartũ. ¶ Gratularet autem.
De paganoꝝ secretiore doctrina phisicisq; rõibus. ¶ Capittulũ. v. ¶ Sed ipsorum.
De opinione Varronis qua arbitratus est deum esse animam mundi: qui tñ in ptibus suis habeat animas multas quarũ diuina natura sit. ¶ Ca. vi. ¶ Dicit ergo idem.
An rõnabile fuerit Ianũ et Terminũ in duo numía separi. Ca. vii. ¶ Ianus igitur.
Ob quam causam cultores Iani bifrontem imaginẽ ipsius finxerũt: quã tamen etiam quadriformem uideri uolunt. ¶ Capittulum octauum. ¶ Sed iam bifrontis.
De Iouis potestate: atq; eiusdem cũ Iano cõpatõe. ¶ Ca. ix. ¶ Iouem autem.
An Iani et Iouis recta discretio sit. ¶ Capittulum. x. ¶ Cum ergo.
De cognominibus Iouis que non ad multos deos: sed ad unũ eũdemq; referuntur. ¶ Capittulum undecimum. ¶ Dixerunt eum.
Quod Iupiter etiam pecunia nuncupatur. ¶ Ca. xii. ¶ Quiam uero.

Quod dũ expõit q̃d Saturnus q̃due sit Ianus: uterq; unus Iupiter esse doceatur.
¶ Capittulum decimumtertium. ¶ Sed quid de hoc.
De Mercurii et Martis officiis. ¶ Capittulum decimũ q̃rtũ. ¶ Mercurium uero.
De stellis quibusdam quas pagani deorum suorum nominibus nuncuparunt. ¶ Ca/
pittulum decimumquintum. Nisi forte.
De Apolline et Diana ceterisq; selectis diis: quos ptes mũdi esse uoluerunt. ¶ Capi.
decimumsextum. ¶ Apollinem quamuis.
Quod etiam ipse Varro opiniones suas de diis pronuntiauerit ambiguas.
¶ Capittulum decimumseptimum. ¶ Nam ut trium.
Que credibilior causa sit qua error paganitatis inoleuerit. ¶ Ca. xviii. ¶ De quibus.
De interptatõibus q̃bus colendi Saturni cãm ratiocinant̃. Ca. xix. ¶ Saturnũ inq̃t.
De sacris cereris Eleusine. ¶ Capittulum uicesimum. ¶ In cereris.
De turpitudine sacrorum que Libero celebrant̃. ¶ Ca. xxi. ¶ Iam uero.
De Neptũno et Salacia ac Venilia. ¶ Capittulũ uicesimũsecundũ. ¶ Iam utiq;.
De terra quam Varro deã esse cõfirmat: eo q̃ ille animus mundi quem opinatur
deum: etiam hanc corporis sui infimã partẽ permeet: eiq; uim diuinam imptiat.
¶ Capittulum uicesimumtertium. ¶ Nempe una est.
De telluris cognominibus eorumq; significationibus: que etiam si non erant multarũ
rerum indices: non debuerunt multorum deorum firmare opiniones. ¶ Capittulũ
uicesimumquartum. ¶ Debuit ergo.
Quam interpretationem de abscisione Atydis grecoꝝ sapientiũ doctrina reppererit
¶ Capittulum uicesimumquintum. ¶ Et Atis ille.
De turpitudine sacrorum matris magne. ¶ Ca. xxvi. ¶ Itemq; de mollibus.
De figmentis physiologorũ: qui nec ueram deitatem colũt: nec eo cultu quo colenda
est uera diuinitas. ¶ Capittulum uicesimumseptimum. ¶ Ipsas physiologi.
Quod doctrina Varronis de theologia in nulla sibi parte concordet. ¶ Capittulum
uicesimumoctauum. ¶ Quid igitur ualet.
Quod omnia que physiologi ad mundum partesq; ipsius retulerunt: ad unum uerum
deum referre debuerunt. ¶ Capittulum uicesimumnonum. ¶ Nanq; omnia.
Qua pietate discernatur a creaturis creator: ne pro uno tot dii colantur quot sunt
opera unius autoris. ¶ Capittulum tricesimum. ¶ Illum deum.
Quibus proprie beneficiis dei excepta generali largitate se actores ueritatis utantur.
¶ Capittulum tricesimumprimum. ¶ Habemus enim.
Quod sacramentũ redemptionis Christi nullis retro temporibus defuerit semperq; sit
diuersis significationibus predicatum. ¶ Capittulum tricesimũsecũdũ. ¶ Hoc misteriũ
Quod p̃ solã christianã religionem manifestari potuerit fallacia spirituũ malignoꝝ:
de hominum errore gaudentium. ¶ Capittulum. xxxiii. ¶ Per hanc ergo.
De libris Nume Pompilii quos senatus ne sacrorum cause quales in eis habebantur.
innotescerent iussit incendi. ¶ Capittulum tricesimumquartum. ¶ Sed contra.
De hydromãtia: per quam Numa uisis quibusdam imaginibus ludificabatur. ¶ Capit.
tricesimumquintum. ¶ Nam et ipse.

¶ Libri octaui rubrice Aurelii Augustini
Hipponeñ Episcopi de Ciuitate dei incipiunt.

Incipiunt noni libri rubrice de Ciuitate dei Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi.

AD quem articulum disputatio premissa peruenerit. et quia discutiendum sit de residua questione. ¶ Capitulum primum. ¶ Et bonos.
An inter demones quibus dii superiores sunt sit aliqua pars bonorum: quorum presidio ad ueram beatitudinem possit humana aīma puenire. ¶ Ca. ii. ¶ Apud plerosq;.
Que demonibus Apuleius asscribat quibus cum rationem nō subtrahat: nihil uirtutis assumat. ¶ Capitulum tertium. ¶ Que igitur est.
De perturbationibus que animo accidunt: que sit peripateticorum stoicorumq; sententia. ¶ Capitulum quartum. ¶ Due sunt sententie.
Quod passiones que christianos animos afficiunt: nō in uicium trahant: sed uirtutem exerceant. ¶ Capitulum quintum. ¶ Non est.
Quibus passionibus demones cōfitente Apuleio exagitantur: quorum ope homines apud deos asserit adiuuari. ¶ Capitulum sextum. ¶ Qua interim de sanctis.
Quod platonici figmentis poetaꝝ infamatos deos asserant: de contrariorū studiorū certamine: cum he partes demonū non deorū sint. ¶ Capit. vii. ¶ Quod si quis q̄.
De diis celestibus: et demonibus aereis: hōibusq; terrenis. Apuleii platonici definitio ¶ Capitulum octauum. ¶ Quid illa ipsa.
An amicicia celestium deorum per intercessionem demonum possit homini ꝓuideri. ¶ Capitulum nonum. Ac per hoc.
Quod secundum Platonis sententiam minus miseri sint homines in corpore mortali q̄ demones in eterno. ¶ Capitulum decimum. ¶ Plotinus certe.
De opinione platonicorum: qui putant animas hominum demones esse post corpa. ¶ Capitulum undecimum. ¶ Dicit quidem.
De terrenis contrariis: quibus secundum Platonicos demonum hominumq; natura distinguitur. ¶ Capitulum duodecimum. ¶ Sed nunc.
Quomodo demones si nec cum diis beati: nec cum hominibus sint miseri: inter utranq; partem sine utriusq; cōmunione sint medii. ¶ Capi. xiii. ¶ Est itaq;.
An homines cū sint mortales: possint uera btitudine esse felices. .xiiii. ¶ Verū et.
De mediatore dei et hoīm hoīe Xp̄o Iesu ¶ Capitulum. xv. ¶ Si autem.
An rationabiliter platonici definierint: deos celestes declinantes terrena contagia hōibus non misceri: quibus ad amiciciam deorum homines suffragentur. ¶ Capitulum decimumsextum. ¶ Ergo demones.
Ad commendandam uitam beatam: que in participatione est summi boni: non tali mediatore indigere hominem: qualis est demon: sed tali qualis est unus Christus. ¶ Capitulum decimumseptimum. ¶ Hoc ut sanetur.
Quod fallacia demonum dum sua intercessione uiam spondet ad deum: hoc conatur ut homines a uia ueritatis auertat. ¶ Capitulum. xviii. ¶ Falsi sunt.
Quod appellatio demonū iā nec apud cultores eorum assumatur in significationem alicuius boni. ¶ Capitulum decimumnonum. ¶ Sed ne de uerbis.
De qualitate scientie: que demones sup bos facit. ¶ Ca. xx. ¶ Quanq̄ etiam.
Ad quem modū dn̄s uoluerit demonibus innotescere. ¶ Ca. xxi. ¶ Cōtra superbiā.
Quid intersit inter scientiā scōrū angeloꝝ et sciām demonū ¶ Ca. xxii. ¶ His igitē.
Nomen deorū falso ascribi diis gentiū: quod tamen et angelis sanctis et hominibus iustis ex diuinarū scripturaꝝ autoritate cōmune ē. ¶ Ca. xxiii. ¶ Hos si Platonici.

¶ Libri decimi rubrice Aurelii Augustini
Hipponeñ Epi de Ciuitate dei incipiunt.

VEram beatitudinem siue angelis siue hominibus per unum deum tribui etiam Platonicos definisse: sed utrū hi quos ob hoc ipsum colendos putant. uni tātū deo an etiā sibi sacrificari uelint esse querendū. ¶ Capit. primū. ¶ Omniū certa.
De superna illuminatōe qd Plotinus platonicus senserit. ¶ Ca. secundū. ¶ Sed nō est
De uero dei cultu: a quo platonici quāuis creatorem uniuersitatis intellexerint deuiarunt: colendo angelos siue bonos siue malos honore diuino. ¶ Ca. iii. ¶ Que cū.
Quod uni uero deo sacrificiū debeat. ¶ Capitulum. iiii. ¶ Huic nos.
De sacrificiis que deus non requirit: sed ad significationem eorum obseruari uoluit que requirit. ¶ Capitulum quintum. ¶ Quis autem.
De uero perfectoq; sacrificio. ¶ Capitulum sextum. ¶ Proinde uerum.
Quod sanctorum angelorum ea sit in nos dilectio: ut nos non suos sed unius ueri dei uelint esse cultores. ¶ Capitulum septimum. ¶ Merito illi.
De miraculis que deus ad corroborandam fidem piorum: etiam per angelorum ministeriū promissis suis adhibere dignatus est. ¶ Capitulum. viii. ¶ Nam nimis.
De illicitis artibus erga demonū cultum in quibus Porphyrius Platonicus quedam probando: quedam quasi improbando uersatur. ¶ Capit. ix. ¶ Hec et alia.
De theurgia que falsam purgationem animis demonum inuocatione promittit. ¶ Capitulum decimum. ¶ Ecce nunc.
De epistola Porphyrii ad Anebuntem egyptium: in qua petit de diuersitate demonum se doceri. ¶ Capitulum undecimum. ¶ Melius sapuit.
De miraculis que per sanctorum angelorum ministerium deus uerus operatur: ¶ Capitulum duodecimum. ¶ Porro autem.
De inuisibili deo qui se uisibilem sepe prestitit: non secundum quod est: sed secundū quod poterant ferre cernentes. ¶ Capitulum. xiii. ¶ Nec mouere debet.
De uno deo colendo: non solum propter eterna sed etiam propter temporalia beneficia: que uniuersa in ipsius prouidentie ptāte cōsistūt. Ca. xiiii. ¶ Sicut autem
De ministerio sanctoꝝ āgeloꝝ quo ꝓuidentie dei seruiunt. ¶ Ca. xv. ¶ Sic itaq;:
An de promerenda beata uita iis angelis sit credendum: qui se coli exigunt honore diuino: an uero illis qui non sibi sed uni deo sancta precipiunt religione seruiri. ¶ Capitulum decimumsextum. ¶ Quibus.
De arca testamenti miraculisq; signorum: que ad commendandam legis ac ꝓmissiōis autoritatem diuitus facta sunt. ¶ Capitulum. xvii. ¶ Proinde.
Contra eos qui de miraculis quibus dei populus eruditus est. negant Ecclesiasticis libris esse credendum. ¶ Capitulum decimumoctauum. ¶ An dicet.
Que ratio sit uisibilis sacrificii: ꝙ uni uero et inuisibili deo offerri docet uera religio. ¶ Capitulum decimumnonum. ¶ Qui autem.
De summo ueroq; sacrificio: quod ipse dei et hominum mediator effectus est. ¶ Capitulum uicesimum. ¶ Vnde uerus.
De modo potestatis demonibus date: ad glorificandos sanctos qui pertulerunt iam passionem: qui aereos spiritus non placando ipsos sed in deo permanendo uicerunt. ¶ Capitulum uicesimumprimum. ¶ Moderatis autem.
Vñ sit sanctis aduersū demōes ptās: et unde cordis uera purgatio. Ca. xxii. ¶ Vera.
De pncipiis in qbus platonici purgationē aīme eē ꝓfitent. ¶ Ca. xxiii. ¶ Dicit etiā

De uno ueroq; principio: quod solam humanam naturam purgat atq; renouat. ¶ Capitulum uicesimumquartum. ¶ Sed subditus.
Omnes sanctos et sub legis tempore et sub prioribus seculis: in sacramento et fide Christi iustificatos fuisse. ¶ Capitulum uicesimumquintum. ¶ Cuius sacramenti.
De inconstantia Porphyrii: inter confessionem ueri dei et cultum demonum fluctuantis. ¶ Capitulum uicesimumsextum. ¶ Nescio quomodo.
De impietate Porphyrii: qua etiam Apuleii trãscẽdit errorẽ. ¶ Ca. xxvii. Quãto.
Quibus persuasionibus Porphyrius obcecatus: non potuerit ueram sapientiam quod est Christus agnoscere ¶ Capitulum uicesimumoctauum. ¶ Mittis ergo.
De incarnatione dñi nostri Iesu Christi: quam confiteri platonicorum erubescit impietas. ¶ Capitulum uicesimumnonum. ¶ Predicas patrem.
Quanta platonica dogmatis Porphyrius refutauerit: et dissentiendo correxit. ¶ Capitulum tricesimum. ¶ Si post Platonem.
Contra argumentum platonicorum: quo animam humanam asserant deo esse coeternam. ¶ Capitulum tricesimumprimum. ¶ Falso igitur.
De uniuersali uia anime liberande: quam Porphyrius male querendo non repperit: et quam sola gratia Xpiana reserauit. ¶ Capitulum. xxxii. ¶ Hec est religio.

¶ Incipiunt libri undecimi rubrice de ciuitate dei beati Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi

De ea parte operis: qua duarũ ciuitatum id est celestis ac terrene: initia et fines incipiunt demonstrari. ¶ Capitulum primum. ¶ Ciuitatem dei.
De cognoscendo deo: ad cuius noticiam nemo hominum peruenit: nisi p mediatorem dei et hominum hominem Iesum Christum. ¶ Capitulũ secũdũ. ¶ Magnum est.
De autoritate canonice scripture: diuino spiritu cõdite. ¶ Ca. iii. ¶ Visibiliũ omniũ.
De conditione mundi: que nec intemporalis sit nec nouo dei ordinata consilio: quasi postea uoluerit quod antea noluerit. ¶ Capitulum. iiii. ¶ Sed quid placuit.
Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spatiis ante mundum: q̃ nec de infinitis locorum. ¶ Capitulum quintum. ¶ Deinde uidendum.
Creationis mundi temporum unum esse principium: nec aliud alio preuenire. ¶ Capitulum sextum. ¶ Si enim.
De qualitate primorum dierum: quia anteq̃ sol fieret uesperam et mane traduntur habuisse. ¶ Capitulum septimum. ¶ Illorum autem.
Que qualis ue intelligenda sit dei requies qua post opera sex dierum requieuit in septimo. ¶ Capitulum octauum. ¶ Cum uero.
De angelorum conditione quid secundum diuina testimonia faciendum sit. ¶ Capitulum nonum. ¶ Nunc quoniam.
De simplici et incommutabili trinitate patris et filii et spiritus sancti unius dei: cui nõ est aliud qualitas aliud substantia. ¶ Capitulum decimum. ¶ Est itaq;.
An eius beatitudinis quam beati angeli ab initio sui semper habuerunt: etiam illos spiritus qui in ueritate non steterunt particepsl fuisse credendum sit. ¶ Capitulum undecimum. ¶ Que cum ita.
De comparatione beatitudinis iustorum necdum tenentiũ promissionis diuine p̃miũ: et p̃moꝝ in paradiso hominũ ante peccatum. ¶ Capitulum duodecimũ. ¶ Nec ipsos.
An ita unius felicitatis omnes angeli sint creati: ut neq; lapsuros se possent nosse qui

elapsi sunt: et post ruinam labentium perseuerantie sue prescientiam acceperint qui steterunt. Capitulum decimumtertium. Aut si durum.
Quo genere locutionis dictum sit de diabolo q in ueritate non steterit: quia ueritas non est in eo. Capitulum decimumquartum. Subiecit autem.
Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est: ab initio diabolus peccat.
Capitulum decimumquintum. Illud etiam.
De gradibus et differentiis creaturarum: q aliter pendet utilitatis usus. aliter ordo rationis. Capitulum decimumsextum. In his enim que.
Vitium malicie non naturam esse sed contra naturam: cui ad peccandú nó códitor causa est sed uoluntas. Capitulum decimumseptimum. Propter.
De pulchritudine uniuersitatis: que per ordinationem dei etiam ex contrariorum fit oppositione lucentior. Capitulum decimúoctauum. Neq; enim.
Quid sentiendum uideatur: diuisit deus inter lucē et tenebras. Ca. xix. Quáuis.
De eo q post discretionē lucis atq; tenebrarum dictum est: et uidit deus lucem quia bona est. Capitulum uicesimum. Deniq; nec illud.
De eterna et incommutabili scientia dei ac uoluntate: quia semper illi uniuersa que fecit sic placuerunt facienda quemadmodú facta. Capitulú. xxi. Quid est ení.
De his quibus in uniuersitate rerum a bono creatore bene conditarum quedam displicent: et putāt nullam malam esse naturam. Capitulum. xxii. Hanc tñ.
De errore in quo Origenis doctrina inculpatur. Capitulum. xxiii. Sed multo.
De trinitate diuina: que per omnia opera sua significationis sue sparsit indicia.
Capitulum. xx. quartum. Credimus.
De tripartita totius philosophie disciplina. Capitulum. xxv. Quātú intelligi.
De imagine summe trinitatis: que secundum quendam modum in natura est necdú beatificati hominis. Capitulum uicesimumsextum. Et nos.
De essentia et scientia. et utriusq; amore. Capitulum. xxvii. Ita uero.
An etiam ipsum amorem quo et esse et scire diligimus diligere debeamus: quo magis diuine trinitatis imagini propinquamus. Capitulum. xxviii. Sed de duobus.
De sanctorum angelorum scientia: qua trinitatem in ipsa eius deitate nouerunt: qua operum causas prius in operante arte q̄ in ipsis operibus artificis intueantur. Capitulum uicesimumnonum. Illi quippe.
De Senarii numeri perfectione: qui partium suarum quantitate completur.
Capitulum tricesimum. Hec autem.
De die septimo in quo plenitudo et requies commendatur. Ca. xxxi. In septimo.
De opinione eorum qui angelorum creationem anteriorem uolunt esse q̄ mundi.
Capitulum tricesimumsecundum. Ne quis.
De duabus angelorum societatibus diuersis atq; disparibus: que nó incongrue intelligunt lucis et tenebrarum nominibus nuncupate. Ca. xxxiii. Peccasse autem.
De eo quod quidam putant in conditione firmamenti: aquarum discretarum noīe āgelos signatos: et q quidā aquas existimant non creatas. Ca. xxxiiii. Quāq̄ nónulli.

Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi
de ciuitate dei rubrice libri. xii. incipiunt.

DE una bonorú malorum angelorúq; natura. Capitulum pmum. Anteq̄
Nullam essentiam deo esse cótrariam: quia ab eo qui summe est et semper est:

hoc totum uidetur diuersum esse quod non est. ¶ Ca. secundum. ¶ Hec dicta.
De inimicis dei non per naturam sed per contrariam uoluntatem: que cum ipsis nocet bone utiq; nature nocet: quia uicium si non nocet non est. ¶ Ca. iii. ¶ Dicunt̄ autem.
De natura irrationalium aut uita carentium: que in suo genere atq; ordine ab uniuersitatis decore non discrepat. Capitulum. iiii. ¶ Ceterum.
Quod in omni natura specie ac mō laudabilis sit creator. ¶ Ca. v. ¶ Nature igitur.
Que causa sit beatitudinis angelorum bonorum: et que causa sit miserie angelorum malorum. ¶ Capitulum sextum. ¶ Proinde.
Causam efficientem male uoluntatis non esse querendā. Ca. vii. ¶ Nemo igitur.
De amore peruerso: quo uoluntas ab incommutabili bono ad bonum mutabile deficit. ¶ Capitulum octauum. ¶ Item scio.
An sancti angeli quem habent creatorem nature: eundem habeant bone uoluntatis autorem per spiritum sanctum in eis caritate diffusa semper fuisse existimant.
¶ Capitulum nonum. ¶ Cum ergo male.
De falsitate eius historie que multa milia annorum preteritis temporibus asscribit.
¶ Capitulum decimum. ¶ Fallunt etiam.
De his qui hunc quidem mundum non sempiternum putant: sed aut innumerabiles: aut eundem unum certa conclusione seculorum semper nasci et resolui opinantur.
¶ Capitulum undecimum. ¶ Alii uero.
Quid respondendum sit his qui primam conditionem hominis tardam esse causantur
¶ Capitulum duodecimum. ¶ Quod aūt.
De reuolutione seculorum: quibus certo fine conclusis: uniuersa semper in eundem ordinem eandemq; speciem reditura: quidam philosophi crediderunt. ¶ Capitulum decimumtertium. ¶ Hanc autem.
De temporali condicione generis humani: quam deus nec nouo consilio constituerit: nec mutabili uoluntate. ¶ Capitulum decimumquartum. ¶ Quid autem.
An ut deus semper etiam dominus fuisse semper intelligatur credendum sit: creaturā quoq; nunq̄ defuisse cui dominaretur: et quomodo dicatur semper creatum: quod dici non potest coeternum. ¶ Capitulum. xv. ¶ Ego quidem.
Quomodo intelligendum sit promissa homini a deo uita eterna aut tempora eterna
¶ Capitulum decimumsextum. ¶ Que secula.
Quod de immutabili consilio aut uoluntate fides sana descendat cōtra ratiocinatiōes eorum: qui opera ex eternitate repetita per eosdem semper uolunt seculorū redire circuitus. Capitulum decimumseptimum. ¶ Illud quoq;.
Contra eos qui dicunt ea que infinita sunt nec dei posse scientia comprehendi.
¶ Capitulum decimumoctauum. ¶ Illud autem.
De seculis seculorum. ¶ Capitulum. xix. ¶ Quod utrum.
De impietate eorum qui asserunt animas summe uereq; beatitudinis participes: iterū atq; iterum per circuitus temporum ad easdem miserias laboresq; redituras. ¶ Capit. uicesimum. ¶ Quorum enim.
De conditione unius primi hominis atq; in eo generis humani. Ca. xxi. ¶ Hac igit̄.
Quod presciuerit hominem primum quem deus condidit peccaturū: simulq; preuiderit quantum piorum populorum ex eius genere in angelicum consortium sua eēt gratia translaturus. ¶ Capitulum uicesimumsecundum. ¶ Nec ignorabat.
De natura humane anime create ad imaginē dei. ¶ Capit. xxiii. ¶ Fecit ergo.
An ullius uel minime creature possint dici angeli creatores. ¶ Ca. xxiiii. ¶ Sed cum.

Omnium naturam et omnium speciem universe creature non nisi opere dei formari. ¶ Capitulum vicesimumquintum. ¶ Cum enim.
De platonicorum opinione: qua putauerunt angelos quidem a deo conditos: sed ipsos esse humanorum corporum conditores. ¶ Capitulum. xxvi. ¶ Ita sane.
In primo homine ortam fuisse omnem plenitudinem generis humani: in qua puidit deus que pars honoranda esset premio: que damnanda supplicio. ¶ Capitulum. vicesimumseptimum. ¶ Nunc quoniam.

¶ Incipiunt. xiii. libri rubrice de Ciuitate dei
Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi

De lapsu primorum hominum: per quem est contracta mortalitas. Capitulū primum. ¶ Expeditis.
De ea morte: que anime semper victure utrunq: accidere potest: et ea cui corpus obnoxium est. ¶ Capitulum secundum. ¶ Sed de ipso.
Utrum mors que per peccatum primorum hominum in omnes homines pertransiit: etiam sanctis pena peccati sit. ¶ Capitulum tertium. ¶ Non autem.
Cur ab his qui per gratiam regenerationis sunt absoluti a peccato: non auferatur mors id est pena peccati. ¶ Capitulum quartum. ¶ Non enim.
Quod sicut iniqui male utuntur lege que bona est: ita iusti bene utuntur morte que mala est. ¶ Capitulum quintum. ¶ Apostolus cum vellet.
De generalis mortis malo: quo anime et corporis societas separat. Ca. vi. ¶ Quapropter.
De morte quam non regenerati per Xpi cōfessionē suscipiūt. ¶ Ca. vii. ¶ Nā quicunq.
Quod in sanctis prime mortis pro veritate susceptio: secunde sit mortis absolutio. ¶ Capitulum octauum. ¶ Si enim.
Tempus mortis quo vite sensus aufertur: in morientibus an in mortuis esse dicendum est. ¶ Capitulum nonum. ¶ Sed id tempus.
De vita mortalium que mors potius q̄ vita dicenda est. ¶ Ca. x. ¶ Ex quo enim.
An quis q̄ simul et viuens possit esse et mortuus. ¶ Capitulum. xi. Si autem.
Quam mortem primis hominibus deus si mandatum eius transgrederentur fuerit comminatus. ¶ Capitulum duodecimum. ¶ Cum ergo.
Preuaricatio primorum hominum quam primam senserit penam. ¶ Capitulum decimumtertium. ¶ Nam postea.
Qualis homo sit factus a deo: et in quam sortem deciderit sue voluntatis arbitrio. ¶ Capitulum decimumquartum. ¶ Deus enim.
Quod Adam peccans prius reliquerit deum q̄ relinqueretur a deo: et primā fuisse anime mortem a deo recessisse. ¶ Capitulum decimumquintum. ¶ Quamobrem.
De philosophis qui anime separationem a corpore non putant esse penalem: cum Plato inducat summum deum minoribus promittentem: q nunq̄ sint corporibus exuendi. ¶ Capitulum decimumsextum. ¶ Sed philosophi.
Contra eos qui asserunt terrena corpora incorruptibilia fieri eterna non posse ¶ Capitulum decimumseptimum. ¶ Contendunt etiam.
De terrenis corporibus que philosophi affirmant in celestibus esse non posse: qa quod terrenum est naturali pondere uocetur ad terram. ¶ Capitu. xviii. ¶ Sed necesse.
Contra eorum dogmata: qui primos homines si non peccassent immortales futuros fuisse non credunt. ¶ Capitulum decimumnonum. ¶ Nunc de corporibus.

Quod caro sanctorum que nunc requiescit in spe: in meliorem recuperanda sit qualitatem q̄ fuit primorum hominum ante peccatum. ¶ Capitulū. xx. ¶ Proinde.
De paradiso in quo primi homines fuerant: ꝙ recte possit significatione eius spūale aliquid intelligi: salua veritate narrationis historice de corporali loco. ¶ Capitulū. vicesimumprimum. ¶ Vnde non.
De corporibus sanctorum post resurrectionem: que sic spiritalia erunt ut non in spiritum caro vertatur. ¶ Capitulum vicesimumsecundum. ¶ Corpora ergo.
Quid intelligendum sit de corpore animali et de corpore spiritali: ut qui moriuntur in Adam: qui vero viuificantur in Christo. ¶ Capitulum. xxiii. ¶ Nam sicut corpa.
Qualiter accipienda sit vel illa insufflatio in qua primus homo factus est in animam uiuentem: vel illa quam dominus fecit dicens accipite spiritum sanctum. ¶ Capitulū. vicesimumquartum. ¶ Vnde et illud.

¶ Rubrice. xiiii. libri de Ciuitate dei beati Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi incipiunt

Per inobedientiam primi hominis in secunde mortis perpetuitatem ruituros homines fuisse omnes nisi multos dei gratia liberaret. ¶ Capitulum primum. ¶ Diximus.
De vita carnali que non ex corporis tantum: sed etiam ex animi intelligenda sit uitiis. ¶ Capitulum secundum. ¶ Prius ergo.
Peccati causam ex anima non ex carne ꝓdisse: et corruptionē ex peccato cōtractā non peccatum esse sed penam. ¶ Capitulum tertium. ¶ Quamuis.
Quid sit secundum hominem quid ve scd̄m deum viuere. ¶ Ca. iiii. ¶ Cum ergo viuit.
Quod de corporis animeq; natura tolerabilior quidem platonicorum q̄ manicheorū sit opinio: sed et ipsi reprobantur: quoniam vitiorum causas nature carnis ascribunt. ¶ Capitulum quintum. ¶ Non igitur opus est.
De qualitate voluntatis humane: sub cuius iudicio affectiones animi aut praue habentur aut recte. ¶ Capitulum sextum. ¶ Interest autem.
Amorem et delectationem indifferenter et in bono et in malo apud sacras litteras inueniri. ¶ Capitulum septimum. ¶ Nam cuius.
De tribus perturbationibus quas in animo sapientis stoici esse voluerunt: exclusis dolore siue tristicia: quam virtus animi sentire non debeat. ¶ Capi. viii. Quas enim.
De perturbationibus animi: quarum affectus rectos habet vita iustorum. ¶ Capit. nonum. ¶ Apud nos autem iuxta scripturas.
An primos homines in paradiso constitutos: nullis ꝑturbationibus prius q̄ delinquerēt affectos fuisse credendum sit. ¶ Capitulum decimum. ¶ Sed utrum.
De lapsu primi hominis in quo bene condita natura est: nec potest nisi a suo autore reparari. ¶ Capitulum undecimum. ¶ Sed quia deus.
De qualitate primi hominis peccati admissi. ¶ Capitulū duodecimū. ¶ Si quē vero.
Quod in preuaricatione Ade ad opus malum volūtas accessit mala. ¶ Capitulum. decimumtertium. ¶ In occulto.
De sṗbia transgressionis: que ipsa fuit transgressione deterior. ¶ Ca. xiiii. ¶ Sed est
De iust cia retributionis: quam primi homines pro sua inobedientia receperunt. ¶ Capitulum decimumquintum. ¶ Quia ergo.
De libidinis malo: cuius nomen cum multis vitiis congruat: proprie tamen motibus

obscenis corporis asscribitur. ¶ Capitulum decimumsextum. ¶ Cum igitur.
De nuditate primorum hominum: quã post peccatum turpem pudendãq; uiderũt. ¶ Capitulum decimumseptimum. ¶ Merito huius.
De pudore concubitus non solum uulgaris sed etiã cõiugalis. ¶ Ca. xviii. ¶ Opus.
Quod partes ire atq; libidinis tam uitiose mouentur: ut eas necesse sit frenis sapientie cohiberi: que in illa ante peccatum nature sanitate non fuerunt. ¶ Capitulum. decimumnonum. ¶ Hinc etiam.
De uanissima turpitudine cinicorum. ¶ Capitulum uicesimum. ¶ Hoc illi.
De benedictione multiplicande fecunditatis humane ante peccatum: quã puaricatio non adimeret: et cui libidinis morbus accesserit. ¶ Capitulũ. xxi. ¶ Absit itaq;.
De copula coniugali a deo prius instituta atq; benedicta. ¶ Ca. xxii. ¶ Nos autem.
An etiam in paradiso generandum fuisset si nemo peccasset: uel utrum contra actũ libidinis pugnatura illic fuisset traditio castitatis. ¶ Capitulũ. xxiii. ¶ Quisq; autẽ.
Quod insontes homines et merito obedientie in paradiso pemanentes: ita genitalibus membris fuissent usuri ad generationem prolis: sicut ceteris ad arbitrium uoluntatis. ¶ Capitulum uicesimumquartum. ¶ Seminaret igitur.
De uera beatitudine quam temporalis uita non obtinet. ¶ Ca. xxv. ¶ Quanq̃ si.
Quod felicitas in paradiso uiuentium: sine erubescendo appetitu generandi officium credenda sit implere potuisse. ¶ Ca. xxvi. ¶ Viuebat itaq;.
De peccatoribus et angelis et hominibus quorum peruersitas non perturbat prouidentiam dei. ¶ Capitulum uicesimumseptimum. ¶ Proinde peccatores.
De qualitate duarum ciuitatum terrene atq; celestis. Ca. xxviii. ¶ Fecerũt itaq;.

¶ Rubrice. xv. libri de Ciuitate dei beati
Aurelii Augustini Hipponeñ Epi incipiunt.

De duobus ordinibus generationis humane: in diuersos fines ab initio pcurrentis. Capitulum primum. ¶ De felicitate.
De filiis carnis et filiis promissionis. ¶ Capitulum secundum. ¶ Natus est.
De sterilitate Sare quam dei gratia fecundauit. ¶ Capitulum. iii. ¶ Sara quippe.
De terrene ciuitatis concertatione uel pace. ¶ Capitulũ. iiii. ¶ Terrena porro.
De primo terrene ciuitatis autore fratricida: cuius impietate romane urbis conditor germani cede responderit. ¶ Capitulum quintum. ¶ Primus.
De languoribus quos ex pena peccati etiam ciues ciuitatis dei in huius uite pegrinatõe patiuntur: et a quibus deo medente sanantur. ¶ Ca. vi. ¶ Languor est.
De causa et pertinacia sceleris Cayn: quem a facinore cõcepto nec dei sermo reuocauit. ¶ Capitulum septimum. ¶ Sed hoc ipsum.
Que ratio fuerit ut Cayn inter principia generis humani conderet ciuitatem. ¶ Capitulum octauum. ¶ Nunc autem.
De longa uita hominum que fuit ante diluuium: et de ampliore humanoꝝ corpum forma. ¶ Capitulum nonum. ¶ Quamobrem.
De differentia qua inter hebreos et nostros codices uidentur annorum numeri dissonare. ¶ Capitulum decimum. ¶ Quo circa.
De annis Matusale: cuius etas. xiiii. annis uidetur diluuium excedere. ¶ Capitulum undecimum. ¶ Per hanc autem discrepantiam.
De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longeuos q̃ scribitur

¶ Incipiunt. xvi. libri rubrice de Ciuitate dei
Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi.

inueniuntur in Christo. ¶ Capittulum octauum. ¶ Iam nunc.
Quam similis in Psalmo. lxxxviii. sit prophetia de Christo: his que in regnorum libris Nathan prophetante promittuntur. ¶ Capittulum nonum. ¶ Propter qd.
Quam diuersa acta sint in regno terrene hierusalem: ab his que promiserat deus: ut intelligeretur promissionis ueritas ad alterius regis et regni gloriam pertinere.
¶ Capittulum decimum. ¶ Post hec.
De substantia populi dei: que per successionem carnis in Christo est: qui solus eruendi animam suam ab inferis habuit potestatem. ¶ Capittulum. xi. ¶ Post hec autem.
Ad quorum personam pertinere intelligenda sit flagitatio promissorum: de quibus in psalmo dicit: ubi sunt misericordie tue antique dñe. Capittulú. xii. ¶ Sed cetera.
An promisse pacis ueritas illis temporibus possit asscribi: que sub Salomone fluxerũt.
¶ Capittulum decimumtertium. ¶ Hoc tam magnum.
De studio Dauid in positione psalmorum. ¶ Capittulum. xiiii. ¶ Procurrente.
An omnia que in psalmis de Christo et ecclesia prophetantur: ad contextum huius operis coaptanda sint. ¶ Capittulum decimumquintum. ¶ Nunc iam.
De his que in. xliiii. psalmo ad Christum et ecclesiam pertinentia: aut aperte dicuntur aut tropice. ¶ Capittulum decimumsextum. ¶ Quamlibet.
De his que ad sacerdotium Christi in psalmo centesimonono: et de his que in psalmo xxi. ad passionem ipsius spectant. ¶ Capittulum. xvii. ¶ Sicut etiam.
De psalmo tertio et de. xl. et de. xv. et de. lxvii. in qbus mors et resurrectio domini prophetantur. ¶ Capittulum decimumoctauum. ¶ De resurrectione.
De psalmo. lxviii. in quo iudeorum pertinax infidelitas declaratur. ¶ Capittulum. decimumnonum. ¶ Sed ut.
De regno ac merito Dauid: et de filio ipsius Salomone: eaq; prophetia que ad Christum pertinens inuenitur: uel in eis libris qui scriptis ipsius copulantur: uel in eis quos ipsius esse non dubium est. ¶ Capittulum uicesimum. ¶ Regnauit ergo.
De regibus post Salomonem: siue in Iuda: siue in Israel. ¶ Capittu. xxi. ¶ Ceteri
De Ieroboam qui impietate idolatrie subditum sibi populum profanauit: in quo tamen non destitit deus et prophetias inspirare: et multos sub idolatrie crimine custodire. ¶ Capittulum uicesimumsecundum. ¶ Verum rex Israel.
De uario utriusq; regni hebreorum statu: donec ambo populi in captiuitatẽ diuerso tempore ducerentur reuocato postea Iuda in regnum suum: quod nouissime in romanorum transiit potestatem. ¶ Capittulum. xxiii. ¶ Itemq; in.
De prophetis qui uel apud iudeos postremi fuerunt: uel quos circa tempus natiuitatis Christi euangelica prodit historia. Capittulum. xxiiii. ¶ Toto autem.

¶ Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi de
¶ Ciuitate dei rubrice libri. xviii. incipiunt.

De his que usq; ad tempora saluatoris decem et septem uoluminibus disputata sunt. ¶ Capittulum primum. ¶ De ciuitatum.
De terrene ciuitatis regibus atq; temporibus: quibus ex ortu Abrae sanctorum tempora supputata conueniunt. ¶ Capittulum secundú. ¶ Societas.
Quibus regnantibus apud Assyrios atq; sicyonios Abrae centenario Ysaac de promissione sit senatus: uel ipsi Ysaac sexagenario Esau et Iacob gemini de Rebecca sint editi. ¶ Capittulum tertium. ¶ Huius temporibus.

¶ Rubrice. xix. libri de Ciuitate dei beati Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi incipiunt.

¶ De ciuitate dei Aurelii Augustini Hipponeñ
Episcopi incipiunt rubrice libri uicesimi.

¶ Rubrice. xxi. libri de ciuitate dei beati Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi incipiunt.

Contra opinionem eorum qui putant criminosis supplicia post mortem causa purgationis adhiberi. ¶ Capitulum decimumtertium. ¶ Platonici.
De penis tēporalibus huius uite: qbus subiecta ē humana cōditio. ¶ Ca. xiiii. ¶ Quanq̄
Quod omne opus gratie dei eruentis nos de profunditate ueteris mali: ad futuri seculi pertineat nouitatem. ¶ Capitulum decimumquintum. ¶ Veruntamen.
Sub qbus gratie legibus omnes regeneratoꝝ habeāt etates. ¶ Ca. xvi. ¶ Veꝝ tāta
De his qui putāt nulloꝝ hōim penas in eternū eē māsuras. ¶ Ca. xvii. ¶ Nunc iam.
De his qui nouissimo iudicio propter intercessionem sanctorum neminem putant damnandum esse. ¶ Capitulum decimumoctauum. ¶ Sunt etiam quales.
De his qui impunitatem omnium peccatorum promittunt etiam hereticis propter participationem corporis Christi. ¶ Capitulum decimumnonum. ¶ Item sunt alii.
De his qui non omnibus: sed eis tantum qui apud catholicos sunt regenerati: etiam si postea in multa crimina erroresq; proruperint indulgentiā pollicēt. Ca. xx. Item.
De his qui eos qui pmanent in catholica fide: etiā si pessime uixerint et ob hoc uri meruerint: tñ ꝓpter fidei fundamentū saluandos esse definiūt. ¶ Ca. xxi. ¶ Sunt aūt
De his qui putant ea crimina que inter elemosinarum opera committuntur: ad damnationis iudicium non uocari. ¶ Capitulum. xxii. ¶ Comperi.
Contra opinionem eorum qui dicunt nec diaboli nec hominum malorum perpetua futura supplicia. ¶ Capitulum uicesimumtertium. ¶ Ac primum queri.
Contra eorum sensum qui in iudicio dei omnibus reis propter sanctorum preces putant esse parcendum. ¶ Capitulum uicesimumquartum. ¶ Hoc autem.
An hi qui inter hereticos baptizati sunt et deteriores postea male uiuēdo sunt facti uel hi q apud catholicos renati ad hereses aut scismata trāsierūt: uel hi q a catholicis apud quos renati sunt nō recedētes criminose uiuere prestiterunt: possint priuilegio sacramentorum remissionem eterni sperare supplicii. Ca. xxv. ¶ Sed iam.
Quid sit in fundamento habere Christum: et quibus spondeatur salus quasi p ignis usturam. ¶ Capitulum uicesimumsextum. ¶ Sed habent.
Contra eorum persuasionem qui putant sibi non ob futura peccata: in quibus cum elemosinas facerent perstiterunt. ¶ Capitulum. xxvii. ¶ Restat.

¶ Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi de
Ciuitate dei incipiunt rubrice libri. xxii.

De conditione angeloꝝ et hominum. ¶ Ca. primum. ¶ Sicut in proximo
De eterna dei et incōmutabili eius uoluntate. ¶ Ca. ii. ¶ Multa enim.
De promissione eterne beatitudinis sanctorum et perpetuis suppliciis impiorum.
¶ Capitulum tertium. ¶ Quapropter.
Contra sapientes mundi: qui putant terrena hominum corpora ad celeste habitaculū non posse transferri. Capitulum quartum. ¶ Sed uidelicet.
De resurrectione carnis: quam quidam mundo credentes nō credūt. Ca. v. Sed hoc.
Quod roma conditorem suum Romulum diligendo deum fecerit: ecclesia autem Christum dominum credendo dilexit. ¶ Capitulum sextum. ¶ Recolamus.
Quod ut mundus in Christum crederet: uirtutis fuerit diuine non persuasionis humane. ¶ Capitulum septimum. ¶ Sed ualde.
De miraculis que ut mundus in Christum crederet facta sunt: et fieri mundo credēte non desinunt. ¶ Capitulum octauum. ¶ Cur inquiunt.

¶ Aurelii Augustini Hipponeñ Episcopi de Ciuitate dei rubrice feliciter expliciunt.

¶ Aurelii Augustini Hipponeñ epi. ¶ In libros de Ciuitate dei. Argumentum operis totius. ex libro retractationum.

INTEREA: cũ Roma Gothoꝝ irruptione: agentiũ sub Rege Alarico: atq; impetu magne cladis euersa est: eius euersionẽ: deoꝝ falsoꝝ: multoꝝq; cultores: quos usitato nomine: Paganos uocamus: in Christianã religionẽ referre conãtes: solito acerbius: et amarius: deũ uerũ blasphemare ceperũt. Vnde ego exardescens zelo domus dei: aduersus eorum blasphemias: uel errores: libros de Ciuitate dei scribere institui. Quod opus ꝑ aliquot annos me tenuit. eo ꝙ alia multa intercurrebãt: que differri nõ oporteret. et me prius ad soluendũ occupabant. ¶ Hoc autẽ de Ciuitate dei grande opus: tandẽ. xxii. libris est terminatũ. quoꝝ quinq; primi: eos refellunt: qui res humanas ita prosperari uolunt: ut ad hoc multoꝝ deorum cultum: quos Pagani colere consueuerũt: necessariũ esse: arbitrent̃. et quia prohibent̃: mala ista exoriri: atq; abundare: contendunt. ¶ Sequentes autẽ quinq; aduersus eos loquunt̃: qui fatent̃ hec mala: nec defuisse unq̃. nec defutura mortalibus. et ea: nunc magna: nunc parua: locis: temporibus: personisq; uariari. ¶ Sed deoꝝ multoꝝ cultum: quo eis sacrificat̃: propter uitã: post mortem futuram: esse utilem disputant. ¶ His ergo. x. libris due iste uane opiniones: christiane religioni aduersarie refellunt̃. ¶ Sed ne qs q̃: nos aliena tantũ redarguisse: non aũt nostra asseruisse: reprehenderet: id agit pars altera operis huius. que. xii libris continetur. Quanq̃ ubi opus est: et in ꝑoribus. x. que nostra sunt: asseramus. Et in xii. posterioribus redarguamus aduersa. ¶ Duodecim ergo libroꝝ sequentiũ: primi quattuor: continent exortũ duaꝝ ciuitatum. quaꝝ est una: dei. altera huius mundi. ¶ Secundi quattuor: excursum eaꝝ: seu procursum. ¶ Tertii uero: qui et postremi: debitos fines. ¶ Ita omnes. xxii. libri cũ sint de utraq; ciuitate cõscripti: titulum tñ a meliore acceperunt. ut de Ciuitate dei potius uocarent̃. ¶ In quoꝝ decimo libro: non debuit pro miraculo poni: in Abrae sacrifitio: flammam celitus factam inter diuisas uictimas cucurrisse. qm̃ hoc illi in uisione monstratũ est. ¶ In. xii. libro: qđ dictũ est de Samuele: nõ erat de filiis Aaron: dicendum potius fuit: non erat filius Sacerdotis. Filios quippe Sacerdotũ defũctis Sacerdotibus succedere magis legitimi moris fuit. Nam in filiis Aaron rẽperit̃ pater Samuelis. sed Sacerdos nõ fuit. nec ita in filiis: ut eum ipse genuerit Aaron: sed sicut omnes illius populi dicuntur filii israel.

¶ Prefatio in libros de Ciuitate dei Ad Marcellinum. v. Cl.

GLoriosissimam ciuitatem dei: siue in hoc tempoꝝ cursu: cum inter impios peregrinatur: ex fide uiuens: siue in illa stabilitate sedis eterne: quam nunc expectat per patientiam: quoadusq; iustitia conuertat̃ in iuditiũ: deinceps adeptura per excellentiã: uictoria ultima: et pace ꝑfecta: hoc opere ad te instituto: et mea ꝓmissiõe debito: defẽdere: aduersus eos: qui cõditori eius deos suos ꝓferũt: fili carissime Marcelline suscepi. magnum opus: et arduum. sed deus adiutor noster. Nam scio qbus uiribus opus sit: ut ꝑsuadeat̃ superbis: quanta sit uirtus humilitatis. qua fit: ut omnia terrena

cacumina: tẽporali mobilitate nutãtia: nõ humano usurpata fastu: sed diuina gratia donata celsitudo trãscẽdat. Rex. n. et cõditor ciuitatis huius: de q̃ loqui instituimus: in scriptura populi sui sententiã diuine legis apuit: qua dictũ est: Deus supbis resistit. humilibus aũt dat gratiã. hoc uero: qđ dei est: superbe quoq; anime spiritus inflatus affectat: amatq; sibi in laudibus dici.

Parcere subiectis: et debellare superbos.

Vnde etiã de terrena ciuitate: que cum dominari appetit: etsi populi seruiãt: ipsa ei dominãdi libido dominat̃: nõ est p̃tereundũ silentio: q̃cq̃d dicere: suscepti huius opis ratio postulat: et facultas dat̃. Ex hac nãq; existũt inimici: aduersus quos defẽdẽda est dei ciuitas. quoꝝ tñ multi correcto impietatis errore: ciues in ea fiunt satis idonei. Multi uero in eã tantis exardescũt ignibus odioꝝ: tãq; manifestis bñficiis redẽptoris eius ingrati sunt: ut hodie contra eã linguas nõ mouerent: nisi ferrũ hostile fugiẽtes in sacratis eius locis uitam: de qua superbiunt: inuenissent. An non etiã illi Romani: Xpristi nomini infesti sunt: qbus propter Xpristum Barbari pepercerũt? Testãtur hoc Martyrũ loca: et Basilice Apostoloꝝ: que in illa uastatione urbis: ad se cõfugientes: suos alienosq; receperunt. Huc usq; cruentus seuiebat inimicus. Ibi accipiebat limitẽ trucidatoris furor. Illo ducebant̃ a miserãtibus hostibus: qbus etiã extra ipsa loca pepcerant: ne in eos incurrerent: qui similẽ misericordiã nõ habebãt. Qui tamẽ etiam ipsi alibi truces: atq; hostili more seuientes: postea q̃ ad loca illa ueniebãt: ubi fuerat interdictũ: qđ alibi iure belli licuisset: tota feriendi refrenabat̃ immanitas. et captiuandi cupiditas frangebat̃. Sic euaserũt multi: qui nũc Christianis temporibus detrahũt: et mala que illa ciuitas pertulit: Christo imputãt. bona uero: que in eos: ut uiuerẽt: propter Christi honorẽ facta sunt: nõ imputãt Christo nostro: sed fato suo Cum potius deberẽt: si q̃d recte saperent: illa: que ab hostibus aspera: et dura perpessi sunt: illi diuine p̃uidentie tribuere: que solet corruptos hominũ mores bellis emẽdare: atq; conterere. Itemq; uitam mortaliũ iustam atq; laudabilẽ talibus afflictiõibus exercere. p̃batãq; uel in meliora transferre. uel in his adhuc terris: propter usus alios detinere. Illud uero: qđ eis: uel ubicunq;: propter Christi nomen: uel in locis Christi nomini dicatissimis: et amplissimis: ac pro largiore misericordia ad capacitatem multitudinis electis: preter bellorum morem: truculẽti barbari pepercerũt: hoc tribuere temporibus Christianis. hinc deo agere gratias. hinc ad eius nomen ueraciter currere: ut effugiant penas ignis eterni. Quod nomẽ multi eorũ mendaciter usurparunt: ut effugerent penas p̃sentis exitii. nã quos uides petulãter: et procaciter insultare seruis Christi: sunt in eis plurimi: qui illũ interitum: cladẽq; nõ euasissent: nisi seruos Christi se esse finxissent. et nũc ingrata supbia: atq; impiissima insania: eius nomini resistũt corde peruerso: ut sempiternis tenebris puniantur: ad quod nomen ore uel subdolo confugerũt: ut tẽporali luce fruerentur.

Quod nulla unq̃ bella ita gesta sunt: ut uictores propter deos eoꝝ: quos uicerant: parcerent uictis. C. ii.

Tot bella: gestaq; conscripta sunt: uel ante conditã Romam: uel ab eius exortu et imperio. legãt: et proferant: sic ab alienigenis aliquã captam esse ciuitatem: ut hostes: qui ceperant: parcerẽt eis: quos ad deoꝝ suoꝝ tẽpla cõfugisse cõpererant. aut aliquẽ Ducem Barbarum precepisse: ut irrupto oppido: nullus ferretur: qui in illo: et illo templo fuisset inuentus.

Nonne uidit Eneas Priamumq; per aras

Sanguine fedãtẽ: quos ipse sacrauerat ignis?

Nonne Diomedes et Vlyxes Cesis summe custodibus arcis
Corripuere sacram effigiem: manibusq; cruentis?
Virgineas ausi diue cõtingere uittas?
Nec tamen quod sequitur: uerum est.
Ex illo fluere: ac retro sublapsa referri. Spes danaum.
Postea qppe uicerunt. Postea Troiam ferro: ignibusq; delerũt. Postea cõfugientẽ ad aras Priamũ obtruncauerũt. Nec ideo Troia periit: quia Mineruam perdidit. Quid.n. ꝑus ipsa Minerua perdiderat: ut periret? an forte: custodes suos? Hoc sane uerũ est. illis quipppe interemptis: potuit auferri. Neq; enim homĩes A simulacro: sed simulacrũ ab hominibus seruabatᷓ. Quomodo ergo colebatᷓ: ut patriã custodiret: et ciues: que suos non ualuit custodire custodes?

Quã imprudenter Romani deos penates: qui Troiam custodire non poterant: sibi crediderunt profuturos. C. iii.

Ecce quibus diis urbem romam seruandã se cõmendasse gaudebant. O nimium miserabilẽ errorẽ. et nobis succensent cũ de diis eoꝝ talia dicimus nec succẽsent autoribus suis. quos ut edíscerent: mercedem dederunt. Doctoresq; ipsos insuper et salario publico: et honoribus dignissimos habuerũt. Nẽpe apud Virgiliũ: quẽ ꝑpterea paruuli legũt: ut uidelicet poeta magnus: omiũ q; ꝑclarissimus: atq; optimus: teneris ebibitus annis non facile obliuione possit aboleri: scd̃m illud Oratii.
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem. Testa diu.
Apud hunc ergo Virgiliũ nempe Iuno inducitur infesta Troianis: Eolo uentorum Regi aduersus eos irritãdo: dicere.
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat equor.
Ilium in Italiam portans: uictosq; penates.
Ita ne istis penatibus uictis Romã: ne uinceretᷓ: prudẽtes cõmendare debuerũt? Sed hec Iuno dicebat: uelut irata mulier: quid loqueretur: ignorãs. Quid Eneas ipse pius totiens appellatus? Nonne ita narrat.
Panthus Otriades arcis Phebiq; Sacerdos.
Sacra manu: uictosq; deos paruumq; nepotem:
Ipse trahit: cursuq; amens ad limina tendit.
Nonne deos ipsos: quos uictos non dubitat dicere: sibi potius: q̃ se illis perhibet commendatos: cum ei dicitur?
Sacra suosq; tibi commendat Troia penates?
Si igitur Virgilius tales deos: et uictos dicit: et ut uel uicti quoquomõ euaderent: homini commendatos: que dementia est: existimare his tutoribus romam fuisse sapienter commissam? et nisi eos amisisset: non potuisse uastari? Immo uero uictos deos: tanq̃m presides ac defensores colere: quid est aliud: q̃ tenere non numina bona: sed demonia mala? Quãto.n. sapientius creditᷓ: Romam ad istam cladem nõ fuisse uẽturam: nisi prius illi perissent: sed illos potius olim fuisse perituros: nisi eos quantum potuisset: Roma seruasset. Nam quis nõ: cum aduerterit: uideat: quãta sit uanitate presumptum: non posse uinci sub defensoribus uictis: et ideo perisse quia custodes perdidit deos: cũ uel sola potuerit eẽ causa ꝑeundi: custodes habere uoluisse ꝑituros? Non itaq; cum de diis uictis illa conscriberentᷓ: et canerentur: poetas libebat mẽtiri: sed cordatos homines cogebat ueritas confiteri. Verum ista opportunius alio loco: diligẽter copioseq; tractãda sunt. Nunc quod institueram: de ingratis dicere hominibus: parumper explicem: ut possum. qui ea mala que pro suoꝝ moꝝ peruersitate merito

blasphemantes patiuntur christo imputant. Quod autem illis etiam talibus propter xp̄m parcit: nec dignant attēdere. et eas liguas aduersus eius nomē demētia sacrilege peruersitatis exercēt: qbus linguis usurpauerūt mēdaciter ipsum nomē: ut uiuerēt.

¶ De Asylo Iunonis in Troia: qd̄ neminem liberauit a Grecis. et de Basilicis Apostolorum que omnes ad se confugientes: a Barbaris defenderunt. ¶ C.iiii.

NEl quas linguas in locis ei sacratis metuendo presserunt: ut illic tuti: atq; muniti: ubi p̄pter eū illesi ab hostibus fuere: inde in eū maledictis hostilibus ꝓsilirent. Ipsa ut dixi Troia mater Romani Populi: sacratis in locis deorum suorum munire non potuit ciues suos ab ignibus ferroq; Grecorum eosdem deos colentium: quin etiam Iunonis asylo ¶ Custodes lecti Phoenix et dirus Vlyxes
Predam asseruabāt. Huc undiq; Troia gaza
Incēsis erepta adytis. mensęq; deorum.
Crateresq; auro solidi captiuaq; uestis
Congeritur. pueri et pauide longo ordine matres stant circum.
Electus est uidelicet locus tante dee sacratus: non: unde captiuos nō liceret educere: sed ubi captiuos liberet includere. Cōpara nūc asylū illud nō cuiuslibet dei gregalis: uel de turba plebis: sed Iouis ipsius sororis: et coniugis: et Regine omnium deorum: cum memoriis nostrorum Apostolorum. Illuc incensis templis: et diis erepta spolia portabantur. non reddenda uictis: sed diuidēda uictoribus: huc autem et quod alibi: ad ea loca cōpertum est pertinere: cum honore et obsequio religiosissimo reportatū est. Ibi amissa: hic seruata libertas. Ibi clausa: hic interdicta captiuitas. Ibi possidēdi a dominātibus hostibus premebant: huc liberandi a miserantibus hostibus ducebant. Postremo illud Iunonis templum sibi elegerat auaricia et superbia leuiū Grecorum: istas Christi basilicas misericordia et humilitas etiam immanium Barbarorum. Nisi forte Greci quidam in illa sua uictoria templis deorum communium pepercerunt: atq; illo cōfugientes miseros uictosq; troianos ferire uel captiuare nō ausi sunt. Sed Virgilius Poetarum more illa mentitus est. Immo uero morē hostiū ciuitates euertētiū ille descripsit. Quem morem etiam Cato: sicut scribit Salustius nobilitate ueritatis historicus. sentētia sua quā de cōiuratis in senatu habuit: cōmemorare nō p̄termittit. ¶ Rapi uirgines: pueros: diuelli liberos a parentum cōplexu: matresfamiliarum pati que uictoribus collibuisset: phana atq; domos spoliari: cedē: incēdia: fieri. Postremo armis: atq; cadaueribus: cruore: atq; luctu: omnia cōpleri. ¶ Hic si phana tacuisset: deorum sedibus solere hostes parcere putaremus. et hec non ab alienigenis hostibus: sed a Catilina: et sociis eius nobilissimis Senatoribus et Romanis ciuibus: Romana templa metuebāt. Sed hi uidelicet p̄diti et patrie parricide.

¶ Quod ne Romani quidem ita ullas ceperunt ciuitates: ut in templis earum parcerent uictis. ¶ C.v.

QVid: ergo per multas gentes que inter se bella gesserūt: et nusq̄ uictis in deorum suorum sedibus pepercerūt noster sermo discurrat? Romanos ipsos uideamus: ipsos inq̄ recolamus. respiciamusq; Romanos de quorum precipua laude dictum est: Parcere subiectis et debellare superbos.
Et q̄ accepta iniuria ignoscere malebant q̄ persequi: Quando tot tantasq; urbes: ut late dominarent: expugnatas captasq; euerterunt: legat nobis: que templa excipere

solebant: ut ad ea: quisquis confugisset: liberaretur. An illi faciebant: et scriptores earundem rerum gestarum ista reticebant? Ita ne uero qui ea: que laudarēt maxīe requirebant: ista preclarissima scd̄m ipsos pietatis indicia preterirent? ¶ Egregius Romani nominis. M. Marcellus qui Syracusas urbem ornatissimam cepit: refertur eam prius fleuisse ruituram: et ante eius sanguinē suas illi lachrymas effudisse. Gessit et curam pudicicie etiam in hoste seruande. Nam prius q̄m oppidum uictor iussisset inuadi: constituit edicto ne quis corpus liberum uiolaret. Euersa est tamen ciuitas more bellorꝫ. nec uspiam legit̄ ab Imperatore tam casto: atq; clementi fuisse p̄ceptū: ut quisquis ad illud uel illud templū fugisset: haberetur illesus. Quod utiq; nullo mō preteriret: quando nec eius fletus: nec quod edixerat pro pudicicia minime uiolāda: potuit taceri. ¶ Fabius Tarentine euersor urbis: a simulacrorum depredatione abstinuisse laudatur. Nam cū ei scriba suggessisset: qd de signis deorꝫ: que multa capta fuerant fieri iuberet: cōtinentiā suā etiā iocādo cōdiuit. Quesiuit. n. cuiusmodi eēnt. et cum ei nō solum multa grandia: uerum etiam renunciarentur armata: relinq̄mus inquit Tarentinis deos iratos.

¶ Quod in euersione urbis que aspere gesta sunt: de cōsuetudine acciderūt belli: que uero clemēter de potentia ꝓuenerūt nominis Christi. ¶ C. VI.

CVm igitur nec illius fletum: nec huius risum: nec illius castam misericordiam: nec huius facetam continentiam Romanorꝫ rerum gestarum scriptores tacere potuerunt: quando pretermitteretur: si aliquibus hominibus in honorem cuiuspiam deorum suorum sic pepercissent: ut in quocunq; templo cedem uel captiuitatem fieri prohiberent. Quicquid ergo uastationis: trucidationis: depredationis: concremationis: afflictionis: in ista recentissima Romana clade commissum est: fecit hoc consuetudo bellorum. Quod autem more nouo factum est: ꝙ inusitata rerum facie immanitas Barbara tam mitis apparuit: ut amplissime basilice implende populo: cui parceretur eligerent̄: et decernerent̄: ubi nemo feriret̄: unde nemo raperetur: quo liberādi multi a miserātibus hostibus ducerent̄: unde captiuādi nulli nec a crudelibus hostibus abducerent̄: hoc Christi nomini: hoc Christiano tēpori tribuēdū: q̄squis nō uidet cecus: q̄sq̄s uidet: nec laudat: ingratus: q̄squis laudanti reluctat̄: insanus est. Absit ut prudēs quisq̄ hoc feritati imputet Barbarorum. Truculentissimas et seuissimas mentes ille terruit: ille frenauit: ille mirabiliter temperauit: qui per Prophetā tāto ante p̄dixit. ¶ Visitabo in uirga iniq̄tates eorꝫ: et in flagellis peccata eorꝫ. misericordiā aūt meam nō dispergam ab eis. ¶ Dicet aliq̄s. Cur ergo ista diuina misericordia etiā ad impios ingratosq; ꝓuenit? Cur putamus nisi q̄a eā prebuit qui quotidie facit oriri solē suū super bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos? Quāuis. n. quidam ista eorum cogitātes penitēdo ab impietate se corrigāt: q̄dā uero sicut Apostolus dicit: diuitias bonitatis et longanimitatis dei contēnentes: scd̄m duriciā cordis sui et cor impenitēs thesaurizent sibi iram in die ire: et reuelationis iusti iudicii dei: qui reddet unicuiq; scd̄m opera eius: tn̄ patiētia dei ad penitētiam inuitat malos: sicut flagellum dei ad patientiam erudit bonos. Itemq; misericordia dei fouēdos amplectitur bonos: sicut seueritas dei puniendos corripit malos. Placuit q̄ppe diuine prouidentie p̄parare in posterꝫ bona iustis: q̄bus nō fruent̄ iniusti. et mala ipsis: q̄bus nō excruciabūt̄ boni.

¶ De cōmodis atq; incōmodis que bonis ac malis plerūq; cōmunia sunt. ¶ C. VII.

quare cum iniustis patiuntur iusti

ISta uero temporalia bona et mala utrisq; uoluit esse communia. ut nec bona cupidius appetant: que mali quoq; habere cernunt: nec mala turpiter euitent: quibus et boni plerūq; afficiunt. Interest aūt plurimū q̄lis sit usus: uel eaꝝ rerū: que prospere: uel earū: que dicunt aduerse. Nam bonus tēporalib; nec bonis extollitur nec malis frangitur. Malus autē ideo huiuscemodi infelicitate punitur: quia felicitate corrūpitur. Ostendit tamē deus sepe etiā in his distribuēdis euidentius operationem suam. Nam si nunc omne peccatum manifesta plecteret pena: nihil ultimo iudicio reseruari putaretur. Rursus: si nullum peccatū nunc puniret aperta diuinitas: nulla esse prouidentia diuina crederetur. Similiter in rebus secūdis: si non eas deus q̄busdā petentibus euidentissima largitate concederet: non ad eum ista pertinere diceremus. Itemq; si omnibus eas petentibus daret: non nisi propter talia premia seruiēdum illi esse arbitraremur. nec pios nos faceret talis seruitus: sed potius cupidos et auaros. Hec cum ita sint: quicunq; boni maliq; pariter afflicti sunt: nō ideo isti distincti nō sunt: quia distinctū non est: quod utriq; perpessi sunt. Manet enim dissimilitudo passoꝝ etiam in similitudine passionum. et licet sub eodem tormento non est idem uirtus: et uitium: Nam sicut sub uno igne aurum rutilat: et palea fumat: et sub eadem tribula stipule comminuuntur: frumenta purgātur: nec ideo cum oleo amurca cōfunditur: quia eodē preli pōdere exprimit: ita una eadēq; uis irruēs bonos probat purificat: ac eliquat: malos damnat: uastat et exterminat. Vnde in eadem afflictione mali detestant deū: atq; blasphemāt. boni aūt precant: et laudant. Tantum interest non qualia. sed qualis quisq; patiat. Nam pari motu exagitatum et exhalat horribiliter cenum. et suauiter fragrat unguentum.

De causis correctionum propter quas et boni et mali pariter flagellantur. C. viii.

QVid igit in illa rerum uastitate x̄piani passi sunt: quod eis nō magis fideliter ista considerantibus ad prouectum ualeret? Primo ꝙ ipsa peccata q̄bus deus indignatus impleuit tantis calamitatibus mundum: humiliter cogitantes: quis longe absint a facinorosis: flagiciosis atq; impiis: tamen non usq; adeo se a delictis deputant alienos: ut nec temporalia pro eis mala perpeti se iudicent dignos. Excepto enim ꝙ unusquisq; quanlibet laudabiliter uiuens: cedit in q̄busdam carnali cōcupiscentie: et si nō ad facinoꝝ immanitatē: et gurgitē flagitiorū: atq; impietatis abominationē: ad aliqua tamen peccata uel rara uel tāto crebriora q̄to minora: Hoc ergo excepto quis tandem facile reperitur: qui eosdem ipsos propter quoꝝ horrendam superbiam: luxuriam: et auariciam: atq; execrabiles iniquitates: et impietates: deus sicut minādo predixit conterit terras: sic habeat: ut habendi sunt: sic cum eis uiuat: ut cum talibus uiuendum est? Plerūq; enim ab eis docendis: admonendis: aliquādo etiā obiurgādis: et corripiendis male dissimulatur: uel cum laboris piget: uel cum os eoꝝ coram q̄bus sumus: uerecūdamur offendere: uel cū eorum inimicicias deuitamus: ne impediant et noceāt in istis tēporalibus rebus: siue q̄s adipisci adhuc appetit nostra cupiditas: siue quas amittere formidat infirmitas. ita ut q̄uis bonis uita maloꝝ displiceat: et ideo cū eis non incidant in illā damnationē: que post hanc uitam talibus preparatur: tamen quia propterea peccatis eorum damnabilibus parcunt: dum eos in suis licet leuibus et uenialibus metuunt: iure cū eis temporaliter flagellant: quanuis in eternum minime puniantur. Iure istam uitam quādo diuinitus affligūtur cum eis amaram sentiunt: cuius amando dulcedinem peccantibus eis amari esse noluerunt. Nam si propterea

quiſquiſ obiurgãdiſ et corripiendiſ male agentibuſ parcit: quia opportuniuſ tempuſ inquirit: uel eiſdem ipſiſ metuit: ne deterioreſ ex hoc efficiantur: uel ad bonã uitam et piam erudiendoſ impediãt infirmoſ alioſ: et premãt atq; euertant a fide: nõ uidet̃ eſſe cupiditatiſ occaſio: ſed conſilium caritatiſ. illud eſt culpabile: ꝙ ii qui diſſimiliter uiuunt: et a malorum factiſ abhorrent: parcunt tamẽ peccatiſ alieniſ: que dedocere aut obiurgare deberent: dum eorum offenſioneſ cauent: ne ſibi noceant in iiſ rebuſ quibuſ licite boni atq; innocenter utuntur. ſed cupidiuſ q̃ oportebat eoſ: qui in hoc mũdo peregrinant̃: et ſpem ſuperne patrie pre ſe gerũt. Non ſolũ q̄ppe infirmioreſ uitam ducenteſ coniugalem: filioſ habenteſ: uel habere cupienteſ: domoſ ac familiaſ poſſidenteſ: quoſ Apoſtoluſ in eccleſia alloquitur docenſ: et monenſ quemadmodum uiuere debeant: uxoreſ cum maritiſ: et mariti cũ uxoribuſ: et filii cum parentibuſ et parenteſ cum filiiſ: et ſerui cũ dominiſ: et domini cũ ſeruiſ: multa temporalia: multa terrena libenter adipiſcũtur: et moleſte amittunt: propter que nõ audent offendere homineſ: quorũ ſibi uita contaminatiſſima et cõſceleratiſſima diſplicet: uerum etiam ii qui ſuperiorẽ uite gradum tenent: nec coniugalibuſ uinculiſ irretiti ſunt: et uictu paruo: ac tegumẽto utunt̃: plerũq; ſue forme: fame ac ſaluti: dũ inſidiaſ atq; impetuſ malorum timent: ab eoꝝ reprehenſione ſeſe abſtinent. et quanuiſ nõ in tantum eoſ metuant: ut ad ſimilia perpetranda quibuſ libet eoꝝ terroribuſ atq; improbitatibuſ cedant: ea ipſa tamẽ que cũ eiſ non perpetrant: nolunt plerũq; corripere: cũ fortaſſe poſſint aliquoſ corripiendo corrigere: ne ſi nõ potuerint: ſua ſaluſ ac fama in ꝑiculũ exitiumq; perueniat. Hoc non ea conſideratione: qua ſuã famam ac ſalutem uidẽt: eſſe neceſſariã utilitati erudiendoꝝ hominũ: ſed ea potiuſ infirmitate: qua delectat lingua blãdienſ et humanuſ dieſ: et reformidatur uulgi iudiciũ: et carniſ excruciatio uel peremptio: Hoc eſt ꝓpter quedã cupiditatiſ uincula: nõ ꝓpter officia caritatiſ. Non mihi itaq; uidetur hec parua eſſe cauſa: quare cum maliſ flagellentur et boni: qñ deo placet perditoſ moreſ etiã temporaliũ penarũ afflictione punire. Flagellant̃ enim ſimul: non quia ſimul agunt malam uitam: ſed q̄a ſimul amant tẽporalẽ uitã. non q̄dem equaliter: ſed tamen ſimul. quã boni contemnere deberent. ut illi correpti: atq; correcti: conſequerentur eternam: ad quam conſequendam ſi nollent eſſe ſocii: ferrent̃: et diligerentur inimici. q̄a donec uiuunt: ſemper incertũ eſt utrũ uoluntatẽ ſint in meliuſ mutaturi. Qua in re nõ utiq; parem ſed lõge grauiorẽ habent cauſam: quibuſ per prophetam dicit̃: Ille quidem in ſuo peccato morietur: ſanguinẽ autem eiuſ de manu ſpeculatoriſ requiram. Ad hoc enim ſpeculatoreſ: hoc eſt populorum prepoſiti conſtituti ſunt in eccleſiiſ: ut non parcant obiurgando peccata. Nec ideo tamẽ ab huiuſcemodi culpa penituſ alienuſ eſt: qui licet prepoſituſ nõ ſit: in eiſ tamẽ quibuſ uite huiuſ neceſſitate coniungitur: multa monenda: uel arguenda nouit: et negligit: deuitanſ eorũ offenſioneſ: propter illa q̄buſ in hac uita nõ ut debuit utit̃: ſed pluſ q̃ debuit delectat̃. ¶ Deinde habent aliam cauſam boni quare tẽporalibuſ affligant̃ maliſ: q̃lem habuit Iob: ut ſibi ipſe humanuſ animuſ ſit ꝓbatuſ et cognituſ: quanta uirtute pietatiſ gratiſ deum diligat.

¶ Quod ſanctiſ in amiſſione rerum temporaliũ nihil ꝑeat. ¶ C. viii.

QVibuſ recte conſideratiſ: atq; perſpectiſ: attende utrum aliquid mali acciderit fidelibuſ: et piiſ: quod eiſ nõ in bonũ uerteret̃. Niſi forte putãdũ eſt apoſtolicã illam uacare ſententiã: ubi ait. Scimuſ quoniã diligentibuſ deũ: omnia cooperantur

in bonum. Amiserunt omnia: que habebant. Nunqd fidē? nunqd pietatē? nunquid interioris hominis bona? qui est ante deū diues? He sunt opes Xpristianorū: quibus opulentos dicebat Apostolus: ubi ait. ¶ Est aūt questus magnus pietas cū sufficiētia. Nihil enim intulimus in hunc mūdum. sed nec auferre quid possumus. habentes aūt uictum et tegumentum: his contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et laqueum: et desideria multa et noxia: que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim est omniū malorum auaricia. quam quidam appetentes a fide ꝑrrauerūt. et inseruerūt se doloribus multis. ¶ Quibus ergo terrene diuitie illa uastatione perierūt: si eas sic habebāt: queadmodū ab isto foris paupere: intus diuite audierant: id est si mundo utebantur: tanq̄ non utentes: potuerūt dicere: qd ille grauiter tēptatus: et mīme supatus. Nudus exii de utero matris mee. nudus in terram reuertar. dominus dedit dominus abstulit. sicut domino placuit: ita factum est. sit nomen domini bñdictum. ¶ Vt bonus seruus magnas facultates haberet: ipsam sui domini uoluntatē: cui pedissequus mente ditesceret: nec contristaretur eis rebus uiuens relictis: quas fuerat cito moriens relicturus. Illi aūt infirmiores qui terrenis his bonis quāuis ea non preponerent Christo: aliquantula tñ cupiditate coherebant: quātum hec amando peccauerint: perdendo senserūt. Tantū qppe doluerunt: q̄tum se doloribus inseruerant. sicut Apostolū dixisse supra cō memoraui. Oportebat enim: ut eis adderetur etiā experimentoꝝ disciplina: qbus fuerat tā diu neglecta uerboꝝ: Nam cum dicit Apostolus. Qui uolūt diuites fieri: in temptationē incidūt: et cetera: ꝑfecto in diuitiis cupiditatē reprehendit: non facultatem: quā precepit alibi: dicens. Precipe diuitibus huius mundi non superbe sapere. neq; sperare in incerto diuitiarū suarum: sed in deo uiuo: qui ꝑstat nobis oīa abundanter ad fruendū. bene faciant diuites. sint in operibus bonis. facile tribuāt. cōmunicent. thesaurizēt sibi fūdamentū bonum in futurum: ut apprehendant ueram uitam. Hec qui de suis faciebāt diuitiis: magnis sunt lucris: leuia damna solati: plusq; letati ex iis: que facile tribuēdo tutius seruauerunt: q̄ contristati ex iis: que timide retinendo: facilius amiserunt. Hoc enim potuit in terra perire: quod piguit inde transferre. Nam qui receperunt consilium domini sui: dicentis. ¶ Nolite condere uobis in terra thesauros ubi tinea: et rubigo extermināt: et ubi fures effodiūt et furantᷣ: sed thesaurizate uobis in celo thesauros: quo fur nō accedit: neq; tinea corrūpit: ubi. n. est thesaurus tuus: ibi erit et cor tuum: tribulationis tempore probauerūt: q̄ recte sapuerint: nō contemnendo ueracissimum preceptorem: et thesauri sui fidelissimū: inuictissimūq; custodem. Nam si multi sunt gauisi ibi se habuisse diuitias suas: quo contigit ut hostis non accederet: q̄to certius et securius gaudere potuerūt: qui monitu dei sui: illuc migrauerāt: quo accedi oīno nō posset? Vnde Paulinus noster nolensis episcopus ex opulentissimo diuite uolūtate pauperrimus et copiosissime sanctus: quādo et ipsam nolam barbari uastauerūt: cū ab eis teneretᷣ: sic in corde suo: ut ab eo postea cognouimus: precabatur. Domine nō excrucier ꝑpter aurū et argentū. ubi enim sint omnia mea: tu scis. Ibi enim habebat oīa sua: ubi eū cōdere: et thesaurizare ille monuerat: qui hec mala mūdo uentura predixerat. Ac per hoc q domino suo monēti obedierant: ubi: et quom thesaurizare deberent: nec ipsas terrenas diuitias Barbaris incursantibus amiserūt. Quos aūt non obedisse penituit: quid de talibus rebus faciendum esset: si non precedente sapientia: certe consequente experientia: didicerunt. At. n. quidā boni etiā christiani tormētis excruciati sunt: ut bona sua hostibus proderent. Illi uero nec prodere: nec perdere potuerūt bonum: quo ipsi boni erant. Si aūt torqueri: q̄ mā mona iniquitatis ꝑdere

maluerunt: boni nõ erant. Admonendi autẽ fuerant: qui tanta patiebant̃ pro auro: quãta essent sustinenda pro Christo: ut eum potius diligere discerent: q pro se passos eterna felicitate ditaret. non aurum et argentum: pro quo pati miserrimum fuit: seu mentiendo occultaretur: seu uerum dicẽdo proderetur. Nanq; inter tormenta nemo Christum confitendo amisit: nemo aurum: nisi negando: seruauit. Quocirca utiliora erant fortasse tormenta: que bonum incorruptile amandum docebant: q̃m illa bona que sine ullo utili fructu: domĩos sui amore torquebãt. Sed qdam etiã nõ habẽtes: quod proderent: dũ nõ credunt̃: torti sunt. Et hi forte habere cupiebãt. nec sancta uolũtate pauperes erant. qbus demõstrandũ fuit: nõ facultates: sed ipsas cupiditates talibus esse dignas cruciatibus. Si uero melioris uite proposito reconditum aurum argentũq; nõ habebãt: nescio quidẽ utrũ cuiq̃ talium acciderit: ut dũ habere credit̃: torqueret̃. Verũtamen etiã si accidit: ꝑfecto q inter illa tormenta paupertatẽ scãm confitebatur: Christum confitebatur. Quapropter et si nõ meruit ab hostibus credi: non potuit tñ sancte paupertatis confessor sine celesti mercede torqueri. ❡ Multos inquiunt etiã Xpianos fames diuturna uastauit. Hoc quoq; in usus suos boni fideles pie tolerãdo: uerterũt. quos enim fames necauit: malis uite huius: sicut corpis morbus eripuit. Quos autem nõ necauit: docuit parcius uiuere. docuit productius ieiunare.

❡ De fine tẽporalis uite siue longioris: siue breuioris. ❡ C. x.

SEd enim multi etiã Christiani interfecti sunt: multi multarum mortium feda uarietate cõsumpti. Hoc si egre ferendũ est: omĩbus qui in hanc uitam ꝑcreati sunt utiq; cõmune est. Hoc scio neminẽ fuisse mortuum qui non fuerit aliquando moriturus. finis autẽ uite: tam longam: q̃ breuem: uitam hoc idem facit. Neq; enim aliud melius aliud deterius: aut aliud maius: et aliud breuius est: quod iã pariter non est. Quid autem interest: quo mortis genere uita ista finiatur: quãdo ille: cui finitur: iterum mori nõ cogitur? Cum autẽ unicuiq; mortalium sub quotidianis uite huius casibus innumerabiles mortes quodãmodo continentur: q̃ diu incertum est que nam earum uentura sit: quero utrum satius sit: unam perpeti moriendo: an omnes timere uiuendo. Nec ignoro q̃ inertius eligatur diu uiuere sub timore tot mortiũ: q̃ semel moriendo nullã deinceps formidare. Sed aliud ẽ: qđ carnis sensus infirmiter pauidus refugit: aliud quod mentis ratio diligenter enucleata conuincit. Mala mors putãda nõ est: quã bona uita precesserit. Neq; enim facit malã mortem nisi quod sequitur mortem. Non itaq; multũ curandum est eis: qui necessario morituri sunt: qd accidat: ut moriantur: sed moriendo quo ire cogantur. Cum igit̃ Christiani nouerint longe meliorẽ fuisse religiosi pauperis mortẽ inter lingentiũ canum linguas: q̃ impii diuitis in purpura et bysso: horrẽda illa genera mortiũ: qd mortuis obfuerũt: q bñ uixerũt?

❡ De sepultura humanorum corporum que Xpristianis etiam si fuerit negata nil adimit. ❡ C. xi.

ET enim in tanta strage cadauerum nec sepeliri potuerũt. Neq; istud pia fides nimium reformidat. tenens predictum: Nec absumentes bestias resurrecturis corporibus obfuturas: quorũ capillus capitis non peribit. nullo modo diceret ueritas: nolite timere eos: qui corpus occidunt: animam autem nõ possunt occidere: si quicq̃ obesset future uite quicquid inimici de corporibus occisorum facere uoluissent. Nisi

forte quispiam sic absurdus est: ut cõtendat eos qui corpus occidunt: nõ debere timeri ante mortẽ. ne corpus occidãt: et timeri debere post mortẽ: ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum est ergo: qđ ait Christus: qui corpus occidũt: et postea nõ habẽt: quid faciant: si habent tanta: que de cadaueribus faciant. Absit: ut falsum sit: quod ueritas dicit. Dictum est enim aliquid eos facere: cũ occidunt: quia in corpore sensus est occidendo: postea uero nihil habere quid faciant: qa nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaq; corpora Christianorum terra non texit. sed nullum eorũ quisq̃ a celo et a terra separauit. quã totam implet presentia sui: qui nouit unde resuscitet: quod creauit. Dicitur qdem in psalmo. Posuerunt mortalia seruorum tuorũ escam uolatilibus celi. carnes sanctorũ tuoꝝ bestiis terre. Effuderunt sanguinẽ eorũ: sicut aquam in circuitu hierusalem. et non erat: qui sepeliret. Sed magis ad exaggerãdam crudelitatem eorum: qui ista fecerunt: non ad eorũ infelicitatẽ qui ista perpessi sunt. Quãuis enim hec in conspectu hominũ dura: et dira uideantᷣ: sed p̄ciosa in cõspectu domini mors sanctoꝝ eius. Proiñ oĩa ista id est curatio funeris: conditio sepulture: pompa exequiarum: magis sunt uiuorum solatia: q̃ subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa: oberit pio uilis: aut nulla. Preclaras exequias in conspectu hoĩm exhibuit purpurato illi diuiti turba famulorũ. sed multo clariores in conspectu domini ulceroso illi pauperi ministerium prebuit angelorum. qui eum non extulerũt in marmoreũ tumulũ: sed in Abrae gremium sustulerunt. ¶ Rident hic illi: contra quos defendendam suscepimus ciuitatem dei. Veruntamen sepulture curam etiã eoꝝ philosophi contempserũt. et sepe uniuersi exercitus dum pro terrena patria morerentur: ubi postea iacerent: uel quibus best iis esca fierent non curarunt. Licuitq; de hac re poetis plausibiliter dicere. Celo tegitur: qui non habet urnam. Quãto minus debẽt de corporibus insepultis insultare Xp̄ianis: qbus et ipsius carnis et membroꝝ omniũ reformatio: nõ solũ ex terra: uerum etiã ex alioꝝ elementorũ secretissimo sinu: quo dilapsa cadauera recesserunt: in temporis puncto reddenda: et redintegranda promittitur.

¶ Que sit ratio sanctoꝝ corpora sepeliendi. ¶ C. xii.

Nec ideo tamen contẽnenda et abiicienda sunt corpora defunctoꝝ: maximeq; iustoꝝ: atq; fideliũ: quibus tanq̃ organis et uasis ad oĩa bona opera sanctus usus est spiritus. Si enim paterna uestis: et anulus: ac siqd huiusmodi tanto carius est posteris: quãto erga parentes maior existit affectus: nullo modo ipsa spernẽda sunt corpora: que utiq; multo familiarius: atq; cõiũctius: q̃ quelibet indumẽta gestamus. Hec enim nõ ad ornamentum: uel adiutorium: quod adhibetur extrinsecus: sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Vnde et antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt: et exequie celebrate: et sepultura prouisa. ipsiq; dũ uiuerẽt: hoc de sepeliendis: uel etiam trãsferendis suis corporibus: filiis mandauerunt. et Thobias sepeliendo mortuos: deum p̄meruisse: teste angelo: cõmendatur. Ipse quoq; dominus die tertio resurrecturus: et religiose mulieris bonum opus predicat: predicandumq; commendat: ꝙ unguentum preciosum super membra eius effuderit: atq; hoc ad eum sepeliendum fecerit. et laudabiliter commemorãtur in euangelio: qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atq; honorifice tegendum sepeliendũq; curarunt. Verum iste autoritates nõ hoc admonẽt: ꝙ insit ullus cadaueribus sẽsus: sed ad dei p̄uidentiã: cui placent etiam talia pietatis officia: corpora quoq; mortuoꝝ pertinere significãt propter fidem resurrectionis astruendam. Vbi et illud salubriter discitur: quanta

possit esse remuneratio pro elemosinis: quas uiuentibus et sentientibus exhibemus: si neq; hoc apud deum perit: quod exanimis hominum membris offitio diligentieq; persoluit. ¶ Sūt quidē et alia que sancti Patriarche de corpibus suis uel cōdendis: uel transferendis prophetico spiritu intelligi dicta uoluerūt. Non aūt hic locus est: ut ea ptractemus: cū sufficiant ea: que diximus. Sed si ea: que sustētandis uiuētibus sunt necessaria: sicut uictus: et amictus: quis cū graui afflictione desint: nō frangūt in bonis perferēdi tolerandiq; uirtutē: nec eradicant ex animo pietatē: sed exercitatā faciunt fecūdiorem: quāto magis cum desunt ea: que curandis funeribus cōdendisq; corporibus defunctoꝝ adhiberi solent: nō efficiunt miseros in occultis pioꝝ sedibus iam quietos? Ac per hoc quando ista cadaueribus Christianoꝝ in illa magne urbis uel etiam aliorum oppidorum uastatiōe defuerunt: nec uiuorum culpa est: qui nō potuerunt ista prebere: nec pena mortuorum: qui non possunt ista sentire.

¶ De captiuitate sanctoꝝ q̄bus nūq̄ diuina solatia defuerūt. ¶ C. xiii.

Sed multi inqunt Christiani etiā captiui ducti sunt. Hoc sane miserrimū est: si aliquo duci potuerunt: ubi deū suū non inuenerūt. Sunt in scripturis sanctis huius etiā cladis magna solatia. Fuerūt in captiuitate tres pueri. fuit Daniel. fuerūt alii Prophete. nec deus defuit consolator. Sic non deseruit fideles suos sub dānatione gentis licet Barbare tn̄ humane: qui Prophetā non deseruit nec in uisceribus belue. Hoc quoq; illi: cū quibus agimus: malunt irridere q̄ credere. qui tamen in suis litteris credunt Arionem Methymneum nobilissimū citharistam: cum esset eiectus de naui: exceptum delphini dorso: et ad terram esse prouectū. Verum illud nostrū de Iona Propheta īcredibilius ē. Plane incredibilius: qa mirabilius: et mirabilius: qa potētius.

¶ De Regulo in quo captiuitatis ob religionem etiam sponte tolerande extat exemplum: quod tamen illi deos colenti prodesse non potuit. ¶ C. xiiii.

Habent tamen isti de captiuitate: religionis causa: etiam sponte toleranda: et in suis preclaris uiris nobilissimum exemplum. M. Attilius Regulus Imperator Populi Romani captiuus apud Carthaginenses fuit: qui cū sibi mallent a Romanis suos reddi: q̄ eoꝝ tenere captiuos: ad hoc impetrandū etiam istum precipue Regulū cum legatis suis Romam miserunt: prius iuratione constrictum: si: quod uolebant: minime peregisset: reditūrū esse Carthaginē. Perrexit ille. atq; in Senatu cōtraria persuasit: quoniā non arbitrabatᷓ utile esse Romane Reipublice mutare captiuos. Nec post hanc persuasionem a suis ad hostes redire compulsus est. sed qa iurauerat: id sponte impleuit. At illi eum excogitatis: atq; horrendis cruciatibus necauerunt. Inclusum qppe angusto ligno: ubi stare cogereᷓ: clauisq; acutissimis undiq; cōfixo: ut se in nullā eius partē inclinaret sine penis atrocissimis: etiā uigilando peremerūt. Merito certe laudant uirtutem: tam magna infelicitate maiorem. Et per deos ille iurauerat: quoꝝ pro cultu prohibito has generi humano clades isti opinanᷓ infligi. Qui ergo propterea colebantur: ut istam uitam prosperam redderent: si uerū iuranti has irrogari penas seu uoluere: seu pmisere: qd periuro grauius irati facere potuerūt? Sed cur ratiocinationem meam non potius ad utrunq; concludam? Deos certe sic ille coluit: ut propter iurisiurandi fidem nec remaneret in patria: nec inde quolibet

ire: sed ad suos acerrimos inimicos redire: minime dubitaret. Hoc si huic uite utile existimabat: cuius tam horrendum exitum meruit: proculdubio fallebat. Suo quippe docuit exemplo nihil deos ad istam temporalem felicitatem suis prodesse cultoribus: quandoquidem ille eorum deditus cultui: et uictus: et captiuus abductus est. et quia noluit aliter: quam per eos iurauerat: facere: nouo: ac prius inaudito: nimiumque horribili supplicii genere cruciatus extinctus est. Si autem cultus deorum post hanc uitam: uelut mercedem reddit felicitatem: cur calumniantur temporibus Christianis: ideo dicentes Urbi accidisse illam calamitatem: quia deos suos colere destitit: cum potuerit etiam illos diligentissime colens: tam infelix fieri: quam ille Regulus fuit? Nisi forte contra clarissimam ueritatem tanta quisquam dementia mire cecitatis obnititur: ut contendere audeat: uniuersam ciuitatem deos colentem infelicem esse non posse: unum uero hominem posse. quod uidelicet potentia deorum suorum multos potius sit idonea conseruare: quam singulos: cum multitudo constet ex singulis. Si autem dicunt .M. Regulum etiam in illa captiuitate illisque cruciatibus corporis: animi uirtute beatum esse potuisse: uirtus potius uera queratur: qua beata possit esse et ciuitas? Neque enim aliunde beata ciuitas: aliunde homo: cum aliud ciuitas non sit: quam concors hominum multitudo. Quamobrem nondum interim disputo qualis in Regulo uirtus fuerit. Sufficit nunc: quod isto nobilissimo exemplo coguntur fateri: non propter corporis bona: uel earum rerum: que extrinsecus homini accidunt: colendos deos: quandoquidem ille carere his omnibus maluit: quam deos: per quos iurauit: offendere. Sed quid faciemus hominibus: qui gloriantur talem se habuisse ciuem: qualem timent habere ciuitatem? Quod si non timent: tale ergo aliquid: quale accidit Regulo: etiam ciuitati tam diligenter: quam ille: deos colenti: accidere potuisse fateantur: et Christianis temporibus non calumnientur. Uerum quia de illis Christianis orta questio est qui etiam captiui ducti sunt: hoc intueantur: et taceant: qui saluberrime religioni ex hinc impudenter: atque imprudenter illudunt: quia si diis eorum probro non fuit: quod attentissimus cultor illorum dum eis iurisiurandi fidem seruaret: patria caruit: dum aliam non haberet: captiuusque apud hostes per longam mortem: supplicio noue crudelitatis: occisus est: multo minus nomen criminandum est Christianum in captiuitate sacratorum suorum: qui supernam patriam ueraci fide exspectantes: etiam in suis sedibus peregrinos se esse nouerunt.

An stupris que etiam sanctarum forte uirginum est passa captiuitas contaminari potuerit uirtus animi sine uoluntatis assensu. C. XV.

Magnum sane se crimen putant obiicere Christianis. cum eorum exaggerantes captiuitatem: addunt stupra etiam commissa: Non solum in aliena matrimonia uirginesque nupturas: sed etiam in quasdam sanctimoniales. Hic uero non fides: non pietas: non ipsa uirtus: que castitas dicitur: sed nostra potius disputatio: inter pudorem atque rationem quibusdam coartatur angustiis. Nec tantum curamus hic alienis responsionem reddere: quantum ipsis nostris consolationem. Sit igitur in primis positum: atque confirmatum: uirtutem qua recte uiuitur: ab animi sede: membris corporis imperare: sanctumque corpus usu fieri sancte uoluntatis. Qua inconcussa ac stabili permanente: quicquid alius de corpore: uel in corpore fecerit: quod sine peccato proprio: non ualeat euitari preter culpam esse patientis. Sed quia non solum: quod ad dolorem: uerum etiam quod ad libidinem pertinet: in corpore alieno perpetrari potest: quicquid tale perpetratum fuerit: et si retentam constantissimo animo pudicitiam non excutit: tamen pudorem incutit:

ne credatur factum cū mentis etiā uoluntate: quod fieri fortasse sine carnis aliqua uoluptate non potuit.

De morte uoluntaria ob metum poene: siue dedecoris. C. xvi

AC per hoc et que se occiderunt: ne quicq̄ huiusmodi paterentur: quis humanus affectus eis nolit ignosci? Et que se occidere noluerunt: ne suo facinore alienū flagitiū deuitarent: quisquis eis hoc crimē dederit: ipse crimine insipientie nō carebit. Nam utiq; si nō licet priuata potestate hominē occidere uel nocentē: cuius occidēdi licentiam lex nulla concedit: profecto etiā qui seipm̄ occidit: homicida est. et tanto fit nocentior cū se occiderit: quāto innocentior in ea causa fuit: qua se occidendum putauit. Nam si Iude factū merito detestamur: eūq; ueritas iudicat: cum se laqueo suspēdit: scelerate illius traditionis auxisse potius: q̄ expiasse cōmissum: quoniam dei misericordiam desperando exitiabiliter penitens: nullū sibi salubris penitentie locum reliquit: quāto magis a sua nece se abstinere debet: qui tali supplicio: qd in se puniat: non habet? Iudas enim cū se occidit: sceleratū hominem occidit. et tamen non solum Christi: uerū etiā sue mortis reus: finiuit hanc uitā. qa licet ꝑpter suū scelus: alio suo scelere occisus ē. Cur aūt homo: q mali nihil fecit: sibi malefaciat: et seipm̄ īterficiēdo: hominē interficiat innocentē: ne aliū patiat̄ nocentē? atq; in se perpetret peccatum propriū: ne in eo perpetret̄ alienū?

De aliena uiolentiarum libidine: quam in oppresso corpore mens inuita perpetitur. C. xvii.

AT enim: ne uel aliena eū polluat libido: metuitur? Non polluet: si aliena erit. Si aūt polluet. aliena nō erit. Sed cū pudicicia uirtus sit aīmi: comitēq; habeat fortitudinem: qua potius quelibet mala tolerare: q̄ malo consentire: decreuit: nullus autē magnanimus: et pudicus in potestate habeat: quid de sua carne fiat: sed tantum quid annuat mente: uel renuat: quis eadē sana mēte putauerit se perdere pudicitiā: si forte in apprehensa: uel oppressa carne: sua exerceatur: et expleat̄ libido non sua? Si enim hoc mō pudicicia perit: ꝑfecto pudicicia animi uirtus non erit. nec ꝑtinebit ad ea bona: quibus bene uiuitur: sed in bonis corporeis numerabit̄. qualia sunt uires: pulchritudo: sana integraq; ualitudo: ac siquid huiuscemodi est. Que bona etiam si minuantur: bonam iustamq; uitam omnino non minuunt. Quod si tale aliquid est pudicicia: ut quid pro illa: ne amittatur: etiam cum periculo corporis laboratur? Si aūt bonū animi est: etiā oppresso corpore: nō amittit̄. Quinetiā sancte cōtinentie bonum: cum immundicie carnalium concupiscentiarum non cedit: et ipsum corpus sanctificatur. et ideo cum eis: non cedere incōcussa intentione: persistit. Nec de ipso corpore perit sanctitas: quia eo sancte utendi perseuerat uoluntas: et q̄ntum in ipso est: et facultas. Neq; enim eo corpus sanctū est: ꝙ eius membra sunt integra: atq; eo ꝙ nullo contrectantur attactu: cū possint diuersis casibus et uulnerata uim perpeti: et medici aliquādo saluti opitulātes: hec ibi faciant: que horret aspectus. Obstetrix uirginis cuiusdam integritatē manu uelut explorans: seu maliuolētia: seu inscientia: siue casu: dum inspicit: perdidit. Non opinor quenq̄ tam stulte sapere: ut huic perisse aliquid existimet: etiā de ipsius corporis sanctitate: quāuis membri illius integritate iam perdita. quocirca ꝑposito animi permanente: per quod etiā corpus sanctificari meruit: nec ipsi corpori aufert sanctitatem uiolentia libidinis aliene: quam seruat perseuerantia continentie sue. An uero si aliqua femina mente corrupta: uiolatoq;

proposito: quod deo uouerat: pergat uitiãda ad deceptorē suū: adhuc eā pergentem sanctam uel corpore dicimus: ea sanctitate animi: per quam corpus sanctificabatur amissa: atq; destructa? Absit hic error. Et hinc potius admoneamur: ita non amitti corporis sanctitatem: manente animi sanctitate: etiā corpore oppresso: sicut amittitē corporis sanctitas uiolata animi sanctitate: etiā corpore intacto. Quamobrem non habet: quod in se morte spontanea puniat femina: sine ulla cōsentione sua: uiolenter oppressa: et alieno compressa peccato. quanto minus anteq̄ hoc fiat: ne admittatur: homicidium certum: cum ipsum flagitium quāuis alienum: adhuc pendet incertum?

¶ De Lucretia que se ob illatū sibi stuprū peremit. ¶ C. ¶ xviii.

AN forte huic perspicue rationi qua dicimus: corpore oppresso nequaq̄ ꝓposito castitatis ulla in malū cōsensione mutato: illius tantū esse flagitiū: q̄ opp̄mens cōcubuerit: nō illius: que oppressa concūbenti nulla uolūtate cōsenserit: cōtradicere audebunt ii cōtra quos feminarum Christianarum in captiuitate oppressarum: non tantum mentes uerū etiam corpora sancta defēdimus? Lucretiam certe matronam nobilem ueterēq; Romanam pudicicie magnis efferūt laudibus. Huius corpore cum uiolēter oppresso Tarquinii Regis filius libidinose potitus eēt: illa scelus improbissimi iuuenis marito Collatino et ꝓpinquo Bruto uiris clarissimis: et fortissimis: indicauit. eosq; ad uindictā constrinxit. Deinde fedi in se cōmissi egra atq; impatiens se pemit. Quid dicemus? Adultera hec an casta iudicāda ē? Quis in hac cōtrouersia laborādū putauerit? Egregie quidam ex hoc: ueraciterq; declamans ait. Mirabile dictu. Duo fuerunt. et unus adulterium admisit. Splendide atq; uerissime. intuens enim in duum corporum commixtione: unius inquinatissimam cupiditatem: alterius castissimam uoluntatē: et non quid cōiunctione membroꝝ: sed qd animoꝝ diuersitate: ageretur attendens: Duo inq̄t fuerūt: et adulteriū unus admisit. Sed quid est hoc quod in eā grauius uindicatē: que adulteriū non admisit? Ille patria etiā cū patre pulsus est: hec summo mactata est supplicio. Si non est illa impudicicia qua inuita comprimitē: nō est hec iusticia: qua casta punitur. uos appello leges iudicesq; Romani. Nempe post perpetrata facinora: nec quenq̄ scelestum etiam: indemnatū impune uoluistis occidi. Si ergo ad uestrum iudicium quisq̄ deferret hoc crimē: uobisq; probaretē: nō solum indemnatam: uerum etiam castam: et innocentem interfectam esse mulierem: nonne eum: qui id fecisset: seueritate congrua plecteretis? Hoc fecit illa Lucretia. Illa sic predicata Lucretia: innocentem: castam: uim perpessam: Lucretiā insuper interemit. Proferte sententiā. quod si propterea nō potestis: quia nō astat quā punire possitis: cur interfectricem innocentis et caste: tanta predicatione laudatis? Quam certe apud inferos iudices etiam talem: quales poetarum uestrorum carminibus cātitantē: nulla ratione defenditis: constitutam scilicet inter illos: qui sibi letum.

Insontes peperere manu lucemq; perosi:
Proiecere animas: cui ad superna redire cupienti:
Fas obstat: tristisq; palus innabilis unde alligat. An forte ideo ibi nō est: quia non insontem: sed male sibi consciam: se peremit? Quid si enim quod ipsa tantummodo nosse poterat: quanuis iuueni uiolenter irruenti: etiam sua libidine illecta consensit: Idq; in se puniens: ita doluit: ut morte putaret expiandū: q̄q̄ ne sic quidē occidere se debuit: si fructuosā posset apud deos falsos agere penitentiā: Uerunt̄ forte ita ē: falsumq; ē illud: ꝙ fuerūt duo: et adulteriū unus admisit: sed potius ambo adulteriū

cōmiserunt: unus manifesta inuasione: altera latente cōsensione: nō se occidit insontē. et ideo potest a litteratis eius defēsoribus dici: nō eē apud inferos inter illos: q sibi letū insontes peperere manu. Sed ita hec causa ex utroq; latere coartat: ut si extenuatur homicidium: adulterium confirmetur. Si purgatur adulterium: homicidiū cumulet. Nec omnino inuenitur exitus: ubi dicitur: si adultera: cur laudata? Si pudica: cur occisa? Nobis tamen in hoc tam nobili femine huius exemplo: ad istos refutandos qui Christianis feminis in captiuitate cōpressis alieni ab omī cogitatione sanctitatis insultant: sufficit: q in preclaris eius laudibus dictum est: duo fuerunt: et adulterium unus admisit. Talis enim Lucretia ab eis magis credita est: que se nullo adulterino potuerit maculare consensu. Quod ergo seipsam: quoniā adulterium pertulit: etiam non adultera occidit: nō est pudicicie caritas: sed pudoris infirmitas. Puduit eā enim turpitudinis aliene in se cōmisse: etiam si non secum. et Romana mulier laudis auida: nimium uerita est: ne putaretur: quod uiolenter est passa cum uiueret: libēter passa: si uiueret. Vnde ad oculos hominū mentis sue testem illā penā adhibendam putauit: quibus cōscientiam demonstrare non potuit. Sociam quippe facti se credi erubuit: si quod alius in ea fecerat turpiter: ferret ipsa patienter. Non hoc fecerunt femine Christiane: que passe similia uiuunt. Tamē nec in se ulte sunt crimē alienū: ne aliorum sceleribus adderent sua: si quoniam hostes in eis concupiscendo stupra commiserant: ille in seipsis homicidia erubescēdo cōmitterent. Habent quippe intus gloriā castitatis. testimonium conscientie. habent autem coram oculis dei sui. nec requirunt amplius: nisi qd recte faciant. nō amplius habēt: ne deuiēt ab autoritate legis diuine: cū male deuitāt offensionē suspitionis humane.

Nullam esse autoritatem que Xpristianis in qualibet causa ius uoluntarie necis attribuat. C. xix.

NEq; enim frustra in sanctis: canonicisq; libris nusq̄ nobis diuinitus preceptum: permissum ue repiri potest: ut uel ipsius adipiscende immortalitatis: uel ullius carendi: cauendiq; mali causa: nobismetipsis necem inferamus. Nam et prohibitos nos esse intelligendum est: ubi lex ait: non occides. presertim quia non addidit proximum tuum: sicut falsum testimonium cum uetaret: falsum inquit testimonium non dices aduersus proximū tuū. Nec ideo tamen si aduersus seipm quisq̄ falsum testimoniū dixerit: ab hoc crimine se putauerit alienum: quoniā regulam diligendi proximū a semetipso dilector accepit. quādo quidē scriptum est: diliges proximum tuū: sicut teipsum. Porro si falsi testimonii nō minus reus est: qui de seipso falsum fatetur: q̄ si aduersus proximū hoc faceret: cum in eo precepto: quo falsum testimoniū prohibetur: aduersus proximum prohibeatur: possitq; non recte intelligentibus uideri: non esse prohibitum: ut aduersus seipm quisq̄ falsus testis assistat: quāto magis intelligēdum est: nō licere homini seipsum occidere, cum in eo quod scriptū est: non occides: nihilo deinde addito: nec ipse utiq; qui precipitur: intelligatur exceptus? Vnde quidā hoc preceptum etiā in bestias ac pecora conātur extendere: ut ex hoc etiā nullū eorum liceat occidere. Cur nō ergo et herbas et quicquid humo radicitus alitur: ac figitur? Nam et hoc genus rerū: quanuis non sentiat: dicit uiuere: ac per hoc potest et mori. proinde etiā cū uis adhibet: occidi. Vnde et apostolus: cū de huiuscemodi seminibus loqueretur: tu inquit: quod seminas nō uiuificatur: nisi prius moriatur. et in psalmo scriptum est: occidit uites eorum in grandine. Nunquid igitur ob hoc cū audiuimus non occides: uirgultum uellere: nefas dicimus: et manicheorum errori insanissime

acquiescimus? His igitur deliramẽtis remotis: cum audimus non occides: si propterea nõ accepimus hoc dictũ esse de frutetis: qa nullus ẽ eis sensus: nec de irrationabilibus animantibus: uolatilibus: natatilibus: ambulantibus: reptilibus: qa nulla nobis ratione sotiantur: quam non eis datum est nobiscum habere communem: Unde iustissima ordinatione creatoris: et uita: et mors eoꝝ nostris usibus subdit̃: Restat ut de homĩe intelligamus: quod dictũ est: nõ occides. Non alterum ergo: nec te: neq; enim qui se occidit: aliud: q̃ hominem: occidit.

De interfectionibus hominũ que ab homicidii crimine excipiunt̃. C. xx.

QVasdam uero exceptiones eadẽ ipsa diuina fecit autoritas: ut nõ liceat hoĩem occidi. sed his exceptis: quos deus occidi iubet: siue data lege: siue ad personam pro tempore expressa iussione. Non autem ipse occidit: qui ministeriũ debet iubẽti: sicut adminiculum gladius est utenti. et ideo nequaq̃ contra hoc preceptum fecerũt: quo dictum est: non occides: qui deo autore bella gesserunt: aut personam gerentes publice potestatis: scd'm eius leges: hoc est iustissime rationis imperio: sceleratos morte punierunt. Et Abraam non solum non est culpatus crudelitatis crimine: uerum etiã laudatus ẽ nomĩe pietatis: ꝙ uoluit filiũ: neq̃q̃ scelerate: sed obedienter occidere. et merito queritur utrum pro iussu dei sit habendum: quod Iepte filiam: que patri occurrit: occidit: cum se immolaturũ deo id uouisset: quod redeunti de p̄lio uictori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur: ꝙ seipsum cum hostibus ruina domus oppressit: nisi quia spiritus latenter hoc iusserat: qui per illũ miracula faciebat.

Quod nũq̃ possit mors uolũtaria ad magnitudinẽ animi ptinere. C. xxi.

HIs ergo exceptis: quos uel lex iusta generaliter: uel ipse fons iusticie deus specialiter occidi iubet: quisquis hominem: uel seip̄m: uel quẽlibet occiderit: homicidii crimine innectitur. Et quicunq; hoc in seipsis perpetrauerunt: animi magnitudine fortasse mirandi: non sapientie sanitate laudandi sunt. quanq̃ si rationem diligentius consulas: nec ipsa quidem animi magnitudo recte nominat̃: ubi quisq; non ualendo tolerare: uel queq; aspera: uel aliena peccata: seipsum interemerit. Magis enim mens infirma deprehẽditur: que ferre nõ potest uel duram sui corporis seruitutẽ: uel stultã uulgi opinionem. Maiorq; animus merito dicendus est: qui uitã erumnosam magis potest ferre: q̃ fugere: et humanũ iudiciũ: maximeq; uulgare: quod plerũq; caligine erroris inuoluitur: pre conscientie luce: ac puritate contẽnere. Quãobrem si magno animo fieri: putandum est: cum sibi homo ingerit mortem: ille potius Theobrotus in hac aĩmi magnitudine reperit̃: quẽ ferũt lecto Platonis libro: ubi de immortalitate anime disputauit: se precipitẽ dedisse de muro. atq; ita ex hac uita emigrasse ad eam: quam credididit esse meliorem. Nihil enim urgebat: aut calamitatis: aut criminis: seu uerum seu falsum: quod non ualendo ferre: se auferret. sed ad capescendam mortem: atq; ad huius uite suauia uincula rumpenda: sola affuit animi magnitudo. Quod tñ magne potius factum esse: q̃ bene: testis ei potuit esse Plato ipse: quem legerat: qui profecto id precipue potissimumq; fecisset: uel etiam precepisset: nisi ea mente: qua immortalitatẽ anime uidit: nequaq; faciendum: quinetiã prohibendũ esse: iudicasset: At enim multi se interemerũt: ne in manus hostiũ peruenirent. Non mõ querimus: utrum sit factum: sed utrum fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est: cui quidẽ: et exempla concordant. sed illa: que tãto digniora sunt:

imitatione: quanto excellentiora: pietate. Non fecerunt Patriarche: non Prophete. non Apostoli: qa et ipse dominus Christus: quãdo eos qui persecutionem paterentur: fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem: potuit admonere: ut sibi manus inferrẽt: ne in manus psequentiũ peruenirent. Porro si hoc ille: nõ iussit: aut monuit: ut hoc modo sui ex hac uita emigrarẽt: qbus migrãtibus: se mãsiones eternas pparaturum esse pmisit: quelibet exẽpla ponãt gẽtes: que ignorant deũ: manifestũ est: hoc non licere colẽtibus unum uerum deum.

¶ Quale exemplum sit Catonis qui se uictoriam Cesaris non ferens interemit. ¶ C. xxii.

SEd tamen etiã illi preter Lucretiam: de qua supra satis quod uidebatᷣ: diximus: non facile reperiunt de cuius autoritate prescribant: nisi illum Catonem qui se Utice occidit: non qa solus id fecit: sed quia uir doctus: et pbus habebatur: ut merito putetur recte etiam fieri potuisse: uel posse qđ fecit. De cuius facto: qd potissimum dicã: nisi ꝙ amici eius docti qdã uiri: q hoc fieri prudẽtius dissuadebãt: imbecillioris: q̃ fortioris animi facinus esse cẽsuerunt: quo demonstraretur: non honestas turpia precauens: sed infirmitas aduersa non sustinens? Hoc et ipse Cato in suo carissimo filio iudicauit. Nã si turpe erat sub uictoria Cesaris uiuere: cur autor huius turpitudinis peior filio fuit: quem de Cesaris benignitate oĩa sperare precepit? Cur non et illum secum coegit ad mortem? Nam si eũ filiũ: qui contra impium in hostem pugnauerat: etiam uictorem laudabiliter Torquatus occidit: cur uictus uicto filio pepercit Cato: qui nõ pepercit sibi? An turpius erat contra imperium esse uictorẽ: q̃ cõtra decus ferre uictorẽ? Nullo modo igiᷣ Cato turpe esse iudicauit sub uictore Cesare uiuere: alioqn ab hac turpitudine paterno ferro filiũ liberaret. Quid ẽ ergo: nisi ꝙ filium quantum amauit: cui parci a Cesare et sperauit: et uoluit: tantũ glorie ipsius Cesaris: ne ab illo etiã sibi parceretᷣ: ut ipse Cesar dixisse fertur: inuidit: aut ut aliquid nos mitius dicamus: erubuit?

¶ Quod in ea uirtute qua Regulus Catone prestãtior fuit multo magis emineant Xpristiani. ¶ C. xxiii.

NOlunt aũt isti contra quos agimus: ut sanctum uirum Iob: qui tam horrenda mala in sua carne ppeti maluit: q̃ illata sibi morte oĩbus carere cruciatibus: uel alios sanctos: ex nostris litteris sũma autoritate celsissimos: fideq; dignissimos: qui captiuitatem dominationemq; hostium ferre: q̃ sibi necem inferre maluerunt: Catoni preferamus. Sed ex litteris eorum: eũdem illum. M. Catoni. M. Regulũ preferamus. Cato enim nũq̃ Cesarem uicerat: cui uictus dedignatus est subiici: et ne subiiceretur: a seipso elegit occidi. Regulus aũt Penos iã uicerat: Imperioq; Romano romanus Impator: nõ ex ciuibus dolendã: sed ex hostibus laudandã uictoriã reportauerat. ab eis tamen postea uictus: maluit eos ferre seruiendo: q̃m eis se auferre: moriendo. Proinde seruauit et sub Carthaginensium dãnatione patientiã: et in Romanorum dilectione constantiam: nec uictum auferens corpus ab hostibus: nec inuictum animum a ciuibus. Nec ꝙ se occidere noluit: uite huius amore fecit. hoc probauit cum causa pmissi iurisq; iurandi: ad eosdẽ hostes: quos grauius in Senatu uerbis q̃ in bello armis offẽderat: sine ulla dubitatiõe remeauit. Tãtus itaq; uite huius cõtẽptor: cum seuientibus hostibus per quaslibet penas eam finire: q̃ se ipse perimere: maluit: magnum scelus esse: si se homo interimat: proculdubio iudicauit. Inter suos omnes

laudabiles: et uirtutis insignibus illustres uiros non proferunt Romani meliorē: quē
neq; felicitas corruperit: nam in tanta uictoria pauperrimus permāsit. nec infelicitas
fregerit: nam ad tanta exitia reuertit intrepidus. Porro si fortissimi et clarissimi uiri
terrene patrie defensores: deorumq;: licet falsorum: non tamen fallaces cultores: sed
ueracissimi etiam iuratores: qui hostes uictos more ac iure belli ferire potuerunt: Ii
ab hostibus uicti seipsos ferire noluerunt: et cū mortē minime formidarent: uictores
tamen dominos ferre: q̄ eam sibi inferre: maluerunt: q̄to magis Xpristiani uerū deū
colētes: et supne patrie suspirantes: ab hoc facinore tēperabūt: si eos diuina dispositio:
uel ꝓbandos uel emēdandos ad tempus hostibus subiugauerit. quos in illa humilitate
non deserit: qui propter eos humiliter altissimus uenit. ꝓsertim quos nullius militaris
potestatis uel talis militie iura cōstringunt ipm hostem ferre superatū. Quis ergo tam
malus error obrepit: ut homo se occidat: uel qa in eum peccauit: uel ne in eum peccet
inimicus: cum uel peccatorem: uel peccaturum ipm occidere non audeat inimicum?

Quod peccatū: nō per peccatū debeat declinari. C. xxiiii.

Et enim timendū est: et cauēdum: ne libidini hostili subditū corpus illecebrosa
uoluptate animum alliciat cōsentire peccato. Proinde inquiunt: nō iam ꝓpter
alienum: sed propter suum peccatum: anteq̄ hoc quisq̄ committat: se debet occidere:
Nullo modo qdē hoc faciat animus: ut consentiat libidini carnis sue aliena libidine
concitate: qui deo potius eiusq; sapientie: q̄m corporis concupiscentie: subiectus est.
Veruntamen si detestabile facinus: et damnabile scelus est etiam seipsum hominem
occidere: sicut ueritas manifesta ꝓclamat: q̄s ita desipiat ut dicat: iam nunc peccemus:
ne forte postea peccemus? Iam nunc perpetremus homicidium: ne forte postea in/
cidamus in adulterium? Nonne si tantum dominatur iniquitas: ut non innocentia:
sed potius peccata eligantur: satius est incertum pro futuro adulterium q̄ certum de
presente homicidium? Nonne satius est flagitium cōmittere quod penitendo sanet:
q̄ tale facinus: ubi locus salubris penitentie non relinquitur? Hoc dixi propter eos
uel eas: que non alieni sed proprii peccati deuitandi causa: ne sub alterius libidine
etiam excitate sue forte consentiant: uim sibi qua moriantur: inferendam putant.
Ceterū absit a mente Xpristiana que deo suo fidit: in eoq; spe posita eius adiutorio
nitit: absit inquā: ut mens talis cuius libet carnis uoluptatibus ad cōsensū turpitudis
cedat. Quod si illa concupiscentialis inobedientia: que adhuc in membris moribūdis
habitat: preter nostre uoluntatis legem quasi lege sua mouetur: quanto magis absq;
culpa est in corpore non consentientis: si absq; culpa est in corpore dormientis?

De iis que fieri non licet cū a sanctis facta noscuntur: qua ratione facta credenda sint. C. xxv.

Sed quedam inquiunt sancte femine tempore persecutionis: ut insectatores sue
pudicicie deuitarent: in rapturum: atq; necaturum se fluuium proiecerūt: eoq;
modo defūcte sunt: earūq; martyria in Catholica Ecclesia ueneratione celeberrima
frequētant. De his nil temere audeo iudicare. utrū enim Ecclesie aliqbus fidedignis
testificationibus ut eoꝝ memoriam sic honoret: diuina persuaserit auctoritas: nescio.
et fieri potest: ut ita sit. Quid si.n. hoc fecerunt: non humanitus decepte: sed diuinitus
iusse: nec errantes: sed obediētes: sicut de Sampson aliud fas nō est credere? Cum aūt

deus iubet: seq; iubere sine ullis ambagibus intimat: quis obedientiam in crimē uocet? Quis obsequiū pietatis accuset? Sed non ideo sine scelere facit: q̄squis deo immolare filiū decreuerit. Sed hoc Abraam etiā laudabiliter fecit. Nam et miles cum obediens potestati sub q̃ legitime cōstitutus est: hominē occidit: nulla ciuitatis sue lege reus est homicidii. immo nisi fecerit: reus est Imperii deserti atq; contempti. Quod si sua sponte atq; autoritate fecisset: crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaq; unde punit̄: si fecit iniussus: inde puniet̄: nisi fecerit iussus. Quod si ita ē: iubente Imp̄atore: quanto magis: iubente creatore? Qui ergo audit: nō licere se occidere: faciat: si iussit: cuius non licet iussa contemnere. Tantummodo uideat utrum diuina iussio: nullo nutet incerto. nos per aurem conscientiam conuenimus. occultorum nobis iudicium non usurpamus. Nemo scit: quid agat̄ in homine: nisi spiritus hominis qui in ipso est. Hoc dicimus: hoc asserimus: hoc modis omnibus approbamus: neminē spontaneam mortem sibi inferre debere: uelut fugiendo molestias tēporales: ne incidat in p̄petuas. Neminem aliena peccata: ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium: quem non polluebat alienum. Neminē propter sua peccata preterita: propter que magis hac uita opus est: ut possint penitendo sanari. Neminē uelut desiderio uite melioris: que post mortem speratur: quia reos sue mortis melior post mortē uita nō suscipit.

An p̄pter declinationē peccati mors spōtanea appetēda sit. C. XXVI.

Restat una causa de qua dicere ceperam: qua utile putat̄: ut se quisq̃ occidat: scilicet ne irruat in peccatū: uel blandiente uoluptate: uel dolore seuiente. quā causam si uoluerimus admittere: eousq; p̄gressa perueniet: ut hortandi sint homines: tūc se potius īterimere: cū lauacro sācte reggenerati ōis abluti: uniuersoꝝ remissionē acceperint peccatorum. Tunc enim tempus est cauendi omnia futura peccata: cum sunt oīa deleta p̄terita. Quod si morte spōtanea recte fit: cur nō tūc potissimum fit? Cur babtizatus sibi q̄sq̃ parcit? Cur liberatū caput tot rursus uite huius p̄iculis inserit? cum sit facillime potestatis: illata sibi nece: oīa deuitare? cum scriptum sit: qui amat periculum: incidit in illud. Cur ergo amant̄ tot et tāta pericula: uel certe: etiam si non amantur: suscipiuntur? cur manet in hac uita: cui abscedere licitū est? An uero tā insulsa peruersitas cor euertit: et a cōsideratione ueritatis auertit: ut si se quisq̃ interimere debet: ne unius captiuātis dominatu corruat in peccatū: uiuēdum sibi existimet: ut ip̄m perferat mundū: per oēs horas tēptatiōibus plenū? et talibus: qualis sub uno domino formidat̄? et innumerabilibus ceteris: sine q̄bus hec uita nō ducitur? Quid igit̄ cause est: cur in eis exhortationibus tempora consumamus: q̄bus babtizatos alloquendo: studemus accendere: siue ad uirginalem integritatem: siue ad continētiam uidualem: siue ad ipsam thori cōiugalis fidem: cū habeamus meliora et ab oībus peccādi p̄iculis remota cōpendia? ut q̄buscūq; post remissionē recentissimā peccatoꝝ: arripiendā mortē: sibiq; ingerēdam: p̄suadere potuerimus: eos ad dominū saniores: puriores q; mittamus? Porro si quisq; hoc aggrediendū: atq; persuadendum putat: nō dico desipit: sed insanit. Qua tandē frōte hoīi dicit: interfice te: ne paruis tuis peccatis adiicias grauius: dū uiuis sub domino barbaris moribus impudico? q nō potest nisi sceleratissime dicere: Interfice te peccatis tuis omnibus absolutis: ne rursus talia uel etiā peiora cōmittas: dū uiuis in mūdo: tot impuris uoluptatibus illecebroso: tot nefandis crudelitatibus furioso: tot erroribus et terroribus inimico? Hoc quia nefas est dicere. nefas est profecto se occidere. Nam si hoc sponte faciēdi ulla causa

iusta esse posset: ꝓculdubio iustior: q̄ ista nō esset. qa uero nec ista est: ergo nulla est. Non itaq; uobis o fideles Xp̄i sit tedio uita uestra: si ludibrio fuit hostibus castitas uestra: habetis magnam ueramq; cōsolationem: si fidam conscientiā retinetis nō uos cōsensisse peccatis eoꝝ: q in uos peccari ꝑmissi sunt.

¶ Quo iudicio dei in corpora continentium libido hostilis peccare permissa sit. ¶ C. XXVII.

QVod si forte cur permissi sint: queritis: alta quidem est prouidentia creatoris mundi: atq; rectoris. et inscrutabilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles uie eius. Veruntn̄ interrogate fideliter aīmas uestras: an forte de isto ītegritatis et cōtinētie: uel pudicicie bono: uos inflatius extulistis: et humanis laudibus delectare in hoc etiā aliquibus inuidistis. Non accuso: quod nescio: nec audio: qđ uobis interrogata corda uestra respondent: tamen si ita esse responderint: nolite mirari: hoc uos amisisse unde hominibus placere gestistis. illud uobis remāsisse: quod ostendi hominibus nō potest: Si peccātibus nō consensistis. diuine gratie ne amitteretur: diuinū accessit auxilium. humane glorie ne amaretur: humanum successit opprobrium. in utroq; consolamini pusillanimes. illinc probate: hinc castigate. illinc iustificate: hinc emendate. Quarum uero corda interrogata respondent: nunq̄ se de bono uirginitatis: uel uiduitatis: uel coniugalis pudicicie superbisse: sed humilibus cōsentiendo: de dono dei cum tremore exultasse: nec inuidisse cuiq̄m paris excellentiam sanctitatis: et castitatis: sed humana laude postposita: que tanto maior deferri solet: quāto est bonū rarius: quod exigit laudem: optasse potius: ut eaꝝ amplior numerus esset: q̄ ut ipse in paucitate amplius eminerent. Nec iste quidem: que tales sunt: si earum quoq; aliquas barbarica libido compressit: permissum hoc esse causentur: nec ideo credāt deum ista negligere: quia permittit: quod nemo impune committit. Quedam enim ueluti pondera malarum cupiditatum: et per occultum diuinū presens iudiciū relaxātur: et manifesto ultimo reseruantur. Fortassis aūt iste: que bene sibi sunt cōscie: nō se ex isto castitatis bono cor inflatū extulisse: et tamen uim hostilem in carne perpesse sunt: habebāt aliquid latentis infirmitatis: que posset in superbie fastū: si hāc humilitatē in uastatione illa euasissent: extolli. Sicut ergo qdam morte rapti sunt: ne malicia mutaret intellectū eorum: ita quiddam ab istis ui raptum est: ne prosperitas mutaret modestiam earum: Vtrisq; igit̄ que de carne sua: ꝙ turpem nullius essent perpesse contactum: uel iam superbiebāt: uel superbire: si nec hostiū uiolētia cōtrectate essent: forsitan poterant: non ablata est castitas: sed humilitas persuasa. Illarū tumori occursum est manenti. istarum occursum est imminenti. Quanq̄ et illud non sit tacendum: ꝙ qbusdam: que ista perpesse sunt: potuit uideri cōtinentie bonū in bonis corporalibus deputādum: et tunc manere: si nullius libidine corpus attrectaretur: non aūt esse positum in solo adiuto diuinitus robore uolūtatis: ut sit sanctū: et corpus: et spiritus: nec tale bonum esse: ꝙ inuito animo possit auferri. q error eis fortasse sublatus est. Cum .n. cogitant qua conscientia deo seruierint: et fide incōcussa nō de illo sentiūt: ꝙ ita sibi seruientes: eumq; ita inuocantes deserere ullo modo potuerit: quātuncunq; illi castitas placeat: dubitare non possunt: uident esse consequens nequaq̄ illum fuisse permissurū: ut hec acciderent sanctis suis: si eo mō perire posset sanctitas: quā cōtulit eis: et diligit in eis.

¶ Quid familia Xp̄i respōderi debeat infidelibus: cū exprobrant ꝙ eā a furore hostiū non liberauerit Xp̄us. ¶ C. XXVIII.

Habet itaq; omnis familia summi et ueri dei consolationem suam: non fallacem: nec in spe rerum nutantium: uel labentium constitutam: uitamq; etiam ipsam temporalem minime penitendam: in qua eruditur ad eternam: bonisq; terrenis tanq̄ peregrina utitur. nec capit. malis aūt probat: aut emendatur. Illi uero qui ꝓbitati eius insultāt: eiq; dicūt: cum forte in aliqua temporalia mala deuenerit: ubi est deus tuus? Ipsi dicant: Vbi sunt dii eorum: cum talia patiantur: pro quibus euitandis: eos uel colunt: uel colendos esse cōtendunt? Nam ista respōdet. Deus meus ubiq; p̄sens est: ubiq; totus: nusq̄ inclusus: qui possit adesse: secretus: abesse: non motus. Ille cū me aduersis rebus exagitat: aut merita examinat: aut peccata castigat. mercedēq; mihi eternam pro toleratis pie malis tēporalibus seruat. Vos aūt qui estis: cū quibus loqui dignū sit saltē de diis uestris: quanto magis de deo meo: qui terribilis est super omnes deos: qm̄ om̄es dii gentium demonia: dominus aūt celos fecit. ¶ Si Nasica ille Scipio quondā Pōtifex uester uiueret: quē sub terrore belli punici in suscipiēdis Phrygiis sacris: cum uir optimus quereretur: uniuersus Senatus elegit: cuius os fortasse non auderetis aspicere: ipse uos ab hac impudētia cohiberet.

¶ Quam pudendis prosperitatibus affluere uelint qui de Xpristianis temporibus conqueruntur. ¶ C. xxix.

Cur enim afflicti rebus aduersis: de temporibus querimini Christianis: nisi quia uestram luxuriā cupitis habere securam? et perditissimis moribus: remota omni molestiarum asperitate: diffluere? Neq; enim propterea cupitis habere pacē: et om̄i genere copiaꝝ abundare: ut his bonis honeste utamini: hoc est modeste: sobrie: temperanter: pie: sed ut infinita uarietas uoluptatum insanis effusionibus exquiratur: secundisq; rebus ea mala oriant̄ in moribus: que seuientibus peiora sunt hostibus. At ille Scipio Pōtifex uester: ille iudicio totius Senatus uir optimus: istā uobis metuēs calamitatem: nolebat emulam tūc Imperii Romani Carthaginē dirui. et decernenti ut dirueretur: contradicebat Catoni: timens infirmis animis hostē securitatē: et tanq̄ pupillis ciuibus idoneum tutorem: necessarium uidens esse terrorem. Nec eū sententia fefellit. re ipsa probatū est: q̄ uerū diceret. Deleta qppe Carthagine: magno scilicet terrore romane Reipublice depulso: et extincto: tāta de rebus prosperis orta: mala cōtinuo subsecuta sunt: ut corrupta diruptaq; cōcordia: p̄us seuis cruētisq; seditōibus: deinde mox malarū cōnexione causarū: bellis etiā ciuilibus tante strages ederentur: tantus sanguis effunderetur: tāta cupiditate proscriptionum ac rapinarum ferueret immanitas: ut Romani illi: qui uita integriore mala metuebant ab hostibus: perdita integritate uite: crudeliora paterentur a ciuibus. eaq; ipsa libido dominādi: que inter alia uitia generis humani immoderatior inerat uniuerso Populo Romano: postea q̄ in paucis potētioribus uicit: obtritos fatigatosq; ceteros etiā iugo seruitutis oppressit.

¶ Quibus uitioꝝ gradibus aucta sit in Romanis cupido regnādi. ¶ C. xxx.

Nam quādo illa qesceret in superbissimis mētibus: donec cōtinuatis honoribus ad potestatem Regiam perueniret ambitio? Honorum porro cōtinuādorum facultas nō esset: nisi ambitio p̄ualeret. minime aūt p̄ualeret ambitio: nisi in Populo auaritia: luxuria: corruptio. Auarus uero luxuriosusq; Populus secundis rebus effectus est: quas Nasica ille prudentissime cauēdas esse censebat: quando ciuitatem hostium maximam: fortissimam: opulentissimam: nolebat auferri. Vt timore libido

premeret. libido pressa non luxuriaret. luxuriaq; cohibita: nec auaricia crassaretur. quibus uitiis obseratis ciuitati utilis uirtus floreret: et cresceret: eiq; uirtuti libertas cõgrua ꝑmaneret. Hinc etiã erat: et ex hac ꝓuidentissima patrie caritate ueniebat: ꝙ idem ipse uester Pontifex maximus a Senatu temporis illius: quod sepe dictũ est electus: sine ulla sententiarũ discretione uir optimus: caueã theatri senatũ cõstruere moliẽtem ab hac dispositiõe et cupiditate cõpescuit: ꝑsuasitq; oratiõe grauissima: ne grecã luxuriã uirilibus patrie moribus paterẽt obrepere: et ad uirtutẽ labefactãdã eneruandãq; Romanã: peregrine cõsentire nequicie: tantũq; autoritate ualuit: ut uerbis eius commota Senatoria ꝓuidentia: etiã subsellia qbus ad horam cõgestis in ludoꝝ spectaculo iam uti ciuitas ceperat: deinceps ꝓhiberet apponi. Quãto studio iste ab Vrbe Roma ludos ipsos. scenicos abstulisset: si autoritati eorum quos deos putabat: resistere auderet: quos eẽ noxios demones nõ intelligebat? aut si ĩtelligebat: placãdos etiã ipe potius: q̃ contẽnẽdos deos existimabat. Nondũ. n. fuerat declarata gẽtibus supna doctrina: que fide cor mũdans ad celestia uel supcelestia capescenda humili pietate humanũ mutaret affectũ: et adominatu supboꝝ demonũ liberaret.

De Scenicorum institutione ludorum. C. xxxi.

Veruntamẽ scitote: qui ista nescitis: et qui uos ista nescire dissimulatis: aduertite: qui aduersus liberatorem a talibus dominis murmuratis. ludi scenici: spectacula turpitudinũ: et licentia uanitatũ: nõ hominum uitiis: sed deorũ uestrorũ iussis rome instituta sunt. Tolerabilius diuinos honores deferretis illi Scipioni: q̃ deos eiusmodi coleretis: neq; enim erãt illi dii suo Põtifice meliores. Ecce attendite: si mens tam diu potatis erroribus ebria uos aliqd sanũ cõsiderare ꝑmittit: Dii ꝓpter sedandã corpoꝝ pestilentiã ludos sibi scenicos exhiberi iubebãt: Põtifex aũt ꝓpter animoꝝ cauẽdã pestilentiã ipsam scenã cõstrui ꝓhibebat. Si aliq̃ luce mẽtis animũ corpori ꝑponitis: eligite quem colatis. Neq; enim et illa corpoꝝ pestilentia ideo conqeuit: quia populo bellicoso et solis antea ludis circensibus assueto ludorũ scenicorũ delicata subintrauit insania: sed astutia spirituũ nefandoꝝ ꝑuidẽs illã pestilentiã iã fine debito cessaturã: aliam lõge grauiorem qua plurimum gaudet: ex hac occasione nõ corporibus: sed moribus: curauit immittere: que animas miserorum tantis obcecauit tenebris: tanta deformitate fedauit: ut etiã modo: quod incredibile forsitan erit: si a nostris posteris audietur: Romana Vrbe uastate: quos pestilentia illa possedit: atq; inde fugientes Carthaginẽ ꝑuenire potuerũt: in theatris quottidie certatim ꝓ histriõibus insanirẽt.

De uitiis Romanoꝝ quos patrie nõ correxit euersio. C. xxxii.

O Mentes amentes: quis est hic tantus nõ error sed furor: ut exitium uestrũ sicut audiuimus plangentibus orientalibus populis: et maximis ciuitatibus in remotissimis terris publicũ luctum meroremq; ducẽtibus: uos theatra quereretis: intraretis: impleretis: et multo insaniora: q̃ fuerint antea: faceretis? Hanc animorum labem ac pestem hanc probitatis: et honestatis euersionẽ: uobis Scipio ille metuebat: quando construi theatra prohibebat: quando rebus prosperis uos facile corrumpi atq; euerti posse: cernebat: quãdo uos ab hostili terrore securos esse nolebat. Neq; enim cẽsebat ille felicem esse rempublicam: stantibus menibus: ruentibus moribus: sed in uobis plus ualuit: qd demones impii seduxerunt: q̃ qd homĩes prouidi precauerũt. Hinc est: ꝙ

mala que facitis: uobis imputare nõ uultis: mala uero que patimini: xp̄ianis tẽporibus imputatis. neq; enim in uestra securitate pacatam rempublicam: sed luxuriã queritis impunitam. qui deprauati rebus ꝓsperis: nec corrigi potuistis aduersis. Volebat uos ille Scipio terreri ab hoste: ne in luxuriã flueretis. uos nec contriti ab hoste luxuriã repressistis. ꝑdidistis utilitatẽ calamitatis: et miserrimi facti estis: et pessimi ꝑmansistis.

¶ De clementia dei que urbis excidium tẽperauit. ¶ C. xxxiii.

AT tamen quod uiuitis: dei est. qui uobis parcendo admonet: ut corrigamini penitẽdo. qui uobis etiã ingratis prestitit: ut uel sub nomine seruoꝝ eius: uel in locis martyrũ eius hostiles manus euaderetis. ¶ Romulus et Remus asylũ cõstituisse perhibentur: quo quisquis cõfugeret: ab om̄i noxa liber esset: augere querẽtes creãde multitudinẽ ciuitatis. Mirandũ in honorẽ Christi p̄cessit exemplũ. hoc cõstituerũt euersores urbis: quod instituerant antea conditores. Quid aũt magnũ: si hoc fecerũt illi: ut ciuium suorum numerus suppleretur: quod fecerunt isti ut suorum hostium numerositas seruaretur? Hec et alia siqua uberius et commodius potuerit respõdeat inimicis suis redempta familia domini Xpristi: et peregrina ciuitas Regis Xpristi.

¶ De latentibus inter impios ecclesie filiis. et de falsis intra ecclesiam Christianis. ¶ C. xxxiiii.

MEminerit sane in ipsis inimicis latere ciues futuros. ne infructuosum uel apud ipsos putet: ꝙ donec ꝑueniat ad cõfessos: portat infẽsos. sicut ex illoꝝ numero etiam dei ciuitas habet secum q̄diu peregrinatur in mundo: connexos communione sacramẽtoꝝ: nec secũ futuros in eterna sorte sanctoꝝ: q partim in occulto: partim in apto sunt: Qui etiã cũ ipsis inimicis aduersus deũ: cuius sacramentũ gerũt: murmurare nõ dubitãt: modo cũ illis theatra: modo ecclesias nobiscũ replẽtes. De correctiõe aũt quorundã etiã taliũ multo minus est desperandum: si apud apertissimos aduersarios predestinati amici latitant: adhuc ignorati etiã sibi. Perplexe quippe sunt iste due ciuitates in hoc seculo inuicẽq; ꝑmixte: donec ultimo iudicio dirimanť: de quarum exortu et ꝓcursu et debitis finibus: q̄d dicendũ arbitror: q̄tũ diuinitus adiuuabor: expediã: ꝓpter gloriã ciuitatis dei: que alienis a cõtrario cõparatis clarius eminebit.

¶ De q̄bus causis sequẽti disputatione sit differendum. ¶ C. xxxv.

SEd adhuc quedã mihi dicẽda sunt aduersus eos: qui Romane Reipublice clades in religionẽ nostram referũt: qa diis suis sacrificare ꝓhibentur. Cõmemoranda enim sunt: que et quanta occurrere potuerũt: uel uidebuntur satis esse mala: que illa ciuitas pertulit: uel ad eius imperium prouintie pertinentes. anteq̄m eorum sacrificia probibita fuissent. que omnia proculdubio nobis tribuerent: si iam uel illis clareret nostra religio: uel ita eos a sacris sacrilegis probiberet. Deinde demõstrandũ est quos eoꝝ mores & quam ob causam uerus deus ad augendum imperiũ adiuuare dignatus est. in cuius potestate sunt regna omnia. q̄q; nihil eos adiuuerint ii: quos deos putãt: quin potius q̄tum decipiendo: & fallẽdo nocuerint. Postremo aduersus eos diceť qui manifestissimis documẽtis cõfutati: atq; deuicti: conanť asserere: nõ ꝓpter uite p̄ntis utilitatẽ: sed ꝓpter eam: que post mortẽ futura est colendos esse deos. que nisi fallor

questio multo erit operosior & subtilior: disputatione dignior: ut & cõtra philosophos in ea disserat̃. nõ quoslibet: sed q apud illos excellẽtissima gloria clari sunt: et nobiscũ multa sentiũt. scilicet de anime immortalitate: & ꝙ deus uerus mundũ cõdiderit: & de prouidẽtia eius: qua uniuersum quod cõdidit: regit. Sed quoniam et ipsi in illis: que contra nos sentiũt: refellendi sunt: deesse huic officio nõ debemus: ut refutatis impiis contradictionibus: pro uiribus quas deus impartiet: asseramus ciuitatem dei ueramq; pietatem et dei cultum: in quo uno ueraciter sempiterna beatitudo promittitur. Hic itaq; modus sit huius uoluminis. ut deinceps disposita ab alio sumamus exordio.

¶ Aurelii Augustini Hipponeñ Epi de Ciuitate dei Liber secundus
De modo qui necessitati disputatiõis adhibẽdus est. ¶ C. pmum.

SI rationi perspicue ueritatis infirmus humane consuetudinis sensus non auderet obsistere: sed doctrine salubri langorẽ suũ tanquã medicine subderet: donec diuino adiutorio fide pietatis impetrante: sanaret̃: nõ multo sermõe opus eet ad cõuincendũ quenlibet uane opinationis errorem: iis qui recte sentiunt. et sensa uerbis sufficientibus explicant. Nunc uero quoniã ille est maior: & tetrior insipiẽtiũ morbus animoꝝ: quo irrationabiles motus suos etiam post rationem plene redditã: quanta homini ab homine debetur: siue nimia cecitate: qua nec aperta cernũtur: siue obstinatissima peruicacia: qua & ea que cernuntur: non ferunt̃: tanq̃ ipsam rationẽ ueritatẽq; defendunt: fit necessitas copiosius dicendi plerũq; res claras: uelut eas nõ spectãtibus intuendas: sed quodãmõ tangendas palpãtibus: & cõuentibus offeramus. Et tamẽ quis disceptandi finis erit et loquẽdi modus: si respondendũ esse respõdentibus semper: existimemus? Nam qui uel nõ possunt intelligere: quod dicitur: uel tam duri sunt aduersitate mentis: ut etiã si intellexerint: nõ obediant: respõdent: ut scriptum est: & loquunt̃ iniquitatem: atq; infatigabiliter uani sunt. Quoꝝ dicta contraria: si totiens uelimus refellere: quotiens obnixa frõte statuerint: nõ curare qd dicãt: dũ quocũq; mõ nostris disputatiõibus cõtradicãt: q̃ sit infinitũ & erũnosum: & infructuosũ uides. Quãobrẽ nec te ip̃m mi fili Marcelline: nec alios qbus hic labor noster in Xp̃i caritate utiliter ac liberaliter seruit: tales meorum scriptorum uelim iudices: qui responsionẽ semp desiderent: cum iis que leguntur: audierint aliquid contradici: ne fiant similes eaꝝ mulierculaꝝ: quas commemorat apostolus: semper discentes: et ad ueritatis scientiam nunq̃ peruenientes.

¶ De iis que primo uolumine expedita sunt. ¶ C. ii.

SVperiore itaq; libro cũ de ciuitate dei dicere instituissem: unde hoc uniuersum opus: illo adiuuante in manus sumptum est: occurrit mihi respondendum esse primitus eis: qui hec bella: qbus mũdus iste cõterit̃: maxiẽq; romane urbis recentem a Barbaris uastationem Xp̃iane religioni tribuũt: qua prohibetur nefandis sacrificiis seruire demonibus: cũ potius hoc deberent tribuere Xp̃o: ꝙ ꝑpter eius nomẽ contra institutum moremq; belloꝝ: eis quo cõfugerent: religiosa et amplissima loca barbari libere prebuerũt: atq; in multis famulatũ debitũ Xp̃o: nõ solũ uerũ: sed etiã timore confictum: sic honorauerunt: ut quod in eos belli iure fieri licuisset: illicitum sibi esse iudicarent. Inde incidit questio: cur diuina bñficia etiã ad impios ĩgratosq; ꝑuenerit:

et cur illa itidem dura: que hostiliter facta sunt: pios cum impiis pariter afflixerint. Quā questionē per multa diffusam: in huius eui quotidianis: uel dei muneribus: uel hominū cladibus: que q̄m utraq; bn̄ uel male uiuentibus: pmixte atq; indiscrete sepe accidunt: solet multos mouere: ut pro suscepiti operis necessitate dissoluerē: aliq̄tum immoratus sum. maxīe ad cōsolādas sanctas feminas: & pie castas: in qbus ab hoste aliquid perpetratū est: quod intulit uerecundie dolorem: etsi non abstulit pudicicie firmitatem. ne peniteat eas uite: quas non est unde possit penitere nequicie. Deinde pauca dixi in eos: qui christianos aduersis illis rebus affectos: & precipue pudorem humiliatarū feminarū q̄uis castarū atq; scārum: pteruitate impudētissima exagitant: cū sint neq̄ssimi & irreuerentissimi: lōge ab eis ipsis Romanis degeneres: quorū pclara multa laudant & litterarū memoria celebrant: immo illorū glorie uehemēter aduersi. Romam qppe cura structā ueterū: auctamq; laboribus: fediorē stantem fecerant q̄ ruentē. q̄nquidē in ruina eius lapides & ligna: in istorū aūt uita oīa nō murorū sed morū munimēta atq; ornamēta ceciderūt: cū funestioribus eorū corda cupiditatibus: q̄ ignibus tecta illius urbis arderēt. Quibus dictis: pmū terminaui librū. Deinceps itaq; dicere īstitui: q̄ta mala ciuitas illa ppessa sit ab origine sua: siue apud seipsā: siue in puinciis iā sibi subiectis: que oīa christiane religiōi tribuerēt: si iā tūc euāgelica doctrina aduersus falsos & fallaces eorum deos: testificatione liberrima personaret.

De Assumenda historia qua ostenditur: que mala acciderunt Romanis cum deos colerent anteq̄ religio Xpristiana cresceret. C. III.

MEmento autē me ista cōmemorantem adhuc cōtra imperitos agere: ex quorū imperitia illud quoq; exortum est uulgare prouerbium: pluuia defecit causa Xp̄iani nominis. Sunt nanq; q eorū studiis liberalibus instituti: amant historiā: qui facillime ista nouerunt. Sed ut nobis ineruditorum turbas infestissimas redderent: se nosse dissimulant. atq; hoc apud uulgus affirmare nituntur: clades quibus per certa interualla locorum et temporum genus humanum oportet affligi: causa accidere nominis Xpristiani: quod contra deos suos ingenti fama & preclarissima celebritate per cuncta diffunditᷓ. Recolant ergo nobiscum: anteq̄ Xp̄us uenisset in carne: anq̄ eius nomē: ea cui frustra inuident: gloria populis innotesceret: quibus calamitatibus res romane multipliciter uarieq; cōtrite sunt. & in iis defēdant si possunt deos suos: si propterea coluntur: ne ista mala patiantur cultores eorū: quorum si quid nunc passi fuerint: nobis imputāda esse cōtendunt. Cur enim ea que dicturus sum permiserunt accidere cultoribus suis: anteq̄ eos declaratū Xp̄i nomē offenderet: eorūq; sacrificia prohiberet? primo ipsos mores: ne pessimos haberēt: quare dii eorū curare noluerūt?

Quod cultores deorum nulla unq̄ a diis suis precepta probitatis acceperūt. et in sacris eorū turpia queq; celebrauerūt. C. IIII.

DEus enim uerus eos a quibus nō colebatur: merito neglexit. dii aūt illi a quorū cultu se phiberi homines ingratissimi cōquerunt: cultores suos ad bene uiuēdum quare nullis legibus adiuuerunt? Vtiq; dignū erat ut quomō isti illorū sacra: ita illi istorum uitā: aut facta curarent. Sed respōdetur q̄ uolūtate propa quisq; malus est. Quis hoc negauerit? Verūtamē pertinebat ad consultores deos: uite bone precepta

non occultare populis cultoribus suis: sed clara predicatione prebere: per uates etiam cõuenire atq; arguere peccantes: palam minari penas male agentibus: premia recte uiuentibus polliceri. Quid unq̃ tale in deoꝝ illoꝝ templis prompta et eminenti uoce concrepuit? Veniebamus nos etiam aliquando adolescentes ad spectacula ludibriaq; sacrilegioꝝ: spectabamus arrepticios: audiebamus symphoniacos: ludis turpissimis: qui dis deabusq; exhibebãtur: oblectabamur: celesti uirgini & Berecyntie deorum matri omniũ: ante cuius lecticã die sollẽni lauationis eius talia per publicum cantitabãtur a nequissimis scenicis: q̃lia nõ dico matrẽ deoꝝ: sed matrẽ qualiũcunq; senatorũ: uel quorũlibet honestorum uirorũ: immo uero q̃lia nec matrẽ ipsorũ scenicorũ deceret audire. Habet enim qddam erga parẽtes humana uerecũdia: quod nec ipsa nequicia possit auferre. Illam proinde turpitudinẽ obscenorũ dictorũ atq; factorũ: scenicos ipsos domi sue pro ludẽdi causa corã matribus suis agere puderet: quã per publicum agebant coram deorum matre: spectante et audiente utriusq; sexus frequentissima multitudine. Que si illecta curiositate adesse potuit circunfusa: saltẽ offẽsa castitate debuit abire cõfusa. Que sunt sacrilegia: si illa erant sacra? Aut que inquinatio: si illa lauatio? Et hec fercula appellabant: q̃si celebrarẽt conuiuium: quo uelut suis epulis immũda demonia pascerẽt. Quis. n. nõ sẽtiat cuiusmodi spiritus talibus obscenitatibus delectẽt: nisi uel nesciẽs utrũ oĩno sint ulli immũdi spũs deoꝝ nomĩe decipiẽtes: uel talẽ agens uitã: in qua istos potius q̃ deũ uerũ et optet propitios: et formidet iratos?

De obscenitatibus qbus mater deoꝝ a cultoribus suis honorabat̃. C. V.

Nequaq̃ istos qui flagiciosissime cõsuetudĩs uitiis oblectari potius: q̃ obluctari student: sed illum ipm Nasicam Scipionẽ: qui uir optimus a senatu electus est: cuius manibus eiusdem demonis simulacrum susceptũ est in urbẽq; peruectũ: habere de hac re iudicem uellem. Diceret nobis utrũ matrẽ suam tam optime de Republica uellet mereri: ut ei diuini honores decernerẽt: sicut et grecos & romanos aliasq; gẽtes cõstat quibusdã decreuisse mortalibus: quorum erga se bñficia magnipenderant eosq; immortales factos: atq; in deoꝝ numerũ receptos esse crediderãt: ꝑfecto ille tantam felicitatem sue matri si fieri posset: optaret. Porro si ab illo deinde quereremus: utrum inter eius diuinos honores uellet illa turpia celebrari: nõ ne se malle clamaret: ut sua mater sine ullo sensu mortua iaceret: q̃ ad hoc dea uiueret: ut illa libenter audiret? Absit ut senator populi romani ea mẽte ꝑditus: qua theatrũ edificari in urbe fortiũ uirorum ꝓhibuit: sic uellet coli matrem suam: ut talibus dea sacris propiciarẽt: q̃libus matrona urbis offenderẽt. Nec ullo modo crederet uerecũdiã laudabilis femine ita in contrarium diuinitate mutari: ut honoribus eam talibus aduocarent cultores sui: qualibus cõuitiis in quẽpiam iaculatis cum inter homines uiueret: nisi aures clauderet: seseq; subtraheret: erubescerẽt pro illa & ꝓpinqui: et maritus et liberi. Proinde talis mater deorũ qualem habere matrẽ puderet quenlibet etiã pessimũ uirũ. Romanas occupatura mentes: quesiuit optimũ uirũ: nõ quem monẽdo & adiuuãdo faceret: sed quẽ fallẽdo deciperet: ei similis de q̃ scriptũ ẽ. mulier aũt uiroꝝ ꝓciosas aĩmas captat: ut ille magne idolis aĩmus: hoc uelut diuino testimonio sublimatus et uere se optimũ existimãs: ueram pietatem religionemq; non quereret: sine qua omne q̃uis laudabile ingeniũ superbia uanescit: et decidit. Quõ igit̃ nisi insidiose quereret dea illa optimũ uirũ: cũ talia querat in suis sacris: q̃lia uiri optimi abhorrent suis adhibere conuiuiis?

Deos paganoꝝ nūq̄ bene uiuēdi sanxisse doctrinam. C VI.

HInc est ꝙ de uita & moribus ciuitatum atq; populorum a quibus colebant̄ illa numina non curarūt: ut tam horrendis eos & detestabilibus malis: nō in agro et uitibus: nō in domo atq; pecunia: nō deniq; in ipso corpore quod mēti subdit̄: sed in ipsa mēte: in ipo rectore carnis aīmo: eos impleri ac pessimos fieri sine ulla sui terribili probibitiōe pmitterent. aut si ꝓhibebāt: hoc ostendat̄ potius: hoc probet̄. Nec nobis nescio quos susurros paucissimoꝝ auribus anhelatos: & arcana uelut religiōe traditos iactent: quibus uite probitas castitasq; discat̄: sed demonstrent̄ uel commemorentur loca talibus aliquādo conuenticulis consecrata: nō ubi ludi agerent̄ obscenis uocibus et motibus histrionū: nec ubi frugalia celebrarent̄ effusa omniū licētia turpitudinū. Et uere frugalia: sed pudoris & honestatis: sed ubi populi audirēt: quid dii p̄ceperūt de cohibenda auaricia: ambitione frangenda: luxuria refrenāda. ubi discerēt miseri quod discendum Persius increpuit dicens:

Discite io miseri: et causas cognoscite rerum.
Quid sumus: et quidnā uicturi gignimur. ordo
Quis datus? aut mete q̄mollis flexus: et unde.
Quis modus argenti: quid fas optare. quid asper.
Vtile nummus habet: patrie carisq; propinquis.
Quantum largiri deceat: quem te deus esse iussit:
Et humana q̄ parte locatus es in re.

Dicat̄ in quibus locis hec docentium deorum solebant precepta recitari: et a cultoribus eorum populis frequenter audiri: sicut nos ostendimus ad hoc ecclesias institutas: quaquauersum religio Christiana diffunditur.

Inutilia esse inuēta philosophica: sine autoritate diuina. ubi quenq; ad uitia pronū magis mouet: qd̄ dii fecerint: q̄ quod homines disputauerint. C. VII.

AN nobis forte philosophorum scolas disputationesq; memorabunt? Primo hec nō Romana sed Greca sunt. aut si ꝓpterea iā Romana qa & grecia facta est Romana ꝓuīcia: nō deorū p̄cepta sunt: sed hominū inuēta. q uteūq; conati sunt ingeniis acutissimis p̄diti ratiocinādi inuestigare quid in rerū natura lātaret: qd in moribus appetendū eēt: atq; fugiendū: qd in ipsis ratiocinādi regulis certa cōnexione traheret̄: aut qd nō esset cōsequēs: uel etiā repugnaret. Et qdam eoꝝ quedā magna: q̄tum diuinitus adiuti sunt: inuenerūt: q̄tum aūt humanitus impediti sunt errauerūt: max ie cū eorū sup̄bie iuste ꝓuidentia diuina resisteret: ut uiā pietatis ab humilitate in supna surgentē etiā istorum cōparatiōe mōstraret: unde postea nobis erit in dei ueri domini uolūtate: disq̄rendi ac disserēdi locus. Veruntamē si philosophi aliquid inuenerunt: qd̄ agende bone uite beateq; adhipiscende satis esse possit: quāto iustius talibus diuini honores decernerent̄: q̄to melius et honestius in Platonis templo libri eius legerent̄: q̄ in tēplis demonum galli abscinderent̄: molles consecrarentur: insani secarēt̄ur: et quicquid aliud uel crudele uel turpe: uel turpiter crudele: uel crudeliter turpe: in sacris talium deorum celebrari solet. Quanto satius erat ad erudiendam ad iusticiam iuuentutem: publice recitari leges deorum: q̄m laudari inaniter leges atq; instituta maiorum? Omēs enim cultores taliū deorū mox ut eos libido perpulerit: feruētū ut ait Persius tīcta ueneno: magis intuent̄ qd Iupiter fecerit: q̄ qd docuerit

Plato: uel cēsuerit Cato. Hinc apud Terentiū flagitiosus adolescens spectat tabulā quandā pictā in pariete. ubi inerat pictura hec. Iouē quo pacto Dane misisse aiūt in gremiū quondā hymbrē aureū: atq; ab hac tāta autoritate adhibet patrocinium turpitudini sue: cū in ea se iactat imitari deū. At quē deum inquit? Qui templa celi summo sonitu concutit: ego homuncio non facerem id. Ego uero illud feci: ac libens.

De ludis scenicis in quibus dii non offenduntur editione suarum turpitudinum: sed placantur. C. VIII.

AT enim non traduntur ista sacris deo⁊: sed fabulis poetarum. Nolo dicere illa mystica: q̄ ista theatrica esse turpiora. hoc dico: ꝙ negantes conuincit historia: eosdem illos ludos in quibus regnāt figmēta poetarū: nō per imperiū obsequiū sacris deorū suo⁊ intulisse Romanos: sed ipsos deos: ut sibi sollēniter ederent: et honori suo consecrarent: acerbe imperādo: & quodāmō extorquēdo fecisse. Quod in p̄mo libro breui cōmemoratiōe perstrinxi. Nā ingrauescente pestilētia: ludi scenici autoritate Pontificū Rome primitus instituti sunt. Quis igit̄ in agenda uita: non ea sibi potius sectāda arbitretur: que actitant̄ ludis autoritate diuina institutis: q̄ ea que scriptitant̄ legibus humano consilio promulgatis? Adulterū Iouē si poete fallaciter ꝓdiderūt: dii utiq; casti: quia tantum nefas per humanos ludos confictū est: nō quia neglectum irasci: ac uindicare debuerunt. Et hec sunt scenico⁊ tolerabiliora ludorum: comedie scilicet: et tragedie: hoc ē fabule poeta⁊: agēde in spectaculis multa rerū turpitudīe: sed nulla saltem. sicut alia multa: uerborum obscenitate composite. quas etiam inter studia que honesta ac liberalia uocantur: pueri legere & discere coguntur a senibus.

Quid Romani ueteres de cohibenda peccati licentia senserint: quā Greci deo⁊ sequuti iudiciū liberā eē uoluerūt. C. IX.

QVid aūt hic senserit Romani ueteres: Cicero testat̄ in libris quos de Republica scripsit. ubi Scipio disputās ait. Nunq̄ cōmedie nisi cōsuetudo uite pateretur: ꝓbare sua theatris flagicia potuissent. Et Greci qdā antiqores uitiose sue opinionis quandā cōuenientiā seruauerūt. apud quos fuit etiā lege cōcessum: ut quod uellet comedia nominatim: uel de quo uellet diceret. Itaq; sicut in eisdē libris loquit̄ Africanus: quē illa nō attigit? uel potius quē non uexauit? cui pepercit? Esto populares homīes improbos in Republica seditiosos: Cleonem: Cleophontem Hyperbolū lesit: patiamur inquit: & si huiusmodi ciues a Censore melius est q̄ a poeta notari. Sed Periclem cū iā sue ciuitati maxima autoritate plurimos annos domi & belli ꝓfuisset: uiolari uersibus et eos agi in scena nō plus decuit: q̄ si Plautus inquit noster uoluisset: aut Neuius P. & Cn. Scipiōi: aut Cecilius. M. Catoni maledicere. Deīn paulopost. Nostre inquit contra. xii. tabule cū ꝑpaucas res capite sanxissent: in his hāc quoq; sanciendā putauerunt: si quis actitauisset: siue carmen condidisset quod infamiam faceret: flagitiū ue alteri. ꝑclare. Iudiciis. n. ac magistratuū disceptationibus legitimis propositā uitā: nō poetarū ingeniis habere debemus: nec ꝓbrum audire: nisi ea lege ut respondere liceat: & iudicio defendere. Hec ex Ciceronis quarto de Republica libro ad uerbū excerpenda arbitratus sum: nōnullis ꝓpter faciliorem intellectū uel pretermissis: uel paululū cōmutatis. Multū enim ad rē ptinet: quā molior explicare: si potero. Dicit deinde alia & sic cōcludit hunc locū: ut ostendat ueteribus displicuisse

Romanis: uel laudari quenq̃ in scena uiuũ hominem: uel uituperari. Sed ut dixi hoc
greci q̃q̃ inuerecũdius: tñ cõuenientius licere uoluerũt: cũ uiderẽt diis suis accepta et
grata esse opprobria. nõ tantũ hominũ: uerũ & ipsoꝝ deoꝝ in scenicis fabulis: siue a
poetis eẽnt illa cõficta: siue flagitia eoꝝ uera cõmemorarent: & agerent in theatris:
atq; ab eoꝝ cultoribus ut solo risu: ac nõ etiã imitatiõe digna uiderent. Nimis enim
superbum fuit fame parcere principũ ciuitatis & ciuiũ: ubi sue fame parci numina
noluerũt. Nam quod affert pro defensione: non illa uera in deos dici: sed falsa atq;
conficta: idipsum est scelestius: si pietatẽ consulas religionis. Si aũt maliciã demonũ
cogites: qd astutius ad decipiendũ atq; callidius? Cũ enim probrũ iacit in p̃ncipem
patrie bonũ atq; utilẽ: nõne tãto ẽ indignius q̃to a ueritate remotius? & a uita illius
alienũ? Que igit̃ supplicia sufficiũt: cũ deo fit ista tam nefaria tã insignis iniuria?

❡ Qua nocẽdi arte demones uelĩt uel falsa de se crimina: uel uera narrari. ❡ C. x.

SEd maligni spũs quos isti deos putãt: etiã flagitia: que nõ admiserũt de se dici
uolunt. dum tamẽ humanas mẽtes his opinionibus uelut retibus inducant: & ad
p̃destinatũ suppliciũ secũ trahãt. siue homĩes ista cõmiserint: quos deos haberi uolũt
q̃ humanis erroribus gaudẽt: p̃ q̃bus etiã se colẽdos mille nocendi: fallendiq; artibus
interponũt: siue etiã nõ nulloꝝ hominũ illa crimina uera sint: que tñ de numinibus
fingi libẽter accipiũt fallacissimi spũs: ut ad scelestia ac turpia p̃petrãda uelut ab ipso
celo traduci in terras satis idonea uideat̃ autoritas. Cum igit̃ Greci talium numinum
seruos se esse sentirent: inter tot & tanta eorũ theatrica opprobria parcendum sibi a
poetis nullo mõ putauerũt: uel diis suis etiã sic cõsimilari appetẽtes: uel metuẽtes ne
honestiorẽ famã ipsi requirendo: & eis se hoc mõ p̃ferẽdo: illos ad iracundiã p̃uocarẽt.

❡ De scenicis apud Grecos in Reipublice administrationẽ receptis eo q̃
placatores deorum iniuste ab hominibus spernerentur. ❡ C. xi.

AD hanc cõuenientiã pertinet: q̃ etiã scenicos autores earundẽ fabularum non
paruo ciuitatis sue honore dignos existimarunt. Siquidẽ quod in eo quoq; de
Republica libro commemoratur: Heschines ciuis Atheniensis uir eloquentissimus: cũ
adolescens tragedias actitauisset: Rempublicam capesciuit: et Aristodemum tragicum
item autorem maximum de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienses
sepe miserunt. Non enim consentaneum putabat̃: cũ easdem artes eosdemq; scenicos
ludos etiã diis suis acceptos uiderent: illos per quos agerent̃: infamiũ loco ac numero
deputari. Hec Greci turpiter quidem: sed sane diis suis omnino congruenter: qui nec
uitam ciuiũ lacerandam linguis poetarũ & histrionũ subtrahere ausi sunt: a quibus
cernebãt deoꝝ uitã: eisdẽ ipsis diis uolentibus: et libentibus carpi: et ipsos homines per
quos ista in theatris agebant̃: que numinibus: q̃bus subditi erãt: grata eẽ cognouerũt:
non solũ minime spernẽdos in ciuitate: uerũ etiã maxime honorandos putauerunt.
Quid enim cause reperire possent cur Sacerdotes honorarẽt: q̃a per eos uictimas diis
acceptabiles offerebãt: et scenicos probrosos haberent: per quos illã uoluptatem siue
honorẽ diis exhiberi petẽtibus: et nisi fieret: irascentibus: eoꝝ admonitione didicerãt.
cum presertim Labeo: quẽ huiuscemodi rerum peritissimũ predicant: numina bona a
numinibus malis ista etiã cultus diuersitate distinguat: ut malos deos p̃piciari cedibus
et tristibus supplicationibus asserat: bonos aũt obsequiis letis atq; iocũdis: q̃lia sunt ut

ipse ait ludi: cõuiuia: lectisternia. Quod totũ q̃le sit: postea si deus iuuerit: diligentius disseremus. Nunc ad rem presentem quod attinet: disseramus. siue omĩbus omĩa tanq̃ bonis permixte tribuant: neq; enim esse decet deos malos: cum potius isti q̃a immũdi sunt spiritus: omẽs sint mali: siue certa discretiõe sicut Labeoni: uisum est: illis illa: istis ista distribuantur obsequia: Competentissime Greci utrosq; bonore dignos ducunt: et sacerdotes per quos uictime ministrantur: et scenicos per quos ludi exbibentur. Ne uel omnibus diis suis: si et ludi omĩbus grati sunt: uel quod est indignius: iis quos bonos putant: si ludi ab eis solum amantur: facere conuincantur iniuriam.

Quod Romani auferendo libertatẽ poetis in bominibus: quã dederũt in deos: melius de se q̃ de diis suis senserunt. C. xii.

AT Romani sicut in illa de Republica disputatione Scipio gloriatur: ꝓbris et iniuriis poetarum subiectam uitam famamq; babere noluerunt. capite etiam sancientes tale carmẽ cõdere siq̃s auderet. q̃d erga se quidẽ satis boneste cõstituerũt: sed erga deos suos sup̃be et irreligiose. Quos cũ scirent nõ solum patienter: sed etiam libenter poetarũ probris maledictisq; lacerari: se potius q̃ illos buiuscemodi iniuriis indignos esse duxerunt: seq; ab eis etiam lege munierunt. illorum aũt ista etiã sacris sollẽnitatibus miscuerũt. Ita ne tandẽ Scipio laudas bãc poetis romanis negatã esse licentiã: ut cuiq̃ opprobriũ infligerent romanoꝝ: cũ uideas eos nulli deoꝝ pepercisse uestroꝝ? Ita ne pluris tibi babẽda uisa est existimatio curie uestre q̃ celestis iniurie: Capitolii immo Rome unius q̃ celi totius? ut linguã maledicã in ciues tuos exercere poete etiã lege ꝓbiberent: & in deos tuos securi tanta conuitia nullo Senatore: nullo cẽsore: nullo p̃ncipe: nullo põtifice ꝓbibente: iacularent. Indignũ uidelicet fuit: ut Plautus aut Neuius. P. et. Cn. Scipiõi: aut Cecilius. M. Catoni malediceret: & dignũ fuit ut Terẽtius uester flagitio Iouis optimi maximi adolescentiũ neq̃tiã cõcitaret?

Debuisse intelligere Romanos: q̃ dii eoꝝ qui se turpibus ludis coli expetebant: indigni essent bonore diuino. C. xiii.

SEd responderet mibi fortasse si uiueret. Quõ nos ista impunita esse nollemus: que ipsi dii sacra esse noluerũt: cũ ludos scenicos ubi talia celebrant: dictitant: actitant: et romanis moribus inuexerũt: et suis bonoribus dicari exbiberiq; iusserũt? Cur ergo nõ binc magis ipsi intellecti sunt nõ esse dii ueri: nec omnino digni quibus diuinos bonores deferret illa Respublica? Quos enim coli minime deceret minimeq; oporteret: si ludos expeterent agendos conuitiis Romanoꝝ: quomodo queso colendi putati sunt: quomõ nõ detestãdi spiritus intellecti: qui cupiditate fallẽdi inter suos bonores sua celebrari crimĩa poposcerũt? Itẽq; Romani q̃uis iam superstitiõe noxia premerentur: ut illos deos colerent: quos uidebant sibi uoluisse scenicas turpitudines consecrari: sue tamẽ dignitatis memores ac pudoris: autores talium fabularũ nequaq̃ bonorauerũt more Grecorũ: sed sicut apud Ciceronẽ idem Scipio loquit: cũ artem ludicram scenãq; totã in probro ducerent: genus id bominũ nõ modo bonore ciuium reliquorũ carere: sed etiã tribu amoueri notatione censoria uoluerũt. Preclara sane et Romanis laudibus annumerãda prudẽtia. Sed uelle se ipsa sequeret. se imitaret. Ecce enim recte q̃squis ciuiũ Romanoꝝ esse scenicus elegisset: non solum ei nullus ad bonorẽ dabat locus: uerũ etiã Censoris nota tribũ tenere propriã minime sinebat.

O animū ciuitatis laudis auidum: germaneq; Romanū. Sed respondeatur mihi qua consentanea ratione homines scenici ab omni honore pellunt: et ludi scenici deorū honoribus admiscentur? illas theatricas artes diu uirtus Romana non nouerat: que etsi ad oblectamentum uoluptatis humane quererentur: & uitio morum irreperent humanorum: dii eas sibi exhiberi petiuerunt. Quō ergo abiicitur scenicus per quem colit̄ deus? Et theatrice illius turpitudinis q̄ fronte notat̄ actor: si adorat̄ exactor? In hac controuersia Greci Romaniq; concertant. Greci putant recte se honorare hoīes scenicos: cū colāt ludoꝝ scenicoꝝ flagitatores deos. Romani uero hominibus scenicis nec plebeiam tribū: q̄to minus senatoriam curiam dehonestari sinunt. In hac disceptatiōe huiuscemodi ratiocinatio summā questiōis absoluit. Proponūt Greci. Si dii tales colēdi sūt: ꝓfecto etiā tales hoīes honorādi sūt. Assumūt Romāi. Sed nullo mō tales homīes honorādi sūt. Cōcludūt Xpiani. Nullo igit̄ mō dii tales colēdi sūt.

Meliorem fuisse Platonē qui poetis locū in bñ morata urbe non dederit: q̄ hos deos: q se ludis scenicis uoluerūt honorari. C. xiiii.

DEinde querimus: ipsi poete taliū fabularum cōpositores: qui. xii. tabulaꝝ lege prohibent̄ famā ledere ciuiū: tam ꝓbrosa in deos cōuitia iaculantes: cur nō ut scenici habeant̄ inhonesti? Qua rōe rectū est ut poeticoꝝ figmentoꝝ & ignōiosoꝝ deorum infamētur actores: honorentur exactores? An forte Platoni greco potius palma danda est: qui cū ratione firmaret qualis esse ciuitas debeat: tanq̄ aduersarios ciuitatis poetas censuit urbe pellendos? Iste uero & deorum iniurias indigne tulit: et fucari corrūpiq; figmentis animos ciuiū noluit. Confer nūc Platonis humanitatē a ciuibus decipiēdis poetas urbe pellentē: cū deoꝝ diuinitate honori suo ludos scenicos expetente. Ille: ne talia uel scriberent̄ et si nō obtinuit disputando: tamen ne scripta reciperentur: persuasit leuitati lasciuieq; Grecoꝝ: isti ut talia etiā agerentur iubēdo extorserunt grauitati & modestie Romanoꝝ. Nec tantum hec agi uoluerūt: sed sibi dicari: sibi sacrari: sibi sollenniter exhiberi. Cui tandem honestius diuinos honores decerneret ciuitas: utrū Platōi hec turpia & nefāda ꝓhibenti: an demōibus hac hoīm deceptione gaudētibus: qbus ille uera persuadere nō potuit? Hunc Platonē Labeo inter semideos cōmemorandū putauit. sicut Herculē: sicut Romulū. semideos autem heroibus āponit: sed utrosq; inter numina collocat. Veruntamē istū: quē appellat semideum: nō heroibus tantū: sed etiā diis ipsis ꝓferendū esse nō dubito. Propinquāt autem Romanorum leges disputationibus Platonis. qn̄ illa cūcta poetica figmenta condēnat. Isti aūt poetis Romanoꝝ adimūt saltē in homīes maledicendi licentiam: ille poetas ab urbis ipsius habitatione repellit: isti saltem auctores poeticarū fabularū a ledenda societate ciuitatis cōpescunt. Et si contra deos ludorū scenicoꝝ expetitores aliquid auderent: forte undiq; remouerent. Nequaq̄ igit̄ leges ad instituendos bonos aut corrigēdos mores malos a diis suis possēt accipere Romani siue spare. quos legibus suis uincūt: atq; cōuincūt. Illi. n. honori suo deposcūt ludos scenicos: isti ab honoribus oībus repellūt homines scenicos. Illi celebrari sibi iubēt figmētis poeticis obprobria deoꝝ: isti ab opprobriis hominū deterrent impudentiā poetarū. Semideus autem ille Plato & taliū deorū libidini restitit: et ab indole Romanoꝝ quid perficiendū esset ostendit. qui poetas ipsos: uel pro arbitrio mētientes: uel hominibus miseris q̄si deorū facta pessima imitanda ꝓponentes: omnino in ciuitate bene instituta uiuere noluit. Nos quidē Platonē nec deū nec semideū perhibemus: nec ulli sancto angelo summi

dei: nec ueridico Prophete: nec Apostolo alicui: nec cuilibet Xpi martyri: nec cuiq̄ Xpiano boni cōpamus. cuius nostre sentētie ratio deo pspērāte suo loco explicabit. Sed eum tn̄: quādoquidē ipsi uolūt fuisse semideum: preferendū esse censemus si non Romulo et Herculi: q̄uis istū nec occidisse frēm: nec aliqd ppetrasse flagitiū quisq̄ historicoꝝ uel poetarum dixit aut finxit: certe uel Priapo: uel alicui Cynocephalo: postremo uel Februo. que Romani numina partim peregrina receperūt: partim sua propa sacrauerūt. Quō igit̄ tanta animi & moꝝ mala bonis preceptis et legibus uel imminētia phiberent: uel insita exstirpanda curarent dii tales: qui etiā seminanda et augenda flagitia curauerūt: talia uel sua uel q̄si sua facta per theatricas celebritates populis innotescere cupiētes? ut tanq̄ autoritate diuina sua sponte nequissima libido accenderetur humana: frustra hoc exclamāte Cicerone: q cū de poetis agēs ad eos accessisset. Clamor inqt & approbatio populi q̄si magni cuiusdā & sapiētis magistri: quas illi obducunt tenebras? Quos inuehunt metus? Quas inflammant cupiditates?

Quod Romani quosdam sibi deos non ratione: sed adulatione instituerunt. C. XV.

Que aūt illis eligendoꝝ deorū etiā ipsoꝝ falsoꝝ ratio: ac nō potius adulatio est: qā istum Platonem quē semideū uolunt tātis disputationibus laborantē ne in animis malis: que pcipue cauenda sunt mores corrumperenē humani: nulla edicula sacra dignū putarūt: et Romulum suū diis multis pretulerūt: q̄uis et ipm semideum potius q̄ deū uocauerūt: uelut secretior eoꝝ doctrina cōmendat? Nā etiā Flaminē illi instituerūt. qd̄ sacerdotii genus adeo in Romanis sacris testāte Apice excelluit: ut tres solos flamines haberēt tribus numinibus institutos. Dialē: Ioui: Martialē: Marti: Quirinalem: Romulo. Nam beniuolentia ciuiū uelut receptus in celū Quirinus est postea nominatus. ac per hoc & Neptūno: et Plutōi fratribus Iouis: & ipsi Saturno patri eoꝝ isto Romulus honore platus est: ut pro magno sacerdotium quod Ioui tribuerunt huic etiā hoc tribuerent: et Marti tanq̄ patri eius forsitan propter ipsum.

Quod si diis ulla esset cura Iusticie ab eis Romani accipere debuerunt pcepta uiuēdi potius q̄ leges ab aliis hominibus mutuare. C. XVI.

Si autē a diis suis Romani uiuendi leges accipere potuissent: nō aliquot annos post Romam conditā ab Atheniēsibus mutuarētur leges Solonis: quas tamen non ut acceperunt: tenuerunt: sed meliores et emendatiores facere conati sunt. q̄uis Lycurgus Lacedemoniis leges ex Apollinis autoritate se istituisse cōfinxerit. Quod prudenter Romani credere noluerūt. ppterea nō inde acceperūt. Numa Pompilius qui Romulo successit in regnum: quasdam leges: que quidē regende ciuitati nequaq̄ sufficerent: condidisse fertur. Qui eis etiā multa sacra constituit. nō tamē perhibetur easdem leges a numinibus accepisse. Mala igit̄ animi: mala uite: mala morū: que ita magna sunt: ut his doctissimi eorum uiri etiam stantibus urbibus Respublicas perire cōfirmēt: dii eoꝝ ne suis cultoribus acciderēt minime curarūt. immo uero ut augerēt: sicut supra disputatū est: omi modo curauerūt.

De raptu Sabinarum: aliisq; iniquitatibus que in ciuitate Romana: etiā laudatis uiguere temporibus. C. XVII.

AN forte populo Romano ꝓpterea leges non sunt a numinibus cōstitute: quia sicut Salustius ait: Ius bonumq; apud eos non legibus magis q̃ natura ualebat? Ex hoc iure ac bono credo raptas esse Sabinas. Quid enim iustius & melius q̃ filias alienas fraude spectaculi inductas non a parentibus accipi: sed ui ut quisq; poterat auferri? Nam si inique Sabini facerent negare postulatas: q̃to fuit iniquius rapere non datas? Iustius aūt bellum cū ea gente geri potuit: que filias suas ad matrimoniū cōregionalibus et confinalibus suis negasset petitas: q̃ cum ea que repetebat ablatas. Illud ergo potius ibi fieret ubi Mars filium suum pugnātem iuuaret: ut cōiugiorū negatorum armis ulcisceret̄ iniuriā: et eo modo ad feminas: quas uoluerat ꝑueniret. Aliquo enim fortasse iure belli iniuste negatas iuste uictor auferret. Nullo autem iure pacis non datas rapuit: & iniustū bellū cum earū parentibus iuste successentibus gessit. Hoc sane utilius faciliusq; successit: qđ et si ad memoriā fraudis illius circēsium spectaculum mansit: facinoris tamen in illa ciuitate & imperio nō placuit exēplum. faciliusq; Romani in hoc errauerunt: ut post illā iniquitatem deum sibi Romulum consecrarent: q̃ ut in feminis rapiendis factum eius imitandum & lege ulla uel more permitterēt. ¶ Ex hoc iure ac bono post expulsum cū liberis suis regē Tarqnium: cuius filius Lucretiam stupro uiolenter oppresserat: Iunius Brutus consul Lucium Collatinū maritum eiusdem Lucretie collegam suum bonū atq; innocentem uirum: ꝓpter nomē & ꝓpinquitatē Tarquinorū coegit magistratu se abdicare: nec uiuere in ciuitate permisit. Quod scelus fauente uel patiente populo fecit: a quo populo consulatum idem Collatinus sicut etiā ipse Brutus acceperat. ¶ Ex hoc iure ac bono M. Furius Camillus illius tēporis uir egregius: q Veientes grauissimos hostes populi Romani post decennale bellum: quo Romanus exercitus totiens male pugnando grauiter afflictus est: iam ipsa Roma de salute dubitante atq; trepidante facillime superauit: eorumq; urbem opulentissimam cepit: inuidia obtrectatorum uirtutis sue et insolentia Tribunorum reus plebis factus: tanq̃ ingratam sensit: quā liberauerat ciuitatem: ut de sua dānatione certissimus in exsiliū sponte discederet: & decē milibus eris absens etiam damnaretur: mox iterum a Gallis uindex patrie futurus ingrate. ¶ Multa cōmemorare iam piget feda & iniusta quibus agitabat̄ illa ciuitas: & cum potentes plebem sibi subdere conarentur: plebsq; illis subdi recusaret. et utriusq; partis defensores magis studiis agerent amore uincendi: q̃ equū & bonū quicq̃ cogitarent.

¶ Que de moribus Romanorum aut metu compressis aut securitate resolutis: Salustii ꝓdat historia. ¶ C. xviii.

ITaq; habebo modū: et ipm Salustiū testem potius adhibebo. Qui cū in laude Romanoꝝ dixisset: unde nobis iste sermo exortus est. Ius bonūq; apud eos nō legibus magis: q̃ natura ualebat: ꝑdicās illud tēpus quo expulsis regibus incredibiliter ciuitas breui etatis spacio plurimum creuit. Idem tamen in primo historie sue libro atq; eius exordio fatet̄: etiā tunc cū ad consules a regibus esset translata Respublica: post paruum interuallum iniurias ualidorū: & ob eas discessionem plebis a patribus: aliasq; in urbe discessiones fuisse. Nam cum optimis moribus et maxima concordia populum Romanum inter secundū et postremū bellū Carthaginense cōmemorasset egisse: causamq; huius boni non amorem iusticie: sed stante Carthagine metū pacis infide fuisse dixisset. Vnde & Nasica ille ad reprimendam nequiciā seruandosq; istos mores optimos: ut metu uitia cohiberentur Carthaginem nolebat euerti. Continuo

subiecit idem Salustius & ait. At discordia & auaricia atq; ambitio: & cetera secũdis rebus oriri sueta mala: post Carthagĩs excidiũ maxĩe aucta sũt. Vt intelligeremus etiã antea & oriri solere & augeri. Vnde subnectens cur hec dixerit. Nam iniurie inquit ualidoꝝ & ob eas discessio plebis a patribus: alieq; dissensiones domi fuere. Iam ĩn a ꝓncipio neq; amplius ꝙ̃ regibus exactis: dũ metus a Tarquinio & bellũ graue cum Etruria positũ est: equo & modesto iure agitatũ. Vides quẽadmodũ etiã illo breui tempore ut regibus exactis id est eiectis aliquãtulum equo & modesto iure ageretᷣ: metum dixit fuisse causam: qm̃ metuebatᷣ bellũ qđ rex Tarquinius regno atq; urbe pulsus: Etruscis sociatus cõtra Romanos gerebat. Attende itaq; qd deinde cõtexat.

Deinde inquit seruili imperio patres plebẽ exercere. de uita atq; tergo regio more cõsulere: agro pellere: & certis ex partibus soli impio agere. Quibus seuitiis & maxĩe fenore oppressa plebs: cum assiduis bellis tributum simul & militiam toleraret: armata montem sacrum atq; Auentinũ insedit: tumq; tribunos plebis & alia sibi iura parauit: discordiarum & certaminis utriusq; finis fuit secundum bellum Punicum. Cernis ex quo tempore id est paruo interuallo post reges exactos: quales Romani fuerint de quibus ait. ius bonumq; apud eos non legibus magis: ꝙ̃m natura ualebat. Porro si illa tempora talia reperiũtur qbus pulcherrima atq; optima fuisse predicatur Romana Respublica: quid iam de cõsequenti etate dicendum: aut cogitãdum arbitramur: cũ paulatim mutata ut eiusdẽ historici uerbis utar: ex pulcherrima atq; optima pessima ac flagitiosissima facta est? post Carthaginis uidelicet ut commemorauit excidium? Que tẽpora ipse Salustius quẽadmodũ breuiter recolat & describat in eius historia legi potest: quantis malis morum que secundis rebus exorta sunt: usq; ad bella ciuilia demonstret esse peruentum. ex quo tempore ut ait maiorum mores non paulatim ut antea: sed torrentis modo precipitati: adeo iuuentus luxu atq; auaricia corrupta est: ut merito dicatur genitos esse q neq; ipsi habere possent res familiares: neq; alios pati. Dicit deĩn plura Salustius de Sylle uitiis ceteraq; feditate Reipub. Et alii scriptores in hoc consentiunt ꝙ̃uis eloquio multum impari. Cernis tamen ut opinor: et quisquis aduerterit facillime perspicit: colluuie morum pessimorum quo illa ciuitas prolapsa fuerit ante nostri Regis aduẽtum. Hec enim gesta sunt nõ solum anteꝙ̃ Christus in carne presens docere cepisset: uerum etiã anteꝙ̃ de uirgine natus esset. Cum igitᷣ tot et tanta mala tempoꝝ illoꝝ: uel tolerabiliora superius: uel post euersam Carthaginẽ intoleranda & horrenda: diis suis imputare non audeant opiniones humanis mẽtibus unde talia uitia siluescerẽt maligna astutia inserentibus: cur mala presentia Christo imputãt: q doctrina saluberrima & falsos ac fallaces deos coli uetat: & istas hominũ noxias flagitiosasq; cupiditates diuina autoritate detestans atq; condemnans: his malis tabescenti ac libenti mundo ubiq; familiam suam sensim subtrahit: qua condat eternam: et non plausu uanitatis: sed iudicio ueritatis gloriosissimam ciuitatem.

De corruptione Romane Reipublice: priusꝙ̃ cultum deorum Christus auferret. C. xix.

Ecce Romana Respublica: quod nõ ego prius dico: sed autores eorũ unde hec mercede didicimus: tanto ante dixerũt ante Christi aduentũ: paulatim mutata et ex pulcherrima atq; optima pessima atq; flagitiosissima facta est. Ecce ante Xp̃i aduentũ: post deletam Carthaginẽ maioꝝ mores: nõ paulatim: ut antea: sed torrẽtis modo precipitati: adeo iuuentus luxu atq; auaricia corrupta est. Legãt nobis cõtra

luxum & auariciam precepta deorũ suoꝝ populo Romano data. Cui utinã tãtum casta & modesta reticerent: ac non etiam ab illo ꝓbrosa & ignominiosa deposcerent: quibus per falsam diuinitatẽ perniciosam conciliarent autoritatem. Legant nostra et per Prophetas & per sanctũ euangeliũ & per Apostolicos actus & epistolas: tam multa contra auariciam atq; luxuriã ubiq; populis ad hoc congregatis: q̃ excellẽter: q̃ diuine: non tanq̃ ex philosophoꝝ concertationibus strepere: sed tanq̃ ex oraculis: et dei nubibus intonare. & tamẽ luxu atq; auaricia scenisq; ac turpibus moribus ante aduentum Christi rempulicam pessimam ac flagitiosissimam factam: non imputant diis suis. afflictionem uero eius q̃cunq; isto tempore superbia delitieq; eorũ perpesse fuerint: religioni increpitant Christiane. Cuius precepta de iustis probisq; moribus si simul audirent atq; curarent Reges terre & omnes populi: principes & omnes iudices terre: iuuenes & uirgines seniores cum iunioribus: etas omnis capax & uterq; sexus: et quos Baptista Iohannes alloquitᷣ: exactores ipsi atq; milites: & terras uite presentis ornaret sua felitate Respublica: & uite eterne culmen beatissime regnatura cõscen/deret. Sed q̄a iste audit: ille contẽnit: pluresq; uitiis male blandiẽtibus: q̃ utili uirtutũ asperitati sunt amiciciores: tolerari Christi famuli iubentur: siue sint reges: siue sint ꝑncipes: siue iudices: siue milites: siue prouĩtiales: siue diuites: siue pauperes: siue liberi siue serui utrius libet sexus: pessimã etiã si ita necesse ẽ flagitiosissimãq; Rẽpublicam: et in illa angeloꝝ quadam sanctissima atq; augustissima curia celestiq; Republica: ubi dei uoluntas lex est: clarissimum sibi locum etiam ista tolerantia comparare.

¶ Quali uelint felicitate gaudere: & q̄bus moribus uiuere: qui tempora Christiane religionis incusant. ¶ C. xx.

Veruntamen tales cultores: & dilectores deorũ istorũ: quorũ etiã imitatores in sceleribus & flagitiis se esse letantur: nullo mõ curant pessimã ac flagitiosissimã non esse Rempublicam. Tantum stet inq̄unt: tantũ floreat copiis referta: uictoriis gloriosa: uel q̄d ẽ felicius: pace secura sit: et q̄d ad nos? Immo id ad nos magis ꝑtinet: si diuitias quisq; semper augeat: que quotidianis effusionibus suppetant: per quas sibi etiã infirmiores subdat q̄sq; potẽtior. Obsequantᷣ diuitibus paupeꝛs causa securitatis: atq; ut eorũ patrociniis quieta inertia perfruantur: diuites pauperibus ad clientelas et ad ministeriũ sui fastus abutantur. populi plaudant non cõsultoribus utilitatum suarum: sed largitoribus uoluptatũ. Non iubeantur dura: non prohibeantᷣ impura. reges nõ curẽt q̃ bonis sed q̃ subditis regnẽt: Prouintie Regibus nõ tanq̃ rectoribus morum: sed tanq̃ rerum dominatoribus & delitiarum suarum prouisoribus seruiant: eosq; nõ sinceriter honorent: sed nequiter ac seruiliter timeãt: q̄d aliene uinee potius: q̃ quis sue uite quisq; noceat: legibus aduertatur. Nullus ducatur ad iudices: nisi qui alieni rei: domui: saluti: uel cuiq̃ inuito fuerit importunus aut noxius. Ceterũ de suis: uel cum suis: uel cũ quibuscunq; uolentibus faciat quisq; quod libet. abundẽt publica scorta: uel propter omnes quibus frui placuerit: uel propter eos maxime qui habere priuata non possunt. Extruantur amplissime atq; ornatissime domus: ubi parata conuiuia frequententur: ubi cuiq; libuerit: & potuerit: die noctuq; ludatur: bibatur: uomatur: defluatur. Saltationes undiq; cõcrepent: theatra inhoneste leticie uocibus: atq; om̄i genere siue crudelissime: siue turpissime uoluptatis exestuẽt. Ille sit publicus inimicus: cui hec felicitas displicet: Quisq̄s eã mutare uel auferre tẽptauerit: eũ libera multitudo auertat ab auribus: euertat a sedibus: auferat a uiuentibus. Illi habeãtur

dii ueri: qui hanc adipiscendam populis ꝓcurauerint adeptãq; seruauerint. Colãtur: ut uoluerint. ludos exposcãt: quales uoluerint. quos cũ suis uel de suis possunt habere cultoribus. tantum efficiãt: ut huic felicitati nihil ab hoste: nihil a peste: nihil ab ulla clade timeat̃. Quis hanc Rempublicã sanus: non dicam Romano Imperio: sed domui Sardanapali comparauerit? Qui quondam rex ita fuit uoluptatibus deditus: ut in sepulchro suo scribi fecerit: ea sola se habere mortuũ: que libido eius etiã cum uiueret: hauriẽdo cõsumpserat. Quẽ regẽ isti si haberẽt: sibi in talibus indulgentẽ: nec in eis quicq̃ ulla seueritate aduersantem: huic libẽtius q̃ Romani ueteres Romulo templũ et Flaminem consecrarent.

Que sententia fuerit Ciceronis de Romana Republica. C. xxi.

Sed si cõtempnitur qui Romanã Rempublicã pessimã ac flagitiosissimã dixit: nec curant isti quanta morum pessimorum ac flagitiosorum labe ac dedecore impleatur: sed tantummodo ut consistat: & maneat: audiant eam: non ut Salustius narrat pessimam & flagitiosissimam factam: sed sicut Cicero disputat iã tunc prorsus perisse: & nullã omnino remansisse Rempublicam. Inducit enim Scipionẽ eũ ipsum qui Carthaginem extinxerat de Republica disputãtem: quando presentiebatur ea corruptione: quã describit Salustius: eam iã iãq; perituram. Eo qppe tẽpore disputat̃: quo iam unus Gracchoꝝ occisus fuit: a quo scribit seditiones graues cepisse Salustius. Nam mortis eius fit in eisdem libris cõmemoratio. Cum autem Scipio in secũdi libri fine dixisset: ut in fidibus ac tibiis atq; cantu ipso ac uocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis: quẽ immutatum aut discrepantẽ aures erudite ferre non possunt: isq; concentus ex dissimillimarũ uocum moderatione cõcors tamẽ efficitur et cõgruẽs: sic ex summis & mediis & infimis interiectis ordinibus: ut sonus moderatã ratione ciuitatem consensu dissimillimorũ concinere. & que harmonia a musicis dicit̃ in cantu: eam esse in ciuitate concordiã artissimũ atq; optimũ omniũ in Republica uinculum incolumitatis: eãq; sine iusticia nullo pacto esse posse. Ac deinde cũ aliq̃to latius & uberius disseruisset: quantumq; prodesset iusticia ciuitati: quantũq; obesset si abfuisset: suscepit deinde Philus unus eorum qui disputationi aderant: & poposcit: ut hec ipsa questio diligentius tractaretur: ac de iusticia plura dicerentur: propter illud quod iam uulgo ferebatur: Rempublicam regi sine iniuria non posse. Hanc ꝑinde questionem discutiendam: & enodandã esse assensus est Scipio. Respõditq; nihil esse quod adhuc de Republica putaret dictum: & quo posset longius progredi: nisi esset confirmatum non modo falsum esse illud: sine iniuria non posse: sed hoc uerissimum esse sine summa iusticia Rempublicã regi nõ posse. Cuius questionis explicatio cum in diem consequentem dilata esset: in tertio libro magna conflictatione res acta est. Suscepit enim Philus ipse disputationem eorum: qui sentirent sine iniusticia regi nõ posse Rempublicam. purgans precipue ne hoc ipse sentire crederetur. Egitq; sedulo pro iniusticia contra iusticiam: ut hanc esse utilem Reipublice: illam uero inutilem uerisimilibus rationibus & exemplis uelut conaret̃ ostẽdere. Tum Lelius rogãtibus omnibus iusticiam defendere aggressus est. asseruitq; q̃tum potuit: nihil tam inimicũ: q̃ iniusticiã ciuitati. nec omnino nisi magna iusticia geri aut stare posse Rẽpublicã. Qua questione quantum satis uisum est pertractata: Scipio ad intermissa reuertit̃: recolitq; suam atq; cõmendat breuem Reipublice definitionem qua dixerat: eam esse rem populi: populum aũt non omnem cetum multitudinis: sed cetum iuris consensu et utilitatis cõmunione sociatum esse determinat. Docet deinde q̃ta sit in disputando

definitionis utilitas: atq; ex illis suis definitionibus colligit: tunc esse Rēpublicā id est rem populi: cū bene ac iuste geritur siue ab uno rege: siue a paucis optimatibus: siue ab uniuerso populo. Cum uero iniustus est rex: quē tyrannū more greco appellauit: aut iniusti optimates quoꝝ consensum dixit esse factionē: aut iniustus ipse populus cui nomen usitatū nō repperit: nisi ut etiā ipm̄ tyrannum uocaret: non iā uitiosam sicut pridie fuit disputatum: sed sicut ratio ex illis definitionibus connexa docuisset: omnino nullā esse Rempublicā: quoniā nō esset res populi: cū tyrannus eā factione capesceret: nec ipse populus iā populus esset: si esset iniustus: qm̄ nō esset multitudo et iuris cōsensu: et utilitatis cōmunione sociata: sicut populus fuerat definitus. Quādo ergo Respublica Romana talis erat qualem illā describit Salustius: nō iam pessima ac flagitiosissima sicut ipse ait: sed oīno nulla erat: scd̄m istā rationē: quam disputatio de Republica inter magnos eius ꝑncipes tūc habita patefecit. Sicut etiā ipse Tullius non Scipionis: nec cuiusq̄ alterius: sed suo sermone loquēs testat̄ in ꝑncipio quinti libri: commemorato prius Ennii poete uersu quo dixerat.

Moribus antiquis res stat Romana: uirisq;.

Quem quidem ille uersum inquit uel breuitate: uel ueritate tanquā ex oraculo mihi quodā esse affatus uidetur. Nam neq; uiri: nisi ita morata ciuitas fuisset: neq; mores: nisi ii uiri prefuissent: aut fundare aut tam diu tenere potuissent tantam: & tā iuste lateq; imperantem Rempublicam. Itaq; ante nostram memoriam et mos ipse patrius prestantes uiros adhibebat: & ueterū morem: ac maioꝝ instituta retinebāt excellētes uiri. Nostra uero etas cū Rēpublicā: sicut picturā accepisset egregiā: sed euanescētē uetustate non modo eam coloribus iisdem quibus fuerat: renouare neglexit: sed ne id quidem curauit: ut formam saltem eius & extrema tanq̄ liniamenta seruaret. Quid enim manet ex antiquis moribus: qbus ille dixit rem stare romanā? quos ita obliuiōe obsoletos uidemus: ut non modo non colantur: sed etiā ignorent̄. Nam de uiris quid dicam? Mores enim ipsi interierunt uirorum penuria: cuius tanti mali non uidetur reddenda ratio nobis: sed etiā tanq̄ reis capitis quodāmō dicenda causa est. Nostris enim uitiis nō casu aliquo Rempublicā uerbo retinemus: rem ipsam uero iā pridem amisimus. Hec Cicero fatebatur: lōge quidem post mortem Africani: quem in suis libris fecit de Republica disputare: adhuc tñ ante aduentū Christi. Que si diffamata et preualescente religione Xpristiana sentirent̄: atq; dicerentur: quis non istorum ea Christianis imputāda esse censeret? Quāobrem cur nō curarūt dii eoꝝ ne tūc periret: atq; amitteret̄ illa Respublica: quā Cicero longe anteq̄ Xp̄us in carne uenisset: tam lugubriter deplorat amissā? Viderint laudatores eius etiā illis antiqs uiris & moribus qualis fuerit. utrū in ea uiguerit recta iusticia: an forte nec tunc fuerit uiua moribus: sed picta coloribus. qd̄ & ipse Cicero nesciens cū eam ꝓferret: exꝓssit. sed alias si deus uoluerit: hec uidebimus. Enitar enim suo loco ut ostendam scd̄m definitiones ipsius Ciceronis: qbus qd sit Respublica & qd sit populus loquēte Scipiōe breuiter posuit: attestantibus etiā multis siue ipsius: siue eorū quos loqui fecit in eadem disputatione sententiis: nunq̄ illam fuisse Rempublicam: quia nunq̄ in ea fuit uera iusticia. Scd̄m probabiliores aūt definitiones & pro suo modo quedam Respublica fuit. & melius ab antiquioribus Romanis: q̄ a posterioribus administrata est. Vera aūt iusticia nō est: nisi in ea Republica cuius conditor rectorq; Christus est: si & ipsam Rempublicam placet dicere. qm̄ eam rem populi eē: negare nō possumus. Si aūt hoc nomē qd̄ alibi aliterq; uulgatū est: ab usu nostre locutiōis est forte remotius: in ea certe ciuitate est uera iusticia: de qua scriptura sancta dicit. Gloriosa de te dicta sunt ciuitas dei.

Quod diis Romanorum nulla unq̄ cura fuerit: ne malis moribus Respublica deperisset. C. xxii.

SEd quod pertinet ad p̄ntem questionē: quālibet laudabilē dicāt istā fuisse: uel esse Rēpublicā: scd̄m eoꝝ doctissimos autores iā lōge an̄ Xp̄i aduentū pessima ac flagitiosissima facta erat. Immo uero nulla erat: atq; omnino perierat ꝑditissimis moribus. Ut ergo nō periret: dii custodes eius populo cultori suo dare ꝑcipue uite ac moꝝ precepta debuerūt: a quo tot tēplis tot sacerdotibus & sacrificiorū generibus: tā multiplicibus uariisq; sacris: tot festis sollēnitatibus: tot tātoꝝq; ludoꝝ celebritatibus colebant̄: ubi nihil demones nisi negotiū suū egerunt: non curantes quēadmodum illi uiuerent: immo curātes ut etiā ꝑdite uiuerent: dū tamen honori suo illa oīa metu subditi ministrarent. Aut si dederunt: ꝓferatur: ostendatur: legat̄ quas deoꝝ leges illi ciuitati datas contēpserit Gracchi: ut seditiōibus cuncta turbarent: quas Marius & Sylla & Carbo: ut in bella etiā progrederentur ciuilia causis iniquissimis suscepta: et crudeliter gesta: crudeliusq; finita. Quas deniq; Sylla ipse cuius uitam: mores: facta: describēte Salustio aliisq; historie scꝑtoribus: q̄s nō exhorreat? Quis illā Rēpublicā non tunc perisse fateat̄? An forte propter huiuscemodi ciuium mores Virgilianam illam sententiam: sicut solent: pro defensione suorum deorum opponere audebunt?

Discessere omnes adytis arisq; relictis
Dii: quibus imperium hoc steterat.

Primū si ita est: nō habēt: cur querant̄ de religione Christiana: ꝙ hac offensi eos dii sui deseruerūt: quandoqdem maiores eorū iam ꝓdem moribus suis ab urbis altaribus tam multos ac minutos deos: tanq̄ muscas abegerunt. Sed tamē hec numinum turba ubi erat: cū longe anteq̄ mores corrūperentur antiqui: a Gallis Roma capta & incēsa est? An ꝑsentes forte dormiebāt? Tūc enim tota urbe in hostiū potestate redacta: solus collis Capitolinus remanserat. Qui etiam ipse caperetur: nisi saltem anceres diis dormientibus: uigilarent. Unde pene in superstitionē egyptioꝝ bestias auesq; colētiū Roma deciderat: cum anseri sollēnia celebrabāt. Uerū de his aduentitiis & corporis potius: q̄ animi malis: que uel ab hostibus uel alia clade accidunt: nondum interim disputo. Nunc ago de labe moꝝ: quibus primū paulatim decoloratis: deinde torrētis modo precipitatis: tāta: quāuis integris tectis menibusq; facta est ruina Reipublice: ut magni autores eoꝝ eam tunc amissam nō dubitēt dicere. Recte aūt abscesserāt: ut amitteret̄: oēs adytis arisq; relictis dii: si eorum de bona uita: atq; iusticia ciuitas ꝑcepta contēpserat. Nunc uero q̄les queso dii fuerūt: si noluerūt cū populo cultore suo uiuere: quē male uiuentē nō docuerūt bn̄ uiuere?

Varietates rerū tēporalium: non ex fauore: aut impugnatione demonum: sed ex ueri dei pendere iudicium. C. xxiii.

QUid ꝙ etiam uidentur eorum affuisse cupiditatibus implendis: et ostenduntur non prefuisse refrenandis? Qui enim Marium nouum hominem et ignobilem cruentissimū autorē belloꝝ ciuiliū atq; gestorē: ut septies Consul fieret adiuuerūt: atq; ut in septimo suo cōsulatu moreret̄ senex ne in manibus Sylle futuri mox uictoris irrueret: cur non etiam iuuerunt: ut a tantorum se cōpesceret immanitate facinoꝝ? Si enim ad hoc eum dii eorum non iuuerunt: non paruum est: quod fatentur: & etiā non propitiis diis suis posse accidere homini istam temporalem quam nimis diligunt: tantā felicitatē: et posse hoīes: sicut fuit Marius: salute: uiribus: opibus: honoribus:

dignitate: longeuitate cumulari: & perfrui diis iratis: posse etiam homines sicut fuit Regulus: captiuitate: seruitute: inopia: uigiliis: doloribus excruciari & emori: diis amicis. Quod si ita esse cōcedunt: cōpendio nihil eos ꝓdesse: & coli supfluo cōfitentᷣ. Nam si uirtutibus animi & probitate uite cuius premia post mortem speranda sunt: magis contraria ut populus disceret: instituerūt: si nihil etiam in his transeuntibus: & temporalibus bonis uel eis quos oderunt: nocent: uel eis quos diligunt: ꝓsunt: utquid coluntur? utquid tanto studio colendi requiruntur? Cur quia laboriosis tristibusq; temporibus tanq̃ offensi abscesserint: murmuratur? et propter eos Christiana religio cōuitiis indignissimis leditur? Si autem habent in his rebus uel beneficii uel maleficii potestatē: cur in eis affuerūt pessimo uiro Mario: & optimo uiro Regulo defuerūt? An ex hoc ipsi intelligūtur iniustissimi & pessimi? Quod si propterea magis timendi et colendi putantur. neq; hoc putetur. Neq; enī minus eos inuenitᷣ Regulus coluisse q̃ Marius: nec ideo uita pessima eligenda uideatur: quia magis Mario q̃ Regulo dii fauisse existimantur. Metellus enim Romanorum laudatissimus: qui habuit quinq; filios Consulares: etiam rerum temporalium felix fuit: et Catilina pessimus oppressus inopia: & in bello sui sceleris prostratus infelix. & uerissima atq; certissima felicitate prepollent boni deū colētes: a quo solo cōferri potest. Illa igitur Respublica malis moribus cum periret: nihil dii eorum pro dirigendis uel corrigendis egerunt moribus: ne periret: immo de prauādis & corrumpendis addiderunt moribus: ut periret. Nec se bonos fingāt: ꝙ uelut offensi ciuiū iniquitate discesserunt: prorsus ibi erant. ꝓduntᷣ. conuincūtur. Nec subuenire precipiendo. nec latere tacendo potuerunt. Omitto ꝙ Marius a miserantibus Minturnēsibus Marice dee in luco eius commendatus est: ut ei omnia prosperaret: et ex summa reuersus desperatione incolumis in urbem: duxit crudelē crudelis exercitū. Vbi q̃ cruēta: q̃ indicibilis: hostiliq; immanior eius uictoria fuerit: eos qui scripserūt: legant: qui scire uolūt. Sed hoc ut dixi omitto: nec Marice nescio cui tribuo Marii sanguineam felicitatem: sed occulte potius prouidētie dei ad istorum ora claudenda: eosq; ab erroribus liberandos: qui non studiis agunt: sed nec prudenter aduertunt. Quia et si aduertunt: aliqd in his rebus demōes possunt: tātum q̃tum secreto omīpotentis arbitrio pmittuntᷣ. Ne magnipēdamus terrenā felicitatē: que sicut Mario: malis etiā plerunq; conceditᷣ. Nec eā rursus quasi malā arbitremur: cū etiā in ea multos pios ac bonos unius dei ueri cultores inuitis demonibus p̄polluisse uideamus. Nec eosdem immundissimos spiritus uel propter hec ipsa bona mala ue terrena propitiandos aut timendos existimemus. quia sicut ipsi mali homines in terra: sic etiam illi non omnia que uolunt: facere possunt: nisi quantum illius ordinatione sinuntur: cuius plene iudicia nemo comprehendit: nemo reprehendit iuste.

De Syllanis actibus: quoꝝ se demones ostentauerūt adiutores. C. xxiiii.

SYlla certe ipse cuius tempora talia fuerunt: ut superiora quorum uindex esse uidebatur: illius cōparatione quererentᷣ: cū primū ad urbē cōtra Mariū castra mouisset: adeo leta exta immolanti fuisse scribit Liuius: ut custodiri se Postumius aruspex uoluerit: capitis suppliciū subiturus: nisi ea: que in animo Sylla haberet: diis iuuantibus impleuisset. Ecce nō discesserant adytis: arisq; relictis dii: quādo de rerum euentu predicebāt: nihilq; de ipsius Sylle correptione curabāt. Promitebāt p̄sagādo felicitatem magnam: nec malam cupiditatem minando frangebant. Deinde cū esset in Asia bellū Mithridaticum gerens: per. L. Titium ei mādatum est a Ioue: ꝙ esset

Mithridatem superaturus. & factum est. Ac postea molienti redire in urbem: & suas amicorumq; iniurias ciuili sanguine ulcisci: iterum mādatum est ab eodem Ioue: per militem quendam legionis sexte: prius se de Mithridate pronuntiasse uictoriā: & tūc promittere daturum se potestatem qua recuperaret ab inimicis Rempublicā nō sine multo sanguine. Tum ꝑcontatus Sylla que forma militi uisa fuerit. Cū ille indicasset eam: recordatus eius est quam prius ab illo audierat: qui de Mithridatica uictoria ab eodē mādata pertulerat. Quid hic responderi potest q̄re dii curauerint uelut felicia ista nuntiare: et nullus eoꝝ curauerit Syllā monendo corrigere: tāta mala facturū scelestis armis ciuilibus: q̄lia non solum fedarēt sed auferrent omnino Rempublicā? Nempe intelliguntur demones sicut sepe iam dixi: notumq; nobis est in litteris sacris: resq; ipse satis indicant: negotium suum agere: ut pro diis habeantur: ut colantur: ut ea illis exhibeantur: quibus ii qui exhibent sotiati unā pessimā causam cū eis habeāt in iudicio dei. Deinde cū uenisset Tarentū Sylla atq; ibi sacrificasset: uidit in capite uitulini iecoris similitudinem corone auree. Tunc Postumius Aruspex ille respondit: preclaram ei uictoriam significari. iussitq; ut extis illis solus uesceretur. Postea paruo facto interuallo seruus cuiusdā L. Pontii uaticinando clamauit: a Bellona nuntius uenio. uictoria tua est Sylla. Deinde adiecit arsurum esse Capitoliū. hoc cū dixisset: continuo egressus e castris: postera die cōcitatior regressus est. & Capitolium arcisse clamauit. arserat autem reuera Capitolium. Quod quidē demoni & preuidere facile fuit: & celerrime nuntiare. Illud sane attende: quod ad causam maxime pertinet: sub qualibus diis esse cupiant qui blassemant saluatorem: uoluntates fideliū a dominatu demonum liberantem. Clamauit homo uaticinando: uictoria tua est Sylla. atq; ut id diuino spiritu clamasse crederetur: nūtiauit etiam aliquid & prope futurum: & mox factum. Vnde longe aberat per quem ille spiritus loquebatur: non tamen clamauit ab sceleribus parce Sylla: que illic uictor tam horrenda commisit: cui corona aurea ipsius uictorie illustrissimum signum in uitulino iecore apparuit. Qualia signa si dii isti dare solerent: ac nō demones impii: ꝑfecto illis extis nefaria potius atq; ipsi Sylle grauiter noxia: mala futura monstrarent. Neq; enim eius dignitati tantum ꝓfuit illa uictoria: quantum nocuit cupiditati. Qua factum est: ut immoderatius inhians: et secundis rebus elatus ac precipitatus: magis ipse periret in moribus: q̄m inimicos in corporibus perderet. Hec illi dii uere tristia uereq; lugenda: non extis: non auguriis: non cuiusq̄ somnio uel uaticinio prenuntiabant. magis enim timebāt: ne corrigeretᷓ: q̄m ne uinceretur. Immo uero satis agebant: ut uictor ciuium gloriosus: uictus atq; captiuus & nefādis uitiis: & per hoc ipsis etiā demonibus multo obstrictius subderetᷓ.

Quantum maligni spiritus ad flagitia incitāt homines: cum committendis sceleribus q̄si diuinā exēpli sui interponūt autoritatem. C. xxv.

ILlinc uero quis nō intelligat: quis non uideat: nisi qui tales deos imitari magis eligit: q̄ diuina gratia ab eoꝝ sotietate separari: q̄tū moliantᷓ maligni isti sp̄us exemplo suo uelut diuinam autoritatem prebere sceleribus? Quinetiam in quadam campanie lata planicie: ubi non multo post ciuiles acies nefario prelio conflixerunt: ipsi inter se prius pugnare uisi sunt. Nanq; ibi auditi sunt primum ingentes fragores: moxq; multi se uidisse nuntiarunt per aliquot dies duas acies ꝑliari. Que pugna ubi destitit: uestigia queq; uelut hominū & equorū quāta de illa cōflictatiōe exprimi poterant: inuenerunt. Si ergo ueraciter inter se numina pugnarunt: iam bella ciuilia

excusantur humana. Consideretur tamē que sit talium deorū uel malicia uel miseria. Si aūt se pugnasse finxerūt: quid aliud egerunt: nisi ut sibi Romani bellādo ciuiliter tanq̄ deorum exemplo nullū nefas admittere uiderentur? Iam enim ceperant bella ciuilia: et aliqua nefandorum preliorum strages execranda precesserat. Iam multos mouerat ꝙ miles quidā dū occiso spolia detraheret: frēm nudato cadauere agnouit: ac detestatus bella ciuilia & seipm̄ ibi perimens fraterno corpori adiunxit. Ut ergo tanti huius mali minime tederet: sed armoꝝ sceleștoꝝ magis magisq; ardor incresceret: mox ii demones: quos illi deos putant: & colendos ac uenerandos arbitrantur: inter se pugnantes hominibus apparere uoluerunt: ne imitari tales pugnas ciuica trepidaret affectio: sed potius humanū scelus diuino excusaretur exēplo. Hac astutia maligni spiritus etiā ludos: unde multa iam dixi scenicos sibi dicari sacrariq; iusserūt. ubi deoꝝ tanta flagitia theatricis canticis atq; fabularum actionibus celebrata sunt: ut q̄squis eos talia fecisse crederet: & quisquis nō crederet: sed tn̄ illos libentissime sibi talia uelle exhiberi cerneret: securus imitaretur. Ne quis itaq; existimaret in deos cōuicia potius: q̄ eis dignum aliquid scp̄titasse: ubicūq; illos inter se pugnasse poete cōmemorarunt: ipsi ad decipiendos homines poetaꝝ carmina firmauerūt: pugnas uidelicet suas non solum per scenicos in theatro: uerū etiā per seipsos in cāpo humanis oculis exhibētes. Hec dicere cōpulsi sumus: qm̄ pessimis moribus ciuiū: Romanā Rempublicā iā antea perditā fuisse: nullāq; remāsisse an̄ aduentū dn̄i nostri iesu Christi: autores eoꝝ dicere et scribere minime dubitauerūt. Quā ꝑditionē diis suis nō imputāt: q mala trāsitoria quibus mali siue inuoluant: siue euadant: pereunt: & in quibus boni siue uiuant: siue moriant ꝑire nō possunt: Christo nostro imputāt: cū Christus noster tāta frequētet pro moribus optimis ꝓcepta cōtra ꝑditos mores: dii uero ipsoꝝ nullis talibus ꝓceptis egerint aliquid cū suo cultore populo: pro illa Republica ne periret: immo eosdem mores uelut suis exēplis autoritate noxia corrūpēdo: egerūt potius ut periret. Quā nō ideo ut arbitror tūc perisse quis q̄ iā dicere audebit: qa discessere oēs adytis arisq; relictis dii: uelut amici uirtutibus cōuitiis hominū offēderent: quia tot signis extorū: auguriorum: uaticiniorum: quibus se tanq̄ prescios futurorum adiutoresq; preliorum iactare & cōmendare gestiebant cōuincunt fuisse presentes: qui si uere abscessissent: mitius Romani in bella ciuilia suis cupiditatibus: q̄ illoꝝ instigationibus exarsissent.

De secretis demonum monitis: que pertinebant ad bonos mores. cum palam in sacris eoꝝ omis nequicia disceretur. C. XXVI.

QUe cum ita sint: cū palā apteq; turpitudines crudelitatibus mixte: & opprobria numinum: & crimina siue prodita siue cōficta: ipsis exposcētibus: & nisi fierent irascentibus: & iā certis & statutis sollēnitatibus cōsecrata illis: & dicata claruerit atq; ad omniū oculos ut imitāda ꝓponerent: spectāda processerint: quid est: ꝙ idem ipsi demones qui se huiuscemodi uoluptatibus immiscent: immūdos spūs se esse cōfitent? In quo.n. suis flagitiis & facinoribus siue indicatis siue simulatis: eoꝝq; sibi celebratiōe petita: impudentes & immundos gaudent habere consortes: autores se uite scelestę immūdeq; testāt. Perhibent tn̄ in adytis suis: secretisq; penetralibus dare quedā bona ꝓcepta de moribus: q̄busdā uelut electis sacratis suis. Quod si ita est: hoc ipso callidior aduertenda est: et cōuincenda malicia spirituū noxioꝝ. Tanta enim uis est ꝓbitatis: et castitatis: ut oēs uel pene oēs eius laude moueat humana natura. nec usq; adeo sit turpitudine uitiosa: ut totū amittat sensū honestatis. Proin̄ malignitas demonū:

nisi alicubi se quẽadmodũ scriptũ in nostris litteris nouimus transfiguret in angelos lucis: nõ implet negotiũ deceptiõis. Foris itaq; populis celeberrimo strepitu impietas impura circunsonat: et intus paucis castitas simulata uix sonat. Prebent̃ propatula pudendis: & secreta laudandis. Decus latet: et dedecus patet. Quod malũ geritur: omẽs conuocat spectatores: qđ bonũ dicit̃: uix aliquos inuenit auditores. Tanq̃ honesta erubescenda sint: & inhonesta gloriãda. Sed ubi hoc: nisi in demonũ tẽplis? ubi nisi in fallacie diuersoriis? Illud enim fit: ut honestiores: q pauci sunt: capiant̃. hoc aũt ne plures qui sunt turpissimi: corrigant̃. Vbi & qñ secreti celestis audiebant castitatis precepta: nescimus. añ ipm tamen delubrũ ubi simulacrũ illud locatũ cõspitiebamus: uniuersi undiq; cõfluentes: & ubi quisq; poterat stãtes: ludos q agebant̃: intentissimi spectabamus: intuẽtes alternãte cõspectu: hinc meritriciã pompã: illinc uirginẽ deã. illã supp liciter adorari: añ illã turpia celebrari. Non ibi pudibũdos mimos: nullam uerecũdiorẽ scenicã uidimus: cũcta obscenitatis implebãt̃ offitia. Sciebat̃: uirginali numini qd placeret: & exhibebat̃: qđ de tẽplo domũ matrona doctior reportaret. Nonnulle pudentiores auertebãt faciẽ ab impuris motibus scenicoꝝ: & artẽ flagitii uidere erubescentes furtiua intentione discebant. hominibus nanq; uerecundabãtur: ne auderent impudicos gestus ore libero cernere: sed multo minus audebãt sacra eius: quam uenerabant̃: casto corde damnare. Hoc tñ palam discendũ ꝑbebat̃ in tẽplo: ad quod perpetrandũ saltẽ secretũ querebat̃ in domo. Mirum nimiũ si ullus ibi erat pudor mortaliũ: quo humana flagitia non libere homĩes cõmitterent: que apud deos etiã religiose discerẽt: iratos habituri: nisi etiã exhibere curarent. Quis .n. alius spũs occulto instinctu neq̃ssimas agitat mẽtes: & instat faciẽdis adulteriis: & pascit̃ factis: nisi qui etiã sacris talibus oblectat̃: cõstituens in templis simulacra demonũ: amans in ludis simulacra uitioꝝ susurrans in occulto uerba iusticie ad decipiendos etiã paucos bonos: frequẽtans in aperto inuitamẽta neq̃tie: ad possidendos innumerabiles malos.

Quanta euersione publice discipline Romani diis suis placandis sacrauerint obscena ludorum. C. xxvii.

Vir grauis et philosophus Tertullius edilis futurus: clamabat in auribus ciuitatis inter cetera sui magistratus offitia: sibi Floram matrem ludorum celebritate placandã. Qui ludi tanto deuotius: quanto turpius celebrari solent. Dicit in alio loco iam Consul in extremis periculis ciuitatis & ludos per decem dies factos: neq; rẽ ullã que ad placandos deos pertineret: pretermissam: quasi nõ satius erat tales deos irritare temperantia: q̃ placare luxuria: & eos honestate etiam ad inimicicias ꝓuocare q̃ tãta deformitate lenire. Neq; enĩ grauius fuerãt q̃libet crudelissima immanitate nocituri homines propter quos placabant̃: q̃ nocebãt ipsi: cum uitiositate fedissima placarent̃. quandoquidem ut auerteretur: quod metuebatur ab hoste in corporibus: eo modo dii conciliabant̃: quo uirtus debellaret̃ in mentibus. qui non opponerent̃ defensores oppugnatoribus menium: nisi prius fierent expugnatores morum bonorum. Hanc talium numinum placationẽ petulantissimã: impurissimã: impudentissimã: neq̃ssimã: immundissimã: cuius autores laudanda Romane uirtutis indoles honore priuauit: tribu amouit: agnouit turpes: fecit infames: Hanc inq̃m pudendam uereq; religioni aduersandã & detestandã taliũ numinũ placationẽ: has fabulas in deos illecebrosas atq; criminosas: hec ignominiosa deorum facta scelerate turpiterq; conficta: uel sceleratius turpiusq; cõmissa: oculis & auribus publicis ciuitas tota discebat: hec cõmissa

numinibus placere cernebat. et ideo nō solum illis exhibenda: sed sibi quoq; imitāda credebat. Non illud nescioquid uelut bonū uel honestum quod tam paucis & tam occulte dicebat̄: si tamen dicebatur: ut magis ne innotesceret: q̄ ne fieret: timeretur.

De Christiane religionis salubritate. C. xxviii.

AB istarum immūdissimarum potestatum tartareo iugo & societate penali: erui per Christi nomen homines et in lucē saluberrime pietatis: ab illa pniciosissime impietatis nocte transferri: querūtur. & murmurant. iniqui & ingrati: & illo nefario spiritu altius obstrictiusq; opp̄ssi: quia populi confluūt ad ecclesias casta celebritate: honesta utriusq; sexus discretiōe: ubi audiāt: q̄ bn̄ hic ad tēpus uiuere debeāt: ut post hanc uitā beate semperq; uiuere mereant̄. Vbi sancta scp̄tura iustitieq; doctrina de supiore loco in cōspectu omniū psonāte: & q faciūt audiāt ad p̄miū: & q nō faciūt: audiāt ad iudiciū. Quo & si ueniūt quidam taliū preceptorum irrisores: omis eorum petulātia aut repētina immutatiōe deponit̄: aut timore uel pudore cōprimit̄. Nihil enim eis turpe ac flagitiosū spectandū imitādumq; pponit̄: ubi ueri dei aut p̄cepta insinuant̄: aut miracula narrantur: aut dona laudantur: aut benefitia postulantur.

De abiiciendo cultu deorum cohortatio ad Romanos. C. xxix.

HEc potius concupisce o indoles Romana laudabilis: o progenies Regulorum: Sceuolarum: Scipionū: Fabritiorū. hec potius cōcupisce: hec ab illa turpissima uanitate & fallacissima demonū malignitate discerne. Si quid in te laudabile naturaliter eminet: nō nisi uera pietate purgat̄: atq; perficitur: impiete autem dispergit̄: et punitur. Nunc iā elige quid sequaris. ut nō in te: sed in deo uero: sine ullo errore lauderis. Tūc. n. tibi gloria popularis affuit: sed occulto iudicio diuine puidentie: & uera religio: quā eligeres. defuit. Expergiscere: dies est: sicut exprecta es in qbusdam de quorum uirtute perfecta et pro fide uera passionibus gloriamur: qui usquequaq; aduersus potestates inimicissimas cōfligētes: easq; fortiter moriēdo uincētes: sanguine nobis: hanc patriam peperere suo. Ad hanc patriam te inuitamus: et exhortamur: ut eius adiiciaris numero ciuiū: cuius quodāmodo asylum est uera remissio peccatorum. Non audias degeneres tuos Christo Christianisue detrahentes: & accusantes uelut tempora mala: cū querant tempora: qbus nō sit quieta uita: sed potius secura neqtia. Hec tibi nunquā nec pro terrena patria placuerunt. Nunc iam celestem arripe pro qua minimū laborabis: & in ea ueraciter semperq; regnabis. Illic enī tibi nō Vestalis focus: non lapis Capitolinus: sed deus unus & uerus: qui nec metas rerum nec tempora ponet: imperiū sine fine dabit. Noli deos falsos: fallacesq; reqrere. abiice potius atq; contemne: in ueram emicans libertatem. Non sunt dii. maligni sunt spiritus: quibus eterna tua felicitas pena est. Non tam Iuno troianis a quibus carnalē originē ducis: arces uidetur inuidisse Romanas: q̄ isti demones: quos adhuc deos putas: omni generi hominū sedes inuidēt sempiternas. Et tu ipsa nō parua ex parte de talibus spiritibus iudicasti: quando ludis eos placasti: & per quos homines eosdem ludos fecisti infames esse uoluisti. Patere asseri libertatem tuā aduersus immundos sp̄ūs: qui tuis ceruicibus imposuerant sacrandā sibi: & celebrandā ignominiā suam. Autores criminū diuinorū remouisti ab honoribus tuis: supplica deo uero: ut a te remoueat illos deos: q delectāt̄ criminibus suis: siue ueris: quod ignominiosissimum est: siue falsis quod malitiosissimū

est. Bene q̄ tua spōte histrionibus & scenicis sotietatē ciuitatis patere noluisti. euigila plenius: nullo mō his artibus placat̄ diuina maiestas: q̄bus humana dignitas inq̄nat̄. Quo igit̄ pacto deos qui talibus delectant̄ obseq̄is haberi putas in numero sanctaꝝ celestium potestatum: cum homines per quos eadem aguntur obsequia: non putasti habendos in numero qualiumcunq; ciuium Romanorum? Incomparabiliter sup̄na est ciuitas clarior: ubi uictoria: ueritas: ubi dignitas: sanctitas: ubi pax: felicitas: ubi uita: eternitas. Multo minus habet in sua sotietate tales deos: si tu in tua tales homīes habere erubuisti. Proinde si ad beatā peruenire desideras ciuitatem: deuita demonū sotietatē. Indigne ab honestis colunt̄: qui per turpes placant̄. Sic isti a tua sotietate remoueāt̄ purgatiōe Christiana: qūo illi a tua dignitate remoti sūt notatiōe Cēsoria. De bonis aūt carnalibus q̄bus solis mali p̄frui uolunt: & de malis carnalibus que sola p̄peti nolūt: q̄ neq; in his habeant: quā putant̄ habere isti demones potestatē. q̄ q̄ si haberēt deberemus potius ista contēnere: q̄ p̄pter ista illos colere: & eos colēdo ad ea: que nobis inuidēt: p̄uenire nō posse: tñ nec in istis eos hoc ualere: q̄d ii putāt: q̄ p̄pter hec eos coli oportere cōtendūt: deinceps uidebimus. ut hic sit huius uoluminis modus.

Aurelii Augustini Hipponeñ Ep̄i de Ciuitate dei. Liber tertius.

De aduersitatibus: quas soli mali metuunt. et quas semper passus est mundus cum deos coleret. C. primum.

Iam satis dictum esse arbitror de morum malis & animorum: que precipue cauenda sunt: nihil deos falsos populo cultori suo quo minus eoꝝ maloꝝ aggere premeret̄: subuenire curasse: sed potius ut maxime p̄meret̄: egisse. Nunc de illis malis uideo dicendum: que sola isti perpeti nolūt. qualia sunt fames: morbus: bellū: expo liatio: captiuitas: trucidatio: & siq̄ similia iam in p̄mo libro cōmemorauimus. Hec. n. sola mali deputāt mala: que nō faciūt malos: nec erubescūt: inter bona que laudāt: ipsi mali eē: q laudāt. magisq; stomachant̄ si illa mala habeāt: q̄ si malā uitā. q̄si hoc sit homīs maximū bonum: habere bona omnia preter seip̄m. sed neq; talia mala que isti sola formidant: dii eoꝝ qñ ab eis libere colebant̄ ne illis acciderent: obstiterūt. Cū. n. uariis per diuersa loca tēporibus añ aduentū redēptoris nostri īnumerabilibus nōnullisq; etiā incredibilibus cladibus genus contereret̄ humanum: quos alios q̄ istos deos mundus colebat: excepto uno populo Hebreo & q̄busdā extra ip̄m populum: ubicūq; gratia diuina digni & occultissimo atq; iustissimo dei iudicio fuerūt? Verum ne nimiū longum faciam: tacebo aliarū usq; quaq; gentium mala grauissima: quod ad Romam p̄tinet Romanūq; Imperiū tantū eloquar: id est ad ipsam p̄prie ciuitatē: et quecunq; illi terrarum uel sotietate cōiuncte uel cōditione subiecte sunt: que sint perpesse ante aduentum Christi: cū iam ad eius quasi corpus Reipublice pertinerent.

An dii: qui & a Romanis: & a Grecis similiter colebantur causas habuerint: quibus Ilium paterentur excidere? C. ii.

Primū ipsa Troia uel Iliū unde origo est populi Romani: neq;. n. p̄tereundū aut dissimulandū est: quod & in primo libro attigi eosdem habens deos & colēs: cur a Grecis uictū: captū: atq; deletū est? Priamo inquiunt sunt reddita Laomedōtea paterna periuria. Ergo uerum est q̄ Apollo: atq; Neptunnus eidem Laomedonti

marcennariis operibus seruierunt. Illis quippe promisisse mercedem: falsumq; iurasse perhibet̄. Miror Apollinē noīatum diuinatorē: in tāto opificio laborasse nesciētem: q Laomedon fuerat pmissa negaturus. Quanq̃ nec ipm Neptūnum patruum eius: frēm Iouis: Regē maris decuit ignarū esse futuroꝝ. Nam hunc Homerus de stirpe Enee de posteris cuius Roma est: cū añ illā urbē conditam idem poeta fuisse dicat: inducit magnum aliquid diuinantem: quē etiam nubes rapuit: ut dicit: ne ab Achille occideretur: cuperetq; conuertere ab imo: quod apud Virgilium confitetur.
Structa suis manibus periure menia Troie.
Nesciētes igit̄ tāti dii & Neptūnus & Apollo Laomedontē sibi negaturū eē mercedē: structores meniū Troianoꝝ gratis & ingratis fuerūt. Videāt ne grauius sit tales deos credere: q̃ diis talibus peierare. Hoc. n. nec ipse Homerus facile credit. qui Neptūnū quidē cōtra Troianos: Apollinē aūt pro Troianis pugnantē facit: cum illo periurio ambos fabula narrat offensos. Si igit̄ fabulis credūt: erubescant talia colere numia. Si fabulis non credunt: non obtendant Troiana periuria: aut mirent̄ deos periuria punisse Troiana: amasse Romāa. Vnde. n. cōiuratio Catiline in tāta tamq; corrupta ciuitate habuit etiā eoꝝ grandē copiā: quos manus atq; lingua periurio: aut sanguie ciuili alebat? Quid enim aliud totiēs Senatores corrupti in iudiciis: totiēs populus in suffragiis: uel in quibusq; causis que apud eū cōtionibus agebant: nisi etiā peierando peccabāt? Nam corruptissimis moribus ad hoc mos iurandi seruabat antiquus: nō ut a sceleribus metu religionis phiberent̄: sed ut piuria quoq; sceleribus ceteris adderent̄. Nulla itaq; causa est: q̃re sint dii: quibus ut dicūt: steterat illud imperiū: cum a Grecis pualētibus pbent̄ uicti: Troianis peierantibus fingant̄ irati. Nec adulteriū Paridis: ut rursus a q̄busdā defendunt̄ uictoria ulciscendū censuerint. auctores. n. doctoresq; peccatoꝝ esse assolēt: nō ultores.

Non potuisse offendi deos Paridis adulterio: quod inter ipsos traditur frequentatum. C. iii.

Urbem Romam: inquit Salustius: sicuti ego accepi condidere atq; habuere in initio Troiani: qui Enea duce profugi: incertis sedibus uagabantur. Si ergo adulteriū Paridis uindicandū numina censuerūt: aut magis in Troianis aut etiam in Romanis puniendū fuit: qa Enee mater hoc fecit. Sed quomō in illo hominum illud flagitiū oderant: qui in sua sotia Venere nō oderāt: ut alia omittā: quod cum Anchise cōmiserat? ex quo Eneā pepererat? An qa illud factū ē idignāte Menelao: illud aūt cōcedēte Vulcano? Dii. n. credo nō zelāt cōiuges suas usq; adeo: ut eas etiā cū hōibus dignent̄ habere cōmunes. Irridere fabulas fortassis existimor: nec grauiter agere tāti pōderis causā. Nō ergo credamus: si placet: Eneā esse Veneris filiū. Ecce cōcedo: si nec Romulus Martis. Si aūt illud: cur nō & illud? An deos fas est hōibus feminis: mares aūt hoīes deabus misceri nefas? Dura uel potius nō credēda cōditio: qđ ex iure Veneris in cōcubitu Marti licuit: hoc in iure suo ipsi Veneri nō licere. At utrūq; firmatū est auctoritate Romana. Neq;. n. minus credidit recētior Cesar auiā Venerem: q̃ patrē antiqor Romulus Martem.

De sententia Varronis qua utile esse dixit: ut se homines diis genitos mentiantur. C. iiii.

Dixerit aliqs. ita ne tu ista credis? Ego uero ista nō credo. Nā & uir doctissimus eorū Varro falsa hec esse quis nō audenter: neq; fidenter: pene tamē fatet̄. Sed

utile esse ciuitatibus dicit: ut se uiri fortes: etiã si falsum sit: ex diis genitos esse credãt. ut eo mõ animus humanus uelut diuine stirpis fiduciã gerẽs: res magnas aggrediẽdas presumat audacius: agat uehementius: & ob hoc impleat ipsa securitate felicius. Que Varronis sententia exp̃ssa ut potui meis uerbis: cernis q̃ latũ locũ aperiat falsitati: ubi intelligamus plura iam sacra & quasi religiosa potuisse confingi: ubi putata sunt ciuibus etiã de ipsis diis ꝓdesse mendacia.

¶ Non probari ꝙ dii adulterium Paridis punierunt: qđ in matre Romuli non ulti sunt. ¶ C. V.

SEd utrum potuerit Venus ex cõcubitu Anchise Eneã parere: uel Mars ex Ilie concubitu filie Numitoris Romulum gignere: in medio relinq̃mus. Nam pene talis questio etiã de sc̃pturis nostris oborit̃: qua querit̃ utrũ ꝑuaricatores angeli cũ filiabus hominũ cõcubuerint: unde natis gigãtibus: id est nimiũ grãdibus ac fortibus uiris tũc terra cõpleta est. Proiñ ad utrunq; interim mõ nostra disputatio referatur. Si.n.uera sunt: que apud illos de matre Enee: & de patre Romuli lectitant̃: quomõ possunt diis adulteria displicere hominũ: que in seipsis cõcorditer ferũt? Si aũt falsa sunt: nec sic quidẽ possunt irasci ueris adulteriis humanis: q etiã falsis delectant̃ suis. Huc accedit.q̃m si illud de Marte nõ credit̃: ut hoc quoq; de Venere non credatur. Nullo diuini concubitus obtentu: & matris Romuli causa defenditur. Fuit autem Sacerdos Ilia Vestalis: & ideo dii magis in Romanos sacrilegũ illud flagicium: q̃ in Troianos Paridis adulteriũ uindicare debuerũt. Nã & ipsi Romãi antiq in stupro detectas Vestales Sacerdotes uiuas etiam defodiebant: adulteras aũt feminas quãuis aliqua dãnatione: nulla tñ morte plectebãt. usq; adeo grauius seueriusq; uindicanda putabant adyta diuina: q̃ humana cubilia uindicabant.

¶ De parricidio Romuli: qđ dii non uindicarũt. ¶ C. VI.

ALiud aditio. qa si eousq; peccata hominũ illis numinibus displicerent: ut offensi Paridis facto desertã Troiã ferro igniq; donarent: magis eos cõtra Romanos moueret Romuli frater occisus: q̃ cõtra Troianos grecus maritus illusus. magis irrita/ret parricidium nascentis: q̃ regnãtis adulteriũ ciuitatis. Nec ad causam quam nunc agimus interest: utrũ hoc fieri Romulus iusserit: aut Romulus fecerit. Quod multi impudentia negant: multi pudore dubitãt: multi dolore dissimulãt. Nec nos itaq; in ea re diligentius reqrenda: per multoꝝ scriptorum perpensa testimonia demoremur: Romuli frẽm palã cõstat occisũ. nõ ab hostibus: nõ ab alienis. Si aũt ꝑpetrauit aut imperauit hoc Romulus: magis ipse fuit Romanoꝝ: q̃ Paris Troianoꝝ caput. Cur igit̃ Troianis iram deoꝝ ꝓuocauit ille aliene cõiugis raptor: & eorũdẽ deoꝝ tutelã Romanis inuitauit iste sui fratris extinctor? Si aũt scelus a facto imperioq; Romuli alienũ est: qđ debuit utiq; uindicari: qđ tota hec illa ciuitas fecit: qđ tota consensit: et non iam fratrem: sed prẽm qđ peius est occidit: uterq; enim fuit cõditor: ubi alter scelere ablatus & nõ permissus est esse regnator. Non est ut arbitror ꝙ dicatur quid mali Troia meruerit: ut eã dii desererent: quo posset extingui: & qd boni Roma ut eam dii inhabitarent: quo posset augeri: nisi ꝙ uicti inde fugerũt: & se ad istos quos pariter deciperent: cõtulerũt. Immo uero & illic mãserũt: ad eos more suo decipiẽdos: qui rursus easdẽ terras habitarent: & hic easdẽ artes fallacie sue magis etiã exercendo maioribus honoribus gloriati sunt.

¶ De euersione Ilii: qđ dux Marii fimbria excidit. ¶ C. VII.

CErte enim ciuilibus iā bellis scatētibus: qd miserū cōmiserat Iliū ut a Fimbria Marianarū partiū homine pessimo euerteret: multo ferocius atq; crudelius q̄ olim a Grecis? Nam tūc & multi inde fugerūt: & multi captiuati saltem in seruitute uixerūt. Porro aūt Fimbria prius edictū proposuit: ne cui parceretur: atq; urbem totā cūctosq; in ea homīes incēdio cōcremauit. Hoc meruit Iliū nō a Grecis quos sua irritauerat inqtate: sed a Romanis quos sua calāitate ꝓpogauerat: diis illis cōmunibus ad hec rebellēda nihil iuuātibus: siue: qđ uerū est: nihil ualētibus. Nūqd & tūc Abscessere omnes adytis arisq; relictis dii:

Quibus illud oppidū steterat: post antiquos Grecoꝝ ignes: ruinasq; reparatū? Si aūt abscesserāt: causā reqro. & oppidanoꝝ quidē q̄to inuenio meliorē: tanto deteriorem deoꝝ. Illi.n. contra Fimbriā portas clauserāt: ut Sylle seruarent integrā ciuitatem: hic eos iratus incendit. uel potius penitus extinxit. Adhuc aūt melioꝝ partiū ciuiliū Sylla dux fuit: adhuc armis Rempublicā recuperare moliebat̄. hoꝝ bonoꝝ initiorū nondū malos euētus habuit. Quid ergo melius ciues illius urbis facere potuerūt? quid honestius? quid fidelius? qd Romana parentela dignius? q̄ meliori cause Romāoꝝ ciuitatē seruare: & cōtra parricidā Romane Reipublice portas claudere? At hoc eis in q̄tum exitiū uersū sit: attendāt defensores deoꝝ. Deseruerūt dii adulteros. Iliumq; flāmis Grecoꝝ reliquerūt: ut ex eius cineribus Roma castior nasceret̄. Cur & postea deseruerūt eandē ciuitatē Romanis cognatā: nō rebellātem aduersus Romā nobilē filiā: sed iustioribus eius partibus fidē cōstantissimā piissimāq; seruātem: eāq; delendā reliquerūt: non Grecorum uiris fortibus: sed uiro spurcissimo Romanorum? Aut si displicebat diis causa partiū Syllanarū: cui seruātes urbē miseri portas clauserant: cur eidem Sylle tanta bona ꝓmittebant & prenunciabant? An & hic agnoscuntur adultores: feliciū potius q̄ infeliciū defensores? Non ergo Ilium etiā tunc ab eis cum euerteret̄: desertū est. Nā demōes ad decipiendū semp uigilātissimi: quod potuerūt: fecerūt. Euersis qppe & incēsis oībus cū oppido simulacris: solū Minerue simulacrū sub tāta ruina tēpli illius: ut scribit Liuius integrū stetisse ꝓhibet̄. Non ut diceretur.

Dii patrii quorum semper sub numine Troia est

Ad eorum laudem: sed ne diceretur

Excessere omnes adytis: arisq; relictis dii

Ad eorum defensionē. Illud.n. posse ꝑmissi sunt: nō unde probarentur potentes: sed unde presentes conuincerentur.

An debuerit diis Iliacis Roma committi. C. VIII.

DIIs itaq; Iliacis post Troie ipsius documētū q̄ tandē prudētia Roma custodiēda cōmissa est? Dixerit qspiam iā eos Rome habitare solitos. quado expugnante Fimbria cecidit Iliū. Vnde ergo stetit Minerue simulacrū? Deinde si apud Romā erant quando Fimbria deleuit Ilium: fortasse apud Ilium erant quādo a Gallis ipa Roma capta & incensa est. Sed ut sunt auditu acutissimi: motuq; celerrimi: ad uocē anseris cito redierunt: ut saltem Capitolinū collē: qui remāserat: tuerent̄. Ceterum ad alia defendenda serius sunt redire cōmoniti.

An illā pacē: que sub numa fuit: deos ꝑstitisse credendū sit. C IX.

DIi etiā Numam Pompilium successorem Romuli adiuuisse creduntur: ut toto regni sui tēpore pacē haberet: & iā portas que bellis patere assolent: clauderet: eo merito scilicet quo Romanis multa sacra constituit. Illi uero homī pro tāto ocio

gratulandũ fuit: si mõ id rebus salubribus scisset impẽdere: & pniciosissima curiositate neglecta deũ uerũ uera pietate perqrere. Nunc aũt nõ ei dii contulerũt illud ociũ: sed eũ minus fortasse decepissent: si ociosum minime reperissent. Quanto enim minus eũ occupatũ inuenerũt: tãto magis ipsi occupauerũt. Nam qd ille molitus sit: & qbus artibus tales deos sibi uel illi ciuitati cõsotiare potuerit: Varro pdit. quod si domino placuerit suo diligentius dissereť loco. Modo autem qa de bñfitiis eorum questio est. magnũ bñficiũ ẽ pax. Sed dei ueri bñficiũ ẽ plerũq; etiã sicut sol: sicut pluuia uiteq; alia subsidia super ingratos & nequã. Sed si hoc tam magnũ bonũ dii illi Rome uel Pompilio contulerũt: cur impio Romano per ipsa tẽpora laudabilia id nunq̃ postea prestiterũt? An utiliora erant sacra cũ instituerenť: q̃ cum instituta celebrarentur? Atqui tunc nondũ erant sed ut essent addebanť: postea uero iã erãt que ut pdessent custodiebãť. Quid ergo ẽ q illi q̃dragĩtatres: uel ut alii uolũt. xxxix. anni in tãta pace trãsacti sunt regnãte Numa: & postea sacris institutis: diisq; ipsis qui eisdẽ sacris fuerant inuitati iã psidibus atq; tutoribus: uix post tã multos annos ab urbe cõdita usq; ad Augustũ unus pro magno miraculo cõmemorať annus post pmum bellum punicũ: quo belli portas Romani claudere potuerũt?

An optandũ fuerit: ut tãta belloꝝ rabie Romanũ augereť Impiũ: cũ eo studio: quo sub Numa auctũ ẽ: & qetũ esse potuerit: & tutum. C. x.

AN respõdent q nisi assiduis sibiq; cõtinuo succedẽtibus bellis Romanũ imperiũ tam longe lateq; non posset augeri: & tã grandi gloria diffamari. idonea uero causa ut magnum esset Impium cur esse deberet inquietum? Nonne in corporibus hominũ satius est modicã staturam cũ sanitate habere: q̃ ad molẽ aliquã giganteam perpetuis afflictionibus peruenire: nec cũ perueneris reqescere: sed q̃to grandioribus membris tanto maioribus agitari malis? Quid aũt mali esset: ac nõ potius plurimum boni: si ea tempora perdurarẽt que perstrinxit Salustius ubi ait. Igiť in initio reges: nam in terris nomẽ imperii id primũ fuit: diuersi: pars ingeniũ. alii corpus exercebãt. etiã cũ uita hominũ sine cupiditate agitabatur: sua cuiq; satis placebant. An ut tam multum augeretur imperium: debuit fieri quod Virgilius detestatur dicens.

Deterior donec paulatim ac decolor etas.
Et belli rabies & amor successit habendi?

Sed plane pro tãtis bellis susceptis & gestis iusta defensio Romanoꝝ ẽ: q irruẽtibus sibi importune inimicis resistere cogebat non auiditas adipiscende laudis humane: sed necessitas tuẽde salutis & libertatis. Ita sit plane. Nam postq̃ res eoꝝ sicut scribit ipse Salustius legibus: moribus: agris aucta: satis pspera satisq; pollẽs uidebať: sicuti pleraq; mortaliũ habẽť: inuidia ex opulẽtia orta ẽ. Igiť Reges populiq; finitimi bello eos tẽptare: pauci ex amicis auxilio esse. Nã ceteri metu pculsi lõge a periculis aberant. At Romani domi militieq; intẽti: festinare: parare: alius aliũ hortari: hostibus obuiã ire: libertatem: patriã: parentesq; armis tegere. Post ubi pericula uirtute ppulerunt: sotiis atq; amicis auxilia portabant: magisq; dandis q̃ accipiendis benefitiis amicicias parabãt. Decenter his artibus Roma creuit. Sed regnante Numa ut tam lõga pax esset: utrum irruebãt improbi bellaq; temptabant? An nihil eoꝝ fiebat ut posset pax illa persistere? Si n. bellis etiã cũ Roma lacessebať: nec armis arma obuia ferebãtur: quibus modis agebať ut nulla pugna superati: nullo martio impetu territi sedarenť inimici: his modis semper ageretur: ut semp Roma clausis iam portis pacata regnaret? Quod si in potestate non fuit: nõ ergo Roma pacem habuit q̃diu dii eoꝝ: sed q̃diu

homines finitimi circunq̄q; uoluerūt: qui etiā nullo bello ꝓuocauerūt. Nisi forte dii tales etiā id homi uendere audebūt: qđ alius homo uoluit: siue noluit. interest q̄dem iā uitio proprio malas mentes quatenus sinant isti demones uel terrere uel excitare. Sed si semꝑ hoc possent: nec aliud secretiore ac suꝑiore potestate cōtra eoꝝ conatū sepe aliter ageret: semper in potestate haberent paces bellicasq; uictorias: que semper fere per humanoꝝ animoꝝ motus accidūt. quas tn̄ plerūq; contra eorū fieri uolūtatē non solum fabule multa mētientes: & uix ueri aliq̄d uel indicantes uel significantes: sed etiā ipsa Romana confitet̄ historia.

De simulacro Cumani Apollinis cuius fletus creditus est cladem Grecoꝝ quibus opitulari nō poterat: indicare. C: xi.

NEq;.n. aliunde Apollo ille Cumanus cū aduersus Acheos Regēq; Aristonicū a Romanis bellaret: q̄triduo fleuisse nūtiatus est. Quo ꝓdigio Aruspices territi: cum id simulacrū in mare putauissent eē ꝓiiciendū: Cumani senes intercesserūt atq; retulerūt tale ꝓdigiū & Antiochi & Persidis bello in eodē apparuisse figmēto. Et q̄a Romanis feliciter ꝑuenisset: ex Senatus consulto eidem Apollini sua dona esse missa testati sunt. Tūc uero ꝑitiores acciti Aruspices r̄nderūt: simulacri Apollinis fletū ideo ꝓsperū esse Romanis: q̄m Cumana colonia Greca eēt: suisq; terris unde accitus eēt: id est ipsi Grecie & luctū & cladē Apollinē significasse plorantē. Deinde mox Regem Aristonicū uictū & captū eē nūtiatū est: quē uinci utiq; Apollo nolebat: & dolebat. & hoc sui lapidis etiā lacbrimis indicabat. Unde nō usq; q̄q; incōgrue q̄uis fabulosis tn̄ ueritatis similibus mores demonū describunt carmībus poetarū. Nā Camillā Diana doluit apud Uirgiliū. & Pallantē moriturū Hercules fleuit. Hic fortassis & Numa Pōpilius pace abundās: sed quo donāte nesciēs: nec req̄rēs: cū cogitaret ociosus q̄bus nā diis tuendā Romanā salutē regnūq; cōmitteret: nec uerū illū atq; om̄ipotentem summū deū curare opinaret̄ ista terrena: atq; recoleret Troianos deos quos Eneas aduexerat: neq; Troianū neq; Lauiniēse ab ipso Enea cōditū regnū diu cōseruare potuisse: alios ꝓuidendos existimauit: quos illis p̄oribus: siue q cū Romulo iā Romā transierant: siue quandoq; alba euersa fuerant transituri: uel tanq̄ fugitiuis: custodes adhiberet: uel tanq̄ inualidis: adiutores.

Quantos sibi deos Romani preter constitutionem Nume adiecerint: quorū eos numerositas nihil iuuerit. C xii.

NEc his sacris tn̄ Roma dignata est esse cōtenta: que tam multa illic Pompilius cōstituerat. Nā ipsius summū tēplū nondū habebat Iouis. Rex q̄ppe Tarq̄nius ibi Capitoliū fabricauit. Esculapius aūt ab epidauro ambiuit Romā: ut peritissimus medicus in urbe nobilissima artē gloriosius exerceret. Mater aūt deoꝝ nescio unde nata p̄nestinū montē incedit. Indignū.n. erat ut cum eius filius iā colli Capitolino p̄sideret: adhuc ipsa in loco ignobili latitaret. Que tn̄ si omniū deoꝝ mater est: non secuta est solū Romā quosdā filios suos: uerū & alios p̄cessit etiam secuturos. Miror sane si ipsa peperit Cynocephalū q lōge postea uenit ex Egypto. Utrum etiā deus Februus ex illa natus sit: uiderit Esculapius ꝓnepos eius. Sed undecūq; nata sit: nō opinor audebūt eā ignobilē dicere dii ꝑegrini deā ciuē Romanā. Sub hoc tot deorū p̄sidio quos numerare quis pōt: indigenas & alienigenas: celestes: terrestres: infernos: marinos: fōtanos: fluuiales: & ut Uarro dicit certos atq; incertos: in oībusq; generibus deoꝝ sicut in animalibus mares & feminas. Sub hoc ergo tot deoꝝ p̄sidio constituta

Roma: non tam magnis & horrendis cladibus quales ex multis paucas cõmemorabo: agitari affligiq; debuit. Nimis .n. multos deos grandi fumo suo tanq̃ signo dato ad tuitionẽ cõgregauerat: q̃bus tẽpla: altaria: sacrificia: sacerdotes ĩstituẽdo atq; ꝑbẽdo: summũ uero deum cui uni hec rite gesta debenẽ: offenderet. Et felicior quidem cum paucioribus uixit. Sed q̃to maior facta est sicut naui nautas: tãto plures adhibẽdos putauit. credo desperans pauciores illos sub q̃bus in cõparatione peioris uite melius uixerat: nõ sufficere ad opitulandũ grãditati sue. Primo .n. sub ipsis regibus excepto Numa Põpilio de quo iã supra locutus sum: q̃tum malũ discordiosi certaminis fuit: quod fratrem Romuli coegit occidi?

¶ Quo iure: quo ue foedere Romani obtinuerũt ꝑma cõiugia. ¶ C. xiii.

Quomõ nec Iuno que cũ Ioue suo iã fouebat Romanos rerum dños gentemq; togatam: nec Venus ipsa eneadas suos potuit adiuuare: ut bono & equo more coniugia mererentur: cladesq; tanta irruit huius inopie: ut ea dolo raperent: moxq; cõpellerenẽ pugnare cũ soceris: et misere femine nondum ex iniuria maritis cõciliate: iã parentũ sanguĩe dotarenẽ. At .n. uicerũt in hac cõflictatiõe Romãi uicinos suos. Quantis & q̃multis utrinq; uulneribus ac funeribus tã ꝓpinquoꝝ q̃ & cõfinium iste uictorie cõstiterũt. Propter unũ Cesarem socerũ: & unũ generũ eius Pompeiũ: iam mortua Cesaris filia uxore Põpeii: q̃to & q̃iusto doloris ĩstinctu Lucanus exclamat. Bella per emathios plus q̃ ciuilia campos. ¶ Iusq; datum sceleri canimus.
Vicerũt ergo Romani: ut strage soceroꝝ manibus cruẽtis ab eoꝝ filiabus amplexus miserabiles extorquerẽt: nec ille auderẽt flere patres occisos: ne offenderẽt uictores maritos: que adhuc illis pugnãtibus ꝓ q̃bus facerẽt uota: nesciebãt. Talibus nuptiis populũ romanũ nõ Venus sed Bellona dotauit. aut fortassis Alecto illa ĩferna furia iã eis fauente Iunone plus in illos habuit licẽtie: q̃ cũ eius p̃cibus cõtra Eneã fuerat excitata: Andromacha felicius captiuata est: q̃ illa cõiugia Romana nupserũt. licet seruiles tñ post eius amplexus nullũ Troianorum Pyrrhus occidit. Romani autem soceros interficiebant in p̃liis: quoꝝ iam filias amplexabanẽ in thalamis. Illa uictori subdita dolore tm̃ suoꝝ mortẽ potuit: nõ timere: ille sotiate bellãtibus: parentũ suoꝝ mortes ꝓcedẽtibus uiris timebãt: redeũtibus dolebãt. nec timorem habẽtes liberũ: nec dolorem. Nã ꝓpter interitũ ciuiũ: ꝓpinquoꝝ: fratrũ: parentũ: aut patrie cruciabãẽ: aut crudeliter letabanẽ uictoriis maritoꝝ. Huc accedebat q̃ ut sunt alterna belloꝝ: alique parẽtũ ferro amiserũt uiros: alieq; utroꝝq; ferro & parẽtes & uiros. Neq; .n. & apud Romanos parua fuerũt illa discrimina. Siquidẽ ad obsidionẽ quoq; ꝑuentũ ẽ ciuitatis. clausisq; portis se tuebãẽ. Quibus dolo apertis admissisq; hostibus intra menia: in ipso foro scelerata & nimis atrox inter generos socerosq; pugna cõmissa est. & rap/tores illi etiam superabanẽ: & crebro fugientes intra domos suas: & grauius fedabant p̃stinas q̃uis & ipsas pudendas lugẽdasq; uictorias. Hic .n. Romulus de suorum iam uirtute desperans: Iouem rogauit ut starent. atq; illi hac occasione nomen Statoris inuenit. Nec finis esset tãti mali nisi rapte ille laceratis crinibus emicarent: & ꝓuolute parẽtibus irã eoꝝ iustissimã nõ armis uictricibus sed supplici pietate sedarẽt. Deinde T. Taciũ regẽ Sabinorũ sotiũ regni Romulus ferre cõpulsus ẽ: germani consortis impatiẽs. sed qñ & istũ diu toleraret: q frẽm geminũq; nõ ꝑtulit? Vnde & ipso ĩter/fecto ut maior deus esset regnum solus obtinuit. Que sunt ista iura nuptiarum: que irritamẽta bellorum: que federa germanitatis: affinitatis: sotietatis: diuinitatis? Que postremo sub tot diis tutoribus iura ciuitatis? Vides q̃ta hic dici & q̃multa possẽt: nisi

que supsunt nostra curaret intẽtio: & sermo in alia festinaret.

De Impietate belli quod Albanis Romani intulerunt.
& de dominãdi libidine adepta uictoria. C. xiiii.

QVid deinde post Numã sub aliis Regibus? Quãto malo nõ solũ suo sed etiam Romanorũ in bellũ Albani ꝓuocati sunt? Quia uidelicet pax Nume tã lõga uiuerat. Quã crebre strages Romani Albaniq; fuerũt exercitus: & utriusq; cõmotio ciuitatis. Alba nanq; illa quã filius Enee creauit Ascanius: Rome mater ꝓprior ipsa q̃ Troia a Tullo hostilio Rege ꝓuocata cõflixit. Cõfligẽs aũt & afflicta ẽ & afflixit: donec multoꝝ cederet pari defectiõe certaminũ. Tunc euentũ belli de Tergeminis hinc atq; inde fratribus placuit experiri. a Romanis tres Oratii: ab Albanis aũt tres Curiatii ꝓcesserũt. a curiatiis tribus duo Oratii: ab uno autem Oratio tres Curiatii supati & extĩcti sunt. Ita Roma extitit uictrix ea clade etiã in certamĩe extremo: ut de sex uiuis unus rediret domũ. Cui dãnum in utrisq;? Cui luctus nisi Enee stirpi: nisi Ascanii posteris: nisi ꝓli Veneris: nisi nepotibus Iouis? Nam & hoc plus q̃ ciuile bellũ fuit: qñ filia ciuitas: cũ ciuitate matre pugnauit. Accessit aliud huic Tergemĩoꝝ pugne ultime atrox atq; horrendũ malũ. Nã ut erãt ambo populi ꝑus amici: uicini qppe atq; cognati uni Curiatioꝝ despõsata fuerat Oratioꝝ soror. hec postea q̃ spõsi spolia in uictore fratre cõspexit: ab eodẽ fratre qm̃ fleuit occisa ẽ. Humanior huius unius femine q̃ uniuersi populi Romani mihi uidet̃ fuisse affectus. Illa quẽ uirũ iã fide media retinebat: aut forte etiam ipm frẽm dolẽs qui eum occiderat: cui sororem promiserat: puto: ꝙ non culpabiliter fleuerit. Vnde. n. apud Virgilium pius Eneas laudabiliter dolet hostẽ etiã sua ꝑemptũ manu. Vñ Marcellus Syracusanã ciuitatẽ recolẽs: eius paulo añ culmẽ & gloriã sub manus suas subito cõcidisse: cõmunẽ cogitãs cõditionẽ flẽdo miseratus est. Queso ab humano impetremus affectu: ut femĩa spõsũ suũ a fratre suo ꝑemptũ sine crimine fleuerit: si uiri hostes a se uictos etiã cum laude fleuerũt. Ergo spõso a fratre illatã mortẽ qñ femina illa flebat: tũc se cõtra matrem ciuitatẽ tãta strage bellasse: & tãta hic & iñ cognati cruoris effusiõe uicisse gaudebat Roma. Quid mihi obtẽdit̃ nomẽ laudis: nomẽq; uictorie? Remotis obstaculis isane opiniõis: facinora nuda cernant̃: nuda pẽsent̃: nuda iudicent̃. Causa dicat̃ Albe: sicut Troie adulteriũ dicebat̃. nulla talis: nulla similis inuenit̃. Tantũ ut desides moueret Tullius in arma uiros: & iam desueta triũphis agmina.

Illo itaq; uicio tantũ scelus perpetratum est socialis belli: atq; cognati. Quod uitium Salustius magnũ trãseunter attigit. Cum. n. laudãs breuiter antiqora cõmemorasset tẽpora: qñ uita hominũ sine cupiditate agitabat̃: & sua cuiq; satis placebant. Postea uero inquit q̃ in Asia Cyrus: in Grecia lacedemonii & Athenienses cepere urbes atq; natiões subegere: libidinẽ dominãdi causam belli habere: maximã gloriã in maximo Imperio putare et cetera que ipse instituerat dicere. Mihi huc usq; satis sit eius uerba posuisse. Libido ista dominãdi magnis malis agitat & conterit genus humanum. hac libidine Roma tunc uicta Albã se uicisse: triũphabat. & sui sceleris laudem gloriam nominabat: qm̃ laudat̃ inqt scͤptura nostra peccator in desideriis anime sue: & q iniq̃ gerit bñdicit̃. Fallacia igit̃ tegmina & deceptorie dealbationes auferant̃ a rebus: ut sincero inspiciãtur examine. Nemo mihi dicat. magnus ille atq; ille: qa cũ illo & illo pugnauit: & uicit. Pugnãt etiã gladiatores. uincũt & ipsi. habet premia laudis & illa crudelitas. Sed puto esse satius cuiuslibet inertie penas luere: q̃ illoꝝ armoꝝ gloriam querere. & tñ si in arenã ꝓcederẽt pugnaturi inter se gladiatores: quorum alter esset

filius alter pater esset: tale spectaculũ q̄s ferret? q̄s nõ auferret? Quõ ergo gloriosum alterius matris alterius filie ciuitatis inter se armorum potuit esse certamen? An ideo diuersũ fuit ꝙ arena ulla nõ fuit: & latiores cãpi nõ duoꝝ gladiatoꝝ: sed in duobus populis multoꝝ funeribus implebãt̃? nec amphitheatro cingebant̃ illa certamĩa: sed uniuerso orbi? Et tũc uiuis & posteris quousq; ista fama porrigit̃ impiũ spectaculũ ꝓbebat̃. Vim tñ patiebant̃ studii sui dii illi ꝑsides impii Romani. & taliũ certaminũ tanq̃ Theatrici spectatores: donec Oratioꝝ soror propter Curiatios tres ꝑemptos etiã ipsa tertia ex altera parte fraterno ferro duobus fratribus adderetur: ne minus haberet mortiũ etiã Roma que uicerat. Deiñ ad fructũ uictorie alba subuersa est. Vbi post Iliũ: q̄d Greci euerterũt: & post lauiniũ ubi Rex Latinus Eneã Regem ꝑegrinũ atq; fugitiuũ cõstituerat: tertio loco habitauerãt numĩa illa Troiana. Sed more suo etiã inde iã fortasse migrauerãt: ideo deleta est. Discesserãt uidelicet omnes adytis arisq; relictis dii: q̄bus imperiũ illud steterat. Discesserant sane ecce iam tertio: ut eis quarto Roma ꝓuidentissime crederet̃. Displicuerat enim & Alba ubi Amulius expulso fratre: & Roma placuerat ubi Romulus occiso fratre regnauerat. Sed añq̃ Alba dirueret̃ trãsfusus est inquit populus eius in Romã: ut ex utraq; una ciuitas fieret. Esto ita factũ sit: urbs tñ illa Ascanii regnũ: & tertiũ domiciliũ Troianorum deorũ: ab urbe filia mater euersa est. Et ut belli reliq̄e e duobus populis unũ facerẽt miserabile coagulũ: multus ante fusus utriusq; sãguis fuit. Quid iã singillatim dicam: sub ceteris Regibus totiẽs eadẽ bella renouata: que uictoriis finita uidebãt̃? & tãtis stragibus iterũ atq; iterũ cõfecta: iterũ iterumq; post fedus & pacem inter generos & soceros & eorum stirpẽ posterosq; repetita? Nõ paruũ indiciũ calamitatis huius fuit: ꝙ portas belli nullus clausit illorum.

Qualis Romanoꝝ Regũ uita: atq; exitus fuerit. C. XV.

NVllus ergo illorũ sub tot diis ꝑsidibus in pace regnauit. Ipsorũ aũt Regũ qui exitus fuerũt? De Romulo uiderit adulatio fabulosa: qua ꝑhibet̃ receptus in celũ. Viderũt quidã sc̄ptores eorũ qui eũ ꝓpter ferocitatem a Senatu discerptũ esse dixerunt. subornatũq; nescio quẽ Iuliũ Proculũ: qui eũ sibi apparuisse diceret: eũq; per se populo mãdasse Romano ut inter numina coleret̃: eoq; mõ populũ q contra Senatũ intumescere ceperat reꝑssum: atq; sedatũ. Acciderat. n. & solis defectio. quam certa ratiõe sui cursus effectã imperita nesciẽs multitudo: meritis Romuli tribuebat. Quasi uero si luctus ille solis fuisset: magis ideo credi deberet occisus. ipsumq; scelus auersione etiã diurni luminis indicatũ. Sicut reuera factũ est: cum dñs crucifixus est crudelitate atq; impietate Iudeoꝝ. Quã solis obscurationẽ nõ ex canonico siderum cursu accidisse satis ostendit: ꝙ tũc erat pascha Iudeoꝝ. Nã plena luna pasche solẽni/tas agit̃. Regularis aũt solis defectio nõ nisi lune fine cõtingit. Satis & Cicero illam inter deos Romuli receptionẽ putatã magis significat eẽ: q̃ factã. qñ & laudãs eũ in libris de Republica Scipionisq; sermone: tantũ est inq̄t cõsecutus: ut cum subito sole obscurato nõ cõparuisset: deoꝝ in numero collocatus putaret̃: quã opinionẽ nemo unq̃ mortalis assequi potuit sine eximia uirtutis gloria. Quod aũt dicit eũ subito non cõparuisse: ꝓfecto ibi intelligit̃ aut uiolẽtia tẽpestatis: aut cedis facinorisq; secretũ. Nam & alii scriptores eoꝝ defectiõi solis addũt etiã subitã tẽpestatẽ. que ꝓfecto aut occasionẽ sceleri ꝑbuit: aut Romulũ ipsa cõsumpsit. De Tullo q̄ppe etiã Hostilio qui tertius a Romulo rex fuit: qui & ipse fulmine absumptus est: dicit in eisdẽ libris eidẽ Cicero ꝓpterea & istũ nõ creditũ inter deos receptũ tali morte: q̄a fortasse quod

erat in Romulo ꝓbatū: id est ꝑsuasum: Romani uulgare noluerūt: id est uilificare: si hoc & alteri facile tribueret. Dicit etiā apte in inuectiuis: Illū q hāc urbē cōdidit Romulū ad deos immortales beniuolentia famaq; sustulimus. ut non uere factum: sed propter merita uirtutis eius beniuolētia iactatum diffamatumq; monstraret. In Hortēsio uero dialogo cū de solis canonicis defectiōibus loqueret: ut easdē inquit tn̄bras efficiat q̄s effecit in interitu Romuli: q in obscuratiōe solis ē effectus. Certe hic mīme timuit interitū hoīs dicere: qa disputator magis: q̄ laudator fuit. Ceteri aūt Reges populi Romāi excepto Numa Pōpilio & Anco Martio q morbo īterierūt: q̄ horrēdos exitus habuerunt? Tullus ut dixi Hostilius uictor & euersor Albe cum tota domo sua fulmine concrematus est. Priscus Tarquinius per sui decessoris filios interēptus est. Seruius Tullus gener ipsius Tarqnii supbi qui ei successit in regnum nefario scelere occisus est. Nec discessere adytis arisq; relictis dii: tāto in optimū illius populi regem parricidio perpetrato: quos dicunt ut hoc misere troie facerent: eamq; Grecis diruendam exurendamq; relinquerent: adulterio fuisse Paridis commotos. Sed insuper interfecto a se socero Tarquinius ipse successit. Hunc illi dii nefarium parricidā soceri interfectione regnantē: insuper multis bellis uictoriisq; triūphantē: & de bellorum manubiis capitolium fabricantem: non abscedentes sed presentes manentesq; uiderunt: & Regē suū Iouē in illo altissimo tēplo hoc est in opere parricide sibi ꝑsidere atq; regnare ꝑpessi sunt. Neq; enim adhuc innocens capitoliū instruxit: & postea malis meritis urbe pulsus est. Sed ad ipsum regnum: in quo capitolium fabricaret immanissimi sceleris perpetratione peruenit. Quod uero eum romani regno postea depulerunt: ac seduserunt menibus ciuitatis: nō ipsius de Lucretie stupro sed filii peccatū fuit: illo nō solum nesciēte: sed etiā absente cōmissū. Ardeā ciuitatē tunc oppugnabat. & pro populo Romano bellū gerebat. Nescimus qd faceret si ad eius noticiā flagitiū filii deferret. Et tn̄ inexplorato eius iudicio & inexperto ei populus ademit Imperiū. & recepto exercitu a quo deseri iussus est: clausis deiñ portis nō sunt passi intrare redeuntē. At ille post bella grauissima quibus eosdē Romanos concitatis finitimis attriuit: posteaq̄ desertus ab eis quorū fidebat auxilio regnū recipere non ualuit: in oppido thusculo rome uicino q̄ttuordecim ut fert annos ꝑuatā uitā qetus habuit. & cum uxore consenuit optabiliore fortassis exitu: q̄m socer eius: generi sui facinore nec ignorāte filia sicut ꝑhibet extinctus. Nec tn̄ istū Tarqnium Romani crudelē aut sceleratū sed Supbum appellauerunt. sed fortassis regios eius fastus alia supbia nō ferētes. Nā scelus occisi ab eo soceri optimi regis sui usq; adeo contēpserunt: ut eū Regē suum facerent. ubi miror si nō scelere grauiore mercedē tantam tanto sceleri reddiderūt. nec discessere adytis arisq; relictis dii. Nisi forte quispiā sic defēdat istos deos: ut dicat eos ideo māsisse Rome: quo possent Romanos magis punire suppliciis: q̄ bn̄ficiis adiuuare. seducētes eos uanis uictoriis: & bellis grauissimis cōterentes. Hec fuit Romanorum uita sub Regibus laudabili tēpore illius Reipublice: usq; ad expulsionē Tarqnii Supbi per ducētos ferme & q̄draginta & tres annos: cū ille omēs uictorie tā multo sanguie & tātis ēpte calamitatibus: uix illud Imperiū intra uiginti ab urbe miliaria dilatauerint. Quantū spaciū absit ut saltē alicuius Getule ciuitatis nec territorio comparemus.

¶De ꝑmis apud Romanos Consulibus quoꝝ alter alterū patria pepulit. moxq; Rome post atrocissima parricidia: a uulnerato interiit hoste uulneratus. postq; īitia cōsularis impii qbus malis uexata fuerit Romana Respublica diis non opitulantibus quos colebant. ¶C. xvi.

Huic tẽpori adiciamus etiã tẽpus illud: quousq; dicit Salustius equo & modesto iure agitatum: dum metus a Tarquinio: & graue bellũ cum Etruria positũ est. Quãdiu.n. Etrusci Tarqnio redire in regnũ conati opitulati sũt: graui bello Roma cõcussa est. Ideo dicit equo & modesto iure gestã Rempublicam metu ꝑmente: non ꝑsuadẽte iusticia. in quo grauissimo tẽpore q̃ funestus ille ãnus fuit: quo ꝑmi cõsules creati sunt expulsa Regia potestate. annũ qppe suũ non cõpleuerũt. Nam Iunius Brutus exhonoratũ eiecit urbe collegã. L. Tarqniũ Collatinũ. Deinde mox ille in bello cecidit mutuis cũ hoste uulneribus: occisis a seipso ꝑmitus filiis suis & uxoris sue fratribus: ꝙ eos ꝓ restituẽdo Tarqnio cõiurasse cognouerat. Quod factũ Virgilius postq̃ laudabiliter cõmemorauit: cõtinuo clementer exhorruit. Cum enim dixisset.

Natosq; pater noua bella mouentes.
Ad penam pulchra pro libertate uocabit.

Mox deinde exclamauit & ait.

Infelix utcunq; ferent ea facta minores.

Quomodolibet inquit ea facta posteri ferant id est preferant & extolant: qui filios occidit infelix est. Et tanquã ad consulandum infelicem subiunxit.

Vicit amor patrie: laudumq; immensa cupido.

Nonne in hoc Bruto q & filios occidit: & a se ꝑcusso hoste & filio Tarqnii & mutuo ꝑcussus supuiuere non potuit. eiq; potius ipse Tarquinius supuixit: Collatini college uidetᷣ innocentia uindicata: qui bonus ciuis ob hoc Tarquinio pulso passus est: quod Tyrãnus ipse Tarqnius? Nã & idẽ Brutus cõsanguineus Tarqnii fuisse ꝓhibetur. sed Collatinũ uidelicet similitudo nomĩs ꝓssit: q̃ etiã Tarqnius uocabatᷣ. Mutare ergo nomẽ: nõ patriã cogeretᷣ. postremo si in eius nomie hoc uocabulũ minus eẽt: Lucius Collatinus tm̃mõ uocaretᷣ. Sed ideo nõ amisit ꝙ sine ullo detrimẽto posset amittere: ut & honore ꝑmus Cõsul: & ciuitate bonus ciuis carere iuberetᷣ. Etiã ne ista ẽ gloria Iunii Bruti: detestãda iniqtas & nihilo utilis Reipublice? & etiã ne ad hãc ꝑpetrãdã Vicit amor patrie: laudumq; immensa cupido?

Iam expulso utiq; Tarqnio Tyrãno: Cõsul cũ Bruto creatus ẽ maritus Lucretie. L. Tarqnius Collatinus. q̃iuste populus mores in ciue nõ nomẽ attẽdit. q̃iniuste Brutus collegã ꝑme ac noue illius ꝑtatis: quẽ posset si hoc offendebatᷣ nomie tantũ ꝑuare: & patria ꝑuauit: & honore. Hec mala facta sunt: hec aduersa acciderunt: q̃n in illa Republica equo & modesto iure agitatũ est. Lucretius quoq; q in locũ Bruti fuerat subrogatus: morbo anteq̃ idẽ annus terminaretᷣ: absumptus est. Ita. P. Valerius qui successerat Collatino: & M. Oratius q pro defũcto Lucretio suffectus fuerat: annũ illũ funereũ atq; tartareũ q Cõsules qnq; habuit cõpleuerũt. Quo anno Cõsulatus ipsius nouũ honorẽ ac potestatẽ auspicata ẽ Romãa Respublica. Tũc iã diminuto paululũ metu nõ quia bella cõquieuerant: sed quia nõ tam graui põdere urgebant. Finito scilicet tempore quo equo & modesto iure agitatum est: secuta sunt que idem Salustius breuiter sic explicat. Deinde seruili impio patres plebem excercere de uita ac quiete erga se regio more consulere: erga alios de uiolentia & inquietudine sibi regna moliri: illos agro pellere: & ceteris ex partibus soli in imperio agere. Quibus agitata seuiciis: & maxime fenore opꝑssa plebes cũ assiduis bellis tributũ & militiam simul toleraret: armata montẽ sacrũ atq; auẽtinũ insedit. Tumq; Tribunos plebis & alia sibi iura parauit. discordiaꝝ & certamĩs utriusq; finis fuit secũdũ bellũ punicum.

Quid itaq; ego tantas moras uel scribens patiar uel lecturis afferam? Quam misera fuit illa Respublica: tam longa etate per tot annos usq; ad secundũ bellũ punicum:

bellis forinsecis inquietare nō desistētibus: & intus discordiis sedicionibusq; ciuilibus: a Salustio breuiter intimatū est. Proin̄ uictorie ille nō solida beatoꝝ gaudia fuerūt: sed inania solatia miserorum: & ad alia atq; alia terribilia mala subeunda illecebrosa incitamēta minime quietoꝝ. Nec nobis: quia hec dicimus boni Romani prudentesq; succēseant· quanq̄ de hac re nec pauēdi sint: nec monēdi: qn̄ eos mīme succēsuros esse certissimum est. Neq;.n.grauius uel grauiora dicimus autoribus eorū: & stilo & ocio multū impares. Quibus tamen ediscēdis & ipsi elaborauerunt: & filios suos elaborare cōpellūt. Qui aūt succēsent: qn̄ me ferrent si ego dicerē quod Salustius ait: plurime turbe seditiōes & ad posterū bella ciuilia orta sunt: dū pauci potētes quoꝝ in grām pleriq; cōcesserāt sub honesto patrū aut plebis nomīe dominatiōes affectabāt: boniq; & mali ciues appellati: nō ob merita in Rēpublicā incesserāt oīnibus ꝑiter corruptis: sed uti qsq; locupletissimus & iniuria ualidior qa p̄ntia defēdebat pro bono ducebatᷣ. Porro si illi scꝑtores historie ad honestā libertatē ꝑtinere arbitrati sūt mala ciuitatis ꝓprie nō tacere: quā multis locis magno ꝓconio laudare cōpulsi sunt: cū aliā ueriorē quo ciues eterni legēdi sunt: nō haberēt: qd nos facere cōuenit: quoꝝ spes q̄to in deo melior & certior: tanto maior debet esse libertas: cū mala presentia Christo nostro imputāt: ut infirmiores impitioresq; mētes alienentᷣ ab ea ciuitate: in qua sola iugiter feliciterq; uiuendū est? Nec in deos eoꝝ horribiliora nos dicimus q̄ eoꝝ iidem autores quos legūt: & ꝓdicāt: qn̄quidē & ex ipsis que diceremus accepimus: & nullo mō dicere uel talia uel cūcta sufficimus. Vbi erant ergo illi dii: q ꝓpter exiguā fallacēq; huius mūdi felicitatē colēdi existimantᷣ: cū Romani qbus se colēdos mēdacissima astutia uēdicabāt tātis calamitatibus uexarentᷣ? Vbi erāt qn̄ Valerius Cōsul & ab exulibus & seruis incensū capitoliū cū defēsaret occisus ē: faciliusq; ipse ꝓdesse potuit edi Iouis: q̄ illi turba tot numinū cū suo maximo atq; optimo rege: cuius templum liberauerat subuenire? Vbi erāt qn̄ dēsissimis fatigata ciuitas seditionū malis: cū legatos athenas missos ad leges mutuādas paululū qeta operiretᷣ: graui fame pestilētiaq; uastata ē? Vbi erant qn̄ rursus populus cū fame laboraret ꝓfectū annone primū creauit: atq; illa fame inualescēte: Sp. Emilius q esurienti multitudini frumēta largitus est: regni affectati crimen incurrit: & eiusdē ꝓfecti instātia per Dictatorē. L. Quintū etate decrepitum: a. Q. Seruilio Magistro equitū cum maximo & ꝑiculocissimo tumultu ciuitatis occisus est? Vbi erant qn̄ imminēte pestilētia maxīa exportādis inutilibus populus diu multūq; fatigatus: noua lectisternia: qđ nunq̄ antea fecerat exhibēda arbitratus est. lecti aūt sternebantᷣ in honorem deorum: unde hoc sacrum uel potius sacrilegiū nomē accepit? Vbi erant qn̄ per. x. cōtinuos annos male pugnādo crebras & magnas clades apud Veios exercitus Romanus acceperat: nisi per Furiū Camillū tandē subueniretᷣ: quē postea ciuitas ingrata dānauit? Vbi erant qn̄ Galli Romam ceperūt: spoliauerūt: incēderūt: cedibus impleuerūt? Vbi erāt cū illa īsignis pestilētia tā ingentē stragē dedit: qua & ille Furius Camillus extinctus est: qui Rēpublicam ingratam & a Veientibus ante defendit: & de Gallis postea uindicauit? Inde in hac pestilentia scenicos ludos aliā nouā pestē nō corporibus Romanoꝝ: sed qđ ē multo perniciosius moribus intulerunt. Vbi erant quando alia pestilētia grauis de uenenis matronaꝝ exorta credita est: quaꝝ supra fidē multarū atq; nobiliū mores deꝓhensi sunt oīni pestilētia grauiores: uel qn̄ in Caudinas furculas a samnitibus obsessi: ambo cū exercitu Cōsules fedus cū eis fedum facere coacti sunt· ita ut equitibus Romanis sexcētis obsidibus datis: ceteri amissis armis aliisq; spoliati ꝑuatiq; tegminibus: sub iugū hostiū cū uestimētis singulis mitterentᷣ? Vbi qn̄ graui pestilētia ceteris laborantibus

multi etiã in exercitu ictu fulminis perierũt? Vel quãdo etiã inter alia intolerabilis pestilẽtia Esculapiũ ab Epidauro quasi medicũ deũ Roma aduocare atq; adhibere cõpulsa est: qm̃ Regẽ omniũ Iouẽ q iã diu in Capitolio sedebat multa stupra qbus adolescẽs uacauerat: nõ ꝑmiserant fortasse discere medicinã: uel cũ cõspirantibus uno tẽpore hostibus Lucanis: Brutis: Sãnitibus: Etruscis & Senonibus Gallis ꝑmo ab eis legati ꝑempti sunt? Deinde cum pretore oppressus exercitus septem tribunis cum illo ꝑeuntibus: & militũ tredecim milibus. uel qñ post graues & longas Rome seditiones qbus ad ultimũ plebs ianiculũ hostili direptiõe secesserat. cuius mali tã dira calamitas erat: ut eius rei causa quod in extremis periculis fieri solebat: & Dictator crearetur Hortensius: q plebe reuocata in eodẽ magistratu expirauit. qđ nulli Dictatori ante cõtigerat. & quid illis diis iã p̃nte Esculapio grauius crimẽ fuit? Tum uero tã multa bella ubiq; crebruerunt: ut inopia militũ ꝓletarii: illi qui eo ꝙ ꝓli gignẽde uacabãt: ob egestatem militare non ualentes hoc nomen acceperant: militie conscriberentur. Accitus etiã a Tarẽtinis Pyrrhus Rex Grecie tũc ingẽti gloria celebratus: Romãoꝝ hostis effectus est. Cui sane de rerum futuro euẽtu consulenti: satis urbane Apollo sic ambiguũ oraculũ edidit: ut e duobus qcquid accidisset: ipse diuinus haberetᷓ. Ait enĩ. dico te Pyrrhe uincere posse Romanos. atq; ita siue Pyrrhus a Romanis: siue Romãi a Pyrrho uincerentur: securus fatidicus utrũlibet expectaret euentũ. Que tunc & q̃ horrenda utriusq; exercitus clades: in qua tñ supior Pyrrhus extitit: ut iam posset Apollinẽ ꝓ suo intellectu p̃dicare diuinũ: nisi ꝓxime alio p̃lio Romani abscederẽt superiores. Atq; in tãta strage belloꝝ etiã pestilẽtia grauis exorta ẽ mulierũ. Nam ꝑus q̃ maturos partus ederẽt grauide moriebãt. Vbi se credo Esculapius excusabat: ꝙ Archiatrũ se nõ obstetricẽ ꝓfitebatᷓ. Pecudes quoq; similiter interibãt: ita ut iam defecturũ genus animaliũ crederetᷓ. Quid hyems illa cõmemorabilis tam incredibili immanitate seuiẽs: ut niuibus horrẽda altitudine etiã in foro per dies. xl. manẽtibus: tyberis quoq; glacie durarettᷓ. Si nostris tẽporibus accidisset: que isti & q̃ta dixissent? Quid illa itidẽ ingens pestilẽtia: q̃diu seuiuit: q̃ multos ꝑemit? Que cũ in annũ alium multo grauius tenderetᷓ: frustra p̃nte Esculapio: aditũ ẽ ad libros Sibyllinos. In quo genere oraculoꝝ sicut Cicero in libris de Diuinatiõe cõmemorat: magis interp̃tibus ut possunt siue uolũt dubia cõiectantibus credi solet. Tunc ergo dictũ est: eam esse causam pestilẽtie: ꝙ plurimas edes sacras multi occupatas ꝑuatim tenerẽt. sic interim a magno impietie: uel desidie crimine Esculapius liberatus est. Vnde aũt a multis edes ille fuerant occupate nemine prohibẽte: nisi quia tante numinum turbe diu frustra fuerat supplicatũ: atq; ita paulatim loca deserebantᷓ a cultoribus: ut tanq̃ uacua sine ullius offensiõe possent humanis saltẽ usibus uendicari. Nanq; tunc uelut ad sedãdã pestilentiã diligẽter repetita fuerũt atq; reparata: nisi postea eodẽ modo neglecta: atq; usurpata latitarent: non utiq; magne peritie Varronis tribueretur: ꝙ scribens de edibus sacris tam multa ignorata cõmemorat. Sed tũc interim elegans nõ pestilentie depulsio: sed deoꝝ excusatio ꝓcurata est.

¶ Quante clades Romanos sub bellis punicis triuerint: frustra deorum presidiis expetitis. ¶ C. XVII.

IAm uero Punicis bellis cũ inter utrũq; Impiũ uictoria diu anceps atq; incerta pẽderet: populiq; duo ꝑualidi impetus in alterutrũ fortissimos: & opulẽtissimos agerent: quot minutiora Regna cõtrita sũt? que urbes ample nobilesq; delete? quot afflicte? quod ꝑdite ciuitates? q̃ longe lateq; tot regiões terreq; uastate sũt? quotiens

uicti hinc atq; inde uictores? quid hominũ cõsumptũ est: uel pugnantiũ militũ: uel ab armis uacantiũ populorum? quãta uis nauiũ marinis etiã plus oppssa: & diuersarum tẽpestatũ uarietate submersa est? si enarrare uel cõmemorare conemur: nihil aliud: q̃ scriptores etiã nos erimus historie. Tunc magno metu pturbata Romana ciuitas: ad remedia uana & ridẽda currebat. Instaurati sũt ex autoritate librorum sibillynorum ludi seculares: quorum celebritas inter centum annos fuerat instituta: felicioribusq; tẽporibus memoria negligẽte perierat. Renouarũt etiã põtifices ludos sacros inferis: & ipsos abolitos annis retrorsũ melioribus. Nimirũ.n.qñ renouati sunt: tanta copia morientiũ ditatos inferos etiã ludere delectabat: cũ pfecto miseri homĩes ipsa rabida bella: & cruẽtas aĩmositates: funereasq; hĩc atq; inde uictorias magnos agerent ludos demonum: & optimas epulas inferorum. Nihil sane miserabilius primo Punico bello accidit: q̃ q ita Romani uicti sunt: ut etiã Regulus ille caperet cuius in pmo: & in altero libro mẽtionẽ fecimus. uir plane magnus: & uictor antea: domitorq; penorũ. Qui etiã ipm pmum bellũ Punicum confecisset: nisi auiditate nimia laudis & glorie duriores conditiones: q̃ ferre possent fessis Carthaginensibus imperasset. Illius uiri & captiuitas inopinatissima: & seruitus indignissima: & iuratio fidelissima: & mors crudelissima: si deos illos nõ cogit erubescere: uerũ est q erei sunt: & nõ habẽt sanguinẽ. Nec mala illo tẽpore grauissima intra menia defuerũt. Nam exundante nimis ultra morẽ fluuio tyberino: pene oĩa urbis plana subuersa sunt. aliis impetu q̃si torrentis impulsis: aliis uelut stagno diuturno madefactis: atq; sublapsis. Istã deiñ pestẽ ignis pniciosior subsecutus est. qui correptis circa forũ q̃busq; celsioribus: etiã tẽplo Veste suo familiarissimo nõ pepcit: ubi ei ueluti uitã perpetuã diligentissima substitutione lignorum non tã honorate q̃ dãnate uirgines donare cõsueuerãt. Tum uero illic ignis nõ tantũ uiuebat: sed etiã seuiebat. Cuius impetu exterrite uirgines: sacra illa fatalia: que iã tres in q̃bus fuerãt presserãt ciuitates: cũ ab illo incẽdio liberare non possent: Metellus Pontifex sue quodammodo salutis oblitus: irruẽs ea semiustulatus abripuit. Neq;.n. uel ipm ignis agnouit. aut uero erat ibi numẽ qđ non etiã si fuisset: fugisset. Homo igit̃ potius sacris Veste: q̃ illa homĩ pdesse potuerũt. Si aũt a semetipsis ignẽ nõ repellebãt: a ciuitate cuius salutẽ tueri putabant: quid cõtra illas aquas: flãmasq; poterant adiuuare: sicut etiã res ipsa nihil ea prsus potuisse patefecit? Hec istis neq̃q̃ obiicerent a nobis: si illa sacra dicerent non tuẽdis his bonis tẽporalibus instituta: sed signãdis eternis. & ideo cũ ea que corporalia uisibiliaq; essent pire cõtingeret: nihil his rebus minui ppter q̃s fuerant instituta: & posse ad eosdem usus denuo reparari. Nunc uero cecitate miserabili eis sacris que perire possent: fieri potuisse existimant: ut salus terrena & tẽporalis felicitas ciuitatis perire nõ posset. Proinde cũ illis etiã manẽtibus sacris: uel salutis contritio: uel infelicitas irruisse monstrat̃: mutare sententiam quam defendere nequeunt: erubescunt.

De afflictiõe belli Punici scđi: q̃ uires utriusq; cõsumpte sunt. C. XVIII.

SEcũdo aũt bello Punico: nimis longũ est cõmemorare clades duorum populorũ tã lõge secũ lateq; pugnantiũ: ita ut his quoq; fatẽtibus qui nõ tã narrare bella Romana q̃ Romanũ Imperiũ laudare instituerũt: similior uicto fuerit ille: q uicit: Hãnibale q̃ppe ab Hispania surgẽte: & pyreneis mõtibus superatis Gallia trãscursa alpibusq; diruptis: tam longo circuitu auctis uiribus cũcta uastando: aut subigendo: torrẽtis mõ Italie faucibus irruẽte: q̃ cruẽta bella gesta sunt: q̃ multa plia: quotiens Romani supati: q̃ multa ad hostẽ oppida defecerũt: q̃ multa capta & oppressa: q̃ dire

pugne & totiens Hãnibali Romana clade glorioso? Sed hec hactenus. De Cannẽsi
aũt mirabiliter horrẽdo malo qd dicã? Vbi Hãnibal cũ esset crudelissimus: tñ tanta
inimicoꝝ atrocissimoꝝ cede satiatus parci iussisse ꝑhibet̃. Vnde tres modios annuloꝝ
aureorum Carthaginẽ misit: quo intelligerent tantã in illo ꝑlio dignitatem cecidisse
Romanam: ut facilius eã caperet mensura: q̃ numerus. atq; hinc strages turbe cetere
tanto utiq; numerosioris q̃to infirmioris: que sine annulis iacebat: cõiciẽda potius: q̃
nuntiãda putaret̃. Deniq; tãta militũ inopia secuta est: ut Romani reos facinorum
ꝓposita impunitate colligerẽt: seruitia libertate donarẽt: atq; ex illis pudẽdus: nõ tã
suppleret̃ q̃ instituerent̃ exercitus. Serui itaq;: immo ne faciamus iniuriã: iam libertis:
pro Romana Republica pugnaturis arma defuerunt. Detracta sunt templis. tanq̃
Romani diis suis dicerent: Ponite que tã diu inutiliter habuistis. si forte aliquid utile
iñ facere possint nostra mãcipia: unde uos nostra numina nihil facere potuistis. Tũc
etiã stipẽdiis sufficiẽdis cũ defecisset erariũ: in usus publicos opes uenere priuate. adeo
unoquoq; id qd̃ habuit: cõferente: ut p̃ter singulos annulos aureos: singulasq; bullas
miserabilia dignitatis insignia: nihil sibi auri senatus ipse: quãto magis ceteri ordines:
tribusq; relinquerẽt. Quis ferret istos: si nostris tẽporibus ad hãc inopiã cogerent̃: cũ
eos mõ uix feramus: qñ pro superflua uoluptate plura donant̃ histrionibus: q̃ tunc
legionibus pro extrema salute collata sunt?

De exitio Saguntinoꝝ: quibus propter Romanoꝝ amiciciam
pereuntibus dii Romani auxiliũ non tulerunt. C. xix.

Sed in his oĩbus belli Punici secũdi malis: nihil miserabilius: ac miserabili querela
dignius: q̃ exitiũ Saguntinorum fuit. Hec quippe Hispanie ciuitas amicissima
Populi Romani: dũ eidẽ populo fidẽ seruat euersa est. Hinc enim Hãnibal fracto
federe Romanoꝝ causas quesiuit: q̄bus eos irritaret ad bellũ. Saguntũ ergo ferociter
obsidebat. Quod ubi Rome auditum est: missi sunt legati ad Hannibalẽ: ut ab eius
obsidiõe discederet. Contẽpti Carthaginẽ pergunt: querimoniamq; deponũt federis
rupti: infectoq; negocio Romam redeunt. Dum he more agunt̃: misera illa ciuitas
opulẽtissima: sue Reipublice: Romaneq; carissima: octauo uel nono a Penis mense
deleta est. cuius interitum legere: quanto magis scribere horroris est. Breuiter tñ eum
cõmemorabo: ad rẽ q̄ppe que agit̃ multũ ꝑtinet. Primo fame cõtabuit. nam etiam
suoꝝ cadaueribus a nõnullis pasta ꝑhibet̃. Deinde fessa omniũ rerũ: ne saltẽ captiua
in manus Hãnibalis ꝑueniret: ingentẽ rogũ publice struxit: in quẽ ardentem ferro
etiã trucidatos oẽs se suosq; miserũt. Hic aliquid agerẽt duelliones: atq; nebulones
sacrificioꝝ adipibus inhiãtes: & fallaciũ diuinationũ caligine decipientes. hic aliquid
agerẽt: si ciuitati populi Romani amicissime subuenirẽt: & fidei cõseruatiõe ꝑeuntẽ:
perire nõ sinerẽt. Ipsi utiq; medii p̃fuerũt: cũ Romane Reipublice interiecto federe
copulata est. Custodiẽs itaq; fideliter: qd̃ ipsis p̃sidibus placito iũxerat: fide uinxerat:
iuratiõe cõstrinxerat: a ꝑfido obsessa: opp̃ssa: cõsumpta est. Si ipsi dii tẽpestate atq;
fulminibus Hãnibalẽ postea Romanis ꝓximũ menibus terruerũt: lõgeq; miserunt:
tũc ꝑ mũ tale aliqd facerẽt: audeo q̄ppe dicere: honestius illos pro amicis Romanoꝝ
ideo ꝑiclitãtibus ne Romanis frangerent fidẽ: & nullã opẽ tunc habẽtibus: q̃ ꝓ ipsis
Romanis qui pro se pugnabant atq; aduersus Hannibalem opulenti erant potuisse
tẽpestate seuire. Si ergo tutores essent Romane felicitatis: & glorie: tã graue ab ea
crimẽ Sagũtine calamitatis auerterẽt. Nunc uero q̃ stulte credit̃: diis illis defẽsoribus
Romã uictore Hãnibale nõ perisse: q Sagũtine urbi nõ potuerũt ne pro eius ꝑiret

amicicia subuenire? Si Sagūtinoꝝ Christianus populus esset: & huiusmodi aliq̄d pro fide Euangelica pateretᷣ: quanq̄ se ipse: nec ferro nec ignibus corrupisset: sed tñ si ꝓ fide Euāgelica excidiū pateretᷣ: ea spe pateretᷣ qua in Christū crediderat: nō mercede breuissimi tēporis: sed eternitatis interminate potiretᷣ. Pro istis aūt diis q ꝓpterea coli ꝑhibentᷣ: ꝓpterea colēdi requruntᷣ: ut haꝝ labentiū atq; trāseuntiū rerū felicitas tuta sit: qd nobis defēsores & excusatores eoꝝ de Sagūtinis pereūtibus respōdebūt: nisi q̄d de illo Regulo extīcto? Hoc q̄ppe interest ꝙ ille unus hō: hec tota ciuitas: utriusq; tñ interitus causa cōseruatio fidei fuit. ꝓpter hanc. n. ad hostes & redire ille uoluit: & noluit ista transire Cōseruata ergo ꝓuocat deoꝝ irā fides. An possunt & diis ꝓpitiis perire nō solū quiq; hoīes: uerū etiā integre ciuitates? Vtrū uolūt eligāt. Si. n. fidei seruate irascuntᷣ illi dii: querāt ꝑfidos a q̄bus colantᷣ. Si aūt etiam illis ꝓpitiis multis grauibusq; cruciatibus afflicti interire hoīes: ciuitatesq; possūt: nullo fructu felicitatis coluntᷣ. Desinant igitᷣ succēsere: q sacris deoꝝ suoꝝ ꝑditis se infelices factos eē putāt. Possent. n. illis nō solū manētibus: uerū etiā fauētibus nō sicut mō de miseria murmu/rare: sed sicut tūc Regulus & Sagūtini excruciati horribiliter etiam penitus interire.

Quā ingrata fuerit Romana ciuitas Scipiōi liberatori suo: & in q̄bus moribus egerit: qñ eam Salustius optimā fuisse describit. C. xx.

PORRO inter secundum: & postremū bellū Carthaginense: qñ Salustius optimis moribus & maxima cōcordia dixit egisse Romanos: multa. n. ꝑtereo suscepti operis modū cogitās. Eodē ergo ipso tēpore morum optimoꝝ maximeq; cōcordie: Scipio ille Rome: Italieq; liberator: eiusdemq; belli Punici secūdi tam horrēdi: tam exitiosi: tā ꝑiculosi ꝑclarus: mirabilisq; cōfector: uictor Annibalis domitorq; Cartha/ginis: cuius ab adolescentia uita describitur diis dedita: templisq; nutrita: inimicorum accusatiōibus cessit: carēsq; patria: quā sua uirtute saluā & liberā reddidit: in oppido Linternensi egit reliquā cōpleuitq; uitā: post insignē suū triūphum: nullo illius urbis captus desiderio: ita ut iussisse ꝑhibeatᷣ: ne saltē mortuo in ingrata patria funus fieret. Deinde tūc ꝑ̇mum per. Gn. Malliū ꝓconsulē de Gallogrecis triūphantem: Asiatica luxuria Romā oīni hoste peior: irrepsit. Tunc. n. ꝑ̇mū lecti erati: & ꝑciosa stragula uisa ꝑhibentᷣ. Tūc inducte in cōuiuia Psaltrie & alia licentiosa neq̄cia. Sed nūc de iis malis: que intolerabiliter hoīes patiuntᷣ: nō de iis que libēter faciūt: dicere institui. Vnde illud magis q̄d de Scipione cōmemoraui: ꝙ cedēs inimicis extra patriā: quam liberauit mortuus est: ad ꝑsentē ꝑtinet disputationē: ꝙ ei Romana numina a quoꝝ tēplis auertit Hānibalē nō reddiderūt uicē: que ꝓpter istā tm̄mō coluntᷣ felicitatē. Sed quia Salustius eo tēpore ibi dixit mores optimos fuisse: ꝓpterea hec de Asiana luxuria cōmemorāda putaui: ut intelligatᷣ etiā illud a Salustio in cōparatiōe alioꝝ tēpoꝝ dictū: q̄bus tēporibus peiores utiq; in grauissimis discordiis mores fuerūt. Nam tunc id est inter secundum & postremū bellum Carthaginēse lata est etiam illa lex Voconia: ne quis heredē feminā faceret: nec unicā filiam. Qua lege q̄d iniquius dici: aut cogitari possit: ignoro. Verūtamen toto illo interuallo duum belloꝝ Punicorū tolerabilior infelicitas fuit: bellis tantūmodo foris cōterebatur exercitus: sed uictoriis cōsolabatᷣ. Domi aūt nulle sicut alias discordie seuiebant. Sed ultimo bello Punico uno impetu alterius Scipionis qui ob hoc etiā ipse Africani cognomē inuenit: emula imꝑii Romani ab stirpe deleta est. ac deiñ tantis maloꝝ aggeribus oppꝛ̄ssa Romana Respublica: ut ꝓsperitate ac securitate rerū unde nimiū corruptis moribus mala illa

congesta sunt: plus nocuisse mõstret tam cito euersa: q̃ prius nocuerat tã diu aduersa Carthago. Hoc toto tẽpore usq; ad Cesarẽ Augustũ: q uidet nõ adhuc uel ipsorum opiniõe gloriosam: sed cõtentiosã & exitiosã & plane iã eneruẽ ac lãguidã libertatẽ oĩmodo extorsisse Romanis: & ad regale arbitriũ cuncta reuocasse: & q̃si morbida uetustate collapsã ueluti instaurasse ac renouasse Rẽpublicã. Toto ergo isto tẽpore omitto ex aliis atq; aliis causis: atq; etiã bellicas clades: & Numãtinum fedus horrẽda ignominia maculosum: uolauerant .n. pulli de cauea: & Mancino Consuli ut aiunt auguriũ malũ fecerãt: q̃si per tot annos q̃bus illa exigua ciuitas Romanũ circũsessa exercitũ afflixerat: ipsiq; Romane Reipublice terrori esse iam ceperat. Alii contra eũ malo augurio ꝓcesserũt: sed hoc inquã omitto.

¶ De Mithridatis edicto: quo omnes ciues Romanos qui intra Asiã inuenirent iussit occidi. ¶ C. xxi.

QVãuis illud neq̃q̃ tacuerim: ꝙ Mithridates Rex Asie ubiq; in Asia pegrinãtes ciues Romãos: atq; innumerabili copia suis negotiis intẽtos uno die occidi iussit: & factum est. Quã illa miserabilis rerum facies erat: subito quẽquam ubicũq; fuisset inuentus: in agro: in uia: in oppido: in domo: in uico: in foro: in templo: in lecto: in cõuiuio: inopinate atq; impie fuisse trucidatũ. Quis gemitus moriẽtiũ: que lacbryme spectantiũ fortasse etiã ferientiũ fuerũt? Quã dura necessitas hospitũ: nõ solũ uidẽdi nefarias illas cedes domi sue: uerũ etiã ꝑpetrãdi: ab illa blanda comitate humanitatis repẽte mutatis uultibus: ad hostile negociũ in pace ꝑagendũ: mutuis ut ita dicã oĩno uulneribus: cum ꝑcussus in corpore: & ꝑcussor in animo feriretur. Num & isti omnes auguria contẽpserant? Num deos & domesticos & publicos cũ de sedibus suis ad illam irremeabilẽ pegrinationẽ ꝓfecti sunt: quos cõsulerent nõ habebant? Hoc si ita est: nõ habẽt cur isti in hac causa de nostris temporibus cõquerant. Olim Romani hec uana contẽnunt. Si aũt cõsuluerũt: respõdeat quid ista profuerũt: q̃n per humanas dũtaxat leges nemine ꝓhibẽte talia licuerũt.

¶ De interioribus malis: quibus Romana Respublica exagitata est: p̃cedente ꝓdigia: qđ in rabie omnium animaliũ que hominibus seruiunt: fuit. ¶ C. xxii.

SEd iã illa mala breuiter q̃tum possumus cõmemoremus: que q̃to interiora tãto miseriora exciterunt: discordie ciuiles: uel potius inciuiles: nec iam seditiones sed etiã ipsa bella urbana: ubi tãtus sanguis effusus est: ubi partiũ studia nõ cõtentionũ dissensionibus uariisq; uocibus in alterutrũ: sed plane iam ferro armisq; seuiebãt bella sotialia: bella seruilia: bella ciuilia: quantum Romanum cruorem fuderunt: quãtam Italie uastationem desertionemq; fecerunt? Nanq; anteq̃m se aduersus Romam Sotiale lacium bellum commoueret: cũcta animalia humanis usibus subdita: canes: equi: asini: boues: & queq; alia pecora sub hominũ domino fuerunt: subito efferata & domestice lenitatis oblita: relictis tectis libera uagabant: & oẽm nõ solũ alioꝝ: uerũ etiam dominoꝝ aduersabant accessum: nõ sine exitio uel periculo audentis: siquis de ꝓximo urgeret. Quod quãti mali signũ fuit? Quod si hoc signũ fuit qđ tantũ malũ fuit: q̃tum malũ fuit illud cuius hoc signum fuit? Hoc si nostris temporibus accidisset: rabidiores istos: q̃ illi sua animalia pateremur.

¶ De discordia ciuili quã Gracchoꝝ seditiões excitauerũt. ¶ C. xxiii.

INitium autē ciuiliū bellorum fuit: seditiones Gracchorum Agrariis legibus excitate. Volebāt enī agros populo diuidere: quos nobilitas pperam possidebat. Sed tā uetustā iniqtatē audere conuellere piculosissimū: immo uero ut ipa res docuit pnicio/sissimū fuit. Que funera facta sunt: cū prior Gracchus occisus ē: que etiā cū alius frater eius non lōgo interposito tēpore. neq; .n. legibus & ordine ptātū: sed turbis armorūq; conflictibus nobiles ignobilesq; necabant. Post Gracchi alterius interfectionem: L. Opimius Cōsul q aduersus eū intra urbē arma cōmouerat: eoq; cum sotiis oppsso & extincto ingētem ciuiū stragē fecerat: cū questionē haberet iā iudiciaria inqsitione ceteros psequens: tria milia hominū occidisse phibet. Ex quo intelligi potest: quantā multitudinē mortiū habere potuerit turbidus cōflictus armorū: qn tantam habuit iudiciorum: uelut examīata cognitio. Percussor Gracchi ipsius caput quātum graue erat: tanto auri pondere Consuli uēdidit. hec enim pactio cedem pcesserat. In qua etiam occisus est cū liberis. M. Fuluius Consularis.

De ede concordie ex Senatus Consulto in loco seditionum & cedium condita. C. xxiiii.

QUod Legāti sane Senatus cōsulto eo ipso loco ubi funereus tumultus ille cōmissus ē: ubi tot ciues ordinis cuiusq; ceciderūt: edes Cōcordie facta est: ut Gracchorum pene testis: & cōcionantiū oculos feriret: memoriāq; cōpungeret. Sed hoc qd aliud fuit q̄ irrisio deorum: illi dee tēplū cōstituere: que si eēt in ciuitate nō tātis dissētiōibus dilacerata corrueret? Nisi forte sceleris huius rea Cōcordia: quia deseruerat animos ciuium: meruit in illa ede: tanq̄ in carcere includi. Cur enim si rebus gestis congruere uoluerūt: nō ibi potius edē Discordie fabricarūt? An ulla ratio reddit̄ cur Cōcordia dea sit: & discordia dea nō sit: ut scd̄m Labeonis distinctionē bona sit ista: illa uero mala? Nec ipse aliud secutus uidet̄: q̄ quod aduertit Rome etiam Febri sicut Saluti templū cōstitutū. Eo igit̄ modo nō tantū Cōcordie: uerū etiā Discordie constitui debuit. Periculose itaq; Romani tā mala dea irata uiuere uoluerūt: nec Troianum excidiū recoluerūt originē ab eius offensiōe sūpsisse. Ipsa qppe quia inter deas non fuerat inuitata: triū dearū litem aurei mali suppositione cōmendata est. Vnde rixa numinū: & Venus uictrix: & rapta Helena & Troia deleta est. Quapropter si forte indignata q inter deos in urbe nullum templū habere meruit: ideo iā turbabat tātis tumultibus ciuitatē: q̄to atrocius potuit irritari: cū in loco illius cedis hoc ē in loco sui operis aduersarie sue cōstitutā edem eē uideret? Hec uana ridētibus nobis illi docti sapiētesq; stomachant̄. & tn̄ numinū bonorum malorumq; cultores: De hac questione Concordie Discordieq; non exeunt: siue pretermiserint harum dearum cultum: eisq; Febrem Bellonāq; pretulerint: quibus antiqua phana fecerūt: siue & istas coluerint: cum sic eos discedente Concordia: Discordia seuiens usq; ad ciuilia bella perduxerit.

De diuersis generibus belli: que post conditam edem Concordie sunt sequuta. C. xxv.

PRedarum uero seditiōibus obstaculum: edem Cōcordie testem cedis suppliciiq; Gracchorum cōcionātibus opponendā putarūt. Quātū ex hoc pfecerint indicāt secuta peiora. Laborarūt .n. deinceps cōtionatores nō exemplū deuitare Gracchorū: sed supare ppositū. L. Saturninus Tribunus plebis: & .C. Cesar: Seruilius ptor: & multo post. M. Drusus: quorum omnium seditiōibus cedes pmo iam tūc grauissime: deinde

sotialia bella exarserunt: qbus Italia uehementer afflicta: & ad uastitatẽ miserabilẽ desertioneq; pducta est. Bellũ deĩn seruile successit & bella ciuilia. In qbus que prelia cõmissa sunt: qd sanguinis fusũ: ut omes fere Italie gẽtes quibus Romanum maxime p̄pollebat Imperiũ: tãq̄ seua barbaries domarent̃. Iam ex paucissimis: hoc ẽ minus q̄ septuaginta gladiatoribus queadmodũ bellũ Seruile cõtractũ sit: ad q̃tum numerũ & q̄ acrẽ ferocẽq; puenerit: quos ille numerus Impatores populi Romani supauerit: quas & quõ ciuitates regiões q; uastauerit: uix q historiã cõscripserũt: satis explicare potuerunt. Neq; id solũ fuit Seruile bellũ: sed & Macedoniã prouintiã p̄us seruitia depopulata sunt: deĩn Siciliã oramq; maritimã. Quãta etiã & q̃ horrẽda cõmiserint p̄mo latrocinia: deĩn ualida bella Piratarũ: qs pro magnitudine rerũ ualeat eloqui?

De bello ciuili Mariano: atq; Syllano. C. xxvi.

Cum uero Marius ciuili sanguine iam cruentus: multis aduersarũ sibi partium peremptis: & uictus urbe profugisset: uix paululũ respirante ciuitate ut uerbis Tullianis utar: supauit postea Cinna cũ Mario. Tũ uero clarissimis uiris interfectis lumĩa ciuitatis extĩcta sunt. Vltus ẽ huius uictorie crudelitatẽ postea Sylla: nec dici qdẽ opus ẽ q̃ta diminutiõ e ciuiũ: & q̃ta calamite Reipublice. De hac.n. uidicta que pniciosior fuit: q̄ si scelera que puniebant̃: impunita relinquerent̃. Ait & Lucanus.
Excessit medicina modum. nimiumq; secuta est.
Qua morbi duxere manus. periere nocẽtes.
Sed cum iam soli possent superesse nocentes.
Tunc data libertas odiis. resolutaq; legum. Frenis ira ruit.
Illo bello Mariano atq; Syllano exceptis iis q foris in acie ceciderũt: in ipsa quoq; urbe cadaueribus uici: platee: fora: theatra: tẽpla: cõpleta sunt. ut difficile iudicarẽt qñ uictores plus funerũ ediderint: utrũ p̄us ut uincerẽt: an postea qa uicissent. Cum p̄mum uictoria Mariana qñ de exsilio se ipse restituit: exceptis passim quaquersum cedibus factis: caput Octauii Cõsulis poneret̃ in rostris: Cesar & Fimbria in domibus trucidarentur a suis: duo Crassi pater & filius in conspectu mutuo mactarentur: Bebius & Numitorius unco tracti sparsis uisceribus interirẽt. Catulus hausto ueneno se manibus inimicorum subtraheret. Merula Flamen Dialis precisis uenis Ioui etiam suo sanguĩe litaret. In ipsius aũt Marii oculis cõtinuo feriebant̃: quibus salutãtibus dexteram porrigere noluisset.

Qualis fuerit Syllana uictoria uindex Mariane crudelitatis. C. xxvii.

Syllana uero uictoria secuta huius uidelicet uindex crudelitatis: post tantum sanguinẽ ciuiũ quo fuso cõparata fuerat: finito iã bello inimicicias uiuentibus crudelius in pace crassata ẽ. Iam etiã post Marii maioris p̄stinas ac recẽtissimas cedes: addite fuerãt alie grauiores a Mario iuuene: atq; Carbone earũdẽ partiũ Marianarũ. Qui Sylla imminẽte nõ solũ uictoriã: uerũ etiã ipsã desperantes salutẽ: cuncta suis aliisq; cedibus impleuerũt. Nam p̄ter stragẽ late per diuersa diffusam: obsesso etiam Senatu: de ipsa curia tãq̄ de carcere pducebant̃ ad gladiũ. Mutius Sceuola Põtifex qm̃ nihil apud Romanos tẽplo Veste sanctius habebat̃: aram ipsã amplexus occisus est. igneq; illũ qui ppetua cura Virginũ semper ardebat: suo pene sanguine extinxit. Vrbẽ deĩn Sylla uictor intrauit. q in uilla publica nõ iã bello: sed ipsa pace seuiẽte: septẽ milia peditũ undecũq; inermia nõ pugnando: sed iubendo p̄strauerat. In urbe

aũt tota quẽ uellet Syllanus qsq; feriebat. Vnde tot funera numerari omnino non poterant: donec Sylle suggereret: sinendos esse aliquos uiuere: ut essent qbus possent impare: q uicerãt. Tunc iã cohibita que hac atq; hac passim furibũda ferebat licẽtia iugulãdi: tabula illa cũ magna gratulatiõe ꝓposita ẽ: que hominũ ex utroq; ordĩe splẽdido Equestri scilicet atq; Senatorio occidendorum ac proscribendoꝝ duo milia cõtinebat. cõtristabat numerus: sed cõsolabat̃ modus. Nec qa tot cadebant tantum erat meroris: q̃tum leticie qa ceteri nõ timebãt. Sed in qbusdã eoꝝ q mori iussi erant: etiã licet ipsa crudelis ceteroꝝ securitas genera mortiũ exqsita cõgemuit. Quẽdam. n. sine ferro laniantiũ manus diripuerũt. immanius homĩes hominẽ uiuũ: q̃ bestie solẽt disserpere cadauer abiectũ. Alius oculis effossis: & pticulatim mẽbris ãputatis: in tãtis cruciatibus diu uiuere: uel potius diu mori coactus ẽ. Subuastate sunt etiã tãq̃ uille quedã nobiles ciuitates. una uero uelut unus reus occidi iuberet̃: sic tota iussa ẽ ciuitas trucidari. Hec facta sunt in pace post bellũ. nõ ut accelerarent obtinẽda uictoria: sed ne contẽneret̃ obtẽta. Pax cũ bello de crudelitate certauit: & uicit. Illud. n. ꝓstrauit armatos: ista nudatos. bellũ erat: ut qui feriebat̃: si posset: feriret: pax autẽ nõ ut qui euaserat: uiueret: sed ut moriẽs nõ repugnaret. Que rabies exterarum gentium: que seuitia Barbaroꝝ huic de ciuibus uictorie ciuiũ cõpari põt?

¶ De cõparatiõe Gottice irruptiõis cũ eis cladibus q̃s Romãi: uel a Gallis: uel a belloꝝ ciuiliũ autoribus exceperũt. ¶ C. xxviii.

QVid Roma funestius: tetrius: amariusq; uidit? utrũ olim Galloꝝ & pauloante Gothorum irruptionem: an Marii & Sylle aliorumq; in eoꝝ partibus uirorum clarissimorũ tanq̃ suoꝝ luminũ in sua mẽbra ferocitatẽ? Galli quidẽ trucidauerunt Senatũ: quicqd eius in urbe tota ꝑter arcem capitolinã: que sola utcũq; defensa est repire potuerũt. Sed in illo colle cõstitutis auro uitã saltẽ uẽdiderũt: quã & si ferro rapere nõ possent: possent tñ obsidiõe cõsumere. Gothi uero tã multis Senatoribus pepercerũt: ut magis mirũ sit: ꝙ aliquos ꝑemerũt. At uero Sylla uiuo adhuc Mario ipm Capitoliũ: qđ a Gallis tutũ fuit: ad decernẽdas cedes uictor insedit. Et cũ fuga Marius eẽt lapsus ferocior cruẽtiorq; rediturus: iste in Capitolio per Senatus etiam cõsultũ tã multos uita: rebusq; ꝓuauit. Marianis aũt partibus Sylla absẽte qd sãctũ cui parcerẽt fuit: qñ Mucio ciui Senatori Põtifici aram ipsam ubi erãt: ut aiũt: sacra Romana miseris ambienti amplexibus non pepercerunt? Syllana porro tabula illa postrema: ut omittamus alias innumerabiles mortes: plures iugulauit Senatores q̃m Gothi uel expoliare potuerũt. Qua igitur fronte: quo corde: qua impudentia: qua insipiẽtia: uel potius amẽtia: illa uel diis suis nõ imputãt: & hec nostro imputãt xp̃o?

¶ De connexione bellorum: que aduentum Christi plurima & grauissima ꝑcesserunt. ¶ C. xxviiii.

CRudelia bella ciuilia omnibus bellis hostilibus autoribus etiam eoꝝ fatentibus amariora: qbus illa Respublica nec afflicta sed ꝑdita oĩno iudicata est: longe añ aduentũ Xp̃i exorta sunt: & sceleratarꝝ cõcathenatiõe causaꝝ a bello Mariano atq; Syllano ad bella Sertorii & Catiline: quorũ a Sylla fuerat ille proscriptus: ille nutritus: inde ad Lepidi & Catuli bellum: quoꝝ alter gesta Syllana rescindere: alter defẽdere cupiebat. iñ ad Põpeii & Cesaris: quoꝝ Põpeius sectator Sylle fuerat: eiusq; potentiã uel eq̃uerat uel iã etiã suꝑauerat. Cesar aũt Põpeii potẽtiã nõ ferebat. sed

quia nõ habebat: quã tñ illo uicto interfectoq; trãscendit. Hinc ad aliũ Cesarẽ qui post Augustus appellatus puenerunt. quo imperante natus est Xpristus. Nã & ipse Augustus cũ multis gessit bella ciuilia: & in eis etiam multi clarissimi uiri perierunt. inter quos & Cicero disertus ille artifex regẽde Reipublice. Põpeii quippe uictorem C. Cesarẽ: qui uictoriã ciuilẽ clementer exercuit: suisq; aduersariis uitã dignitatemq; donauit: tanq̃ regni appetitorẽ quorũdã nobiliũ coniuratio Senatorum uelut pro Reipublice libertate in ipsa curia trucidauit. Huius deiñ potentiam multũ moribus dispar uitiisq; oĩbus inquinatus: atq; corruptus affectare uidebatur Antonius. Cui uehemẽter pro eadẽ illa uelut patrie libertate Cicero resistebat. Tunc emerserat mirabilis indolis adolescens ille alius Cesar illius C. Cesaris filius adoptiuus: qui ut dixi postea appellatus ẽ Augustus. Huic adolescẽti Cesari ut eius potẽtia cõtra Antoniũ nutriret Cicero fauebat: sperans eũ depulsa & oppssa Antonii dñatiõe instauraturũ Reipublice libertatẽ: usq; adeo cecus atq; improuidus futurorum: ut ille ipse iuuenis cuius dignitatẽ ac potestatẽ fouebat: & eundẽ Ciceronẽ occidendũ Antonio q̃dã q̃si concordie pactione pmitteret: & ipsam libertatem Reipublice pro qua multum ille clamauerat ditioni prope subiugaret.

Quã impudenter presentia incommoda Christo imputent: q deos colere nõ sinunt: cũ tãte clades cõtra eos tẽpore quo colebant: extiterint. C. xxx.

Deos suos accusent de tantis malis: qui nostro Xpo ingrati sunt de tantis bonis. Certe qñ illa mala fiebant: calebãt are numinũ sabeo thure: sertisq; recentibus halabãt: clarebãt sacerdotia: phana renitebãt: sacrificabat: ludebat: furebat in tẽplis: qñ passim tãtus ciuiũ sanguis a ciuibus nõ modo in ceteris locis: uerũ inter ipsa quoq; deoꝝ altaria fũdebat. Nõ elegit templũ quo cõfugeret Tullius: qa frustra elegerat Mutius. Hi uero qui multo indignius insultant tẽporibus Xpristianis: aut ad loca Xpo dicatissima cõfugerunt: aut illuc eos: ut uiuerent: etiã ipi Barbari deduxerunt. Illud scio: & hoc mecũ q̃squis sine studio partiũ iudicat: facillime agnoscit: ut omittã cetera: que multa cõmemoraui: & alia multo plura: que cõmemorare longũ putaui: si humanũ genus añ bella Punica reciperet Xpianã disciplinã: & cõsequeret rerum tãta uastatio: q̃ta illis bellis Europã Africãq; cõtriuit: nullus taliũ: q̃les nũc patimur: nisi Christiane religiõi: illa mala tribueret. Multo autem minus eorum uoces tolerarent: q̃cum attinet ad Romanos: si Christiane religiõis receptionẽ & diffamationẽ: uel irruptio illa Galloꝝ: uel tyberini fluminis igniũq; illa depopulatio: uel qđ cũcta mala precedit bella ciuilia sequerentur. Mala etiam alia: que usq; adeo incredibiliter acciderunt: ut inter pdigia numerarent. si Christianis tẽporibus accidissent: quibus ea nisi Christianis hominibus tanq̃ crimina obiicerẽt? Omitto qppe illa: que magis fuerũt mira: q̃ noxa: boues locutos: infãtes nondum natos de uteris matrum quedam uerba clamasse: uolasse serpẽtes: feminas: & gallinas: & hoies in masculinũ sexũ fuisse cõuersas: & cetera huiusmodi: que in eorum libris nõ fabulosis: sed historicis seu uera siue falsa sint: nõ inferũt hominibus pniciẽ sed stuporẽ. Sed & cũ pluit terra: cũ pluit creta: cũ pluũt lapides: nõ ut grando appellari solet hoc nomine: sed oĩno uel terre uel crete uel lapidum pluuia. Hoc pfecto etiam grauiter ledere potuerũt. Legimus apud eos etneis ignibus ab ipso montis uertice usq; ad littus pximum decurrentibus: ita ferbuisse mare: ut rupes exurerent & pices nauiũ soluerent. Hoc utiq; nõ leuiter noxiũ fuit: q̃uis incredibiliter mirũ. Eodẽ rursus estu igniũ tanta ui fauille scripserũt oppletã eẽ

Siciliam: ut Catanensis urbis tecta obruta & oppssa dirueret. q̃ calamitate permoti
misericorditer eiusdẽ anni tributũ ei relaxauere Romani. Locustaꝝ etiã in Africa
multitudinẽ prodigii similẽ fuisse: cũ iã esset populi Ro. ꝓuintia: litteris mãdauerunt.
Cõsumptis. n. fructibus: foliisq; lignoꝝ: ingenti atq; inestimabili nube in mare dicũt
esse deiectã. Qua mortua redditaq; littoribus: atq; hinc aere corrupto: tãtam ortam
pestilentiã: ut in solo regno masinisse octingenta hominum milia perisse referant: &
multo amplius in terris littoribusq; ꝓximis. tunc utice ex triginta milibus uiroꝝ que
ibi erant decẽ remãsisse confirmant. Talis itaq; uanitas q̃lem patimur: eiq; respõdere
compellimur: quid hoꝝ non Christiane religoni tribueret si temporibus Christianis
uideret? Et tamen diis suis ista nõ tribuunt: quorum cultum ideo reliquerunt ne ista
uel minora patiantur: cum ea maiora pertulerint a quibus antea colebantur.

¶ Aurelii Augustini Hipponeñ Epi de Ciuitate dei. Liber quartus.
De iis que primo uolumine disputata sunt. ¶ C. primum.

DE ciuitate dei dicere exorsus ṕus rñdendum putaui eius inimicis:
qui terrena gaudia cõsectantes rebusq; fugacibus inhiãtes: qcqd
in eis triste misericordia potius admonentis dei: q̃m puniendis
seueritate patiunt: religioni increpitant Christiane: que una est
salubris & uera religio. Et qm̃ cũ sit in eis etiã uulgus indoctum:
uelut doctoꝝ autoritate in odium nostrum grauius irritantur.
existimãtibus impitis: ea que suis tẽporibus insolite acciderunt:
per alia retro tẽpora accidere non solere. eoꝝq; opinionẽ etiã iis qui eam falsam esse
nouerũt: ut aduersum nos iusta murmura habere uideant: sue sciẽtie dissimulatione
firmãtibus: de libris quos autores eoꝝ ad cognoscendã preteritoꝝ tẽporum historiam
memorie mandauerũt: lõge aliter esse: q̃ putãt: demõstrandũ fuit: & simul docendum
deos falsos: quos uel palã colebãt: uel occulte adhuc colũt: eos eẽ immũdissimos spũs:
& malignissimos: ac fallacissimos demões: usq; adeo ut aut ueris: aut fictis etiã suis tñ
criminibus delectentur: que sibi celebrari per sua festa uoluerunt: ut a perpetrandis
dãnabilibus factis humana reuocari nõ possit infirmitas: dum ad hec imitãda uelut
diuina ṕbet autoritas. Hec nõ ex nostra cõiectura ꝓbauimus: sed partim ex recẽti
memoria: quia & ipsi uidimus talia: ac talibus numinibus exhiberi: partim ex litteris
eoꝝ: q nõ tanq̃ in cõtumeliã: sed tanq̃ in honorẽ deoꝝ suoꝝ ista conscripta posteris
reliquerũt. ita ut uir doctissimus apud eos Varro & grauissime autoritatis: tã rerum
humanaꝝ: atq; diuinarũ dispartitos faceret libros: alios humanis: alios diuinis: pro sua
cuiusq; rei dignitate distribuẽs: nõ saltẽ in rebus humanis: sed in rebus diuinis poneret
ludos scenicos: cũ utiq; si tm̃mõ boni: & honesti homĩes in ciuitate eẽnt: nec in rebus
humanis ludi scenici eẽ debuissent. Quod ꝑfecto non autoritate sua fecit: sed qm̃ eos
rome natus: & educatus: in diuinis rebus inuenit. Et qm̃ in fine ṕmi libri: que deicceps
dicenda essent: breuiter posuimus: & ex his quedã in duobus consequẽtibus diximus:
expectatiõi legẽtiũ que restãt reddẽda cognoscimus.

¶ De iis que libro secundo & tertio continentur. ¶ C. ii.

PRomiseramus ergo quedã nos eẽ dicturos aduersus eos: q Romãe Reipublice
clades in religionẽ nostram referũt: & cõmemoraturos quecũq; & quãtacunq;
occurrere potuissent: uel satis esse uiderent mala: que illa ciuitas pertulit: uel ad eius

imperiū ꝓuintie ptinētes: anteq̄ eoꝝ sacrificia ꝓhibita fuissent. Que oīa ꝓculdubio nobis tribuerent: si iā uel illis nostra clareret religio: uel ita eos a sacris sacrilegis ꝓhi/beret. Hec & secūdo & tertio libro satis q̄tū existimo absoluimus. in secūdo agentes de malis moꝝ: que mala uel sola uel maxima deputāda sunt. In tertio aūt libro de iis malis: que stulti sola ꝑpeti exhorrēt: corporis uidelicet externaꝝq; rerū: que plerūq; patiunē & boni. Illa uero mala: nō dico patiēter: sed libēter habēt qbus ipsi fiūt mali. Et q̄ pauca dixi de sola ipsa ciuitate: atq; eius impio: nec inde omnia usq; ad Cesarem Augustū. Quod si cōmemorare uoluissem: & exaggerare illa mala que nō sibi inuicē homines faciūt: sicut sunt uastatiōes: euersiōesq; bellātiū: sed ex ipsius mūdi elemētis terrenis accidunt rebus: que uno loco Apuleius breuiter stringit: in eo libro quem de mūdo scripsit: terrena oīa dicēs mutatiōes: euersiōes & intētiōes: & remissiōes habere. Nāq; immodicis tremoribus terraꝝ ut uerbis eius utar: dissiluisse humū: & interceptas urbes cū populis dicit. abruptis etiā hymbribus ꝓlutas totas esse regiōes: illas etiā que ṗus fuerāt cōtinentes hospitibus atq; aduenis fluctibus insulatas. aliasq; desidia maris pedestri accessu peruias factas. uētis ac ꝓcellis euersas eē ciuitates. incēdia de nubibus emicuisse: qbus oriētis regiōes conflagrate perierūt: & in occidētis plagis scaturigines quasdam ac ꝓluuiones easdem strages dedisse. Sic ex etne uerticibus quondam effusis crateribus diuini incendii per decliuia torrētis uice flāmarū flumīa cucurrisse. Si hec atq; huiusmodi que habet historia unde possem: colligere uoluissem: qn̄ finissem: que illis tēporibus euenerūt: anteq̄ Xp̄i nomen illa istorū uana: & uere saluti perniciosa cōprimeret? Promiserā me etiā demōstraturū: quos eoꝝ mores: & quā ob causā deus uerus ad augendū impiū adiuuare dignatus ē: in cuius ptāte sunt regna oīa: q̄q; eos nihil adiuuerīt hi: quos deo putāt: & potius q̄tū decipiēdo & fallēdo nocuerīt: unde nunc mihi uideo esse dicendū & magis de incremētis impii Romani. Nam de noxia fallacia demonū: quos uelut deos colebāt: q̄tum maloꝝ inuexerit moribus eorum: in secūdo maxime libro nō pauca iā dicta sunt. Per omēs aūt absolutos tres libros: ubi opportunū uisum ē cōmendauimus etiā in ipsis bellicis malis: q̄tum solatioꝝ deus per Xp̄i nomē cui tantū honoris Barbari detulerūt p̄ter bellorum morē: bonis malisq; cōtulerit: quō q facit solē suū oriri sup bonos & malos: & pluit sup iustos & iniustos. Iam itaq; uideamus quale sit ꝙ tantā latitudinem ac diuturnitatem impii Romani illis diis audent tribuere quos etiā per turpium ludorū obsequia: & per turpiū hominū ministeria se honeste coluisse contendunt.

¶ An altitudo imperii: que nō nisi bellis acqritur: in bono siue sapientiū habenda sit: siue felicium. ¶ C. III.

QVanq̄ prius uellem paululū inqrere: que sit ratio: que prudentia: cū hominum felicitatē nō possis ostendere semper in bellicis cladibus & in sanguine ciuili uel hostili cū humano & cū tenebroso timore & cruenta cupiditate uersantiū: ut uitrea leticia eoꝝ cōparetur: fragiliter splēdida: cui timeatē horribilius ne repēte frangatur: de imperii magnitudine ac latitudine uelle gloriari. Hoc ut facilius diiudicetur non uanescamus inani uentositate iactati: atq; obtundamus intentionis aciem altisonis uocabulis rerū: cū audimus populos: regna: ꝓuintias. sed duos constituamus homines Nam singulus quisq; homo: ut in sermone una littera: ita q̄si elemētum est ciuitatis & regni q̄talibet terrarū occupatione latissimi. Quoꝝ duoꝝ hominū pauperē unū uel potius mediocrē: alterū prediuitē cogitemus. sed diuitē timoribus anxium: meroribus tabescentē: cupiditate flagrantē: nunq̄ securū semper inquietū: perpetuis inimiciciaꝝ

contentionibus anhelantē: augentem sane his miseriis patrimoniū suū in immensum modū: atq; illis augmentis curas quoq; amarissimas aggregantē. Mediocrē uero illum re familiari: parua atq; succincta sibi sufficientē: carissimū suis cognatis: uicinis: amicis dulcissima pace gaudentē: pietate religiosū: benignū mēte: sanū corpore: uita parcū: moribus castū: cōsciētia securū. Nescio utrū quis q̄ ita desipiat: ut audeat dubitare quē pferat. Vt ergo in his duobus hominibus: ita in duabus familiis: ita in duobus populis: ita in duobus regnis regula sequit̄ eq̄tatis. Qua uigilāter adhibita: si nostra intentio corrigat̄ facillime uidebimus: ubi habitet uanitas: & ubi felicitas. Quapropter si uerus deus colat̄: eiq; sacris ueracibus & bonis moribus seruiat̄: utile est ut boni longe lateq; diu regnēt. Neq; hoc tā ipsis: q̄ illis utile est: q̄bus regnāt. Nā q̄tum ad ipsos ptinet: pietas & pbitas eoꝝ: que magna dei dona sunt: sufficit eis ad uerā felicitatē: q̄ & ista uita bn̄ agat̄: & postea pcipiat̄ eterna. In hac ergo terra regnū bonoꝝ nō tam illis pstat̄ q̄ rebus humanis. Maloꝝ uero regnū magis regnātibus nocet: qui suos animos uastāt scelerū maiore licētia: iis aūt q eis seruiēdo subdunt̄: nō nocet nisi iniq̄tas ppa. Nā iustis q̄cq̄d maloꝝ ab iniquis dominis irrogat̄: non est pena criminis: sed uirtutis examē. Proinde bonus si seruiat: liber est: malus aūt etiam si regnet: seruus est. Nec unius hominis: sed quod est grauius tot dominorū quot uicioꝝ. de quibus uiciis cum ageret scriptura diuina: a quo enim quis inquit deuictus ē huic & seruus addictus est.

Quam similia sint latrociniis Regna absq; Iusticia. C. IIII.

REmota itaq; iusticia: q̄d sunt regna nisi magna latrocinia? Quia & latrocinia q̄d sunt: nisi parua regna? Manus etenī ipsa hominū cū impio pncipis regit̄: pacto societatis astringit̄: placiti lege preda diuidit̄. Hoc malū si in tantū perditoꝝ hominū accessibus crescit: ut & loca teneat: sedes cōstituat: ciuitates occupet: populos subiuget: euidētius regni nomē assumit. Quod eis iā in manifesto cōfert nō attēptata cupiditas: sed addita impunitas. Eleganter enim & ueraciter Alexandro illi Magno: quidam cōprehensus pirata respondit. Nam cū idem Rex hominē interrogasset: q̄d ei uideret̄ ut mare haberet infestū: ille libera cōtumacia q̄d tibi inq̄t ut orbē terraꝝ. Sed q̄a id ego exiguo nauigio facio: latro uocor: quia tu magna classe: imperator.

De fugitiuis gladiatoribus quoꝝ potētia similis fuerit regie dignitati. C. V.

PRoinde omitto querere q̄les Romulus cōgregauerit: q̄m multū eis cōsultū est: ut ex illa uita dato sibi cōsortio ciuitatis penas debitas cogitare desisterēt: q̄rum metus eos in maiora facinora ppellebat: ut deinceps pacatiores essent rebus humanis. Hoc dico q ipm Romanū Imperiū iam magnū multis gentibus subiugatis: ceterisq; terribile: acerbe sensit: grauiter timuit: non paruo negocio deuitande ingentis cladis oppssum: qn̄ paucissimi gladiatores in cāpania de ludo fugientes exercitū magnum cōpararūt. tres duces habuerūt. Italiā latissime & crudelissime uastauerūt. Dicāt quis istos deus adiuuerit: ut ex paruo & ex cōtēptibili latrocinio puenirēt ad regnū: tātis iā Romāis uiribus artibusq; metuendū. An q̄a nō diu fuerūt ideo diuinitus negabūt̄ adiuti. q̄si uero ipsa cuiuslibet homīs uita diuturna sit? Isto ergo pacto neminē dii adiuuāt ad regnandū: q̄m singuli quiq; cito moriunt̄. Nec bn̄ficiū deputandū ē: q̄d exiguo tempore in unoquoq; homine: ac per hoc sigillatim utiq; in omnibus: uice uaporis euanescit. Quid. n. interest eoꝝ qui sub Romulo deos coluerūt: & olim sunt

mortui: q post eo⁊ morte Romanū tantū creuit Impiū: cū illi apud inferos causas suas agāt? Utrum bonas: an malas: ad rem presentē nō pertinet. Hoc aūt de oībus intelligēdū ē: q per ipm Impium q̄uis decedētibus: succedētibusq; mortalibus in lōga spatia ꝓtendat: paucis diebus uite sue cursim raptimq; trāsierūt: actuū suo⁊ sarcinas baiulātes. Sin uero etiā ipsa breuissimi tēporis bñficia deo⁊ adiutorio tribuēda sunt: nō parū adiuti sunt illi gladiatores. q seruilis cōditionis uincula ruperunt: fugerunt: euaserūt: exercitū magnū & fortissimū collegerūt: obediētes regum suorum consiliis & iussis: multū romane celsitudini metuēdi: & aliquot romanis imꝑatoribus insupa/biles: multa ceperūt: potiti sunt uictoriis plurimis: usi uoluptatibus q̄bus uoluerunt: q̄d suggessit libido fecerūt: postremo donec uincerentur q̄d difficillime est factum: sublimes regnātesq; uixerūt. Sed ad maiora ueniamus.

De cupiditate Nini Regis: qui ut latius dominaret̄ primus intulit bella finitimis. C. VI.

IUstinus q Grecā uel potius ꝑegrinā Trogū Pōpeiū secutus est: nō latine tantū sicut ille: uerū etiā breuiter scⁱpsit historiā. opus libro⁊ suo⁊ sic incipit. Pricipio re⁊: gentiū: nationūq; imperiū penes Reges erat: quos ad fastigiū huius maiestatis nō ābitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio ꝓuehebat. populi nullis legibus tenebant̄. arbitria principū pro legibus erāt. fines impii tueri: magis q̄ ꝓferre mos erat. Intra suā cuiq; patriā regna finiebant̄. Primus omniū Ninus Rex Assyriorū: ueterē & quasi auitū gētibus morē: noua Imperii cupiditate mutauit. hic ꝑmus intulit bella finitimis: & rudes adhuc ad resistendū populos ad terminos usq; lybie ꝑdomuit. Et paulopost. Ninus inq̄t magnitudinē quesite dñationis cōtinua possessione firmauit. Domitis ergo ꝓximis cū accessione uiriū fortior ad alios transiret: & proxima queq; uictoria instrumentū sequētis eēt: totius orientis populos subegit. Qualibet aūt fide rerū: uel iste uel Trogus scⁱpserit: nā quedā illos fuisse mētitos: & alie fideliores littere ostendūt: cōstat tñ & inter alios scⁱptores regnū Assyrio⁊ a Nino Rege fuisse longe lateq; porrectū. Tam diu aūt ꝑseuerauit: ut Romanū nondū sit eius etatis. Nā sicut scribūt q Chronicā historiā ꝓsecuti sunt: mille ducētos & q̄draginta annos ab anno ꝑmo quo Ninus regnare cepit permansit hoc regnum: donec transferret̄ ad Medos. Inferre autem bella finitimis & inde in cetera ꝓcedere: ac populos sibi non molestos: sola Regni cupiditate cōterere & subdere: q̄d aliud q̄ grāde latrociniū nominādū ē?

An Regna terrena inter ꝓfectus suos atq; defectus deo⁊ uel iuuentur: uel deserantur auxilio. C. VII.

SI nullo deo⁊ adiutorio tā magnū hoc Regnū & ꝓlixū fuit: q̄re diis Romāis tribuit̄ Romanū Regnū: locis amplū: tēporibusq; diuturnū? Quecūq; .n. causa est illa: eadē est etiā ista. Si aūt & illud deo⁊ adiutorio tribuendū esse cōtendunt: quero quo⁊. Nō .n. alie gētes q̄s Ninus domuit: & subegit: alios tūc colebāt deos. Aut si proprios habuerūt Assyrii q̄si peritiores fabros impii cōstruēdi atq; seruādi: nunq̄d nā mortui sūt: q̄n & ipsi impiū perdiderūt? Aut mercede nō sibi reddita: uel alia maiore ꝓmissa: ad Medos trāsire maluerūt: atq; inde rursus ad Persas Cyro inuitāte: & aliq̄d cōmodius pollicēte? Que gens nō angustis oriētis finibus post Alexādri Macedonis Regnū magnū locis: sed breuissimū tēpore in suo Regno adhuc usq; ꝑdurat. Hoc si ita est: aut infideles dii sunt: qui suos deserūt: & ad hostes transeūt: q̄d nec homo fecit

Camillus: qñ uictor & expugnator aduersissime ciuitatis: Romam cui uicerat: sensit
ingratã: quã tñ postea oblitus iniurie: memor patrie: a Gallis iterũ liberauit: aut nõ
ita fortes sunt: ut deos esse fortes decet: q possunt humanis uel cõsiliis uel uiribus uici.
Aut si cũ inter se belligerant: nõ dii ab hominibus sed dii ab aliis diis forte uincunt: q
sunt q̃rumcũq; ꝓpriι ciuitatũ. Habent ergo & ipsi inter se inimicicias. q̃s pro sua q̃sq;
parte ꝓ͛sus suscipiũt. Non itaq; deos suos ulla debuit colere ciuitas: magis q̃ alios a
qbus adiuuarent̃ sui. Postremo quoquõ se habeat deoꝝ iste uel trãsitus uel fuga: uel
migratio: uel in pugna defectio: nondũ illis temporibus atq; in illis terrarũ partibus
Xp̃i nomen fuerat ꝑdicatum: qñ illa Regna per ingentes bellicas clades amissa atq;
translata sunt. Nam si post mille ducẽtos & q̃dragintα annos qñ regnum ab Assyriis
ablatũ ẽ: iã ibi Xp̃iana religio aliud Regnũ ꝑdicaret eternũ: & deoꝝ falsoꝝ cultus
sacrilegos inhiberet: qd aliud gẽtis illius uani homĩes dicerent: nisi regnũ qd̃ tam diu
cõseruatũ ẽ: nulla alia causa nisi suis religiõibus desertis: & illa recepta ꝑire potuisse?
In qua uoce uanitatis: que poterat eẽ: & isti attendãt speculũ suũ: & similia cõquerĩ
si ullus in eis pudor ẽ: erubescãt. Quãq̃ romanũ imperiũ afflictũ ẽ potius: q̃ mutatũ:
quod & aliis ante Xp̃i nomẽ temporibus ei cõtigit: & ab illa est afflictione recreatũ.
quod nec istis temporibus sperandum est. Quis enim de hac re nouit uolũtatem dei?

¶ Quorum deorum presidio: putant Romani Imperium suum auctum: atq; seruatum: cum singulis uix singularum rerum tuitionem committendam esse crediderunt. ¶ C. VIII.

DEinde queramus si placet: ex tanta deorũ turba quã Romani colebant: quem
potissimũ uel quos deos credãt illud imperiũ dilatasse atq; seruasse. Neq; enĩ in
hoc tã preclaro opere & tante plenissimo dignitatis: audẽt aliquas partes sub nomine
deorũ: uel dearũ dee Cloacine tribuere: aut Volupie que a uoluptate appellata est:
aut Libẽtine cui nomẽ est a libidine: aut Vagitano qui infantũ uagitibus ꝑsidet: aut
Cunine que cunas eorum administrat. Quando autem possunt uno loco libri huius
cõmemorari oĩa noĩa deoꝝ: aut deaꝝ: que illi grãdibus uoluminibus uix cõprehẽdere
potuerũt: singulis rebus ꝓpria dispertiẽtes officia numinũ? Nec agrorum munus uni
alicui deo cõmittendũ arbitrati sũt. sed rura dee Rusine: iuga montiũ deo Iugatino:
collibus deã Collatinã: uallibus Valloniam ꝑfecerunt. Nec sal tem potuerunt unam
Segetiã talẽ inuenire: cui semel segetes cõmendarẽt: sed sata frumẽta q̃diu sub terra
essent: ꝑpositã uoluerũt habere deã Seiã. Cũ uero iã eẽnt sup terrã & segetẽ facerẽt
deã Segetiã: frumentis uero collectis atq; recõditis: ut tuto seruarent̃ deã Tutilinam
preposuerũt. cui nõ sufficere uideret̃ illa Segetia: q̃diu seges ab initiis herbidis usq; ad
aristas aridas perueniret. Nõ tñ satis fuit hominibus deoꝝ multitudinẽ amantibus: ut
anima misera demonioꝝ turbe ꝓstitueret̃: unius dei ueri castũ dedignata cõplexum.
Prefecerũt ergo Proserpinã frumẽtis germinãtibus: geniculis nodisq; culmorũ deum
Nodotũ: inuolumẽtis folliculoꝝ deã Volutinã: cum folliculi patescũt ut spica exeat
deã Patelenã: cũ segetes nouis aristis equant̃ qa ueteres eq̃re hostire dixerunt: deam
Hostilinã: florẽtibus frumẽtis deã Floram: lactescentibus deã Lacturciã: maturescentibus deã Maturam. Cũ runcant̃ id ẽ a terra auferunt̃ deã Runcinã. Nec oĩa
cõmemoro. quia me piget: quod illos nõ pudet. Hec autem paucissima ideo dixi: ut
intelligeret̃ nullo modo eos dicere audere ista numina imperium cõstituisse: auxisse:
cõseruasse Romanum: que ita suis queq; adhibebant̃ officiis: ut nihil uniuersum uni

alicui crederetur. Quando ergo Segetia curaret Imperium: cui curam gerere simul & segetibus & arboribus nõ licebat? Quãdo de armis Cunina cogitaret: cuius ꝓpositura puuloꝝ cunas non ꝑmittebat excedere? Quãdo Nodotus adiuuaret in bello: q nec ad folliculum spice sed tm̃ ad nodum geniculi ꝑtinebat? Vnusquisq; domui sue ponit hostiariũ. & qa homo est omnino nõ sufficit: tres deos isti posuerũt. Forculũ foribus: Cardeam cardini: Limẽtinũ limini. Ita nõ poterat Forculus simul fores & cardinem limenq; seruare. Omissa igiť turba ista minutorum deorũ: uel aliquãtum intermissa: offitia maioꝝ deorum debemus inquirere: quo Roma tam magna est facta: ut tam diu tot gentibus imperaret.

¶ An Impii Romani amplitudo & diuturnitas Ioui fuerit ascribẽda: quem summum deum cultores ipsius opinantur. ¶ C. VIIII.

SI mirũ ergo Iouis hoc opus est. Ipm̃. n. deoꝝ omnium dearũq; Regẽ uolunt. hoc eius indicat sceptrum: hoc in alto colle capitoliũ. De isto deo q̃uis a poeta dictũ cõuenietissime predicať. Iouis om̃ia plena. Hũc Varro credit etiã ab his coli: qui unũ deũ solũ sine simulacro colũt: sed alio noĩe nũcupari. Quod si ita est: cur tã male tractatus ẽ Rome: sicut quidã & in ceteris gẽtibus ut ei fieret simulacrũ: qđ ipsi etiã Varroni ita displicet: ut cũ tãte ciuitatis ꝑuersa cõsuetudine premereť: nequaq̃ tm̃ dicere & scribere dubitaret: ꝙ ii qui populis instituerunt simulacra: & metũ dẽpserũt. & errorem addiderunt.

¶ Quas opiniones sequuti sunt qui diuersos deos diuersis mundi partibus prefecerunt. ¶ C. X.

CVr illi etiã Iuno uxor adiũgiť: que dicať soror & cõiunx? Quia Iouẽ inqunt in ethere accipimus: in aere Iunonẽ. Et hec duo elemẽta cõiuncta sunt: alterũ superius alterũ inferius. Nõ est ergo ille de quo dictũ est Iouis om̃ia plena: si aliquã partẽ implet & Iuno. An uterq; utrũq; implet: & ambo isti cõiuges & in duobus isti elemẽtis & in singulis simul sunt? Cur ergo ether dať Ioui: aer Iunoni? Postremo ipsi duo satis essent. Quid est ꝙ mare Neptũno tribuiť: terra Plutoni? Et ne ipsi quoq; sine cõiugibus remanerẽt: addiť Neptũno Salacia: Plutoni Proserpina. Nam sicut inferiorẽ celi partẽ id ẽ aerẽ inquiũt Iuno tenet: ita inferiorẽ maris Salacia: & terre inferiorẽ Proserpina. Querũt queãdmodũ sarciãt fabulas nec inueniũt. Si. n. hec ita essent: tria potius elemẽta mũdi esse nõ q̃ttuor eoꝝ ueteres ꝓderent: ut singula deorũ cõiugia diuiderenť singulis elemẽtis. Nunc uero om̃i modo affirmauerunt aliud esse etherẽ: aliud aerẽ: aliud terram. Aqua uero siue supior siue inferior utiq; aqua est: puta qa dissimilis. nunqd in tm̃ ut aqua nõ sit? Et inferior terra: quid aliud põt esse q̃ terra: q̃talibet diuersitate distincta? Deinde ecce iam totus in his quattuor uel tribus elemẽtis corporeus cõpletus est mundus. Minerua ubi erit: qd tenebit: quid implebit? Simul. n. cũ his in capitolio cõstituta est: cũ ista filia nõ sit amborum. Aut si etheris partẽ superiorẽ Mineruam tenere dicũt: & hac occasione fingere poetas ꝙ de Iouis capite nata sit: cur nõ ergo ipsa potius deoꝝ Regina deputať ꝙ sit Ioue superior? An qa indignũ erat ꝓponere patri filiã: cur nõ de Ioue ipso erga Saturnum iusticia ista seruata est? An qa uictus est? Ergo pugnarũt? Absit inqunt. fabularũ est ista garrulitas. Ecce fabulis nõ credať: & de his sentianť meliora. Cur ergo non data est patri Iouis & si nõ sublimior eq̃lis certe sedes honoris? Quia Saturnus inqunt tẽporis longitudo est. Tempus igiť colũt: qui Saturnũ colũt. & rex deoꝝ Iupiter insinuať

natus ex tẽpore. Quid enim indignũ dicitur cum Iupiter & Iuno nati dicuntur ex tempore: si celum est ille & illa terra: cum facta sint utiq; celi & terra? Nã hoc quoq; in libris suis habent eorũ docti atq; sapientes. Neq; de figmentis poeticis: sed de phi/losophorum libris a Virgilio dictum est.

Tum pater omnipotens fecundis hymbribus ether.
Coniugis in gremium lete descendit

Id est in gremiũ telluris: aut terre. Quia & hic aliq̃s differentias uolũt esse: atq; in ipsa terra aliud Terram aliud Tellurẽ: aliud Tellumonẽ putãt. Et omes hos deos habent suis nominibus appellatos: suis officiis distĩctos: suis aris sacrisq; ueneratos. Eandẽ terrã etiã matrẽ deoꝝ uocãt: ut iã poete tolerabiliora cõfingãt: si scd̃m istoꝝ nõ poeticos sed sacroꝝ libros nõ solũ Iuno soror & cõiunx: sed etiã mater ẽ Iouis: eandẽ terram Cererẽ: eandẽ etiã Vestã colũt: cũ tñ sepius Vestã nõ nisi ignẽ esse ꝓhibeãt ꝑtinentẽ ad focos: sine quibus ciuitas esse nõ põt. Et ideo illi uirgines solere seruire: ꝙ sicut ex uirgine ita nihil ex igne nascat̃. Quã totã uanitatẽ aboleri & extingui utiq; ab illo oportuit: q est natus ex uirgine. Quis enim ferat ꝙ cũ tantũ honoris & q̃si castitatis igni tribuerint: aliqñ: Vestã nõ erubescũt etiã Venerẽ dicere: ut uanescat in ancillis eius honorata uirginitas? Si enim Vesta Venus esset: quõ ei rite uirgines a uenereis opibus abstinẽdo seruirẽt? An Veneres due sunt. una uirgo altera mulier? An potius tres: una uirginũ que etiã Vesta est: alia coniugatarum: alia meretricum? Cui etiam Phoenices donũ dabãt de ꝓstitutiõe filiarũ: anteq̃ iungerent eas uiris. Que illarum matrona est Vulcani? Nõ utiq; uirgo qm̃ habet maritũ. Absit autẽ ut meretrix: ne filio Iunõis & coopario Minerue facere uideamur iniuriã. Ergo hec ad cõiugatas intelligit̃ ꝑtinere. sed eã nolumus imitent̃ in eo qd̃ fecit illa cũ Marte. Rursus inquĩt ad fabulas redis. Que ista iusticia ẽ: nobis succensere ꝙ talia dicimus de diis eoꝝ: & sibi nõ succensere q hec in theatris libentissime expectãt crimina deoꝝ suoꝝ? Et ꝙ esset incredibile: nisi cõtestatissime probaretur hec ipsa theatrica crimina deorũ suoꝝ in honorẽ instituta esse eorũdem deoꝝ.

¶ De multis diis: quos doctores paganorum unum eundemq; Iouem esse contendũt. ¶ C. xii.

QVotquot libet igit̃ philosophicis rationibus & disputatiõibus asserant. Modo sit Iupiter corporei huius mũdi animus: q uniuersã istã molẽ ex q̃ttuor uel quot eis placet elemẽtis cõstructã atq; cõpactã implet & mouet: mõ iñ suas partes sorori & fratribus cedat. Modo sit ether ut aerẽ Iunonẽ subter fusam desuper amplectat̃: modo totũ simul cũ aere sit ipse celũ: terrã uero tanq̃ cõiugẽ eandẽq; matrẽ: q̃a hoc in diuinis turpe nõ est: fecũdis hymbribus & seminibus fetet. Modo aũt: ne sit necesse per cuncta discurrere: deus unus de quo multi a poeta nobilissimo dictum putant?

Deum nanq; ire per omnes
Terrasq; tractusq; maris celumq; profundum.

Ipse in ethere sit Iupiter. ipse in aere Iuno. Ipse in mari Neptunnus: in inferioribus etiã maris ipse Salacia: & in terra Pluto: in terra inferiore Proserpina. In focis do/mesticis Vesta: in fabrorum fornace Vulcanus: in sideribus sol & luna & stelle. In diuinãtib9 Apollo: Mercurius in marce: in Iano Iniciator: in Termino Terminator: Saturnus in tempore: Mars & Bellona in bellis: Liber in uineis: Ceres in frumentis: Diana in siluis: Minerua in ingeniis. Ipse sit postremo etiã in illa turba q̃si plebeioꝝ deorũ. Ipse ꝑsit nomĩe Liberi uirorũ seminibus: & nomine Libere feminarũ. Ipse sit

Dieſpiter qui partũ ꝓducat ad diẽ. Ipſe dea Mena quã ꝑfecerũt mẽſtruiſ feminarũ. Ipſe Lucina que a parturiẽtibuſ inuocet̃. Ipſe opẽ ferat naſcẽtibuſ excipiẽſ eoſ ſinu terre & uocet̃ Opſ. Ipſe in uagitu oſ aperiat & uocet̃ deuſ Vagitanuſ. Ipſe leuet de terra & uocet̃ dea Leuana. Ipſe cunaſ tueat̃ & uocet̃ dea Cunina. Non ſit aliuſ ſed ipſe in deabuſ illiſ que fata naſcẽtibuſ canunt & uocantur Carmẽteſ. preſit fortuitiſ uocet̃q; Fortuna. In diua Rumina mãmam puulo immulgeat: qa rumã dixerunt uetereſ mãmam. In diua potina potionẽ miniſtret. In diua edulica eſcã prebeat. De pauore infãtũ Pauẽtia nũcupet̃. De ſpe que uenit Venilia. De uoluptate Volupia. De actu Agenoria. De ſtimuliſ qbuſ ad nimiũ actum homo impellitur dea Stimula nominet̃. Strenua dea ſit: ſtrenuũ faciẽdo. Numeria que numerare doceat. Camena que canere. Ipſe ſit & deuſ Conſuſ ꝑbendo cõſilia: & dea Sentia ſentẽtiaſ inſpirando. Ipſe dea Iuuẽtaſ: que poſt ꝑtextã excipiat iuuenilis etatiſ exordia. Ipſe ſit Fortũa barbata que adultoſ barba induit: quoſ honorare uoluerit: ut hoc q̃lecũq; numẽ ſaltẽ maſculũ deũ: uel a barba Barbatũ ſicut a nodiſ Nodotũ. uel certe non Fortunã: ſed quia barbaſ habet Fortuniũ nominarent. Ipſe in Iugatino deo cõiugeſ iũgat: & cũ uirgini uxori zona ſoluit̃ ipſe inuocet̃ ſiue uirtuteſ eiuſ: & dea uirginẽſiſ uocet̃. Ipſe ſit Motunuſ uel Tutinuſ: q eſt apud Grecoſ Priapuſ ſi nõ pudet: Hec oĩa que dixi: & quecũq; nõ dixi: nõ enim oĩa dicẽda arbitratuſ ſum: hi omneſ dii: deeq; ſit unuſ Iupiter: ſiue ſint ut qdam uolũt oĩa iſta parteſ eiuſ ſiue uirtuteſ eiuſ: ſicut eiſ uidetur qbuſ eũ placet eẽ mũdi animũ. Que ſententia uelut magnoꝝ multoꝝq; doctoꝝ eſt. Hec ſi ita ſunt: qđ q̃le ſit nondũ interim quero. quid perderent ſi unũ deum colerent prudẽtiore cõpendio? Quid. n. eiuſ contẽneret̃ cũ ipſe coleret̃? Si aũt metuendũ fuit ne pretermiſſe ſiue neglecte parteſ eiuſ iraſcerentur: nõ ergo ut uolunt uelut uniuſ animãtiſ hec tota uita ẽ: que oĩeſ cõtinet deoſ: q̃ſi ſuaſ uirtuteſ uel mẽbra uel parteſ: ſed ſuã queq; parſ habet uitam a ceteriſ ſeparatã: ſi ꝑter alterã iraſci altera põt: & alia placari alia cõcitari. Si aũt dicit̃ oĩeſ ſimul id eſt totũ ipm Iouẽ potuiſſe offendi: ſi parteſ eiuſ nõ etiam ſigillatim minutatimq; colerent̃: ſtulte dicit̃. Nulla qppe earum ꝑtermitteret̃ cũ ipſe unuſ: q haberet oĩa: coleretur. Nã ut alia omittam: que ſunt innumerabilia: cũ dicũt oĩa ſidera parteſ Iouiſ eſſe: & oĩa uiuere atq; rationaleſ animaſ habere: & ideo ſine cõtrouerſia deoſ eẽ: nõ uidẽt q̃ multoſ nõ colãt: q̃ multiſ edeſ nõ cõſtruãt: araſ nõ ſtatuãt: q̃ſ tñ pauciſſimiſ ſiderũ ſtatuẽdaſ eẽ putauerunt & ſigillatim ſacrificandũ. Si igit̃ iraſcunt̃: q nõ ſigillatim colunt̃: nõ metuunt pauciſ placatiſ toto celo irato uiuere. Si aũt ſtellaſ oĩeſ ideo colũt quia in Ioue ſunt: quem colũt: iſto cõpendio poſſent in illo uno oĩbuſ ſupplicare. Sic. n. nemo iraſceret̃: cũ in illo uno omnibuſ ſupplicaretur: nemo contemneretur: potiuſ q̃ cultiſ quibuſdam iuſta iraſcendi cauſa illiſ qui ꝑtermiſſi eſſent multo numeroſioribuſ ꝑberet̃. ꝑſertim cum eiſ de ſuperna ſede fulgentibuſ: turpi nuditate diſtentuſ preponeret̃ & Priapuſ.

De opinione eorum qui deum animam mundi: & mundũ corpuſ dei eſſe putauerunt. C. xii.

QVod & illud nõ debet mouere acutoſ homĩeſ uel q̃leſcũq; homineſ. Nõ. n. ad hoc ingenii opuſ eſt excellentia: ut depoſito ſtudio cõtentiõiſ attẽdãt: ſi mũdi animuſ deuſ eſt: eiq; animo mũduſ ut corpuſ ẽ: ut ſit unũ animal cõſtãſ ex animo & corpore: atq; iſte deuſ eſt ſinuſ quidã nature in ſeipſo cõtinẽſ oĩa: ut ex ipſiuſ aĩma qua uiuificat̃ tota iſta moleſ: uite atq; anime cũctoꝝ uiuentiũ pro cuiuſq; naſcentiſ

sorte sumant: nihil omnino remanere pōt: qđ nō sit pars dei. Quod si ita est: qs non uideat q̃ta impietas & irreligiositas cōsequat̃: ut qđ calcauerit qsq; partē dei calcet: & in omī animāte occidēdo pars dei trucidet̃? Nolo omīa dicere que possūt occurrere cogitātibus: dici aūt sine uerecūdia nō possunt.

De iis q sola rationabilia animātia partes esse unius dei asserūt. C. XII.

SI aūt sola aīmalia rationalia sicut sunt homīes partes dei eē cōtendūt: nō uideo quidē si totus mūdus ē deus: quō bestias ab eius ptibus separent. Sed obluctari quid opus ē? De ipso rationali animāte: id ē homīe qd infelicius credi pōt: q̃ dei partē uapulare cū puer uapulat? Iam uero partes dei fieri lasciuas: iniq̃s: impias atq; oīno dānabiles qs ferre posset: nisi q ꝑrsus insanit? Postremo qd irascit̃ eis a qbus nō colit̃: cū a suis partibus nō colatur? Restat ergo ut dicant omēs deos suas habere uitas: sibi quēq; uiuere: nullū eoꝝ esse partē cuiusq̃: sed omēs colēdos q cognosci & coli possunt: quia tā multi sunt ut omēs nō possint. Quorū Iupiter qa Rex p̄sidet: ipm credo ab eis putari cōstituisse Regnū: uel auxisse Romanū. Nam si hoc ipse nō fecit: quem alium deum opus tam magnū potuisse aggredi credat̃: cū omēs occupati sint officiis & operibus propriis: nec alter irruat in alterius?

Augmenta regnorum Ioui incongruēter ascribi: cum si ut uolunt: dea est uictoria: ipsa huic negotio sola sufficeret. C. XIIII.

A Rege igitur deorū regnū hominū potuit & propagari & augeri. Hic p̄mum quero cur nō etiā ipsum regnū aliquis deus est? Cur enim nō ita sit si Victoria dea est? Aut quid ipso Ioue in hac causa opus est: si Victoria faueat: sitq; propitia: & semper eat ad illos quos uult esse uictores? Hac dea fauente & propitia: etiā Ioue uacāte uel aliud agente: que gentes nō subdite remanerent? Que regna nō cederēt? An forte non displicet bonis iniquissima improbitate pugnare: & finitimos quietos: nullāq; iniuriā facientes ad dilatādum regnum bello spontaneo prouocare? Plane si ita sentiunt: approbo: & laudo.

An congruat bonis latius uelle regnare? C. XV.

UIdeant ergo ne forte non ptineat ad uiros bonos gaudere de regni latitudine. Iniq̃tas enim eoꝝ cū qbus iusta bella gesta sunt regnū adiuuit: ut cresceret. qđ utiq; paruū esset: si quies & iusticia finitimoꝝ cōtra se bellum geri nulla prouocaret iniuria. ac felicioribus sic rebus humanis omnia regna parua essent: cōcordi uicinitate letantia. Et ita eēnt in mundo regna plurima gentiū: ut sunt in urbe domus plurime ciuiū. Proinde belligerare & perdomitis gentibus dilatare regnū: malis uidet̃ felicitas: bonis necessitas. Sed qa peius eēt ut iniuriosi iustioribus dñarent̃: ideo nō incōgrue dicitur etiam ista felicitas. Sed proculdubio felicitas maior est uicinum bonū habere concordem: q̃ uicinū malū subiugare bellantem Mala uota sunt optare habere quē oderis: uel quē timeas: ut possit esse quē uincas. Si ergo iusta gerendo bella nō impia non iniqua Romani Imperiū tam magnū acquirere potuerunt: nunqd tanq̃ aliqua dea colenda est eis etiam iniquitas aliena? Multum enim ad istam latitudinē Imperii eā coopatā uidemus: que faciebat iniuriosos: ut eēnt cū quibus iusta bella gererent̃ & augeret̃ imperium. Cur aūt & iniquitas dea non sit uel externarū gentiū: si pauor & pallor & febris dii Romani esse meruerunt? His igit̃ duabus id est aliena iniq̃tate & dea uictoria: dum bellorum causas iniquitas excitat: uictoria eadem bella feliciter

terminat: etiã feriato Ioue creuit imperiũ. Quas enim hic partes Iupiter haberet: cũ ea que possent beneficia eius putari dii habent: dii uocant: dii coluntur: ipsi pro suis partibus inuocãtur? Haberet hic autem etia mille aliquam partem: si regnum etiam ipse appellaretur sicut appellat̃ illa uictoria. aut si regnũ munus est Iouis: cur non & uictoria munus eius habeatur? Quod profecto haberetur: si nõ lapis in capitolio: sed uerus Rex Regum & dominus dominantium cognosceretur: atq; coleretur.

Quid fuerit: ꝙ Romani omĩbus rebus: & omĩbus motibus deos singulos deputantes: edẽ Quietis extra portã esse uoluerunt. C. xvi.

Miror autẽ plurimũ: ꝙ cum deos singulos singulis rebus & pene singulis motibus attribuerent: uocauerunt deam Agenoriam que ad agendum excitaret: deam Sumulam que ad agendũ ultra modũ stimularet: deã Murceam que preter modum nõ moueret: ac faceret hominẽ ut ait Pomponius Murcidũ id est nimis desidiosum: & inactuosum: deam Strenuam que faceret strenuum. His omnibus diis & deabus publica sacra facere susceperunt. Quietam uero appellantes que faceret quietũ: cum edem haberet extra portã collinã publice illã suscipere noluerũt. Vtrũ indiciũ fuit animi inqeti an potius ita significatũ est: ꝙ q illã turbã colere pseueraret: non plane deorum: sed demoniorum eum quietem habere nõ posse: ad quã uocat uerus medicus dicẽs: discite a me q̃a mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus uestris?

An si Iouis sũma potestas est: etiã uictoria dea debuerit estimari. C. xvii.

AN forte dicũt ꝙ deam Victoriam Iupiter mittat: atq; illa tanq̃ Regi deorũ obtẽperans ad quos iusserit ueniat: & in eoꝝ parte considat? Hoc uere dicitur non de illo Ioue quem eorum Regem pro sua opinione confingunt: sed de illo uero Rege seculorum: ꝙ mittat non Victoriam que nulla substantia est: sed angelũ suũ & faciat uincere quem uoluerit: cuius consilium occultum esse potest: iniquũ esse non potest. Nam si Victoria dea est: cur non deus est & Triumphus: & Victorie iungit̃: uel maritus: uel frater: uel filius? Talia quippe isti de diis opinati sunt: qualia si poete fingerent: atq; a nobis exagitarent̃: responderent isti: ridenda esse figmenta poetaꝝ: non ueris attribuenda numinibus: & tamen se ipsi non ridebãt: cum talia delirამẽta non apud poetas legebant: sed in templis colebant. Iouem igit̃ de omnibus rogarẽt: ei uni tantummodo supplicarent. Non enim se misisset Victoria si dea esset sub illo Rege & posset & auderet resistere: & suam potius facere uoluntatem.

Felicitatẽ & fortunã qui deos putãt: qua ratiõe secernũt. C. xviii.

QVid quod & felicitas dea ẽ? Edem accepit. aram meruit: sacra ei cõgrua psoluta sunt. Ipsa ergo sola coleret̃. ubi enim ipsa esset: quid boni nõ eẽt? Sed quid sibi uult ꝙ & Fortuna dea putat̃ & colitur? An aliud est felicitas aliud fortuna? Quia fortuna potest esse: & mala: felicitas aũt si mala fuerit: felicitas non erit. Certe omnes deos utriusq; sexus: si & sexus habent: non nisi bonos existimare debemus. hoc Plato dicit: hoc alii philosophi: hoc excellẽtes Reipublice populorũq; rectores. Quõ ergo dea Fortuna aliq̃n bona est: aliquãdo mala? An forte q̃n mala est dea nõ est: sed in malignũ demonẽ repente cõuertitur? Quot sunt ergo dee iste? Profecto quotquot

sunt homines fortunati: hoc est bone fortune. Nam cū sint & alii plurimi simul hoc est uno tempore male fortune: nunqđ si ipsa esset: simul & bona eēt & mala: his aliud illis aliud? An illa que dea est semper est bona? Ipsa est ergo felicitas. Cur adhibent diuersa nomīa? Sed & hoc ferendū est: solet. n. & una res diuersis nominibus appellari. Quid diuerse edes: quid diuerse are: diuersa sacra? Est causa inquiunt: quia felicitas illa est quam boni habent precedentibus meritis: fortuna uero que dicitur bona: sine ullo examīe meritoꝝ fortuitu accidit hominibus & bonis & malis: unde etiā fortuna nominatur. Quomodo ergo bona est: que sine ullo iudicio uenit & ad bonos: & ad malos? Ut quid autem colitur que ita ceca est: passim in quoslibet incurrens: ut suos cultores plerunqꝫ pretereat: & suis contemptoribus hereat? Aut si aliquid proficiunt cultores eius: ut ab illa uideant̄ & ament̄: iam merita sequit̄ non fortuitu uenit. Ubi est ergo definitio illa fortune? Ubi est quod a fortuitis etiam nomen accepit? Nihil enim prodest eā colere: si fortuna est. Si autē suos cultores discernit: ut ꝓsit: fortuna nō est. An & ipsam quo uoluerit Iupiter mittit? Colatur ergo ipse solus. Non enim potest ei iubenti et eam quo uoluerit mittēti fortuna resistere. Aut certe ipsam mali colant: qui nolunt habere merita quibus possit dea Felicitas inuitari.

¶ De Fortuna muliebri. ¶ C. xix.

TAntū sane huic uelut uni numini tribuunt: qđ Fortunā uocant: ut simulacrū eius: quod a matronis dedicatū est: & appellatum est Fortuna muliebris: etiam locutū esse: memorie cōmendarint: atqꝫ dixisse nō semel sed iterū ꝓpter quod eā rite matrone dedicauerint. Quod quidē si uerū sit: mirari nos oportet. Non enī malignis demōibus etiā sic difficile ē fallere: quoꝝ artes atqꝫ uersutias hinc potius isti aduertere debuerūt: ꝙ illa dea locuta est: que fortuitu accidit: nō que meritis uenit. Fuit enim fortuna loquax: & muta felicitas. & ad qđ aliud nisi ut hoīes recte uiuere nō curarēt conciliata sibi fortuna: que illos sine ullis bonis meritis faceret fortunatos? Et certe si fortuna loquitur: non saltem mulieribus sed uiris potius loqueretur: ut non ipse que simulacrum dedicauerūt putarētur tantū miraculum muliebri loquacitate finxisse.

¶ De uirtute & fide: quas pagani tēplis: & sacris honorauerūt pretermittentes alia bona que similiter colenda fuerunt: si recte aliis diuinitas tribuebatur. ¶ C. xx.

VIrtutem quoqꝫ deam fecerūt. que quidē si dea esset multis fuerat preferenda. Et nunc qa dea nō est sed donū dei: ipsa ab illo impetretur a quo solo dari pōt: & omnis falsoꝝ deoꝝ turba uanescit. Sed cur & Fides dea credita ē: & accepit etiā ipsa templū & altare? Quā quisqs prudenter agnoscit: habitaculū illi seipm̄ facit. Unde aūt sciūt illi quid sit fides: cuius primū et maximū officiū ē: ut in uerū credat deum? Sed cur non suffecerat uirtus? Nonne ibi ē et fides? Quādoquidē uirtutē in q̄ttuor species distribuendā eē uiderūt. prudentiā. iustitiā. fortitudinē. tēperantiā. Et qm̄ iste singule species suas habēt. in partibus iustitie fides ē: maximūqꝫ locū apud nos habet: quicūqꝫ scimus qđ sit: ꝙ iustus ex fide uiuit. Sed illos miror appetitores multitudinis deoꝝ. si fides dea est: quare aliis tam multis deabus iniuriam fecerūt: pretermittendo eas qbus similiter edes et aras dedicare potuerūt? Cur tēperantia dea esse nō meruit: cū eius nomine nōnulli Romani principes non paruā gloriā cōpararint. Cur deniqꝫ

fortitudo dea nõ ẽ: que affuit Mutio cum dexteram porrexit in flãmas: que affuit Curtio cũ se pro patria in abruptã terram precipitẽ dedit: que affuit Decio patri et Decio filio cũ pro exercitu se uouerũt? Si tñ his omĩbus uera inerat fortitudo: unde modo nõ agit̃. Quare prudẽtia: q̃re sapiẽtia nulla numinũ loca meruerũt? An qa in nomine generali ipsius uirtutes omẽs colunt̃? Sic ergo posset & unus deus coli cuius partes ceteri dii putantur. Sed in illa una uirtute & fides est: & pudicicia: que tamen extra in edibus propriis altaria meruerunt. Has deas non ueritas: sed uanitas fecit.

Quod unum nõ intelligentes deum: uirtute saltem & felicitate debuerunt esse contenti. C. xxi.

Hec enim ueri dei munera sunt: non ipse dee sunt. Veruntamen ubi est uirtus & felicitas: quid aliud queritur? Quid ei sufficit: cui uirtus felicitasq; non sufficit? Omnia quippe agenda cõplectit̃ uirtus: omnia optanda felicitas. Si Iupiter: ut hec daret: ideo colebat̃: qa si bonũ aliquid est latitudo regni atq; diuturnitas: ad eandem pertinet felicitatẽ: cur nõ intellectũ est dona dei eẽ: nõ deos? Si aũt putate sunt dee: saltem alia tanta deoꝝ turba nõ quereretur. Consideratis enim officiis deoꝝ dearũq; omniũ: que sicut uoluerũt pro sua opinatiõe finxerũt: inueniãt: si possunt aliqd qđ ab aliquo deo prestari possit homĩ habẽti uirtutẽ: habenti felicitatẽ. Quid doctrine uel a Mercurio: uel a Minerua petendũ esset: cũ uirtus omĩa secũ haberet? Ars qppe ipsa bñ: recteq; uiuẽdi uirtus a ueteribus definita ẽ. Vnde ab eo ꝙ grece arete dicit̃ uirtus: nomen artis latinos traduxisse putauerũt. Sed si uirtus nõ nisi ad ingeniosum posset uenire: quid opus erat deo Cato patre: qui catos id est acutos faceret: cum hoc posset cõferre felicitas? Ingeniosum qppe nasci felicitatis est. Vnde etiã si nõ potuit: a nõdum nato coli dea Felicitas: ut hoc ei cõciliata donaret: cõferret hoc parẽtibus eius cultoribus suis: ut eis ingeniosi filii nascerent̃: qd opus erat parturiẽtibus inuocare Lucinam: cũ si adesset felicitas: nõ solum bene parerent: sed etiã bonos? Quid necesse erat Opi dee cõmendare nascẽtes: deo Vagitano uagientes: dee Cunine iacentes: dee Rumine suggẽtes: deo Statilino stãtes: dee Adeone adeuntes: Abeone abeuntes: dee Menti ut bonam haberent mentẽ: deo Volumno & dee Volumne ut bona uellent: diis cõiugalibus ut bene cõiugarent̃: diis agrestibus ut fructus uberrimos caperent: & maxime ipsi diue Fructese: Marti & Bellone ut bene belligerarent: dee Victorie ut uincerẽt: deo Honori ut honorarent̃: dee Pecunie ut pecuniosi essent: deo Esculano & filio eius Argentino: ut haberent eream argenteãq; pecuniam. Nam ideo patrem Argentini Esculanũ posuerũt: qa prius erea pecunia in usu esse cepit: post argẽtea. Miror aũt ꝙ Argentinus nõ genuit Aurinũ: quia & aurea subsecuta ẽ. Quẽ deũ isti si haberent: sicut Saturno Iouem ita & patri Argentino & auo Esculano Aurinum ꝑponerẽt. Quid ergo erat necesse ꝓpter hec bona uel aĩmi: uel corporis: uel externa tantã deoꝝ turbã colere: & inuocare: quos neq; omẽs cõmemoraui: nec ipsi potuerũt omnibus humanis bonis minutatim singulatimq; digestis: & deos minutos & singulos prouidere: cũ posset magno faciliq; cõpendio una dea Felicitas cuncta cõferre: nec solũ ad bona capienda quis q̃ alius: sed neq; ad depellenda mala quereretur? Cur enĩ esset inuocanda ꝓpter fessos diua Fessonia: ꝓpter hostes depellendos diua Pellonia: ꝓpter egros medicus: uel Apollo: uel Esculapius: uel ambo simul quãdo esset grande periculũ? Nec deus Spinensis ut spinas ex agris eradicaret: nec dea Rubigo ut non accederet rogaretur: una felicite presente & tuente: ut uel nulla mala exorirẽtur uel

facillime pellerent. Postremo quoniam de duabus istis deabus Virtute & Felicitate tractamus: si Felicitas uirtutis est premiũ: nõ dea: sed dei donũ est. Si aũt dea ẽ: cur nõ dicat̃ & uirtutẽ ipsa cõferre: q̃n quidẽ etiã uirtutẽ consequi felicitas magna est?

De scientia colendorum deorum quam a se Varro gloriatur collatam esse Romanis. C. xxii.

QVid ergo est quod pro ingenti beneficio Varro iactat prestare se ciuibus suis? Quia nõ solum cõmemorat deos quos coli oporteat a Romanis: uerũ etiã dicit quid ad queq; pertineat: quõ nihil ꝓdest inquit homi alicuius medici nomẽ formãq; nosse: & q̃d sit medicus ignorare: ita dicit nihil ꝓdest scire deũ esse Esculapiũ: si nescias eũ ualitudini opitulari: atq; ita ignores cur ei debeas supplicare. Hoc etiã alia simili/tudine affirmat dicẽs. nõ mõ bñ uiuere: sed uiuere oĩno neminẽ posse: si ignoret q̃s nã sit faber: quis pictor: q̃s tector: a quo q̃d utẽsile petere possit: quẽ adiutorẽ assumere: quẽ ducẽ: quẽ doctorẽ. Eo mõ nulli dubiũ eẽ asserens ita eẽ utilẽ cognitionẽ deoꝝ: si sciat̃ quã quisq; deus uim & facultatẽ ac potestatẽ cuiusq; rei habeat. Ex eo enim poterimus inquit scire quem cuiusq; causa deũ aduocare atq; inuocare debeamus: ne faciamus ut mimi solẽt: & optemus a Libero aquã: a Nymphis uinum. Magna sane utilitas. Quis nõ huic grãs ageret si uera mõstraret: & si unũ uerũ deũ a quo eẽnt oĩa bona: & hominibus colendũ doceret?

De felicitate: quã Romani multoꝝ ueneratores deoꝝ diu nõ coluerũt honore diuino: cum pro omnibus sola sufficeret. C. xxiii.

SEd unde nũc agit̃: si libri & sacra eorũ uera sunt: & felicitas dea est: cur nõ ipsa una que coleretur: cõstituta est: que posset uniuersa cõferre: & cõpendio facere felicem? Quis enim optat aliq̃d ꝓpter aliud: q̃ ut felix fiat? Cur deniq; tam sero huic tãte dee post tot romanos p̃ncipes Lucullus edem cõstituit? Cur ipse Romulus felicẽ cupiens condere ciuitatẽ: non huic templũ potissimũ struxit? Nec propter aliq̃d diis ceteris supplicauit: q̃n nihil deẽet: si hec adesset. Nã & ip̃e nec p̃us Rex: nec ut putãt postea deus fieret: si hanc deã ꝓpiciã nõ haberet. Vt quid ergo Romulus constituit Romanis deos Ianũ Ionẽ: Martẽ Picũ Faunũ Tyberinũ Herculẽ & si quos alios? Vt quid. T. Tatius addidit Saturnũ Opem Solẽ: Lunã Vulcanũ Lucẽ: & quosq; alios addidit: inter quos etiã deã Cloacinã Felicitate neglecta? Vt quid Numa tot deos & tot deas sine ista? An eam forte in tanta turba uidere nõ potuit? Hostilius certe Rex deos & ipse nouos Pauorẽ atq; Pallorẽ ꝓpitiandos nõ introduceret: si deã istam nosceret aut coleret. p̃sente q̃ppe felicitate om̃is pauor & pallor nõ propitiatus abscederet: sed pulsus aufugeret. Deinde q̃d est hoc q̃d iam Romanũ imperiũ longe lateq; crescebat: & adhuc nemo felicitatẽ colebat? An ideo grãdius imperiũ: q̃ felicius fuit? Nam quõ ibi esset uera felicitas: ubi uera nõ erat pietas? Pietas. n. uera ẽ uerax ueri dei cultus: nõ cultus falsoꝝ tot deoꝝ quot demoniorũ. Sed & postea iã in deorũ numerũ felicitate suscepta: magna bellorum ciuiliũ infelicitas subsecuta est. An forte iuste est indignata felicitas: ꝙ & tam sero & nõ ad honorẽ sed ad contumeliã potius inuitata est: ut cũ ea colerent̃ Priapus & Cloacina: & Pauor & Pallor & Febris: et cetera: nõ numĩa colendoꝝ: sed crimĩa colentiũ? Ad extremũ si cũ turba indignissima tanta dea colenda uisa est: cur nõ uel illustrius ceteris colebat̃? Quis enĩ ferat ꝙ neq; inter deos Consentes quos dicũt in cõsiliũ Iouis adhiberi: nec inter deos quos selectos

uocant felicitas cõstituta est: ut templũ aliqđ ei fieret: qđ & loci sublimitate: & operis dignitate ꝑemineret? Cur enĩ nõ aliqd melius: q̃ ipsi Ioui? Nã neq; etiã Ioui regnũ nisi felicitas dedit. si tñ cũ regnaret felix fuit. & potior ẽ felicitas regno. Nemo enim dubitat facile inueniri hominẽ q timeat se fieri Regẽ. nullus autẽ inuenit̃ q se nolit esse felicẽ. Ipsi ergo dii si per auguria uel quolibet mõ eos posse cõsuli putãt: de hac re consulerent̃ utrũ uellẽt felicitati loco cedere: si forte aliorũ edibus uel altaribus iam fuisset locus occupatus: ubi edes maior atq; sublimior felicitati cõstrueretur: etiã ipse Iupiter cederet ut ip̃m uerticẽ collis capitolini felicitas potius obtineret. Nõ.n. q̃spiã resisteret felicitati: nisi qđ fieri nõ põt: q eẽ uellet infelix. Nullo mõ oĩno si cõsulerent̃ faceret Iupiter: quod ei fecerũt tres dii: Mars Terminus & Iuuẽtas: q maiori & Regi suo nullo mõ cedere loco uoluerũt. Nam sicut habẽt eoꝝ littere cũ Rex Tarquinius capitoliũ fabricare uellet: eũq; locũ q ei dignior aptiorq; uidebat̃ a diis aliis cerneret ꝑoccupatũ: nõ audẽs aliqd cõtra deorũ facere arbitrium: & credẽs eos tanto numini: suoq; ꝓ̇ncipi uolũtate cessuros: qa multi erãt illic ubi capitoliũ cõstitutũ ẽ: per augu/riũ quesiuit utrũ cõcedere locũ uellẽt Ioui: atq; ipsi inde cedere: oĩes uoluerũt ꝓ̃ter illos quos cõmemoraui: Martẽ Terminũ Iuuẽtatẽ. atq; ideo capitoliũ ita cõstructũ est: ut etiã isti tres intus essent: tã obscuris signis ut hoc uix hoĩes doctissimi scirent. Nullo mõ igit̃ felicitatẽ Iupiter ipse contẽneret: sicut a Termino: Marte: Iuuentate contẽptus est. Sed ipsi etiã q nõ cesserãt Ioui: ꝓfecto cederent felicitati: que illis regẽ fecerat Iouẽ. Aut si nõ cederent: nõ id contẽptu eius facerẽt: sed ꝙ in domo felicitatis uel obscuri esse mallẽt: q̃ sine illa in locis propriis eminere. Ita dea Felicitate in loco amplissimo & celsissimo cõstituta: discerent ciues unde oĩs boni uoti petendum esset auxiliũ. Ac sic ip̃a suadẽte natura: alioꝝ deoꝝ sup̃flua multitudine derelicta colerent̃ una felicitas: uni supplicarent̃: unius templũ frequẽtarent̃ a ciuibus q felices esse uellẽt: quoꝝ esset nemo: q nollet. atq; ita ipsa a seipsa peterent̃: que ab oĩbus petebat̃. Quis enim aliqd ab aliquo deo nisi felicitatem uelit accipere: uel qđ ad felicitatẽ existimat ꝑtinere? Proiñ si felicitas habet in potestate: cũ quo homine sit: habet aũt si dea est: que tandẽ stulticia est ab aliquo eã deo petere: quã possis a seipsa impetrare? Hanc ergo sup̃ deos ceteros honorare etiã loci dignitati debuerũt. Sicut.n. apud ipsos legit̃: Romani ueteres nescio quẽ Summanũ cui nocturna fulmina tribuebant: coluerunt magis q̃ Iouẽ: ad quem diurna fulmina ꝑtinebãt. Sed postq̃ Ioui templũ insigne ac sublime cõstructũ est: ꝓpter edis dignitatatẽ sic ad eum multitudo cõfluxit: ut uix inueniat̃ q Sũmani nomẽ qđ audire iã nõ põt: se saltẽ legisse meminerit. Si autem Felicitas dea nõ est: qm̃ qđ uerũ ẽ: munus ẽ dei: ille deus querat̃ qui eã dare possit: & falsoꝝ deoꝝ multitudo noxia relinquat̃: quã stultoꝝ hoĩnũ multitudo uana sectat̃: dei dona deos sibi faciẽs: & ip̃m cuius ea dona sũt: obstinatiõe sup̃be uolũtatis offẽdẽs. Sic.n. carere nõ põt infelicitate: q tanq̃ deã Felicitatẽ colit: & deũ datorẽ felicitatis relinq̃t: sicut carere nõ põt fame: q panẽ pictũ lingit: & ab hoĩe q uerũ habet nõ petit. Libet aũt eoꝝ ratiões cõsiderare.

Qua ratiõe defẽdãt pagani: ꝙ inter deos colãt ipsa dona diuina. C. xxiiii.

Usq; adeo ne inquit maiores nostros insipiẽtes fuisse credendũ ẽ: ut hec nescirent munera diuina esse: nõ deos? Sed qm̃ sciebãt nemini talia nisi aliquo deo largiẽte cõcedi: quoꝝ deoꝝ nomina nõ inueniebãt: eaꝝ rerũ nominibus appellabãt deos: q̃s ab eis sentiebãt dari: aliq̃ uocabula inde flectentes. sicut a bello Bellonã nũcupauerũt nõ bellũ: sicut a cunis Cuninã nõ cunã: sicut a segetibus Segetiã non segetem sicut a

pomis Pomonā nō pomū: sicut a bobus Bobonā non bouē: aut certe nulla uocabuli declinatiōe sicut res ipse nomiant̄: ut pecunia dicta ē dea: que ad pecuniam: nō oīno pecunia dea ipa putata ē. Ita uirtus que dat uirtutē: honor q̄ honorē: cōcordia que cōcordiā: uictoria que uictoriā dat. Ita inquūt cum felicitas dea dicit̄ nō illa que dat̄: sed numē illud attendit̄: a quo felicitas datur. Ista nobis reddita ratione: multo facilius eis quorum cor non nimis obduruit: persuadebimus fortasse: quod uolumus.

De uno tm̄ colendo deo: qui licet nomine ignoraretur: tamen felicitatis dator esse sentitur. C. XXV.

SI enim iā humana infirmitas sensit nō nisi ab aliquo deo dari posse felicitatem: et hoc senserunt homines: qui tam multos colebant deos: in quibus & ip̄m eorū Regē Iouē: q̄a nomē eius a quo daret̄ felicitas ignorabāt: & ideo ipsius rei nomine quā credebāt ab illo dari: eū appellare uoluerūt. Satis ergo indicāt nec ab ipso Ioue dari posse felicitatē quā iā colebāt: sed utiq; ab illo quē nomine ipsius colendum esse censebāt. Cōfirmo prsus a quodā deo quē nesciebāt: & eos credidisse dari felicitatem. Ipse ergo querat̄: ip̄e colat̄: & sufficit. Repudiet̄ strepitus innumerabiliū demonioꝝ. illi nō sufficiat hic deus: cui nō sufficit munus eius. Illi inq̄ nō sufficiat ad colendum deus dator felicitatis: cui nō sufficit ad accipiendū ipsa felicitas. Cui aūt sufficit: non. n. habet homo quid amplius optare debeat: seruiat uni deo datori felicitatis. Nō est ipse quē nomināt Iouē. Nā si eū datorē felicitatis agnoscerent: non utiq; aliū: uel aliā: a quo daret̄ felicitas: nomine ipsius felicitatis inquirerent: neq; ip̄m Iouē cū tātis iniuriis colendū putarent. Iste alienaꝝ dicit̄ adulterator uxoꝝ. Isti pueri pulchri impudicus amator: & raptor.

De ludis scenicis quos sibi dii celebrari a suis cultoribus exegerūt. C. XXVI.

SEd fingebat hec Homerus ait Tullius: & humana ad deos transferebat: diuina mallem ad nos. Merito displicuit uiro graui diuinoꝝ criminū poeta cōfictor. Cur ergo ludi scenici ubi hec dictitant̄: cātitant̄: actitant̄: deoꝝ hōribus exhibent̄: inter res diuinas a doctissimis conscribūtur? Hic exclamat Cicero nō cōtra figmenta poetaꝝ: sed cōtra instituta maioꝝ. An nō exclamarent & illi: q̄d nos fecimus? Ipsi dii ista suis honoribus exhibenda flagitauerunt: atrociter imperarunt: cladē nisi fierent: pnuntiarūt: q̄a neglectū est aliq̄d: seuerissime uindicarūt: q̄a id q̄d neglectū fuerat factū est: placatos se esse mōstrarūt. Inter eoꝝ cōmemorat̄ uirtutes & mirāda facta quod dicā. T. Latino rustico Romano patrifamilias dictū est in sōnis: ut in Senatu nūtiaret: ut ludi Romāi instaurarent̄: q̄ p̄mo eoꝝ die: in quodā scelerato: q̄ populo spectāte ad suppliciū duci iussus ē: numībus uidelicet ex ludis hilaritatē querētibus: triste displicuisset imperiū. Cum ergo ille qui somno cōmonitus erat postera die iussa facere nō ausus esset: secūda nocte hoc idem rursus seuerius imperatū est. amisit filiū: quia nō fecit. tertia nocte dictū est homi q̄ maior ei pena si non faceret immineret. Cum etiā sic nō auderet: in morbū incidit acrē & horribilem. Tum uero ex amicorū sententia ad magistratus rē retulit: atq; in lectica allatus est in senatum. Expositoq; somnio recepta continuo ualitudine pedibus suis sanus abscessit. Tanto stupefactus miraculo senatus q̄druplicata pecunia ludos censuit instaurari. Quis non uideat: qui sanū sapit: subditos homīes malignis demōibus: a quoꝝ dn̄atiōe nō liberat nisi gratia dei per Iesum Xp̄m dn̄m nostrū: ui cōpulsos eē exhibere talibus diis que recto cōsilio

poterant turpia iudicari? In illis certe ludis poetica numinũ crimina frequentantur: qui ludi cogẽtibus numinibus iussu senatus instaurabantur. In illis ludis corruptorem pudicitie Iouem turpissimi histriones cantabãt: agebãt: placebãt: si illud fingebat: ille irasceret. Si aũt suis criminibus etiã fictis delectabat: qñ coleret: nisi diabolo seruiret? Ita ne iste Romanũ conderet dilataret conseruaret Imperiũ: quouis Romano cui displicebãt talia abiectior? Iste daret felicitatẽ: qui tam infeliciter colebat: & nisi ita coleret: infelicius irascebatur?

De tribus generibus deo℞: de qbus Sceuola Põtifex disputauit. C. xxvii.

Relatũ est in litteris doctissimũ pontificẽ Sceuolã disputasse: tria genera tradita deo℞. unũ a poetis: alterũ a philosophis: tertiũ a pncipibus ciuitatis. Primũ genus nugatoriũ dicit eẽ: q multa de diis fingant indigna. Secũdũ nõ cõgruere ciuitatibus: qđ habeat aliq̃ supuacua: aliq̃ etiã que obsint populis nosse. De supuacuis nõ magna causa est. Solet enim & a uiris peritis dici: supflua non nocent. Que sunt aũt illa que plata in multitudine nocent? Hec inqt. nõ esse deos Herculẽ: Esculapiũ: Castorem: Pollucẽ. Proditẽ enĩ a doctis q homĩes fuerint & humana cõditiõe defecerint. Quid aliud: q̃ q eo℞ qui sint dii: nõ habebãt ciuitates uera simulacra: q uerus deus nec sexũ habeat: nec etatẽ: nec definita corporis mẽbra? Hec pontifex nosse populos nõ uult. nã falsa eẽ nõ putat. Expedire igitẽ existimat falli in religiõe ciuitates. Quod dicere etiã in libris rerũ diuinarum ipse Varro nõ dubitat. Preclara religio quo confugiat liberandus infirmus. & cum ueritatẽ: qua liberet: inqrat: credatẽ ei expedire: q fallitẽ. Poeticũ sane deorũ genus cur Sceuola respuat eisdẽ litteris nõ tacetẽ. qa sic uidelicet deos deformãt: ut nec bonis hominibus cõparentẽ: cũ aliũ faciũt furari: aliũ adulterare. Sic itẽ inqt aliqd aliter turpiter atq; inepte dicere aut facere: tres inter se deas certasse de pmio pulchritudinis: uictas duas a Venere: Troiam euertisse: Iouẽ ipm conuerti in bouẽ: aut cygnũ: ut cũ aliq̃ concũbat: deã homi nubere: Saturnũ filios deuorare. Nihil deniq; posse cõfingi miraculo℞ atq; uitio℞ quod nõ ibi reperiatẽ: atq; a deorum natura lõge absit. O Sceuola Pontifex maxime ludos tolle: si potes. pcipe populis ne tales honores diis immortalibus deferant: ubi crimina deorũ libeat mirari: & que fieri possunt: placeat imitari. Si autem tibi responderit populus: uos nobis importastis ista Põtifices: deos ipsos roga qbus instigãtibus ipsa iussistis: ne talia sibi iubeãt exhiberi. Que si mala sunt: & pterea nullo modo de deo℞ maiestate credẽda: maior est deo℞ iniuria: de quibus impune finguntẽ. Sed non te audiunt. demones sunt: praua docent: turpibus gaudẽt: nõ solũ nõ deputant iniuriã si de illis ista fingantẽ: sed eam prorsus iniuriã ferre nõ possunt: si per eo℞ sollẽnia nõ agantẽ. Iã uero si aduersus eos Iouem interpelles: maxĩe ob eã causam qa eius plura crimina ludis scenicis actitantẽ: nonne etiã si deũ Iouẽ nuncupatis: a quo regitẽ totus atq; administratẽ hic mũdus: eo illi fit a uobis maxima iniuria: q eũ cũ istis colendũ putatis: eorũq; Regem esse perhibetis?

An ad optinendũ dilatandũq; regnũ pfuerit Romanis cultus deo℞. C. xxviii.

Nullo igitẽ mõ dii tales qui talibus placantur: uel potius accusantẽ honoribus: ut maius sit crimẽ q eis falsis oblectantẽ: q̃ si de illis uera dicerentẽ: Romanũ Impiũ augere & cõseruare potuissent. Hoc enim si possent: Grecis potius donũ tam grande cõferrent: q eos in huiuscemodi rebus diuinis hoc ẽ ludis scenicis honorabilius digniusq; coluerũt: qñ & morsibus poeta℞ qbus deos dilacerari uidebãt se nõ subtraxerũt: dãdo

eis licentiã male tractãdi hoĩes quos liberet: & ipsos scenicos nõ turpes iudicauerũt: sed
dignos etiã pclaris honoribus habuerũt. Sicut aũt potuerũt aureã pecuniã habere
Romani q̃uis deũ Aurinũ nõ colerent: sic & argenteã habere potuerũt & ereã: si nec
Argentinum nec eius patrẽ colerẽt Esculanũ: sic omnia que retexere piget. Sic ergo
& Regnũ inuito quidẽ deo uero nullo mõ habere possẽt: diis uero istis falsis & multis
ignoratis siue cõtẽptis: atq; uno illo cognito: & fide sincera ac moribus culto: & melius
hic regnum haberent q̃tũcunq; haberent: & post hoc acciperent sempiternũ siue hic
haberent: siue non haberent.

De falsitate auspicii: quo Romani Regni fortitudo:
& stabilitas uisa est iudicari. C. xxix.

NAm illud quale est quod pauloante cõmemoraui: pulcherimum auspicium fuisse
dixerũt: Martem & Terminũ & Iuuentatem: nec Ioui Regi deoꝝ loco cedere
uoluisse. Sic enĩ inqunt significatũ ẽ Martiã gentẽ id ẽ Romanã nemini locũ quẽ
teneret daturã: Romanos quoq; terminos ꝓpter deũ Terminũ neminẽ cõmoturum:
iuuentutẽ etiã Romanã ꝓpter deũ Iuuentatẽ nemini eẽ cessuram. Videãt ergo quõ
habeãt istũ Regẽ deoꝝ suoꝝ & datorẽ Regni sui: ut ei auspicia ista pro aduersario
ponerẽt: cui nõ cedere pulchrũ esset. Quanq̃ hec si uera sunt: nõ habent oĩno quid
timeant. Nõ enĩ cõfessuri sunt: ꝙ dii cesserũt Xp̃o: qui Ioui cedere noluerũt. Saluis
quippe Impii finibus Xp̃o cedere potuerũt: & de sedibus locoꝝ & maxime de corde
credẽtiũ. Sed anq̃ Xp̃us ueniret in carne: anq̃ deniq; ista scriberentur: que de libris
eoꝝ ꝓferimus. sed tñ posteaq̃ factũ est sub Rege Tarqnio illud auspiciũ: aliquotiẽs
Romanus exercitus fusus est: hoc est uersus in fugam: falsumq; ostendit auspicium ꝙ
Iuuẽtas illa nõ cesserit Ioui: & gẽs Martia supantibus atq; irrũpẽtibus Gallis in ipsa
urbe cõtrita ẽ: & termini impii deficiẽtibus multis ab Annibale ciuitatibus: in angustũ
fuerãt coartati. Ita euacuata ẽ pulchritudo auspicioꝝ. remãsit cõtra Iouẽ cõtumatia
non deoꝝ: sed demonioꝝ. Aliud est enĩ nõ cessisse: aliud unde cesseras redisse. Quanq̃
etiã postea in orientalibus partibus Hadriani uolũtate mutati sunt termini Imperii
Romani. Ille nanq; tres ꝓuintias nobiles Armeniã: Mesopotamiã: Assyriã: Persarũ
cõcessit Impio: ut deus ille Terminus q Romanos terminos scd̃m istos tuebat̃: & per
illud pulcherrimũ auspiciũ loco nõ cesserat Ioui: plus Hadrianũ Regẽ hominum q̃
Regẽ deoꝝ timuisse uideat̃. Receptis quoq; alio tẽpore ꝓuintiis memoratis: nostra
pene memoria retrorsus Terminus cessit. quãdo Iulianus deoꝝ illoꝝ oraculis deditus:
immoderato ausu naues iussit incendi qbus alimonia portabat̃: q̃ exercitus destitutus
mox etiã ipso hostili uulnere extinctus in tantã est redactus inopiã: ut inde nullus
euaderet undiq; hostibus incursantibus: milite impatoris morte turbato: nisi placito
pacis illic impii fines cõstituerent̃ ubi hodieq; persistunt. nõ quidẽ tanto detrimento
q̃tũ concesserat Hadrianus: sed media tantũ cõpositione defixi. Vano igit̃ augurio
deus Terminus nõ cessit Ioui: q cessit Hadriani uolũtati: cessit etiã Iuliãi temeritati:
& Iouiniani necessitati. Viderunt hec intelligentiores: grauioresq; Romani. sed cõtra
cõsuetudinẽ ciuitatis que demoniacis ritibus fuerat obligata: parum ualebant. Quia
& ipsi etiã si illa uana esse sentiebãt: nature tamen rerum sub unius ueri dei regimine
atq; impio constitute: religiosũ cultũ qui deo debet̃: exhibendũ putabant. seruientes
ut ait Apostolus creature potius q̃ creatori: qui est benedictus in secula. Huius ueri
dei erat auxiliũ necessariũ: a quo mitterẽtur sancti uiri & ueraciter pii: qui pro uera
religione morerentur: ut falsa a uiuentibus tolleretur. Cicero augur irridet auguria:

et reprehendit homines corui & cornicule uocibus uite consilia moderantes.

Qualia de diis gentiū etiā cultores eoꝝ se sentire fateant. C. xxx.

SEd iste achademicus qui oīa esse cōtendit incerta: indignus ē: qui habeat ullā in his rebus autoritatē. Disputat apud eū. Q. Lucilius Balbus in secūdo de deoꝝ natura libro. & cum ipse supstitiones ex natura rerū uelut physicas & philosophicas inserat: indignat tamē institutioni simulacrorum: & opinionibus fabulosis ita loquēs. Videtis ne igit̄ ut a physicis rebus bn̄ atq; utiliter inuētis rō sit tracta ad cōmenticios & fictos deos? Que res genuit falsas opiniones: erroresq; turbulētos: & superstitiones pene aniles. Et forme enī nobis deoꝝ: & etates: & uestitus: ornatusq; noti sunt: genera pterea: cōiugia: cognatiōes: omiaq; traducta ad similitudinem imbecillitatis humane. nā & pturbatis aīmis inducunt. Accepimus. n. deoꝝ cupiditates: egritudīes: iracūdias. Nec uero ut fabule ferūt: dii bellis preliisq; caruerunt. Nec solū ut apud Homerum duos exercitus contrarios alii dii ex alia parte defēderent: sed etiā cū titanis aut cum gigātibus sua ꝓpria bella gesserūt. Hec & dicunt & credunt stultissime: & plena sunt uanitatis summeq; leuitatis. Ecce interim que cōfitent qui defendunt deos gentium. Deīn cū hec ad supstitionem ptinere dicat: ad religionē uero quam ipse scd̄m Stoicos uidet docere. Nō enī philosophi solū inqt uerū etiā maiores nostri supstitionem a religione superauerūt. Nam qui totos dies precabant & immolabāt: ut sibi sui liberi supstites eēnt: supsticiosi sūt appellati. Quis nō intelligat eū conari: dū cōsuetudinē ciuitatis timet religionē laudare maioꝝ: eāq; a supstitione uelle seiungere: sed quō id possit: nō inuenire? Si enim a maioribus illi sunt appellati superstitiosi qui totos dies precabant & immolabant: nunqd & illi qui instituerūt quod iste reprehendit: deoꝝ simulacra diuersa etate: & ueste distincta: deoꝝ genera: coniugia: cognationes? Hec utiq; cū tanq̄ supstitiosa culpant: implicat ista culpa maiores talium simulacrorum institutores atq; cultores: implicat & seipm qui q̄tolibet eloqo se in libertatem nitat euoluere: necesse habebat ista uenerari: nec quod in hac disputatione disertus insonat mutire auderet in populi cōtione. Agamus itaq; Xpiani domino deo nostro gratias: nō celo & terre sicut iste disputat: sed ei qui fecit celum & terram: qui has supstitiones quas iste Balbus uelut balbutiens uix reprehendit: per altissimam Xpristi humilitatē: per Apostolorum predicationem: per fidem Martyrum pro ueritate morientium: & cum ueritate uiuentiū: non solū in cordibus religiosis: uerū etiā in edibus supstitiosis libera suorum seruitute subuertit.

De opinionibus Varronis qui reprobata suasione populari licet ad noticiam ueri dei nō peruenerit: unū tn̄ deū colendū esse censuerit. C. xxxi.

QVid ipse Varro quē dolemus in rebus diuinis ludos scenicos quāuis non iudicio ꝓpo posuisse: cū ad deos colendos multis locis uelut religiosus hortet: nonne ita cōfitet: nō se illa iudicio suo sequi: que ciuitatē Romanā instituisse cōmemorat. ut si eam ciuitatē nouam cōstitueret: ex nature potius formula deos nominaq; eorū se fuisse dedicaturū non dubitet confiteri? Sed iam quoniam in uetere populo esset acceptum: ab antiquis nominū & cognominum historiā tenere: ut tradita est: debere se dicit: & ad eū finē illa scribere ac perscrutari: ut potius eos magis colere: q̄ despicere uulgus uelit. Quibus uerbis homo acutissimus satis indicat non se aperire omnia: que

non sibi tantum contemptui essent: sed etiam ipsi uulgo despicienda uiderentur: nisi tacerentur. Ego ista conicere: putari debui: nisi euidenter alio loco ipse diceret de religionibus loquens: multa esse uera: que non modo uulgo scire non sit utile: sed etiã tã etsi falsa sunt: aliter existimare populũ expediat. & iõ grecos theletas ac mysteria taciturnitate parietibusq; clausisse. Hic certe totum consilium ꝓdidit uelut sapientiũ per quos ciuitates & populi regerent̃. Hac tamẽ fallacia miris modis maligni demões delectantur. qui & deceptores & deceptos pariter possident. a quorum dominatione nõ liberat nisi gratia dei per Iesum Xpristum dominum nostrum. Dicit etiam idem autor acutissimus atq; doctissimus: ꝙ hi soli ei uideant̃ animaduertisse quid eẽt deus: qui crediderunt eum esse animam motu ac ratione mũdum gubernantem. ac per hoc & si nondũ tenebat quod ueritas habet: deus enim uerus non anima sed anime quoq; est effector & conditor: tamen si contra preiudicia cõsuetudinis liber esse posset: unũ deum colendum fateretur atq; suaderet: motu ac ratione mundum gubernantem: ut ea cum illo de hac re questio remaneret: ꝙ eũ diceret esse animã non potius & anime creatorem. Dicit etiam antiquos Romanos plus annos centũ & septuaginta deos sine simulacro coluisse. Quod si adhuc inqt mãsisset: castius dii obseruarent̃. Cuius sẽtẽtie sue testẽ adhibet inter cetera etiã gentẽ Iudeam. nec dubitat eum locũ ita cõcludere ut dicat: qui primi simulacra deorum populis posuerunt: eos ciuitatibus suis & metum dempsisse & errorem addidisse. prudenter existimãs deos facile posse in simulacrorum stoliditate contemni. Quod uero nõ ait errorem tradiderunt sed addiderunt: iã utiq; fuisse etiã sine simulacris intelligi uult errorẽ. Quapropter cũ solos dicit aĩaduertisse quid esse deus: qui eum crederent animam mundũ gubernantem: castiusq; existimat sine simulacris obseruare religionem: quis non uideat q̃tum propinquauerit ueritati? Si enim aliquid cõtra uetustatem tanti posset erroris: profecto & unum deum a quo mundum crederet gubernari & sine simulacro colendũ esse censeret: atq; in tã ꝓximo inuentus facile fortasse de anime mutabilitate commoneretur: ut naturam potius incommutabilem que ipsam quoq; animã condidisset deum uerum esse sentiret. Hec cum ita sint: quecunq; tales uiri in suis litteris multorum deorum ludibria posuerunt: confiteri ea potius occulta dei uoluntate compulsi sunt: q̃ persuadere conati. Si qua igitur inde a nobis testimonia proferunt̃: ad eos redarguendos proferunt̃: qui nolũt aduertere de quanta & q̃ maligna demonum potestate nos liberet singulare sacrificiũ tam sancti sanguinis fusi: & donum spiritus impartiti.

Ad quam speciem utilitatis principes gentium apud subiectos sibi populos: falsas religiones uoluerũt permanere. C. xxxii.

Dicit etiã de generationibus deoꝝ magis ad poetas q̃ ad physicos fuisse populos inclinatos: & iõ & sexũ & generatiões deoꝝ maiores suos id ẽ ueteres credidisse Romanos: & eorum constituisse coniugia. Quod utiq; non aliam ob causam factũ uidetur: nisi quia hominum uelut prudentium & sapientium negocium fuit populũ in religionibus fallere: & in eo ipso non solum colere sed imitari etiam demões: qbus maxima est fallendi cupiditas. Sicut enim demones nisi eos quos fallendo deceperint possidere non possunt: sic & homines principes non sane iusti sed demonum similes: ea que uana esse nouerunt: religionis nomine populis tanq̃ uera suadebant: hoc modo eos ciuili societati uelut artius alligantes: quo similiter subditos possiderent. Quis aũt infirmus & indoctus euaderet simul fallaces & principes ciuitatis & demones?

¶ Quod Iudicio & potestate dei ueri omnium regum atq; regionũ ordinata sint tempora. ¶ C. xxxiii.

DEus igitur ille felicitatis autor & dator: quia solus est uerus deus: ipse dat regna terrena & bonis & malis. Neq; hoc temere & q̄si fortuitu: qa deus ē nõ fortuna: sed pro rerũ ordine ac tẽpore occulto nobis: notissimo sibi. Cui tamẽ ordini temporũ non subditus seruit: sed eũ ipse tanq̄ dominus regit: moderatorq; disponit. felicitatem uero nõ dat nisi bonis. Hãc. n. possunt habere & nõ habere seruiẽtes: possunt & non habere & habere regnantes. Que tñ plena in ea uita erit: ubi iã nemo seruiet ulli. Et ideo regna mundi huius deus bonis & malis communiter p̄stat: ne boni ea tanq̄ dei magna munera cõcupiscãt. Et ideo regna terrena & bonis ab illo dantᷓ & malis: ne eius cultores adhuc in ꝓuectu aĩmi paruuli: hec ab eo munera q̄si magnum aliquid cõcupiscãt. & hoc ē sacramentũ ueteris testamẽti ubi occultũ erat nouũ: ꝙ illic ꝓmissa & dona terrẽa sũt ĩtelligẽtibus & tũc spĩtalibus: q̄uis nõdũ in mãifestatõe p̄dicãtibus: et que illis tp̄alibus rebus significaretᷓ eternitas: & in q̄bus dei donis eẽt uera felicitas.

¶ De regno Iudeorum qđ ab uno & uero deo institutum atq; seruatũ est: donec in uera religione manserũt. C. ¶ xxxiiii.

ITaq; ut cognoscerentur etiam illa terrena bona: q̄bus solis inhiant: qui meliora cogitare nõ possunt: & in ipsius unius dei esse posita potestate: nõ in multorũ falsoꝝ quos colẽdos Romani añ crediderũt: populum suũ in Egypto de paucissimis multiplicauit: & iñ signis mirabilibus liberauit. Nec Lucinã mulieres ille inuocauerũt qñ earum partus ut miris modis multiplicarentᷓ: & gens illa incredibiliter cresceret: ab Egyptioꝝ persequentiũ & infantes oẽs necare uolentiũ manibus ipse liberauit: ipse seruauit. Sine dea Rumina suxerunt: sine Cunina in cunis fuerunt: sine Edulica & Potina escã potũq; sũpserũt: sine tot diis puerilibus educati sũt: sine diis cõiugalibus cõiugati: sine cultu p̄api cõiugibus mixti: sine inuocatõe Neptũni mare trãseũtibus diuisum patuit: & sequentes eorum inimicos fluctibus in se redeuntibus obruit. Nec cõsecrauerũt aliq̄ deã mãnã qñ de celo mãna sũpserũt: nec qñ sitiẽtibus aquã ꝑcussa petra ꝓfudit nymphas lymphasq; coluerũt. Sine insanis sacris Martis & Bellone bella gesserũt: & sine uictoria quidẽ nõ uicerũt: nõ eã tñ deã sed dei sui munus habuerũt. sine Segetia segetes: sine Bobona boues: mella sine Mellona: poma sine Pomona. Et ꝓrsus oĩa pro q̄bus tãte falsoꝝ deoꝝ turbe Romani supplicandum putauerũt: ab uno uero deo multo felicius acceperũt. & si nõ in eũ peccassent impia curiositate: tãq̄ magicis artibus seducti ad alienos deos & ad idola defluendo: & postremo Xpristum occidẽdo: in eodẽ regno et si nõ spasiosiore tñ feliciore mãsissent. Et nũc ꝙ per oẽs fere terras gentesq; dispersi sunt: illius unius ueri dei ꝓuidentia est. ut ꝙ deoꝝ falsorũ usq;q̄q; simulacra: are: luci: tẽpla euertuntᷓ et sacrificia ꝓhibentᷓ: de codicibus eorum probetᷓ queẽadmodũ hoc fuerit tanto añ ꝓphetatũ: ne forte cũ legeretᷓ in nostris: a nobis putaretᷓ esse confictũ. Iam quod sequitᷓ in uolumine sequenti uidendum est: et hic dandus huius prolixitatis modus.

¶ Aurelii Augustini Hipponeñ Ep̄i de ciuitate dei ¶ Liber Quintus. Causam Romani Imperii omniumq; regnorum: nec fortuitam esse: nec in stellarum positione consistere. ¶ Capitulum primum.

Voniã cõstat omniũ rerũ optandarũ plenitudinẽ esse felicitatẽ: que nõ est dea: sed donũ dei: & ideo nullũ deum colendũ esse ab hominibus: nisi q põt eos facere felices. Vnde si illa dea esset: sola colenda merito diceretur. Iam cõsequenter uideamus: qua causa deus qui põt & illa bona dare: que habere possunt etiã nõ boni ac per hoc etiã nõ felices: Romanũ imperiũ tã magnum tamq; diuturnũ esse uoluerit. Quia enim hoc deorũ falsorũ illa quam colebãt: multitudo nõ fecit: & multa iã diximus: & ubi uisum fuerit opportunũ esse: dicemus. Causa ergo magnitudinis Imꝑii Romani nec fortuita est: nec fatalis: scḋm eoꝝ sententiã: siue opinionẽ q ea dicũt eẽ fortuita: que uel nullas causas habẽt uel nõ ex aliquo rationabili ordine uenientes: & ea fatalia: que ꝑter dei & hominũ uolũtatẽ cuiusdã ordinis necessitate cõtingũt. Prorsus diuina prouidentia regna cõstituuntur humana. Que si ꝓpterea quis q̃ fato tribuit: qa ipsam dei uolũtatem uel ptãtem fati nomie appellat: sententiã teneat: linguã corrigat. Cur. n. nõ hoc ꝑmũ dicat qḋ postea dicturus est: cũ ab illo quis q̃ quesierit: qd dixerit fatũ? Nam id homines qñ audiunt usitata loquẽdi cõsuetudine: nõ intelligũt nisi uim positiõis siderũ: q̃lis ẽ qñ qs nascit: siue cõcipit. qḋ aliqui alienãt a dei uolũtate: aliq ex illa etiã hec pendere cõfirmant. Sed illi qui sine dei uolũtate decernere opinant sidera qd agamus: uel qd bonorum habeamus: maloꝝ ue patiamur: ab auribus omniũ repellẽdi sũt. Nõ solũ eoꝝ q uerã religionẽ tenẽt: sed q deoꝝ q̃liũcunq; licet falsoꝝ uolũt esse cultores. Hec. n. opinio quid agit aliud: nisi ut nullus oĩno colat: aut roget deus? Contra quos modo nobis disputatio nõ ẽ instituta: sed cõtra eos q pro defensiõe eoꝝ quos deos putãt xpiane religiõi aduersant. Illi uero q positiõi stellaꝝ quodãmõ decernẽtiũ q̃lis quisq; sit: & qd ꝓueniat boni: qd ue mali accidat ex dei uolũtate suspẽdũt: si easdẽ stellas putãt habere hãc ptãtem traditã sibi a sũma illius ptãte: ut uolẽtes ista decernãt: magnam celo faciũt iniuriã: in cuius uelut clarissimo senatu ac splẽdidissima curia opinantur scelera facienda decerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset: genere humano decernẽte fuerat euertẽda. Quale deiñ iudiciũ de hominũ factis deo relinqtur: qbus celestis necessitas adhibet: cũ dñs ille sit & siderũ & hominũ? Aut si nõ dicunt stellas accepta qdẽ ptãte a sũmo deo arbitrio suo ista decernere: sed in talibus necessitatibus ingerẽdis illius oĩno iussa cõplere: ita ne de ipso sentiẽdũ ẽ: qḋ indignissimũ uisũ est de stellaꝝ uolũtate sẽtire? Quod si dicunt stelle significare potius ista: q̃ facere: ut q̃si locutio quedã sit illa positio ꝑdicens futura: nõ agẽs. nõ. n. mediocriter doctoꝝ hoĩm fuit ista sentẽtia. nõ quidẽ ita solẽt loq mathematici: ut uerbigratia dicant: Mars ita positus homicidã significat: sed homicidã nõ facit. Veruntñ ut cõcedamus nõ eos ut debẽt loqui: & a philosophis accipere oportere sermõis regulã: ad ea ꝓnuntiãda: que in siderũ positiõe reꝑire se putãt: qd sit de quo nihil unq̃ dicere potuerũt: cur in uita geminoꝝ: in actiõibus: & in euẽtis: in ꝓfessiõibus: artibus: honoribus: ceterisq; rebus ad humanã uitã ptinẽtibus: atq; in ipa morte sit plerũq; tãta diuersitas: ut similiores eis sint: q̃tũ ad hec attinet: multi extranei: q̃ ipsi inter se gemini ꝑ exiguo tpis interuallo in nascẽdo separati: in cõceptu aũt per unũ cõcubitũ uno etiam momento seminati.

¶ De geminorum simili: dissimiliq; ualitudine. ¶ C. II.

Cicero dicit Hippocratẽ nobilissimũ medicũ scriptũ reliqsse: quosdã frẽs cũ simul egrotare cepissent: & eorum morbus eodẽ tẽpore ingrauesceret: eodẽ leuaretur

geminos suspicatum. Quos Posidonius Stoicus multum Astrologie deditus eadem cõstitutiõe astroꝝ natos: eadẽq; cõceptos solebat asserere. Ita qđ medicus pertinere credebat ad simillimã tẽperiẽ ualitudinis: hoc philosophus Astrologus ad uim cõsti/tutionẽq; siderũ: que fuerat quo tẽpore concepti natiq; sunt. In hac causa multo est acceptabilior & de proximo credibilior coniectura medicinalis. qm̃ parẽtes ut erant corpore affecti dũ cõcũberent: ita ꝑmordia cõceptoꝝ affici potuerũt: ut cõsecutis ex materno corpore ꝑoribus incremẽtis paris ualitudinis nascerentur. deiñ in una domo eisdẽ alimẽtis nutriti: ubi aerem & loci positionem & uim aquarũ plurimũ ualere ad corpus uel bñ uel male accipiẽdũ medicina testat̃. eisdẽ etiã exercitatõibus assuefacti tam similia corpora gererent: ut etiã ad egrotandũ uno tẽpore eisdẽq; causis similiter mouerent̃. Cõstitutionem uero celi ac siderũ que fuit qñ cõcepti siue nati sunt: uelle trahere ad istã egrotandi parilitatẽ: cũ tã multa diuersissimi generis diuersissimorum affectuũ & euentuũ eodẽ tẽpore in unius regionis terra eidẽ celo subdita potuerũt cõcipi & nasci: nescio cuius sit insolẽtie. Nos aũt nouimus geminos nõ solum actus & ꝑegrinationes habere diuersas: uerũ etiã dispares egritudines ꝑpeti. De q̃ re facillimã q̃tum mihi uidet̃ rationẽ redderet Hippocrates: diuersis alimentis & exercitatiõibus que nõ de corporis tẽperatiõe sed de animi uoluntate ueniunt: dissimiles eis accidere potuisse ualitudines. Porro aũt Posidonius uel q̃libet fataliũ siderũ assertor: mirũ si potest hic inuenire qd dicat: si nolit impitoꝝ mẽtibus in eis q̃s nesciũt: rebus illudere. Quod.n. conant̃ efficere de interuallo exigui tp̄is qđ inter se gemini dũ nascerentur habuerũt: ꝓpter celi ꝑticulã ubi ponit̃ hore notatio quã horoscopũ uocãt: aut non tãtũ ualet q̃ta inuenit̃ in geminoꝝ uolũtatibus: actibus: moribus: casibusq; diuersitas: aut plus etiã ualet q̃ est geminorum uel humilitas generis eadem uel nobilitas: cuius maximam diuersitatẽ non nisi in hora q̃ q̃sq; nascit̃: ponũt. Ac per hoc si tã celeriter alter post alterũ nascit̃: ut eadẽ pars horoscopi maneat: paria cuncta quero: que in nullis possunt geminis inueniri. Si aũt sequẽtis tarditas horoscopum mutat: parentes diuersos quero: quos gemini habere nõ possunt.

De argumento quod ex rota figuli Nigidius Mathematicus assumpsit in questione geminorum. C. III.

FRustra igit̃ aufert̃ nobile illud cõmentũ de figuli rota: qđ respondisse ferunt Nigidiũ ac questiõe turbatũ: unde & Figulus appellatus ẽ. Dũ.n. rotã figuli ui quanta potuit intorsisset: currente illa: bis numero de atramẽto tanq̃ uno eius loco sũma celeritate ꝑcussit: deiñ inuẽta sunt signa que fixerat desistẽte motu: non paruo interuallo in rote illius extremitate distãtia. Sic inq̃t in tãta celi rapacitate etiam si alter post alterũ tãta celeritate nascat̃ q̃ta rotã bis ipse ꝑcussi: in celi spatio plurimũ est. Hic sunt inq̃t quecũq; dissimillima ꝑhibent̃ in moribus casibusq; geminoꝝ. Hoc figmentũ fragilius ẽ q̃ uasa que illa rotatiõe fingunt̃. Nã si tã multũ in celo interest qđ cõstellatõibus cõprehẽdi nõ pt̃: ut alteri geminoꝝ hereditas obueniat alteri nõ obueniat: cur audẽt ceteris q gemini nõ sunt cũ inspexerint eoꝝ cõstellationes talia ꝓnũtiare: que ad illud secretum ꝑtinẽt quod nemo pt̃ comprehẽdere & momentis annotare nascẽtiũ? Si aũt ꝓpterea talia dicũt in alioꝝ genituris: q̃a hec ad ꝓductiora spacia tẽpoꝝ ꝑtinẽt: momẽta uero illa partium minutaꝝ que inter se gemini possunt habere nascẽtes rebus minimis tribuunt̃: de q̃libus mathematici non solẽt cõsuli: quis enim cõsulat qñ sedeat qñ deambulet: qñ uel qd prandeat. nũquid ista dicimus quãdo in moribus: operibus: casibusq; geminorũ plurima plurimumq; diuersa monstramus?

De Esau et Iacob geminis multum inter se morum et actionum qualitate disparibus. C. iiii.

NAti sunt duo gemini antiq̄ patrū memoria ut de insignibus loquar: sic alter post alterū ut posterior plantā prioris teneret: tanta in eoꝝ uita fuerunt moribusq̄ diuersa: tanta in actibus disparilitas: tanta in parentū amore dissimilitudo: ut etiam inimicos eos inter se faceret ipsa distantia. Nunqd hoc dicit̄ qa uno ambulāte alius sedebat: & alio dormiēte alius uigilabat: alio loquente tacebat alius: que ptinent ad illas minutias: que nō possunt ab eis cōprehendi q cōstitutiōi siderū qn̄ quisq̄ nascat̄: ascribūt: unde mathematici cōsulant̄? Vnus duxit mercennariā seruitutem: alius non seruiuit. Vnus a matre diligebat̄: alius nō diligebat̄. Vnus honorē qui magnus apud eos habebat̄: amisit: alter adeptus est. Quid de uxoribus: qd de filiis: qd de rebus: q̄ta diuersitas? Si ergo hec ad illas ptinēt minutias tēporū que inter se habent gemini: et cōstellatiōibus nō ascribunt̄: q̄re alioꝝ cōstellatiōibus inspectis ista dicunt̄? Si autem ideo dicuntur: quia non ad minuta incōprehensibilia: sed ad tempoꝝ spacia ptinent: que obseruari notariq̄ possunt: qd hic agit rota illa luti figuli: nisi ut homines luteū cor habentes in gyrum mittantur: ne mathematicorum uaniloquia conuincantur?

Quibus modis conuincantur Mathematici uanam scienciam profiteri. C. v.

QVid deniq̄ iidem ipsi quoꝝ morbū ꝙ eodē tēpore grauior leuiorq̄ apparebat amboꝝ: medicinaliter inspiciēs Hippocrates geminos suspicatus ē: nōne satis istos redarguūt: q uolūt sideribus dare qđ de corpoꝝ simili tēperatōe ueniebat. Cur enim similiter eodēq̄ tēpore nō aliter ꝓor alter posterior egrotabāt: sicut nati fuerāt: quia utiq̄ simul nasci ambo nō poterant? Aut si nihil momēti attulit ut diuersis tēporibus egrotarēt: ꝙ diuersis tēporibus nati sunt: q̄re tēpus in nascēdo diuersū ad aliaꝝ rerū diuersitates ualere cōtendūt? Cur poterūt diuersis tpibus peregrinari: diuersis tpibus ducere uxores: diuersis tpibus filios ꝓcreare: & multa alia ꝓpterea qa diuersis tpibus nati sūt: & nō poterunt eadē causa diuersis etiā tpibus egrotare? Si.n. dispar nascēdi mora mutauit horoscopū: & dispilitatē intulit ceteris rebus: cur illud in egritudībus mansit qđ habebat in tpis eq̄litate cōceptus? Aut si fata ualitudinis in cōceptu sunt: aliarū uero rerū in ortu esse dicunt̄: nō deberēt inspectis nataliū constellatiōibus de ualitudine aliqd dicere: qn̄ eis inspicienda conceptionalis hora nō datur. Si autē ideo prenūtiant egritudines nō inspecto cōceptionis horoscopo: qa indicant eas momēto nascentiū: quō dicerēt cuilibet eoꝝ geminoꝝ ex natiuitatis hora qn̄ egrotaturus eēt: cū & alter qui nō habebat eandē horā natiuitatis necesse haberet pariter egrotare? Deiñ quero si tanta distātia est tpis in natiuitate geminoꝝ: ut per hanc oporteat eis cōstellationes fieri diuersas ꝓpter diuersū horoscopū: & ob hoc diuersos oēs cardines ubi tanta uis ponit̄: ut hinc etiā diuersa sint fata: unde hoc accidere potuit cū eorum cōceptus diuersū tēpus habere nō possit? Aut si duoꝝ uno momēto tēporis cōceptoꝝ potuerūt eē ad nascendū fata disparia: cur nō & duoꝝ uno momēto tēporis natorū possint esse ad uiuendū atq̄ moriendū fata disparia? Nam si unum momentum quo ambo concepti sunt: non impediuit: ut alter prior alter posterior nasceretur: cur uno momēto si duo nascant̄: impedit aliquid ut alter prior alter posterior moriatur? Si cōceptio momēti unius diuersos casus in utere geminos habere ꝑmittit: cur natiuitas

momēti unius nō etiā quoslibet duos in terra diversos casus habere permittat? Ac ut omis huius artis uel potius uanitatis cōmenta tollant: quid est hoc ꝙ uno tēpore uno momēto sub una eadēq; celi positiōe concepti diuersa hn̄t fata: que illos ꝑducant ad diuersaꝝ horaꝝ natiuitatē: & uno momēto temporis sub una eadēq; celi positiōe de duabus matribus duo pariter nati: diuersa fata habere nō possunt que illos ꝑducāt ad diuersam uiuendi uel moriendi necessitatē? An cōcepti nondū habent fata: que nisi nascant: habere nō potuerūt? Quid ē ergo qd̄ dicūt si hora conceptionalis inueniat: multa ab istis dici posse diuinitus? Vnde etiā illud a nonnullis predicatur: ꝙ quidam sapiens horam elegit qua cū uxore concūberet: unde filiū mirabilē gigneret. Vnde postremo & hoc est quod de illis pariter egrotātibus geminis Posidonius astrologus idēq; phūs respōdebat: ideo fieri ꝙ eodē tpe fuissent nati eodēq; cōcepti? Nam utiq; ꝑpter hoc addebat cōceptionē: ne diceretur ei nō ad liquidū eodē tempore potuisse nasci: quos constabat oīno eodē tēpore fuisse cōceptos. ut hoc quod similiter simulq; egrotabant nō daret de ꝑximo pari corpis tēperamēto: sed eandē quoq; ualitudinis parilitatē siderus nexibus alligaret. Si igitᷣ in cōceptu tāta uis est ad eq̄litatē fatoꝝ: non debuerūt nascēdo eadem fata mutari. Aut si ꝑpterea mutant fata geminorum quia temporibus diuersis nascuntur: cur nō potius intelligamus iam fuisse mutata ut diuersis tēporibus nascerent? Ita ne nō mutat fata natiuitatis uolūtas uiuentiū: cum mutet fata cōceptiōis ordo nascentiū? Quanq̄ & in ipsis geminorum cōceptibus ubi certe amboꝝ eadē momēta siue tēpoꝝ: sepe fit ut sub eadē constellatione fatali alter cōcipiat masculus altera femina.

De geminis disparis sexus. C. VI.

Nouimus geminos diuersi sexus. ambo adhuc uiuūt. ambo etate uigent adhuc. Quoꝝ cū sint inter se similes corpoꝝ spēs q̄tum in diuerso sexu pōt: instituto tn̄ & proposito uite ita sunt dispares: ut preter actus quos necesse est a uirilibus distare femineos: ꝙ ille in officio comitis militat: & a sua domo pene semper peregrinat: illa de solo patrio & de rure ꝑprio nō recedit. Insuper qd̄ est incredibilius: si astralia fata credant: nō autē mirū si uolūtates hominū & dei munera cogitent: ille cōiugatus illa uirgo sacra est. ille numerosam prolem genuit: illa nec nupsit. At enim plurimum uis horoscopi ualet. Hoc q̄ nihil sit: iā satis disserui. sed qualecūq; sit: in ortu ualere dicūt. Nunqd & in cōceptu ubi & unū cōcubitū eē manifestū est: & tanta nature uis est: ut cū cōceperit femina deīn alterū cōcipere oīno non possit? Vnde necesse est eadem esse in geminis momēta cōceptus. An forte qa diuerso horoscopo nati sūt: aut ille in masculū dū nascerent: aut illa in feminā cōmutata ē? Cum igitᷣ usq;q̄q; absurde dici possit ad solas corpoꝝ differentias afflatus quosdam ualere sidereos: sicut in solaribus accessibus & decessibus uidemus etiam ipsius anni tp̄a uariari: & lunaribus incremētis atq; detrimētis augeri & minui quedā genera rerū: sicut echinos & cōchas & mirabiles estus oceani: non aūt & animi uolūtates positiōibus siderū subdi: nunc isti cum etiam nostros actus inde religare conant: admonent ut queramus: unde nec in ipsis quidē corporibus eis possit rō ista cōstare. Quid.n. tā ad corpus ꝑtinens q̄ corporis sexus? Et tamen sub eadē positiōe siderū diuersi sexus gemini cōcipi potuerūt. Vnde quid insipiētius dici aut credi pōt: q̄ siderum positionem que ad horam cōceptionis eadem ambobus fuit: facere nō potuisse: ut cū quo habebat eandem constellationem: sexū diuersum a fratre nō haberet: & positionem siderum que fuit ad horam nascentium facere potuisse: ut ab eo tam multum uirginali sanctitate distaret?

a

¶ De electione diei quo uxor ducitur: quo ue in agro aliquid plantatur: aut seritur. ¶ C. VII.

IAm illud quis ferat: ꝙ in eligẽdis diebus noua quedã suis actibus fata moliunẽ?
Non erat uidelicet ille ita natus ut haberet admirabilẽ filium: sed ita potius ut
conteptibilẽ gigneret: et ideo uir doctus elegit horã qua misceretẽ uxori. Fecit ergo
fatũ: qđ nõ habebat: sed ex ipsius fato cepit eẽ fatale qđ in eius natiuitate nõ fuerat.
O stulticiã singularẽ: eligitẽ dies: ut ducatẽ uxor. Credo ꝑpterea qa potest in diẽ nõ
bonum nisi eligatur incurri: & infeliciter duci. Vbi est ergo quod nascẽti iam sidera
decreuerũt? An põt homo qđ ei iam cõstitutũ est: diei electiõe mutare: & quod ipse
in eligẽdo die cõstituerit: nõ poterit ab alia ꝑtãte mutari? Deiñ si soli homines non
aũt oĩa que sub celo sũt: cõstellatiõibus subiacẽt: cur alios eligũt dies accõmodatos
ponendis uitibus uel arboribus uel segetibus: alios dies pecoribus uel domandis uel ad/
mittẽdis maribus: qbus eq̃rum uel boum fetentẽ armẽta: & cetera huiusmodi? Si aũt
ꝑpterea ualent ad has res dies electi: qa terrenis oĩbus corꝑibus siue aĩmãtibus siue
nõ aĩmãtibus scđm diuersitates tꝑaliũ momẽtoꝝ & siderũ positio dñatur: cõsiderent
q̃ innumerabilia sub uno tꝑis puncto uel nascantẽ: uel oriantẽ: uel inchoentẽ: & tam
diuersos exitus habeãt: ut istas obseruatiões cuiuis puero ridẽdas esse ꝑsuadeant. Quis
enim ẽ tã excors: ut audeat dicere oĩes arbores: oẽs herbas: oẽs bestias: serpẽtes: aues:
pisces: uermiculos: momenta nascendi sigillatim habere diuersa? Solent tñ homines ad
tẽptandã peritiã Mathematicoꝝ: afferre ad eos cõstellatiões mutoꝝ animaliũ: quoꝝ
ortus ꝑpter hanc explorationem domi sue diligenter obseruãt. eosq; Mathematicos
preferũt ceteris: q cõstellatiõibus inspectis dicũt nõ esse hominẽ natũ sed pecus. Audẽt
etiam dicere q̃le pecus: utrũ aptũ lanicio: an uectatiõi: an aratro: an custodie domus.
Nam & ad canina fata tẽptantẽ: & cũ magnis admirantium clamoribus ista rñdent.
Sic desipiũt hoĩes: ut existimẽt cũ hõ nascitẽ: & ceteros rerũ ortus ita inhiberi: ut cũ
illo sub eadẽ celi plaga nec musca nascatẽ. Nã si hãc admiserint: ꝑcedit ratiocinatio
que gradatim accessibus modicis eos a muscis ad camelos elephantosq; perducat. Nec
illud uolunt aduertere: ꝙ electo ad seminandũ agrum die: tam multa grana in terra
simul ueniũt: simul germinãt: & exorta segete simul herbescũt: pudescũt: flauescũt:
& tñ iñ spicas ceteris coeuas atq; ut ita dixerim congerminales alias rubigo interimit:
alias aues depopulantẽ: alias hoĩes auellũt. Quõ istis alias cõstellatiões fuisse dicturi
sunt: quas tã diuersos exitus habere cõspiciunt? An eos penitebit his rebus dies eligere:
easq; ad celeste negabũt ꝑtinere decretũ: & solos sideribus subdẽt hoĩes qbus solis in
terra deus dedit liberas uolũtates? His oĩbus cõsideratis non immerito creditur: cum
astrologi mirabiliter multa uera respondeant: & occulto instinctu fieri spirituum nõ
bonoꝝ: quoꝝ cura ẽ has falsas & noxias opiniões de astralibus fatis inserere humanis
mentibus atq; firmare: non horoscopi notati & inspecti aliqua arte que nulla est.

¶ De iis qui non astrorum positionem sed connexionẽ causarum ex dei uoluntate pendentem fati nomine appellant. ¶ C. VIII.

QVi uero nõ astroꝝ cõstitutionẽ sicuti est cum quicqd concipitẽ uel nascitur uel
inchoatẽ: sed omniũ cõnexionem seriemq; causarum qua fit oĩe: quod fit: fati
nomine appellant: nõ multũ cum eis de uerbi controuersia laborandũ atq; certandũ
est: q̃nquidẽ ipm causaꝝ ordinẽ & quandã connexionẽ dei sũmi tribuũt uolũtati &

potestati: qui optime & ueracissime credit & cũcta scire añq̃ fiãt: & nihil inordinatũ relinquere: a quo sunt omẽs potestates q̃uis ab illo nõ sint omnium uolũtates. Ipsam itaq; precipue dei summi uoluntatẽ: cuius potestas insupabiliter per cũcta porrigit: eos appellare fatum sic probatur. Annei Senece sunt nisi fallor hi uersus.
Duc me summe pater: altiq; dominator olympi.
Quocunq; placuerit: nulla parendi mora est:
Assum impiger: fac uelle: comitabor gemens.
Malusq; patiar facere: qđ licuit bono.
Ducunt uolentem fata: nolentem trahunt.
¶ Nempe euidentissime hoc ultimo uersu ea fata appellauit: que supra dixerat sũmi patris uoluntatẽ. Cui se paratũ obedire dicit: ut uolens ducat: ne nolens trahat: qm̃ scilicet ducũt uolentẽ fata: nolentẽ trahunt. Illi quoq; uersus Homerici huic sentẽtie suffragantur: quos Cicero in latinum uertit.
Tales sunt hominum mentes qualis pater ipse.
Iupiter auctiferas lustrauit lumine terras.
¶ Nec in hac questiõe autoritatẽ haberet poetica sentẽtia. Sed qm̃ Stoicos dicit uim fati asserentes istos ex Homero uersus solere usurpare: nõ de illius poete sed de istorũ philosophoꝝ opinione tractat: cũ per istos uersus quos disputationi adhibent quam de fato habent: quid sentiant esse fatum apertissime declaratur. qm̃ Iouẽ appellant quem summum deum putant. a quo connexionem dicunt pendere fatorum.

¶ De prescientia dei & libera hominis uoluntate contra Ciceronis definitionem. ¶ C. VIIII.

Hos Cicero ita redarguere conat: ut non existimet aliqđ se aduersus eos ualere: nisi auferat diuinationẽ. Quã si conat auferre ut neget esse scientiã futurorũ: eãq; omibus uiribus nullã esse oĩno cõtendat: uel in deo uel in homine: nullãq; rerum predictionẽ. Ita & dei prescientiã negat: & omnẽ prophetiã luce clariorem conatur euertere uanis argumẽtatiõibus. & opponẽdo sibi quedã oracula que facile possunt refelli: que tñ nec ipse cõuincit. In his aũt Mathematicoꝝ cõiecturis refutandis eius regnat oratio: quia uere tales sunt: ut se ipse destruant & refellant. Multo sunt autẽ tolerabiliores qui uel siderea fata cõstituũt: q̃ iste qui tollit p̃scientiã futuroꝝ. Nam et confiteri esse deũ & negare p̃scium futuroꝝ: apertissima insania est. Quod & ipse cũ uideret: etiã illud temptauit asserere qđ scriptũ est. Dixit insipiens in corde suo non est deus. sed nõ ex sua p̃sona. Vidit enim q̃ esset inuidiosũ & molestũ. Ideoq; Cottam fecit disputantẽ de hac re aduersum Stoicos in libris de deoꝝ natura: & pro Lucilio Balbo cui Stoicoꝝ p̃tes defendẽdas dedit maluit ferre sententiã: q̃ pro Cotta q nullam naturam diuinam esse contendit. In libris uero de diuinatione ex seipso apertissime oppugnat prescientiã futuroꝝ. Hoc aũt totũ facere uidet: ne fatũ esse consentiat: & perdat liberam uolũtatẽ. putat enim cõcessa sciẽtia futuroꝝ ita esse cõsequens fatũ: ut negari oĩno nõ possit. Sed quoquomõ se habeant tortuosissime concertationes & disputationes philosophoꝝ: nos ut cõfitemur summũ & uerum deum: ita uoluntatem summãq; p̃tatem ac prescientiã eius cõfitemur. Nec timemus ne ideo uoluntate non faciamus: qđ uolũtate facimus: qa id nos facturos ille p̃sciuit: cuius p̃scientia falli nõ põt. qđ Cicero timuit: ut oppugnaret p̃scientiã: & Stoici ut nõ oĩa necessitate fieri dicerẽt: q̃uis oĩa fato fieri cõtenderent. Quid ergo est qđ Cicero timuit in p̃scientia

futuroꝝ: ut eã labefactare disputatiõe detestabili niteretur? Videlicet qa si prescita sunt oĩa futura: hoc ordine ueniẽt: quo uẽtura eẽ p̄scita sũt. Et si hoc ordĩe ueniẽt: certus ẽ ordo rerum presciẽti deo. Et si certus est ordo rerũ: certus est ordo causarũ. Non. n. aliqd fieri põt: qđ nõ aliqua efficiens causa precesserit. Si aũt certus est ordo causaꝝ quo fit oĩe qđ fit: fato inqt fiũt oĩa: que fiunt. Quod si ita est: nihil est in nostra ptãte: nullũq; est arbitriũ uolũtatis. Quod si cõcedimus inquit omnis humana uita subuertitur: frustra leges dantur: frustra obiurgationes: laudes: uituperationes: exhortationes adhibentur: neq; ulla iusticia bonis premia: & malis supplicia cõstituta sunt. Hec ergo ne cõsequantᷣ indigna absurda & ꝑniciosa rebus humanis: nõ uult eẽ prescientiã futuroꝝ: atq; in has angustias Cicero coartat animũ religiosum: ut unũ eligat e duobus: aut esse aliqd in nostra uoluntate: aut esse prescientiã futurorũ: qm̃ utrũq; arbitratᷣ esse nõ posse. sed si alterũ cõfirmatᷣ alterũ tolli. si elegerimus p̄scientiã futuroꝝ: tolli uoluntatis arbitrium. si elegerimus uolũtatis arbitriũ: tolli prescientiam futurorũ. Ipse itaq; ut uir magnus & doctus & uite humane plurimũ ac peritissime cõsulẽs: ex his duobus elegit liberũ uolũtatis arbitriũ. Quod ut cõfirmaretᷣ: negauit prescientiam futurorum: atq; ita dum uult facere liberos: facit sacrilegos. Religiosus aũt animus utrũq; eligit: utrũq; confitetᷣ: & fide pietatis utrũq; confirmat. Quomõ inquit? Nam si est prescientia futuroꝝ: sequuntᷣ illa oĩa que cõnexa sunt: donec eo perueniatᷣ: ut nihil sit in nostra uoluntate. Porro si ẽ aliqd in nostra uolũtate: eisdẽ recursis gradibus eo peruenitᷣ: ut nõ sit prescientia futurorũ. Nam per illa omnia sic recurritᷣ. si est uolũtatis arbitriũ: nõ oĩa fato fiũt. Si nõ oĩa fato fiũt: nõ ẽ oĩum certus ordo causaꝝ. si certus causaꝝ ordo nõ ẽ: nec rerũ certus ẽ ordo prescienti deo. que fieri nõ possunt nisi p̄cedentibus & efficiẽtibus causis. si rerũ ordo prescienti deo certus nõ ẽ: nõ oĩa sic ueniũt ut ea uẽtura presciuit. Porro si nõ oĩa sic eueniũt: ut ab illo uentura prescita sunt: nõ est inqt in deo prescientia omniũ futuroꝝ. Nos aduersus istos sacrilegos ausus atq; impios: & deum dicimus omnia scire anteq̃ fiant: & uoluntate nos facere quicquid a nobis non nisi uolentibus fieri sentimus & nouimus. Omnia uero fato fieri non dicimus. immo nulla fieri fato dicimus. qm̃ fati nomẽ ubi solet a loquentibus poni: id est in cõstitutiõe siderũ qua quisq; cõceptus aut natus est: quoniã res ipsa inaniter asseritᷣ: nihil ualere monstramus. Ordinẽ autẽ causarum ubi uolũtas dei plurimum põt: neq; negamus neq; fati uocabulo nuncupamus: nisi forte ut fatũ a fando dictũ intelligamus id est a loquẽdo. nõ enim abnuere possumus esse scriptũ in litteris sanctis: semel locutus est deus: duo hec audiui: qm̃ ptãs dei est & tibi domine misericordia: qa tu reddes unicuiq; scd̃m opera eius. Quod. n. dictũ est semel locutus est: intelligitur immobiliter hoc est incommutabiliter est locutus: sicut nouit incõmutabiliter omnia que futura sunt: & que ipse facturus est. Hac itaq; ratione possemus a fãdo fatũ appellare: nisi hoc nomẽ iã in alia re soleret intelligi quo corda hominũ nolumus inclinari. Nõ ẽ aũt cõsequẽs ut si deo certus ẽ oĩũ ordo causaꝝ: iõ nihil sit in nostre uolũtatis arbitrio. & ip̃e qppe nostre uolũtates in causaꝝ ordine sunt: qui certus est deo eiusq; presciẽtia cõtinetur. qm̃ & humane uolũtates humanoꝝ operũ cause sunt. Atq; ita q oĩes rerũ causas p̄sciuit: ꝑfecto in eis causis etiã nostras uoluntates ignorare nõ potuit: quas nostroꝝ operũ causas esse p̄sciuit. Nam & illud quod idem Cicero cõtendit nihil fieri si causa efficiens nõ precedat: satis est ad eum in hac questiõe redarguendũ. Quid. n. eũ adiuuat ꝙ dicit nihil quidẽ fieri sine causa: sed nõ oẽm causã esse fatalẽ: quia ẽ causa fortuita: est naturalis: est uolũtaria? Sufficit qa omne qđ fit nõ nisi causa p̄cedente fieri confitetᷣ? Nos enĩ eas causas que dicuntᷣ

fortuite unde etiam fortuna nomen accepit: non esse dicimus nullas sed latentes: easq; tribuimus uel dei ueri uel quorūlibet spirituū uoluntati. Ipsasq; naturales nequaq̄ ab illius uoluntate seiungimus: qui est autor omnis conditorq; nature. Iam uero cause uolūtarie aut dei sunt: aut angeloꝝ: aut hoīm: aut quorūq; animaliū: si tn̄ appellāde uolūtates sunt animaliū ratiōis expertiū motus illi q̄bus aliq̄ faciunt scd̄m naturam suā: cū quid uel appetūt uel euitant. Angeloꝝ autē uolūtates dico siue bonoꝝ quos angelos dei dicimus: siue malorum quos angelos diaboli uel etiā demones appellamus. Sic & hominū & bonoꝝ scilicet & maloꝝ: ac per hoc colligit̄ nō eē causas efficientes omniū que fiūt: nisi uolūtarias illius nature scilicet que spūs uite est. Nam & aer iste siue uentus dicit̄ spūs. Sed qm̄ corpus est: nō est spūs uite. Spūs ergo uite q̄ uiuificat omnia: creatorq; ē oīs corpis & omnis creati spūs: ipse ē deus utiq; spūs nō creatus. In eius uolūtate summa potestas ē: que creatoꝝ spirituū uolūtates bonas adiuuat. malas iudicat. omnes ordinat. & q̄busdā tribuit ptātem. q̄busdā nō tribuit. Sicut. n. omnium naturarū creator ē: ita omniū ptātum dator nō uoluntatū. Male quippe uolūtates ab illo nō sunt: qm̄ cōtra naturam sunt: que ab illo est. Corpora igitur magis subiacēt uolūtatibus: quedā nostris id ē oīum animātiū mortaliū: & magis hoīnū q̄ bestiaꝝ: quedā uero angeloꝝ: sed oīa maxīe dei uolūtati subdita sunt. Cui etiā uoluntates oēs subiciunt̄: q̄a nō habēt ptātem nisi quā ille cōcedit. Causa itaq; rerū que facit nec fit: deus est. Alie uero cause & faciūt & fiūt. sicut sunt oēs creati spūs & maxime rationales. Corporales autem cause que magis fiunt: q̄ faciunt: non sunt inter causas efficientes annumerande: qm̄ hoc possunt qd̄ ex ipsis faciūt spirituū uolūtates. Quō igit̄ ordo causaꝝ q̄ pscīeti certus ē deo id efficit: ut nihil sit in nostra uolūtate: cum in ipso causaꝝ ordine magnū habeāt locū nostre uolūtates? Contēdat ergo Cicero cū eis: q̄ hunc causarū ordinē dicūt esse fatalē: uel potius ipm fati nomine appellāt: qd̄ nos abhorremus precipue propter uocabulū quod nō in re uera cōsueuit intelligi. q̄ uero negat ordinē omniū causarū esse certissimū & dei pscientie notissimum: plus eū q̄ Stoici detestamur. Aut enim deū esse negat: qd̄ q̄dem inducta alterius psona in libris de deoꝝ natura facere molitus est: aut si esse confitetur deū: quē negat prescium futuroꝝ: etiā sic dicit nihil aliud: q̄ quod ille dixit insipiens in corde suo: non est deus. Qui. n. nō est prescius omnium futuroꝝ: non est utiq; deus. Quapropter & uolūtates nostre tm̄ ualent: q̄tum deus eas ualere uoluit atq; presciuit. & ideo quicquid ualent: certissime ualent: & qd̄ facture sūt ipse oīno facture sūt: q̄a ualituras atq; facturas ille presciuit cuius prescientia falli non pōt. Quapropter si mihi fati nomen alicui rei adhibendum placeret: magis dicerē fatū eē infirmioris: potentioris uoluntatē q̄ eum habet in potestate: q̄ illo causarū ordine quē non usitato sed suo more Stoici fatum appellāt arbitriū nostre uoluntatis auferri.

An uolūtatibus hominū aliqua dominet̄ necessitas. C. x.

Unde nec illa necessitas formidanda est: quā formidando Stoici laborauerunt: causas rerū ita distinguere ut quasdā subtraherent necessitati: quasdā subderēt: atq; in his quas esse sub necessitate uoluerunt: posuerunt etiam nostras uoluntates. ne uidelicet nō eēnt libere si subderent̄ necessitati. Si. n. necessitas nostra illa dicēda est: que nō est in nostra potestate: sed etiā si nolumus efficit quod pōt: sicut est necessitas mortis: manifestū ē uolūtates nostras q̄bus recte uel pperā uiuit̄ sub tali necessitate nō esse. Multa enim facimus: que si nollemus nō utiq; faceremus. Quo pmitus ptinet ipm uelle. nā si uolumus: est. si nolumus: nō est. Non. n. uellemus: si nollemus. Si autē

illa diffinit̄ esse necessitas: sc̄d̄m quā dicimus necesse esse ut ita sit aliquid: uel ita fiat: nescio cur eā timeamus: ne nobis libertatē auferat uolūtatis. Neq;.n. & uitam dei & prescientiā dei sub necessitate ponimus: si dicamus: necesse ē deū semp uiuere & cūcta prescire. sicut nec potestas eius minuit̄ cū dicit̄ mori falliq; nō posse. Sic enī hoc nō pōt: ut potius si posset: minoris eēt utiq; potestatis. Recte qppe omnipotens dicit̄: qui tn̄ mori & falli nō potest. Dicit̄ enim omnipotēs faciēdo qđ uult: nō patiēdo qđ nō uult. quod si ei accideret: nequaq̄ esset omnipotēs. Vnde ꝓpterea quedam nō potest: quia om̄ipotens est. Sicut etiam cum dicimus necesse est esse: ut cum uolumus libero uelimus arbitrio: & uerū ꝓculdubio dicimus: & nō ideo ip̄m liberū arbitriū necessitati subiicimus que adimit libertatem. Sunt igit̄ nostre uolūtates: & ipse faciunt quicquid uolēdo facimus: qđ nō fieret: si nollemus. Quicqd aūt alioꝝ hominū uolūtate nolēs quisq; patit̄: etiā sic uolūtas ualet: & si nō illius: tn̄ hominis uoluntas: sed potestas dei. Nam si uolūtas tm̄ esset: nec posset: qđ uellet: potentiore uolūtate impediretur. Nec sic tn̄ uolūtas nisi uolūtas esset: nec alterius sed eius eēt: q uellet: & si nō posset implere qđ uellet. Vnde quicqd ꝑter suā uolūtatē patit̄ hō: nō debet tribuere humanis uel angelicis uel cuiusq; creati spūs uolūtatibus: sed eius potius q dat potestatē uolentibus.

De uniuersali ꝓuidentia dei cuius legibus om̄ia cōtinentur. C. xi.

Non ergo ꝓpterea nihil est in nostra uolūtate: qa deus presciuit qd futurū esset in nostra uolūtate. Non enim qui hoc presciuit nihil presciuit. Porro si ille qui presciuit quid futurum esset in nostra uoluntate: nō utiq; nihil sed aliquid presciuit: profecto & illo ꝑsciente est aliqd in nostra uoluntate. Quocirca nullo mō cogimur aut retenta prescientia dei tollere uoluntatis arbitriū: aut retento uolūtatis arbitrio: deū quod nefas ē: negare presciū futuroꝝ. Sed utrūq; amplectimur: utrūq; fideliter & ueraciter confitemur. illud ut bene credamus: hoc ut bene uiuamus. Male autem uiuitur: si de deo non bene creditur. Vnde absit a nobis eius negare prescientiam ut liberi esse uelimus: quo adiuuante sumus liberi uel erimus. Proinde non frustra sunt leges: obiurgatiōes: exhortationes: laudes: & uituperationes: quia & ipsas futuras esse presciuit. & ualent plurimū: quantū eas ualituras esse presciuit. Et preces ualēt ad ea impetranda: que se precantibus cōcessurū esse presciuit. Et iuste premia bonis factis: & peccatis supplicia cōstituta sunt. Neq;.n. ideo peccat homo qa deus illū peccaturū esse presciuit: immo ideo nō dubitat̄ ip̄m peccare cū peccat: quia ille cuius presciētia falli non potest: non fatum: non fortunam: non aliquid aliud: sed ip̄m peccaturū esse presciuit: qui si nolit omnino nō peccat: sed si peccare noluerit: etiā hoc ille presciuit. Deus itaq; summus & uerus cū uerbo suo & spū sancto que tria unū sunt: deus unus omnipotēs creator & factor om̄is anime atq; om̄is corporis: cuius sunt participatione felices qcunq; sunt ueritate nō uanitate felices: q fecit hominē rōnale aīmal ex aīma & corpore: qui eū peccantē nō impunitum esse ꝑmisit: nec sine misericordia dereliqt: qui bonis & malis essentiā etiā cū lapidibus: uitam seminalem etiā cū arboribus: uitā sensualem etiā cum pecoribus: uitam intellectualem cum solis angelis dedit: a quo est om̄is modus: om̄is species: om̄is ordo: a quo est mēsura: numerus: pōdus: a quo ē qcquid naturaliter est: cuiuscunq; generis est: cuiuscunq; estimationis est: a quo sunt semina formarum: forme seminum: motus seminum atq; formarū. Qui dedit carni originem: pulchritudinē: ualitudinem: propagationis fecunditatē: membrorum dispositionem: salutē: concordiā: q & anime irrationali dedit memoriam: sensum: appetitū: rationali

autē insuper mentē: intelligentiā: uoluntatē: qui nō solū celum & terram: nec solum angelū & hominē: sed nec exigui & contēptibilis animātis uiscera: nec auis pennulam: nec herbe flosculum: nec arboris folium sine suarum partiū conuenientia & quadam ueluti pace dereliquit: nullo modo est credendus regna hominū eorūq; dominatiōes & seruitutes a sue prouidentie legibus alienas esse uoluisse.

Quibus moribus antiqui Romani meruerunt ut deus uerus quanuis non eum colerent: eorum augeret imperium. C. xii.

PRoinde uideamus quos Romanorum mores: & quam ob causam deus uerus ad augendum imperium adiuuare dignatus est: in cuius potestate sunt etiam regna terrena. Quod ut absolutius disserere possemus: ad hoc pertinētem & superiorē librū conscripsimus: ꝙ in hac re potestas nulla sit eorū deorū quos etiam rebus nugatoriis colendos putarunt: & presentis uoluminis partes superiores quas hucusq; perduximus de fati questione tollenda: ne quis q̄ cui iam persuasum esset non illorū deorū cultu Romanū Imperiū ꝓpagatum atq; seruatū: nescio cui fato potius id tribueret: q̄ dei summi potētissime uolūtati. Veteres igit̄ primiq; Romani quantum eorum docet & cōmendat historia: q̄uis ut alie gētes excepta una populi hebreoꝝ deos falsos colerēt: & non deo uictimas sed demoniis immolarēt: tñ laudis auidi pecunie liberales erant: gloriam ingentem: diuitias honestas uolebant: hanc ardentissime dilexerunt: propter hanc uiuere uoluerūt: propter hanc & mori non dubitauerunt. Ceteras cupiditates huius unius ingenti cupiditate presserūt: ipsam deniq; patriam suam quoniam seruire uidebat̄ inglorium: dominari uero atq; imparare gloriosum: prius omni studio liberam deinde dominam eē cōcupierunt. Hinc est ꝙ regalem dñationem nō ferentes: annua imperia binosq; impatores sibi fecerūt: qui Consules appellati sunt a consulendo: non Reges aut Domini a regnādo atq; dominando: cum & Reges utiq; a regendo dicti melius uideant̄ ut regnū a Regibus: Reges autē ut dictum est a regendo: sed fastus regius nō disciplina putatus est regētis: uel beniuolētia cōsulentis: sed supbia dñantis. Expulso itaq; Rege Tarquinio & Consulibus institutis: secutū est qđ idem autor in Romanoꝝ laudibus posuit: ꝙ ciuitas incredibile memoratu adepta libertate & ḡtum breui creuerit: tāta cupido glorie incesserat. Ista ergo laudis auiditas & cupido glorie multa illa miranda fecit: laudabilia scilicet atq; gloriosa scđm hominū estimationem. Laudat idem Salustius tēporibus suis magnos & preclaros uiros. M. Catonem & C. Cesarē dicēs: ꝙ diu illa respublica nō habuit quenq̄ uirtute magnū: sed sua memoria fuisse illos duos ingenti uirtute: diuersis moribus. In laudibus aūt Cesaris posuit: ꝙ sibi magnū Imperiū: exercitum: bellum nouū exoptabat: ubi uirtus enitescere posset: ita fidebat in uotis uirorum uirtute magnorum: ut excitaret in bellum miseras gentes: & flagello agitaret Bellona sāguineo: ut eēt ubi uirtus eoꝝ enitesceret. Hec illa ꝑfecto laudis auiditas & glorie cupido faciebat: amore itaq; primitus libertatis: post etiam dominationis & cupiditate laudis & glorie multa magna fecerunt. Reddit eis utriusq; rei testimoniū etiā poeta insignis eoꝝ. Inde qppe ait.

Necnon Tarquinium eiectum Porsenna iubebat.
Accipere: ingentiq; urbem obsidione premebat.
Eneade in ferrum pro libertate ruebant.

Tunc itaq; magnum illis fuit: aut fortiter emori. aut liberos uiuere. Sed cum esset

adepta libertas: tanta cupido glorie incesserat: ut parũ esset sola libertas nisi & dñatio quereretur. dum pro magno haberetur ꝙ uelut loquente Ioue idem poeta dicit.

Quin aspera Iuno.
Que mare nunc terras metu celumq; fatigat.
Consilia in melius referet. mecumq; fouebit.
Romanos rerum dominos gentemq; togatam.
Sic placitum ueniet lustris labentibus etas.
Cum domus Assaraci Phthiam clarasq; Michenas.
Seruitio premet. ac uictis dominabitur agris.

¶Que quidē Virgilius Iouē inducens tanq̃ futura ꝑdicentē: ipse iam facta recolebat. cernebatq; presentia. Verũ ꝓpterea cõmemorare illa uolui: ut ostenderē dñationem post libertatē sic habuisse Romanos: ut in eorũ magnis laudibus poneret̃. Hinc est & illud eiusdē poete: ꝙ cum aliarũ gentium artibus: eas ipsas proprias Romanorum artes regnandi atq; imperandi & subigendi ac debellandi populos anteponeret ait.

Excudent alii spirantia mollius era.
Credo equidem. uiuos ducent de marmore uultus.
Orabunt causas melius. celiq; meatus.
Describent radio. & surgentia sidera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento.
He tibi erunt artes. pacisq; imponere morem.
Parcere subiectis. & debellare superbos.

¶Has artes illi tãto ꝑitius exercebãt: q̃to minus se uoluptatibus dabãt. Et eneruatiõe animi & corporis in cõcupiscēdis & augendis diuitiis & per illas moribus corrũpendis: rapiendo miseris ciuibus: largiendo scenicis turpibus. Vnde qui tales iam morũ labes superabant atq; abundabant: quando scribebat ista Salustius: canebatq; Virgilius: non illis artibus ad honores & gloriam: sed dolis atq; fallaciis ambiebant. Vnde idem dicit. ¶Sed primo magis ambitio q̃ auaricia animos hominũ exercebat. quod tamen uitium propius uirtuti erat. Nam gloriam: honorem: imperium: bonus & ignauus eque sibi exoptãt. Sed ille inquit uera uia nititur. huic quia bone artes desunt: dolis atq; fallaciis contendit. ¶He sunt ille bone artes: per uirtutem scilicet non per fallacē ambitionem ad honorem & gloriã & imperiũ peruenire. que tamē bonus & ignauus eque sibi exoptant. Sed ille id est bonus uera uia nititur. Via uirtus est: qua nititur tanq̃ ad possessionis finem: id est ad gloriam: honorē: imperiũ. Hoc insitũ habuisse Romanos etiam deorum apud illos edes indicant: quas cõiunctissimas constituerunt uirtutis & honoris: pro diis habentes que dantur a deo. Vnde intelligi potest quē finē uolebant esse uirtutis. & quo eam referebant qui boni erant: ad honorem scilicet. nam mali nec habebant eam q̃uis honorem habere cuperent quem malis artibus conabant̃ adipisci: id est dolis atq; fallaciis. Melius laudatus est Cato. De illo quippe ait. Quo minus petebat gloriam: eo magis illum sequebatur. Quando quidem gloria est cuius illi cupiditate flagrabãt: iudicium hominum bene de hominibus opinantiũ. Et ideo melior est uirtus: que humano testimonio contenta nõ est nisi conscientie sue. Vnde dicit Apostolus. Nam gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Et alio loco. Opus autem suũ probet unusquisq;: & tunc in semetipso tãtum gloriã habebit: & non in altero. Gloriam ergo & honorem & imperium que sibi exoptabant: & quo bonis artibus peruenire nitebant̃ boni: nõ debet sequi uirtus: sed ipsa uirtutē. Neq;. n. est uera uirtus: nisi que ad eũ finē tendit ubi est bonum hominis: quo melius non est.

Vnde & hõres quos expetiuit Cato petere nõ debuit: sed eos ciuitas ob eius uirtutem
non petenti dare. Sed cum illa memoria duo Romani essent uirtute magni Cesar &
Cato: longe uirtus Catonis uirtuti uidetur propinquior fuisse q̃ Cesaris. Proinde q̃lis
esset illo tẽpore ciuitas: & antea q̃lis fuisset uideamus in ipsa sententia Catonis. Nolite
inquit existimare maiores nostros armis Rempublicam ex parua magnam fecisse.
Si ita esset: multo pulcherrimam eam nos haberemus. Quippe sociorum atq; ciuium:
preterea armorum & equorum: maior copia nobis q̃ illis est. Sed alia fuere que illos
uiros magnos fecerunt: que nobis nulla sunt: domi industria: foris iustum imperium:
animus in consulendo liber: neq; libidini neq; delicto obnoxius. Pro his nos habemus
luxuriam atq; auariciam: publice egestatem: priuatim opulẽtiam: laudamus diuitias:
sequimur inertiam: inter bonos & malos discrimẽ nullũ: oĩa uirtutis premia ambitio
possidet. Neq; mirũ. ubi uos separatim sibi q̄sq; cõsilia capitis: ubi domi uoluptatibus:
hic pecunie aut gratie seruitis. Eo fit ut impetus fiat in uacuam Rempublicam. Qui
audit hec Catonis uerba siue Salustii: putat quales laudantur Romani ueteres: oẽs
eos tales tũc fuisse uel plures. Non ita est: alioquin uera nõ eẽnt que ipse idem scribit:
ea que commemoraui in secũdo libro huius operis: ubi dicit iniurias ualidiorum: & ob
eas discessionem plebis a patribus: aliasq; dissensiones domi fuisse iam inde a principio.
neq; amplius equo & modesto iure actum: q̃ expulsis Regibus q̃diu metus a Tarqnio
fuit: donec bellũ graue quod ꝓpter ip̄m cum Etruria susceptũ fuerat: finiret̃. Postea
uero seruili imperio patres exercuisse plebem: regio more uerberasse: agro pepulisse:
& ceteris expertibus solos egisse in imperio. Quarum discordiarum dũm illi dominari
uellent: illi seruire nollent: finem fuisse bellum Punicum secundũ. Quia rursus grauis
metus cepit urgere: atq; ab illis perturbationibus alia maiore cura cohibere animos
inquietos: & ad concordiam reuocare ciuilem. Sed per quosdam paucos qui pro suo
modo boni erãt: magna administrabant̃: atq; illis toleratis ac tẽperatis malis: paucoꝝ
bonorum prouidentia res illa crescebat. sicut idem historicus dicit multa sibi legenti
& audienti: que populus Romanus domi militieq; mari atq; terra preclara facinora
fecerit se libuisse attendere: que res maxime tanta negocia sustinuisset. quoniã sciebat
sepenumero parua manu cum magnis legionibus hostium contendisse Romanos:
cognouerat paruis copiis bella gesta cũ opulẽtis Regibus: sibiq; multa agitãti cõstare
dixit: paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patrauisse. eoq; factũ ut diuitias
paupertas: multitudinẽ paucitas superaret. Sed postq̃ luxu atq; desidia inquit ciuitas
corrupta est: rursus Respublica magnitudine sui Imperatorum atq; magistratuum
uitia sustentabat. Paucorum igitur uirtus ad gloriam: honorem: imperium: uera uia
id est uirtute ipsa nitentium: etiam a Catone laudata est. Hinc erat domi industria
quam cõmemorauit Cato: ut erariũ esset opulentũ: tenues res ꝓuate. Vnde corruptis
moribus uitium esse contrarium posuit: publice egestatem. priuatim opulentiam.

De amore laudis qui cum sit uitium: ob hoc uirtus putatur:
quia per ipsum uitia maiora cohibentur. C. xiii.

Qvamobrem cum diu fuissent regna orientis illustria: uoluit deus & occidentale
fieri: qđ tẽpore esset posterius: sed Imperii latitudine & magnitudine illustrius.
Idq; talibus potissimũ cõcessit hominibus ad domanda grauia mala multaꝝ gẽtium:
qui causa honoris laudis & glorie consulerent patrie: in qua ipsam gloriã reqrebant.
saluteq; eius saluti sue preponere nõ dubitarẽt. pro isto uno uitio id est amore laudis:

pecunie cupiditatem & multa alia uitia cõprimentes. Nam sanius uidet: qui & amorẽ laudis uitium esse cognoscit. Quod nec poetam fugit Oratium qui ait.
Laudis amore tumes: sunt certa piacula: que te.
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Idem in carmine lyrico ad reprimendã dñandi libidinẽ ita cecinit.
Latius regnes auidum domando spiritum:
Quã si lybiam remotis gadibus iungas.
Et uterq; penus seruiat uni.
Veruntamen qui libidines turpiores fide pietatis impetrato spiritu sancto & amore intelligibilis pulchritudinis non refrenant: melius saltem cupiditate humane laudis & glorie: non quidẽ iam sancti: sed minus iam turpes sunt. Etiam Tullius inde silere nõ potuit in eisdem libris quos de Republica scripsit: ubi loquitẽ de instituendo principe ciuitatis: quẽ dicit alendum esse gloria. & cõsequenter cõmemorat maiores suos multa mira atq; preclara glorie cupiditate fecisse. Huic ergo uitio nõ solũ nõ resistebant: uerũ etiã id excitandũ & accendendũ esse censebãt. putãtes hoc utile esse Reipublice. Quanq̃m nec in ipsius philosophie libris Tullius ab hac peste dissimulet: ubi eam luce clarius cõfitetẽ. Cũ.n. de studiis talibus loqueretẽ: que utiq; sectãda sunt fine ueri boni: nõ uẽtositate laudis humane: hãc intulit uniuersalẽ generaleq; sententiã. Honos alit artes omnesq; accẽdunt ad studia gloria: iacẽtq; ea semp que apud quosq; improbantẽ.

De resecando amore laudis humane: quoniam Iustorum gloria omnis in deo sit. C. xiiii.

HVic igitur cupiditati melius resistitur sine dubitatione cum ceditẽ. Tanto enim quisq; ẽ deo similior: quãto & ab hac immundicia mundior. Que in hac uita & si non funditus eradicatẽ ex corde: quia etiam bene proficientes animos temptare non cessat: saltem cupiditas glorie superetur dilectiõe iusticie. ut si alicubi iacent que apud quosq; improbantur: si bona si recta sunt: etiam ipse amor humane laudis erubescat: & cedat amori ueritatis. Tam enim est hoc uitiũ inimicũ pie fidei: si maior in corde sit cupiditas glorie q̃ dei timor uel amor: ut dominus diceret. Quõ potestis credere gloriam ab inuicem expectantes: & gloriam que a solo deo est: non querentes? Item de quibusdam qui in eum crediderant & uerebantur palam cõfiteri ait Euangelista. Dilexerunt gloriam hominum magis q̃ dei. Quod sancti Apostoli nõ fecerunt. Qui cum in his locis predicarent Christi nomen: ubi non solum improbatur sicut ille ait: iacentq; ea semper que apud quosq; improbantur: uerum etiam summe detestationis habebantur: tenentes quod audierant a bono magistro eodemq; medico mentium: Si quis me negauerit coram hominibus: negabo eũ coram patre meo qui in celis est. uel corã angelis dei. Inter maledicta & opprobria: inter grauissimas psecutiões crudelesq; penas: nõ sunt deterriti a pdicatione salutis humane: tãto fremitu offensiõis humane. Et q eos diuina facientes atq; dicentes: diuineq; uiuẽtes: debellatis quodãmõ cordibus duris: atq; introducta pace iusticie: ingens in Ecclesia Xpristi gloria consecuta est: nõ in ea tanq̃ in fine uirtutis fine quieuerũt: sed eam quoq; ipsam ad dei gloriã referẽtes: cuius gratia tales erant. Isto quoq; fomite eos quibus consulebant ad amorem illius a quo & ipsi tales fierent accendebant. Nanq; ne propter humanam gloriã boni essent: docuerat eos magister illorum dicens. Cauete facere iusticiã uestrã coram hominibus ut uideamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud patrẽ uestrũ qui in celis est.

Sed rursus ne hoc puerse intelligẽtes hominibus placere metuerẽt: minusq; pdessent latendo ꝙ boni sunt: demonstrans quo fine innotescere deberẽt: luceãt inquit opera uestra coram hominibus: ut uideant bona facta uestra & glorificent patrẽ uestrum qui in celis ẽ. Nõ ergo ut uideamini ab eis: id est hac intentiõe ut eos ad uos cõuerti uelitis: quia nõ per uos aliquid estis: sed ut glorificent patrem uestrũ qui in celis est: ad quem conuersi fiant quod estis. Hoc secuti sunt Martires: qui Sceuolas & Curtios & Decios: nõ sibi inferendo penas sed illatas ferẽdo: & uirtute uera: quoniã uera pietate & innumerabili multitudine superarunt. Sed cum illi essent in ciuitate terrena: qbus ppositus erat omniũ pro illa offitiorum finis incolumitas eius & regnũ: nõ in celo sed in terra: nõ in uita eterna: sed in decessiõe morientiũ & successione moriturorum: qd aliud amarent ꝙ̃ gloriam: qua uolebant etiã post mortẽ tanꝙ̃ uiuere in ore laudantium?

De mercede temporali quam deus reddidit bonis moribus Romanorum. C. xv.

Quibus ergo nõ erat deus daturus uitã eternã cum sanctis angelis suis in ciuitate sua celesti: ad cuius sotietatem pietas uera perducit: que non exhibet seruitutem religionis: quã latriam Greci uocant: nisi uni uero deo: si neq; hanc eis terrenã gloriã excellẽtissimi Impii cõcederet: nõ redderet merces bonis artibus eorum: id ẽ uirtutibus quibus ad tantã gloriã puenire nitebanẽ. De talibus enim qui pter hoc boni aliquid facere uidenẽ: ut glorificenẽ ab hominibus: etiam dñs ait. Amen dico uobis ceperunt mercedẽ suã. Sic & isti puatas res suas pro re cõmuni hoc est Republica: & pro eius erario contẽpserunt: auaricie restiterũt: cõsuluerũt patrie cõsilio libero: neq; delicto scdm suas leges neq; libidini obnoxii. Sed his omĩbus artibus tanꝙ̃ uera uia nisi sunt ad honores: imperium: gloriam: honorati sunt in omnibus fere gentibus: Impii sui leges imposuerunt multis gentibus: hodieq; litteris & historia gloriosi sunt pene in omnibus gẽtibus: nõ ẽ quod de summi & ueri dei iusticia cõquerantẽ: perceperũt mercedẽ suam.

De mercede sanctorum ciuium ciuitatis eterne quibus utilia sunt Romanorum exempla uirtutum. C. xvi.

Merces autẽ sanctorum longe alia est: etiã hic opprobria sustinentiũ pro ciuitate dei: que mundi huius dilectoribus odiosa ẽ. Illa ciuitas sempiterna est: ibi nullus oritur: quia nullus moritur. Ibi est uera & plena felicitas: nõ dea sed donũ dei. Inde fidei pignus accipimus: ꝙ̃diu peregrinantes eius pulchritudini suspiramus. Ibi nõ oritẽ sol sup bonos & malos: sed sol iusticie solos ptegit bonos. Ibi nõ erit magna industria ditare erarium publicum priuatis rebus angustis: ubi thesaurus cõmunis est ueritatis. Proinde non solum ut talis merces talibus hominibus redderetur Romanũ Imperiũ ad humanam gloriã dilatatũ est: uerum etiam ut ciues eterne illius ciuitatis ꝙ̃diu hic peregrinantur diligenter & sobrie: illa intueãtur exempla: & uideant quãta dilectio debeatur superne patrie propter uitã eternam: si tantũ a suis ciuibus terrena dilecta est pter hominũ gloriã. Quantum enim pertinet ad hãc uitã mortaliũ que paucis diebus ducitur & finitur: quid interest sub cuius imperio uiuat homo moriturus: si illi qui imperant ad impia & iniqua non cogant? Aut uero aliquid nocuerunt Romani gentibus qbus subiugatis imposuerunt leges suas: nisi quia id factũ est ingenti strage bellorũ: quod si concorditer fieret idipm fieret meliore successu: sed nulla esset gloria

triūphantiū. Neq;.n. & Romani nō uiuebāt sub legibus suis quas ceteris imponebāt. Hoc sufficeret Reipublice: nisi qa Marti & Bellone displicebat: ut nec uictoria locū haberet nemine uincente ubi nemo pugnauerat. Nonne Romanis & ceteris gētibus una esset eadēq; cōditio: psertim si mox fieret qd' postea gratissime atq; humanissime factū est: ut omes ad Romanū Imperiū pertinentes sotietatem acciperent ciuitatis: & Romani ciues essent: ac sic eēt omniū quod erat añ paucoꝝ: tantū q plebs illa que suos agros non haberet de publico uiueret: q apparatus eis per bonos administratores Reipublice gratius a concordibus prestaretur: q̄ uictis extorqueretur?

¶ Quo fructu Romani bella gesserint: et quantum iis quos uicere contulerint. ¶ C. XVII.

Nam qd interfit ad incolumitatē bonosq; mores: & ipas certe hominū dignitates: q alii uicerūt alii uicti sūt oīno nō uideo: pter illū glorie humane inanissimū factū: in quo pceperūt mercedē suā qui eius ingenti cupiditate arserunt: & ingentia bella gesserunt. Nunqd.n. illoꝝ agri tributa non soluunt? Nunquid eis licet discere quod aliis nō licet? Nunquid nō multi Senatores sunt in aliis terris: qui Romā nec facie quidem norunt? Tolle iactātiam: & omes homines qd sunt nisi homines? Quod si puersitas seculi admitteret ut honoratiores essent quiq; meliores: nec sic pro magno haberi debuit honor humanus: quia nullius est ponderis fumus. Sed utamur & in his rebus beneficio domini dei nostri. cōsideremus quanta contēpserint: que ptulerint: q̄s cupiditates subegerint pro humana gloria: qui eam tanq̄ mercedem talium uirtutum accipere meruerunt. & ualeat nobis etiā hoc ad opprimendam superbiam. ut cum illa ciuitas in qua nobis regnare pmissum est: tm̄ ab hac distet q̄tum distat celum a terra: a tēporali leticia uita eterna: ab inanibus laudibus solida gloria: a sotietate mortaliū sotietas angeloꝝ: a lumine solis & lune: lumen eius qui fecit solem & lunam: nihil sibi magnū fecisse uideātur tante patrie ciues: si pro illa adipiscenda fecerint boni operis aliquid: uel mala aliq̄ sustinuerint: cum illi pro hac terrena iam adepta tāta fecerint: tanta perpessi sint: presertim qa remissio peccatoꝝ que ciues ad eternā colligit patriā: habet aliqd cui per umbrā quandā simile fuit Asilū illud Romuleū: quo multitudinē qua illa ciuitas conderetur: quorūlibet delictorum congregauit impunitas.

¶ Quā alieni a iactātia debeant esse Christiani si aliqd fecerint pro dilectione eterne patrie cum tanta Romani gesserint pro humana gloria & Ciuitate terrena. ¶ C. XVIII.

Quid ergo magnū est pro illa eterna celestiq; patria cūcta seculi huius quālibet iucunda blādimenta contemnere: si pro hac temporali atq; terrena filios Brutus potuit & occidere: qd' illa facere neminē cogit? Sed certe difficilius ē filios interimere: q̄ quod pro ista faciendum est: ea que filiis congreganda uidebantur atq; seruanda: uel donare pauperibus: uel si existat tēptatio que id p fide atq; iustitia fieri cōpellat: amittere. Felices enim uel nos uel filios nostros nō diuitie terrene faciunt: aut nobis uiuentibus amittende: aut nobis mortuis a quibus nescimus uel forte a qbus nolumus possidende. Sed deus felices facit qui est mentiū uera opulentia. Bruto aūt quia filios occidit: infelicitatis perhibet testimonium etiam poeta laudator. Ait enim.

Natosq; pater noua bella mouentes.
Ad penam pulchra pro libertate uocabit.
Infelix. utcunq; ferent ea facta minores.
¶Sed uersu sequenti cõsolatus est infelicem.
Vicit amor patrie. laudumq; immensa cupido.
¶Hec sũt duo illa libertas & cupiditas laudis humane: que ad facta cõpulere mirãda Romanos. Si ergo pro libertate moriturorꝝ & cupiditate laudum que a mortalibus expetunt: occidi filii a patre potuerũt: quid magnũ est si pro uera libertate que nos ab iniqtatis & mortis & diaboli dominatu liberos facit: nec pro cupiditate humanarũ laudum sed caritate liberandorũ hominũ: non a Tarquinio Rege: sed a demonibus & demonũ principe non filii occidunt: sed Xpristi pauperes inter filios cõputantur? Si alius etiam Romanus princeps cognomine Torquatus filium non quia contra ipsam patriam: sed etiam pro patria tamen quia cõtra imperiũ suũ id est contra quod imperauerat pater Imperator: ab hoste prouocatus iuuenili ardore pugnauerat: licet uicisset: occidit: ne plus mali esset in exẽplo Imperii contẽpti: q̃ boni in gloria hostis occisi: ut quid se iactent qui pro immortalis patrie legibus omnia que multo minus q̃ filii diliguntur bona terrena cõtemnunt? Si Furius Camillus etiam ingratã patriam a cuius ceruicibus acerrimorum hostium Veientium iugum depulerat: damnatusq; ab emulis fuerat: a Gallis iterum liberauit: quia non habebat potiorem ubi posset uiuere gloriosus: cur extollat̃ uelut grande aliquid fecerit: qui forte in Ecclesia ab inimicis carnalibus uelut grauissimam exhonorationis passus iniuriam: non se ad eius hostes hereticos transtulit: aut aliquam contra illã ipse heresin condidit: sed eã potius q̃tum ualuit ab hereticorꝝ perniciosissima prauitate defendit: cũ alia non sit nõ ubi uiuatur in hominũ gloria: sed ubi uita acq̃rat̃ eterna? Si Mutius ut cũ Porsenna Rege pax fieret: qui grauissimo bello Romanos p̃mebat: q̃a Porsennã ipm occidere nõ potuit: & pro eo alterũ deceptus occidit: in ardentẽ aram ante eius oculos dexteram extẽdit dicens: multos tales qualẽ illũ uideret in eius exitium cõiurasse: Cuius ille fortitudinem & coniurationem talium perhorrescens: sine ulla dilatione se ab illo bello facta pace cõpescuit: quis regno celorꝝ imputaturus est merita sua: si pro illo non unam manum neq; hoc sibi ultro faciẽs: sed p̃sequẽte aliquo patiens totũ flãmis corpus impenderit? Si Curcius armatus equo concito in abruptum hiatum terre se precipitem dedit: deorꝝ suorꝝ oraculis seruiens: qui iusserãt ut illuc id q̃d Romani haberẽt optimũ mitterent: nec aliud intelligere potuerunt: q̃ uiris armisq; se excellere: unde uidelicet oportebat ut deorꝝ iussis in illum interitũ uir precipitaretur armatus: quid se magnũ pro eterna patria fecisse dicturus est: qui aliquem fidei sue passus inimicum: non se ultro in talem mortẽ mittens sed ab illo missus obierit: q̃nquidem a dño suo eodẽq; Rege patrie sue certius oraculũ accepit: nolite timere eos qui corpus occidũt: animã aũt non possunt occidere? Si se occidendos certis uerbis quodãmodo cõsecrantes Decii deuouerunt: ut illis cadentibus & iram deorꝝ sanguine suo placantibus: Romanus liberaret̃ exercitus: nullo mõ supbiãt sancti Martyres tanq̃ dignũ aliq̃d pro illius patrie participatione fecerint: ubi eterna est & uera felicitas: pro qua usq; ad sui sanguinis effusionẽ nõ solũ suos fratres pro quibus fundebat̃: uerum & ipsos inimicos a quibus fũdebatur: sicut eis preceptũ ẽ diligẽtes: caritatis fide: & fidei caritate certarũt. Si. M. Puluillus dedicans edem Iouis Iunonis Minerue: falso sibi ab inuidis morte filii nunciata: ut illo nũtio perturbatus abscederet: atq; ita dedicationis gloriam Collega eius consequeretur: ita contempsit: ut eũ proiici etiã insepultum iuberet: & sic in eius corde orbitatis dolorem

glorie cupiditas uicerat: quid magnũ se pro Euangelii sancti predicatiõe: qua ciues
superne patrie de diuersis liberantur & colliguntur erroribus fecisse dicturus est: cui
dominus de sepultura patris sui sollicito ait: sequere me & sine mortuos sepelire mortu/
os suos? Si. M. Regulus ne crudelissimos hostes iurãdo falleret: ad eos ab ipsa Roma
reuersus est: qm̄ sicut Romanis eum tenere uolentibus respondisse fert̃: posteaq̃ Afris
seruierat: dignitatem illic honesti ciuis habere non posset: eũq; carthaginenses quoniã
contra eos in Romano Senatu egerat grauissimis suppliciis necauerũt: qui cruciatus
non sunt pro fide illius patrie contemnendi: ad cuius beatitudinẽ fides ipsa perducit?
Aut quid retribuetur domino pro omnibus que retribuit: si pro fide que illi debetur:
talia fuerit homo passus: qualia pro fide quã perniciosissimis inimicis debebat passus
est Regulus? Quomõ aũt se audebit extollere de uoluntaria paupertate Xp̃ianus:
ut in huius uite peregrinatione expeditior ambulet uiam que perducit ad patriã: ubi
uere diuitie ipse deus est: cum audiat uel legat. L. Valerium qui in suo defunctus est
Cõsulatu usq; adeo fuisse pauperẽ: ut nũmis a populo collatis eius sepultura curaret̃?
Audiat uel legat Quincium Cincinnatum cum quattuor iugera possideret: & ea suis
manibus coleret: ab aratro esse abductum: ut dictator fieret. maior utiq; honore q̃
Consul: uictisq; hostibus ingentẽ gloriam consecutum in eadem paupertate mansisse.
Aut quid se magnũ fecisse predicabit: qui nullo premio mundi huius fuerit ab eterne
illius patrie sotietate seductus: cũ Fabriciũ didicerit tãtis muneribus Pyrrhi Regis
Epirotarum: promissa etiã quarta parte regni Romana ciuitate nõ potuisse diuelli:
ibiq; in sua paupꝑtate priuatũ manere uoluisse? Nam illud quod Rempublicã id est
rem populi: rem patrie: rem cõmunem: cũ haberent opulentissimam atq; ditissimam:
sic ipsi in suis domibus pauperes erant: ut quidã eorum qui iam bis Consul fuisset: ex
Senatu pauperũ hominũ pelleret̃ notatiõe Censoria: ꝙ decẽ pondo argenti in uasis
habere cõpertus est. Ita iidem ipsi pauperes erant: quoꝝ triumphis publicũ ditabatur
erarium. Nonne om̃es Christiani qui excellentiore proposito diuitias suas cõmunes
faciunt: scd̃m ꝙ scriptum est in actibus Apostoloꝝ: ut distribuat̃ sicut cuiq; opus est:
ut nemo dicat aliquid proprium: sed sint illis omnia cõmunia: intelligunt se nulla ob
hoc uentilari oportere iactantia: id faciendo pro obtinenda sotietate angeloꝝ: cum
pene tale aliquid illi fecerint pro conseruanda gloria Romanoꝝ? Hec & alia siqua
reperiuntur in litteris eoꝝ: quãdo sic innotescerent: qñ tanta fama predicarentur: nisi
Romanũ imperiũ lõge lateq; porrectum magnificis successibus augeretur? Proinde
per illud Imperiũ tam magnũ tamq; diuturnũ: uirorũq; tantoꝝ uirtutibus p̃clarum
atq; gloriosum: & illoꝝ intentioni merces quã querebant: est reddita: & nobis ꝓposita
necessarie cõmonitionis exempla: ut si uirtutes quarum iste utcunq; sunt similes quas
isti pro ciuitatis terrene gloria tenuerũt: pro dei gloriosissima ciuitate nõ tenuerimus:
pudore pũgamur: si tenuerimus: supbia nõ extollamur. Quoniã sicut dicit Apostolus:
Indigne sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam: que reuelabitur in nobis.
Ad humanam uero gloriam presentisq; temporis satis digna uita extimabatur illoꝝ.
Vnde etiam Iudei qui Xp̃m occiderunt: reuelante testamento nouo quod in ueteri
uelatũ fuit: ut nõ pro terrenis & tẽporalibus benefitiis que diuina ꝓuidẽtia permixte
bonis malisq; cõcedit: sed pro eterna uita muneribusq; ꝑpetuis: & ipsius supne ciuitatis
sotietate colatur deus unus & uerus: rectissime nec istorum gloria donati sunt: ut hi
qui qualibuscunq; uirtutibus terrenam gloriam quesierunt & acquisierunt: uincerent
eos qui magnis uitiis datorem uere glorie & ciuitatis eterne occiderunt: atq; respuerũt.

¶ Quo inter se differant cupiditas glorie et cupiditas dominationis. ¶ C. xix.

INterest sane inter cupiditatem humane glorie: et cupiditatem dominationis. Nam licet procliue sit: ut qui humana gloria nimium delectatur: etiã dominari ardenter affectet: tamen qui ueram licet humanarum laudum gloriam concupiscũt: dant operam bene iudicantibus non displicere. Sunt enim multa in moribus bona de quibus multi bene iudicant: quamuis ea multi non habeant: & per ea bona morum nitũtur ad gloriam & imperium uel dominationem: de quibus ait Salustius. Sed ille uera uia nitit᷑. Quisquis aũt sine cupiditate glorie qua ueret᷑ homo bene iudicãtibus displicere: dominari atq; imperare desiderat: etiã per apertissima scelera querit plerũq; obtinere quod diligit. Proinde qui gloriam cõcupiscit: aut uera uia nititur: aut certe dolis atq; fallacijs cõtendit: uolens bonus uideri: quod nõ est. Et ideo uirtutes habẽti magna uirtus est cõtemnere gloriã: quia contemptus eius in conspectu dei est: iudicio autem nõ reperitur humano. Quicquid enim fecerit ad oculos hominum quo glorie contemptor appareat: ad maiorem laudem hoc est ad maiorem gloriam facere si cre/dat᷑: non est unde se suspicantiũ sensibus aliter esse q̃ suspicantur ostendat. Sed qui contemnit iudicia laudantium: contemnit etiam suspicantium temeritatem: quorum tamẽ si uere bonus est non contẽnit salutẽ. quoniã tãte iusticie est qui de spiritu dei uirtutes habet: ut etiã ipsos diligat inimicos: et ita diligat: ut suos osores uel detracto/res uelit correctos habere cõsortes: nõ in terrena patria sed superna. In laudatoribus autem suis quamuis paruipendat ꝙ eum laudant: non tamen paruipendit q᷑d amant. nec eos uult fallere laudantes: ne decipiat diligentes. Ideoq; instat ardenter ut potius ille laudet᷑: a quo habet homo quicq̄d in eo iure laudatur. Qui autem contemptor glorie dominationis est auidus: bestias superat: siue crudelitate uitijs siue fluxu luxurie. Tales quidem Romani fuerunt. Non enim cura existimationis omissa dominationis cupiditate caruerunt. Multos tales fuisse prodit historia. Sed huius uitij summitatem & quasi arcem quandam Nero Cesar primus obtinuit. Cuius fuit tanta luxuries: ut nihil ab eo putaret᷑ uirile metuendũ: tãta crudelitas: ut nihil molle habere crederetur: si nesciret᷑. Etiã talibus dominãdi potestas nõ dat᷑ nisi summi dei prouidentia: qñ res humanas iudicat talibus dominis dignas. Aperta de hac re uox diuina est: loquẽte dei sapientia. Per me reges regnãt: & Tyranni per me tenẽt terrã. Sed ne Tyranni non pessimi atq; improbi Reges: sed ueteri noĩe fortes dicti existiment᷑: uñ ait Virgilius.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Apertissime alio loco de deo dictũ est: qui regnare facit hominẽ hypocritã propter peruersitatem populi. Quãobrem quamuis ut potui satis exposuerim qua causa deus unus uerus & iustus Romanos sc̄d'm quandã formã terrene ciuitatis bonos adiuuerit: ad tanti imperij gloriã consequendã: potest tamen & alia causa esse latentior ꝓpter diuersa merita generis humani deo magis nota q̃ nobis. dum illud constet inter omẽs ueraciter pios: neminẽ sine uera pietate id est ueri dei cultu uerã posse habere uirtutẽ: nec eã ueram esse quãdo glorie seruit humane. Eos tamen qui ciues nõ sunt ciuitatis eterne: que in sacris litteris nostris dicit᷑ ciuitas dei: utiliores esse terrene ciuitati quãdo habent uel ipsam: q̃ si nec ipsam. Illi autem qui uera pietate prediti bene uiuũt: si hãc scientiã regẽdi populos cõsectati sunt: nihil ẽ felicius rebus humanis: q̃ si deo miserãte habeant potestatem. Tales autẽ homines uirtutes suas quantascq; in hac uita possunt habere nõ tribuunt nisi gratie dei: ꝙ eas uolentibus credentibus petentibusq; dederit.

Simulq; intelligunt quantum sibi desit ad perfectionem iusticie: qualis est in illorum sanctorum angelorum societate cui se nituntur aptare. Quantũlibet autẽ laudetur atq; predicetur uirtus que sine uera pietate seruit hominum glorie: nequaq̃ sanctorũ exiguis initiis cõparanda est: quorum spes posita est in gratia & misericordia ueri dei.

¶ Tam turpiter seruire uirtutes humane glorie q̃ corporis uoluptati. ¶ C. xx.

Solent philosophi q finẽ boni humani in ipsa uirtute cõstituunt: ad ingerendũ pudorẽ quibusdam philosophis qui uirtutes quidem probant: sed eas uoluptatis corporalis fine metiuntur: & illam per seipsam putant appetendam: istas ꝓpter ipsam: tabulam quandam uerbis pingere. ubi uoluptas in sella regali quasi delicata quedam regina consideat: eiq; uirtutes famule subiiciantur: obseruantes eius nutum ut faciant quod illa imperauerit. Que prudẽtie iubeat: ut diligenter inquirat quomõ uoluptas regnet & salua sit. Iusticie iubeat: ut prestet beneficia que potest ad comparandas amicicias corporalibus commodis necessarias: nulli faciat iniuriam: ne offensis legibus uoluptas uiuere secure nõ possit. Fortitudini iubeat: ut si dolor corpori acciderit qui non compellat in mortem: teneat dominam suam id est uoluptatem fortiter in animi cogitatione: ut per pristinarum deliciarum suarum recordationem mitiget presentis doloris aculeos. Temperantie iubeat ut tãtum capiat alimentorum & siqua delectãt: ne per immoderationem noxium aliquid ualitudinem turbet: et uoluptas quã etiam in corporis sanitate Epicurei maximam ponunt: grauiter offendatur. Ita uirtutes cum tota sue glorie dignitate: tanq̃ imperiose cuidã etiã inhoneste muliercule seruiẽt uoluptati. Nihil hac pictura dicunt esse ignominiosius & deformius: et quod minus bonoꝝ ferre possit aspectus. et uerũ dicunt. Sed non existimo satis debiti decoris esse picturam: si etiam talis fingatur ubi uirtutes humane glorie seruiant. licet enim ista gloria delicata mulier non sit: inflata tamẽ est & multum inanitatis habet. Vnde nõ ei digne seruit soliditas quedam firmitasq; uirtutũ. ut nihil prouideat prudẽtia: nihil distribuat iusticia: nihil toleret fortitudo: nihil tẽperantia moderetᷣ: nisi unde placeat hominibus: et uentose glorie seruiatur. Nec illi se ab ista defenderũt feditate: qui cũ aliena spernant iudicia uelut glorie contemptores: sibi sapientes uidẽtur: & sibi placẽt. Nam eorum uirtus si tamẽ ulla est: alio modo quodã humane subditur laudi. Neq; enim ipse qui sibi placet homo nõ est. Qui autem uera pietate in deum quem diligit: credit & sperat: plus intendit in ea in qbus sibi displicet: q̃ in ea siqua in illo sunt: que nõ tã ipsi q̃ ueritati placẽt. Neq; id tribuit unde iã põt placere: nisi eius misericordie cui metuit displicere: de his sanatis gratias agens: de illis sanandis preces fundens.

¶ Romanum Regnum a deo uero esse dispositum a quo est omnis potestas & cuius prouidentia reguntur uniuersa. ¶ C. xxi.

Que cum ita sint: nõ tribuamus dandi regni atq; imperii potestatẽ: nisi deo uero qui dat felicitatem in regno celoꝝ non nisi solis piis: regnũ uero terrenũ & piis et impiis: sicut ei placet cui nihil iniuste placet. Quãuis enim aliquid dixerimus quod apertum nobis esse uoluit: tñ multũ est ad nos & ualde superat uires nostras hominũ occulta discutere: & liquido examine merita diiudicare regnorũ. Ille igitẽ unus uerus

deus: qui nec iudicio nec adiutorio deserit genus humanum: quãdo uoluit & quãtum uoluit Romanis Regnũ dedit: qui dedit Assyriis uel etiã Persis: a quibus solos duos deos coli: unũ bonũ alterũ malũ cõtinent littere istorũ. ut taceã de populo Hebreo de quo iam dixi: q̃tum satis uisum est: qui p̃ter unũ deũ nõ coluit: & quãdo regnauit. Qui ergo Persis dedit segetes sine cultu dee Segetie: q alia dona terrarũ sine cultu tot deorum: quos isti rebus singulis singulos: uel etiam rebus singulis plures preposuerunt: ipse etiã regnũ dedit sine cultu eoꝝ per quoꝝ cultum se isti regnasse crediderũt. Sic etiã hominibus qui Mario ipse. C. Cesari: qui Augusto ipse & Neroni: q Vespasianis uel patri uel filio suauissimis imperatoribus: ipse & domiciano crudelissimo: Et ne per singulos ire necesse sit: qui Constantino Xp̃iano: ipse apostate Iuliano: cuius egregiã indolem decepit amore dñandi sacrilega & detestanda curiositas: cuius uanis deditus oraculis erat: quãdo fretus securitate uictorie naues q̃bus uictus necessarius portabat incendit. Deinde feruide instãs in modicis ausibus: & mox merito temeritatis occisus: in locis hostilibus egenum reliquit exercitũ. ut aliter inde nõ posset euadi: nisi contra illud auspicium dei Termini de quo supiore libro diximus Romani Imperii termini mouerent. Cessit enim Terminus deus necessitati: q nõ cesserat Ioui. Hec plane deus unus & uerus regit & gubernat ut placet. Et si occultis causis & nunquid iniustis?

¶ Tempora exitusq; bellorum ex dei pendere Iudicio. ¶ C. xxii.

Sic etiã tẽpora ipsa belloꝝ: sicut in eius arbitrio ẽ iustoq; iudicio & misericordia: uel atterere uel consolari genus humanum: ut alia citius alia tardius finiantur: bellũ piratarũ a Pompeio: bellũ Punicum tertium a Scipione incredibili celeritate & temporis breuitate confecta sunt. Bellum quoq; fugitiuoꝝ gladiatoꝝ quãuis multis Romãis ducibus & duobus cõsulibus uictis: Italiaq; horribiliter cõtrita atq; uastata: tertio tamẽ anno post multa consumpta consumptũ est. Picentes: Marsi: & Peligni gẽtes nõ extere sed italice: post diuturnã & deuotissimã sub Romano iugo seruitutẽ in libertatem caput erigere temptauerunt: iam multis nationibus Romano Imperio subiugatis: deletaq; carthagine. In quo bello Italico Romanis sepissime uictis: ubi & duo consules perierũt & alii nobilissimi Senatores: non diuturno tñ tempore tractum est hoc malũ. Nã quintus ei annus finẽ dedit. sed bellũ Punicũ secundũ cũ maximis detrimẽtis & calamitate Reipublice per annos decẽ & octo romanas uires extenuauit & pene consumpsit. in duobus preliis ferme. lxx. Romanoꝝ milia occiderunt. Bellum Puuicũ p̃mũ per. xx. & tres annos peractũ est. Bellũ Mithridaticũ. xl. annis. Ac ne quis q̃m arbitretur rudimenta Romanorum fuisse fortiora ad bella citius peragẽda: supioribus tẽporibus multũ in om̃i uirtute laudatis: bellũ Samniticũ annis tractum est ferme qnq̃ginta. in quo bello ita Romani uicti sunt: ut sub iugũ etiã mitterẽtur. Sed quia non diligebãt gloriam propter iusticiã: sed iusticiã propter gloriã diligere uidebanẽ: pacem factam fedusq; ruperunt. Hec ideo cõmemoro: qm̃ multi p̃teritaꝝ rerũ ignari: quidã etiã dissimulatores sue scientie: si tẽporibus Xp̃ianis aliquod bellũ paulo diutius trahi uident: illico in nr̃am religionẽ p̃teruissime insiliunt: exclamantes q̃ si illa nõ esset & uetere ritu numina colerent: iã romana illa uirtute que adiuuãte Marte & Bellona tanta celeriter bella confecit: id quoq; celerrime finiret. Recolant igitur qui legerũt q̃ diuturna bella: q̃ uariis euẽtibus: q̃ luctuosis cladibus a ueteribus sint gesta Romanis: sicut solet orbis terrarũ uelut p̃cellosissimũ pelagus uaria talium

malorũ tẽpestate iactari. et quod nolũt aliquãdo fateant: nec insanis aduersus deum linguis se intermĩãt: & decipiãt imperitos.

De bello in quo Rhadagaisus Rex Gothorũ demonum cultor uno die cum ingentibus copiis suis uictus est. C. xxiii.

Quod tamẽ nostra memoria recẽtissimo tẽpore deus mirabiliter & misericorditer fecit: nõ cum gratiarũ actione cõmemorant: sed q̃tum in ipsis ẽ omniũ si fieri potest hominũ obliuione sepelire conant. Quod a nobis si tacebitur: similiter erimus ingrati. Cum Rhadagaysus Rex Gothorũ agmine ingenti etiã immani iam in urbis uicinia constitutus: Romanis ceruicibus immineret: uno die tanta celeritate sic uictus est: ut ne uno quidẽ nõ dicam extincto sed uulnerato Romanorũ: multo amplius q̃ centũ miliũ prosterneretur eius exercitus: atq; ipse cũ filiis mox captus pena debita necaretur. Nam si ille tam impius cũ tantis & tã impiis copiis Romã fuisset ingressus: cui pepercisset? Quibus honorẽ locis Martyrũ detulisset? In qua persona deũ timeret? Cuius non sanguinem effusum: cuius pudiciciam uellet intactam? Quas autẽ isti pro diis suis uoces haberent: quanta insultatione iactarent: q ideo ille uicisset: ideo tanta potuisset: qa quotidianis sacrificiis placabat atq; inuitabat deos: qd Romanos facere Christiana religio non sinebat? Nam propinquãte iam illo his locis ubi nutu summe maiestatis oppssus ẽ: cũ eius fama ubiq; crebresceret: nobis apud Carthaginẽ dicebat: hoc credere: spargere: iactare Paganos: q ille diis amicis ptegentibus & opitulãtibus quibus immolare quotidie ferebat: uinci oĩno nõ posset ab eis qui talia diis Romanis sacra non facerent: nec fieri a quoq̃ permitterent. Et non agunt miseri gratias tante misericordie dei: q cũ statuisset irruptiõe barbarica grauiore dignos mores hominum castigare: indignationẽ suam tãta mansuetudine temperauit: ut illum primo faceret mirabiliter uinci: ne ad infirmorũ animos euertendos gloria daretur demõibus: quibus eum supplicare cõstabat. Deinde cũ ab his barbaris Roma caperet: qui cõtra omnẽ consuetudinẽ bellorũ ante gestorũ ad loca sancta confugientes: Christiane religiõis reuerentia tuerentur: ipsisq; demonibus atq; impiorũ sacrificiorũ ritibus de quibus ille presumpserat sic aduersarent pro nomine Christiano: ut lõge atrocius bellũ cũ eis q̃ cũ hominibus gerere uiderent: ita uerus dominus gubernatorq; rerũ & Romanos cũ misericordia flagellauit: et tamen incredibiliter uictis supplicatoribus demonum: nec saluti rerũ presentiũ necessaria eẽ sacrificia illa mõstrauit: ut ab his qui nõ puicaciter contendunt: sed prudenter attendunt: nec propter presentes necessitates religio uera deseratur: & magis eterne uite fidelissima expectatione teneatur.

Que sit Christianorum Imperatorum et q̃ uera felicitas. C. xxiiii.

Neq; enim nos Xpianos quosdã impatores ideo felices dicimus: quia uel diutius imperarũt: uel imperantes filios morte placida reliquerũt: uel hostes Reipublice domuerũt: uel inimicos ciues aduersus se insurgẽtes & cauere & oppmere potuerunt. Hec & alia uite huius erũnose uel munera uel solatia: quidam etiã cultores demonum accipere meruerunt: qui non pertinent ad regnum dei quo pertinent isti: & hoc ipsius misericordia factũ est: ne ab illo ista q in eũ crederent: uelut sũma bona desiderarẽt. Sed felices eos dicimus: si iuste imperant: si inter linguas sublimiter honorantium: &

obſequia nimiſ humiliter ſalutantium nõ extollunt: ſed ſe homineſ eſſe meminerũt: ſi ſuam poteſtatẽ ad dei cultũ maxime dilatandũ maieſtati eiuſ famulã faciũt: ſi deum timent: diligunt: et colunt: ſi pluſ amant illud regnũ ubi nõ timent habere conſorteſ: ſi tardiuſ uindicant: facile ignoſcũt: ſi eandẽ uindictã pro neceſſitate regende tuẽdeq; Reipublice: non pro ſaturandiſ inimiciciarum odiſ exerunt. ſi eandẽ ueniam non ad impunitatem iniquitatiſ: ſed ad ſpem correctioniſ indulgent: ſi quod aſpere coguntur plerũq; decernere: miſericordie lenitate & beneficiorũ largitate cõpenſant. ſi luxuria tanto eiſ eſt caſtigatior quanto poſſet eſſe liberior. ſi malunt cupiditatibuſ prauiſ q̃m quibuſlibet gẽtibuſ imperare. Et ſi hec oĩa faciũt nõ propter ardorẽ inaniſ glorie. ſed caritatem felicitatiſ eterne: ſi pro ſuiſ peccatiſ humilitatiſ et miſeratiõiſ et orationiſ ſacrificiũ deo ſuo uero immolare nõ negligũt. Taleſ Chriſtianoſ Impatoreſ dicimuſ eſſe feliceſ interim ſpe: poſtea re ipſa futuroſ: cum id quod expoſcimuſ aduenerit.

¶ De proſperitatibuſ quaſ Conſtantino Imperatori Chriſtiano deuſ contulit. ¶ C. xxv.

Nam bonuſ deuſ ne homineſ qui eũ crederẽt propter eternã uitã colendum: haſ ſublimitateſ et regna terrena exiſtimarẽt poſſe nemĩe cõſequi niſi demonibuſ ſupplicaret: q͛ hi ſpirituſ in talibuſ multũ ualerent: Conſtantinum imperatorem non ſupplicantẽ demõibuſ: ſed ipm uerũ deum colentẽ tantiſ terreniſ impleuit muneribuſ: quanta optare nulluſ auderet. Cui etiã condere ciuitatem Romano Imperio ſociam: uelut ipſiuſ rome filiam: ſed ſine aliquo demonum templo ſimulacroq; conceſſit. Diu impauit: uniuerſũ orbẽ Romanũ unuſ Auguſtuſ tenuit et defẽdit: in adminiſtrandiſ et gerendiſ belliſ uictorioſiſſimuſ fuit: in Tyranniſ opprimendiſ per oĩa proſperatuſ eſt. Grandeuuſ egritudine et ſenectute defunctuſ eſt: filioſ imperanteſ reliquit. Sed rurſuſ ne Imperator quiſ q̃ ideo Xpriſtianuſ eẽt: ut felicitatem Conſtãtini mereretur: cum propter uitam eternam quiſq; debeat eſſe Xpriſtianuſ: Iouinianum multo citiuſ q̃ Iulianum abſtulit: Gratianum ferro Tyrannico permiſit interimi. Longe quidem mitiuſ q̃ magnum Pompeium colentẽ uidelicet Romanoſ deoſ. Nam ille uindicari a Catone non potuit: quẽ ciuiliſ belli quodãmodo heredem reliquerat: iſte autẽ quãuiſ pie anime ſolatia talia nõ requirant: a Theodoſio uindicatuſ eſt: quẽ regni participem fecerat: cum paruulum haberet & fratrem: auidior fide ſocietatiſ q̃ nimie poteſtatiſ.

¶ De fide et pietate Theodoſii Auguſti. ¶ C. xxvi.

Vnde et ille non ſolum uiuo ſeruauit quã debebat fidem: uerum etiam poſt eiuſ mortem pulſum ab eiuſ interfectore Maximo: Valentinianum eiuſ paruulum frẽm in ſui parteſ imperii tanq̃ Xpianuſ excepit pupillũ: paterno cuſtodiuit affectu: quẽ deſtitutũ oĩbuſ opibuſ nullo negocio poſſet auferre: ſi latiuſ regnãdi cupiditate magiſ q̃ benefaciendi caritate flagraret. Vnde potiuſ eum ſeruata eiuſ imperatoria dignitate ſuſceptũ: ipſa humanitate et gratia conſolatuſ eſt. Deinde cum Maximuſ terribileſ faceret illi ſucceſſuſ: hic in anguſtiſ curarũ ſuarũ nõ eſt lapſuſ ad curioſitateſ ſacrilegaſ atq; illicitaſ: ſed ad Iohãnem in Egypti heremo conſtitutũ: quẽ dei ſeruum prophetandi ſpiritu preditum fama crebreſcente didicerat: miſit: atq; ab eo nuncium uictorie certiſſimũ accepit. Mox Tyranni Maximi extinctor: Valentinianũ puerũ imperii ſui partibuſ unde fugatuſ fuerat cum miſericordiſſima ueneratione reſtituit:

eoq; siue per insidias: siue quo alia pacto uel casu proxime extincto: aliũ Tyrannũ
Eugeniũ qui in illius Impatoris locũ non legitime fuerat subrogatus: accepto rursus
prophetico responso fide certus oppressit: contra cuius robustissimum exercitũ magis
orando q̃ feriendo pugnauit. Milites nobis qui aderant retulerunt: extorta sibi esse de
manibus quecunq; iaculabant: cũ a Theodosii partibus in aduersarios uehemẽs uẽtus
iret: et non solum quecunq; in eos iaciebantur concitatissime raperet: uerũ etiã ipsoꝝ
tela in eoꝝ corpora retorqueret. Vnde et poeta Claudianus quãuis a Christi nomine
alienus in eius tamen laudibus dixit.

O nimium dilecte deo cui fudit ab astris.
Se Iouis armatus: uehemens tibi militat ether.
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.

Victor aũt sicut crediderat: et predixerat: Iouis simulacra que aduersus eum fuerãt
nescio quibus ritibus uelut consecrata: et in alpibus constituta: deposuit. eoꝝq; fulmina
ꝙ aurea fuissent: iocantibus ꝙ illa leticia permittebat cursoribus: et se ab eis fulminari
uelle dicentibus: hilariter benigneq; donauit. Inimicorum suoꝝ filios quos non ipsius
iussus: sed belli abstulerat impetus: etiã nõdum Christianos ad Ecclesiam cõfugientes:
Christianos hac occasione fieri uoluit: et Xp̃iana caritate dilexit: nec priuauit rebus
sed auxit honoribus. In neminem post uictoriam priuatas inimicicias ualere permisit:
bella ciuilia nõ sicut Cinna et Marius et Sylla et alii tales nec finita finire uoluerũt:
sed magis doluit exorta q̃ cuiq̃ nocere uoluit terminata. Inter hec oĩa ex ipso initio
imperii sui nõ quieuit: iustissimis et misericordissimis legibus aduersus impios laboranti
Ecclesie subuenire: quam Valens hereticus fauẽs Arianis uehementer afflixerat: cuius
Ecclesie se membrũ esse magis q̃ in terris regnare gaudebat. Simulacra gentium ubiq;
euertenda precepit: satis intelligens nec terrena munera in demonum: sed in dei ueri esse
posita potestate. Quid aũt eius religiosa humilitate mirabilius: qñ in Thessalonicensiũ
grauissimũ scelus: cui iam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiã: tumultu
quorũdam q̃ ei coherebãt uindicare cõpulsus est: et Ecclesiastica coercitus disciplina
sic egit penitentiam: ut imperatoriam celcitudinem pro illo populus orans magis fleret
uidendo prostratam: q̃m peccando timeret iratam. Hec ille secum et siqua similia que
cõmemorare longũ est bona opera tulit: ex isto tẽporali uapore cuiuslibet culminis
et sublimitatis humane: quoꝝ operũ merces ẽ eterna felicitas: cuius dator est deus solis
ueraciter piis. Cetera uero bona uite huius uel fastigia uel subsidia: sicut ip̃m mũdum:
lucem auras terras aq̃s fructus: ipsiusq; hominis animã: corpus sensus mentẽ uitã bonis
malisq; largitur. In quibus est etiã quelibet imperii magnitudo: quam pro temporum
gubernatiõe dispẽsat. Proinde iã etiã illis respondendũ esse uideo: qui manifestissimis
documentis quibus ostendit ꝙ ad ista temporalia que sola stulti habere cõcupiscunt:
nihil deoꝝ falsorũ numerositas prosit: confutati atq; conuicti conantur asserere: non
propter uite presentis utilitatem: sed ꝓpter eã que post mortẽ futura est: esse colẽdos
deos. Nam istis qui propter amicicias mũdi huius uolunt uana colere: et nõ se ꝑmitti
puerilibus sensibus cõqueruntur: his quinq; libris satis arbitror esse responsum. Quorũ
tres priores cum edidissem: et in multoꝝ manibus esse cepissent: audiui quosdam nescio
quã aduersus eos responsionẽ scribendo preparare. Deinde ad me perlatum est: ꝙ iam
scripserint: sed tempus querant: quo sine periculo possint edere. Quos admoneo non
optent: quod eis non expedit. Facile est enim cuiq̃ uideri respõdisse qui tacere noluit.
Aut quid est loquacius uanitate: que non ideo potest quod ueritas: quia si uoluerit
etiam plus potest clamare q̃ ueritas? Sed considerent omnia diligenter: et si forte sine

ſtudio partiū iudicanteſ: eſſe talia pſpexerint: que potiuſ exagitari q̄ conuelli poſſint: garrulitate impudentiſſima et quaſi ſatyrica uel mimica leuitate cohibeāt ſuaſ nugaſ: et potiuſ a prudentibuſ emendari: q̄m laudari ab imprudentibuſ eligant. Nam ſi non ad libertatem uera dicendi: ſed ad licentiam maledicendi tempuſ expectant: abſit ut eiſ eueniat quod ait Tulliuſ de quodā qui peccādi licentia felix appellabat̄. O miſerū cui peccare licebat. unde quiſquiſ eſt qui maledicendi licentia felicem ſe putat: multo erit felicior ſi hoc illi omnino non liceat: cum poſſit depoſita inanitate iactantie: etiā iſto tempore tanq̄ ſtudio conſulendi quicquid uoluerit cōtradicere: et q̄tum poſſit ab eiſ quoſ cōſulit amica diſputatione hoc eſt boneſte grauiter libere qd̄ oportet audire.

Aurelii Auguſtini Hipponeñ Epi de Ciuitate dei. Li. VI.

De iiſ qui dicunt deoſ a ſe non propter preſentem uitam coli: ſed propter eternam. Ca. primum.

QVinq; ſupioribuſ libriſ ſatiſ mihi aduerſuſ eoſ uideor diſputaſſe: qui multoſ deoſ et falſoſ quoſ eē inutilia ſimulacra uel immūdoſ ſpirituſ et pnicioſa demonia: uel certe creaturaſ non creatorem ueritaſ Xpiana conuincit: propter uite huiuſ mortaliſ rerumq; terrenarū utilitatē: eo ritu ac ſeruitute que Grece latria dicit̄: et uni uero deo debet̄: uenerādoſ et colēdoſ putāt. Et nimie qdem ſtulticie uel pertinacie: nec iſtoſ qnq; nec ulloſ alioſ quanticunq; numeri libroſ ſatiſ eſſe poſſe quiſ neſciat? Quando ea putatur gloria uanitatiſ nulliſ cedere uiribuſ ueritatiſ: in perniciem utiq; eiuſ cui uitium tam immane dominat̄. Nam et contra omnem curantiſ induſtriam: non malo medici ſed egroti inſanabiliſ morbuſ inuictuſ eſt. Hi uero qui ea que legūt: uel ſine ulla uel nō cū magna ac nimia ueteriſ erroriſ obſtinatione intellecta et conſiderata perpendunt: faciliuſ noſ iſto numero terminatoꝝ quinq; uoluminū: pluſ q̄ queſtioniſ ipiuſ neceſſitaſ poſtulabat ſatiſfeciſſe: q̄ minuſ diſſeruiſſe iudicabunt. Totamq; inuidiam quā Xpriſtiane religioni de huiuſ uite cladibuſ: terrenarūq; contritione ac mutatione rerum imperiti facere conantur: non ſolum diſſimulantibuſ: ſed contra ſuam conſcientiā fauentibuſ etiam doctiſ quoſ impietaſ ueſana poſſedit: omnino eſſe inanē recte cogitationiſ atq; rationiſ: plenamq; leuiſſime temeritatiſ et pernicioſiſſime animoſitatiſ dubitare nō poterunt. Nunc ergo quoniā deincepſ ut promiſſuſ ordo expetit etiam hi refellendi et docendi ſunt: qui non propter iſtam uitam ſed propter illam que poſt mortem futura eſt: deoſ gentiū quoſ Chriſtiana religio deſtruit ſiue deſeruit colēdoſ eē cōtendūt: placet a ueridico oraculo ſancti pſalmi ſumere exordium diſputationiſ mee: beatuſ cuiuſ eſt dominuſ deuſ ſpeſ ipſiuſ et nō reſpexit in uanitateſ et inſaniaſ mendaceſ. Veruntn̄ in om̄ibuſ uanitatibuſ inſaniiſq; mendacibuſ longe tolerabiliuſ philoſophi audiendi ſunt: qbuſ diſplicuerunt iſte opinioneſ erroreſq; populorum: qui populi conſtituerunt ſimulacra numinibuſ: multaq; de hiſ quoſ deoſ immortaleſ uocāt: falſa atq; indigna ſiue finxerūt ſiue ficta crediderūt: et credita eoꝝ cultui ſacroꝝq; ritibuſ miſcuerunt. Cum hiſ ergo hominibuſ qui et ſi nō libere p̄dicando: ſaltē utcūq; diſputatiōibuſ muſſitādo talia ſe improbare teſtati ſunt: non uſq; adeo inconuenienter queſtio iſta tractatur. Vtrum non unum deum qui fecit omnē ſpiritalē corporalemq; creaturam: propter uitā que poſt mortē futura eſt: coli oporteat: ſed multoſ deoſ quoſ ab illo uno factoſ & ſublimiter collocatoſ: quidam eorundem philoſophorum ceteriſ excellentioreſ nobilioreſq; ſenſerunt.

Cæterum quis ferat dici: atq; contendi: deos illos: quorum in quarto libro quosdam
cõmemoraui: quibus rerum exiguarum singulis singula distribuuntur officia: uitam
eternam cuiq̃m prestare? An uero peritissimi illi: & acutissimi uiri: qui se pro magno
benifitio conscripta docuisse gloriantur: ut sciretur quare cuiq; deo supplicandũ esset:
quid a quoq̃ esset petendum: ne absurditate turpissima: qualis ilocalariter in mimo
fieri solet: peteretur a Libero aqua: a Nymphis uinum: autores erũt cuipiã hominũ
diis immortalibus supplicanti: ut cum a Nymphis petierit uinũ: eiq; responderint: nos
aquam habemus: hoc a Libero pete: possit recte dicere: si uinum non habetis: saltẽ date
mihi uitam eternã. Quid hac absurditate monstrosius? Nonne illi cachinnantes: solẽt
enim esse ad risum faciles: si non affectent fallere: ut demones: supplici respondebũt?
O homo: putas ne in potestate nos habere uitam: quos audis non habere uel uitem?
Impudẽtissime igitur stulticie est: uitam eternam: a talibus diis petere: uel sperare: qui
uite huius erũnosissime atq; breuissime: & si qua ad eam pertinent adminiculandã: atq;
fulciendam: ita singulas particulas tueri asseruntur: ut si id: quod sub alterius tutela: ac
potestate est: petatur ab altero: tam sit incõueniens & absurdũ: ut mimice scurrilitati
uideatur esse simillimũ. Quod cum fit a scientibus mimis: digne ridentur in theatro.
cum uero a nescientibus stultis: dignius irridentur in mundo. Cui ergo deo: uel deæ
propter quid supplicaretur: quantũ ad illos deos attinet: quos instituerunt ciuitates:
a doctis sollerter inuentum: memorieq; mãdatum est. quid a Libero uerbi gratia: qd
a Nymphis: quid a Vulcano: ac sic a ceteris: quos partim commemoraui in quarto
libro: partim pretereũdos putaui. Porro si a Cerere uinũ: a Libero panẽ: a Vulcano
aquam: a Nymphis ignem petere: erroris est: quanto maioris deliramenti esse intelligi
debet: si cuiq̃ istorum pro uita supplicetur eterna? Quãobrem si cum de regno terreno
quereremus: quosnam illud deos: uel deas hominibus credendum esset posse conferre:
discussis omnibus lõge alienũ a ueritate monstratũ ẽ: a quoq̃ istoꝝ multoꝝ numinũ:
atq; falsorum: saltem regna terrena existimare constitui: nõne insanissime impietatis
est: si eterna uita: que terrenis omnibus regnis sine ulla dubitatione uel comparatione
preferenda est: ab istorum quoq̃ dari cuiq̃ posse credatur? Neq; enim propterea: dii
tales uel terrenum regnum dare nõ posse uisi sunt: quia illi magni & excelsi sunt: hoc
quiddam paruum: & abiectum: quod non dignarentur in tanta sublimitate curare:
sed quantalibet cõsideratione fragilitatis humane caducos apices terreni regni merito
quisq; contemnat: illi dii tales apparuerunt ut indignissimi uiderentur: quibus danda
atq; seruanda deberent uel ista cõmitti. ac per hoc sicut superiora proximis duobus
libris pertractata docuerunt: nullus deus ex illa turba: uel quasi plebeioꝝ uel proceꝝ
quasi deorum: idoneus est regna mortalia mortalibus dare: quãto minus potest im/
mortales ex mortalibus facere? His accedit: quia si iam cum illis agimus qui nõ ꝑpter
istam: sed propter uitam que post mortem futura est: existimant colendos deos: iam
nec propter illa saltẽ: que deoꝝ taliũ potestati: tanq̃ dispartita & ꝑpria: non ratione
ueritatis: sed uanitatis opinione tribuunt: omnino colẽdi sunt: sicut credũt ii: q cultũ
eorũ uite huius mortalis utilitatibus necessariũ esse cõtendunt: cõtra quos iam quinq;
precedentibus uoluminibus satis: quantũ potui: disputaui. Que cũ ita sint: si eorũ qui
colunt deam Iuuentatem: etas ipsa floreret insignius: contemtores autẽ eius: uel intra
annos occumberent iuuentutis: uel in ea tanq̃ senili corpore frigesserent. si maxillas
cultorũ suoꝝ speciosius & festiuius Fortuna barbata uestiret: a quibus aũt sperneretur
glabros: aut male barbatos uideremus: etiã sic rectissime diceremus hucusq; istas deas
singulas posse suis officiis quodãmodo limitari: ac per hoc a Iuuentate oportere peti

uitam eternam: que nõ daret barbam: nec a Fortuna barbata boni aliqd post hanc
uitam esse sperandum: cuius in hac uita potestas nulla esset: ut eandem saltem etatem:
que barba induitur: ipsa prestaret. Nunc uero cum earũ cultus nec propter ista ipsa
que putãt eis subdita: sit necessarius: quia & multi colentes Iuuentatẽ deam minime
in illa etate uiguerunt: & multi non eam colentes: gaudent robore iuuentutis: itemq;
multi Fortune barbate supplices: ad nullam uel deformẽ barbã ꝑuenire potuerunt:
& si qui eam pro barba impetranda uenerabant: a barbatis eius contemptoribus irri/
dentur. Ita ne desipit cor humanũ: ut quorum deoꝝ cultum ꝓpter ista ipsa tẽporalia
& cito pretereũtia munera: qbus singulis singuli preesse ꝓhibent: inanẽ ludibriosũq;
esse cognoscit: ꝓpter uitã eternam credat esse fructuosum? Hanc dare illos posse nec
ii dicere ausi sunt: qui eis ut ab insipientibus populis colerentur: ista opa tẽporalia: q̃m
nimis multos putauerunt: ne quis q̃ eoꝝ sederet ociosus minutatim diuisa tribuerunt.

Quid Varronem de diis gentiũ sensisse credendum sit
quorum talia & genera detexit & sacra ut reuerẽtius
cum eis ageret: si de eis omnino reticeret. C. ii.

QVis M. Varrõe curiosius ista quesiuit? Quis inuenit doctius? Quis cõsiderauit
attentius? Quis distinxit acutius? Quis diligentius pleniusq; conscripsit? Qui
tametsi minus est suauis eloquio: doctrina tamen atq; sententiis ita refertus est: ut in
omni eruditione: quã nos secularem: illi aũt liberalem uocant: studiosum rerũ tantũ
iste doceat: quantũ studiosum uerborũ Cicero delectat. Deniq; & ipse Tullius huic
tale testimoniũ perhibet: ut in libris Academicis dicat: eam que ibi uersatur disputa/
tionem: se habuisse cum. M. Varrone: homine inquit omniũ facile acutissimo: & sine
ulla dubitatione doctissimo. non ait eloquẽtissimo: uel facundissimo. Quoniã reuera
in hac facultate multũ impar est. sed omniũ inquit facile acutissimo. Et in eis libris:
id ẽ Academicis ubi cuncta dubitanda esse contendunt: addidit sine ulla dubitatione
doctissimo. Profecto de hac re: sic erat certus: ut auferret dubitationẽ: quam solet in
omnibus adhibere: tanq̃ de hoc uno: etiã pro Academicoꝝ dubitatione disputaturus:
se Academicũ fuisset oblitus. In primo aũt libro cũ eiusdem Varronis litteraria opera
ꝓdicaret. Nos inquit in nostra urbe peregrinãtes: errantesq; tanq̃ hospites: tui libri
quasi domum reduxerunt: ut possemus aliqñ: qui: & ubi essemus: agnoscere. Tu etatem
patrie: tu descriptiones temporum: tu sacrorum iura: tu sacerdotium: tu domesticam:
tu publicã disciplinã: tu sedium: regionum: locorũ: tu omniũ diuinarũ humanarũq;
rerũ nomina: genera officia: causas apperuisti. Iste igitur uir tã insignis excellẽtisq;
peritie: & quod de illo etiam Terentianus elegantissimo uersiculo breuiter ait.
Vir doctissimus undecũq; Varro: qui tam multa legit: ut aliquid ei scribere uacasse
miremur. tam multa scripsit: q̃ multa uix quenq̃ legere potuisse credamus. Iste inq̃ uir
tantus ingenio tantusq; doctrina: si rerũ uelut diuinarũ de qbus scribit: oppugnator
esset: atq; destructor: easq; non ad religionem: sed ad superstitionẽ diceret pertinere:
nescio utrum tam multa in eis ridenda: contemnenda: detestandaq;: conscriberet. Cum
uero deos eosdem ita coluerit: colendosq; censuerit: ut in eo ipso opere litterarũ suarũ
dicat se timere ne pereant: non incursu hostili: sed ciuium negligentia: de qua illos
uelut ruina liberari a se dicit: & in memoria bonorum per huiusmodi libros recondi:
atq; seruari: utiliore cura: q̃ Metellus de incẽdio sacra uestalia: & Eneas de Troiano
excidio penates liberasse predicatur. Et tñ ea legenda seculis ꝓdit: que a sapientibus

& insipientibus merito abiicienda: & ueritati religionis inimicissima iudicentur. Quid existimare debemus: nisi hominem acerrimum: ac peritissimum: non tamen sancto spiritu liberum: oppressum fuisse suæ ciuitatis consuetudine ac legibus: & tamen ea quibus mouebatur: sub specie commendande religionis tacere noluisse?

¶ Que sit partitio Varronis librorum suorum quos de antiqtatibus rerum humanarum diuinarumq; conscripsit. ¶ C. iii.

QVadraginta & unum libros scripsit antiquitatũ. Hos in res humanas diuinasq; diuisit. Rebus humanis. xxv: diuinis. xvi. tribuit: istam secutus rationem in ea partitione: ut rerũ humanarũ libros senos quattuor partibus: Intendit enim q agãt: ubi agant: quãdo agant: quid agant. In sex itaq; primis de hõibus scripsit: in secũdis sex de locis: sex tertios de temporibus: sex q̃rtos eosdẽq; postremos: de rebus absoluit. Quater aũt seni uiginti & quattuor fiũt. Sed unũ singularẽ qui cõmuniter prius de omnibus loqueretur: in capite posuit. In diuinis identidẽ rebus eadẽ ab illo diuisionis forma seruata ẽ: quantũ attinet ad ea: que diis exhibẽda sũt. Exhibent̃. n. ab hõibus in locis & tẽporibus sacra. Hec quattuor que dixi: libris cõplexus ẽ ternis. Nam tres priores de hõibus scripsit: sequẽtes de locis: tertios de tẽporibus: quartos de sacris. etiam hic q exhibeant: ubi exhibeant: quãdo exhibeãt: qd exhibeãt: subtilissima distinctiõe cõmendans. Sed quia oportebat dicere: & maxime id expectabat̃ quibus exhibeãt: de ipsis quoq; diis tres cõscripsit extremos: ut quinquies terni. xv. fierent. Sunt autem omnes ut diximus. xvi. quia & istorum exordio unũ singularẽ: qui prius de hominibus loqueret̃: apposuit. Quo absoluto: cõsequenter ex illa quinq; partita distributione: tres p̃cedentes: q ad homines ptinent: ita subdiuisit: ut p̃mus sit de Põtificibus: secũdus de Auguribus: tertius de. xv. uiris sacrorum. Secundos tres ad loca pertinentes: ita ut in uno eorum de Sacellis: altero de Sacris edibus diceret: tertio de Locis religiosis. Tres porro q istos sequũtur: & ad tẽpora ptinent: id ẽ ad dies festos: ita ut unũ faceret de Feriis: alterũ de Ludis circẽsibus: de Scenicis tertiũ. Quartorum triũ ad sacra ptinentiũ uni dedit Cõsecrationes: alteri Sacra priuata: ultimo Publica. Hanc uelut pompam obsequiorum i tribus q restãt dii ipsi sequunt̃ extremi: qbus iste uniuersus cultus ĩpensus est. In primo Dii certi: in secũdo Incerti: in tertio cunctorum nouissimo Dii p̃cipui atq; selecti. In hac tota serie pulcherrime ac subtilissime distributionis & distinctiõis: uitã eternã frustra queri & sperari impũdẽcissime uel optari: ex iis que iã diximus: & que deinceps dicenda sũt: cuius hoĩm qui corde obstinato sibi nõ fuerit inimicus facillime apparet. Vel hominũ. n. sunt ista instituta: uel demonũ. non q̃les uocãt illi demones bonos. sed ut loquar aptius: immundorum spirituũ: & sine cõtrouersia malignorũ: qui noxias opiniones quibus anima humana magis magisq; uanescat: & incommutabili eterneq; ueritati coaptari atq; inherere nõ possit: inuidẽtia mirabili & occulte inserũt cogitationibus impiorum: & aperte aliq̃n ingerũt sensibus: & qua possunt fallaci attesta/tione confirmant. Iste ipse Varro ꝓpterea se prius de rebus humanis: de diuinis autẽ postea scripsisse testatur: ꝙ prius extiterint ciuitates: deinde ab eis hec instituta sunt. Vera aũt religio nõ a terrena aliq̃ ciuitate instituta ẽ: sed plane celestẽ ipsa instituit ciuitatẽ. Eam uero inspirat & docet uerus deus dator uite eterne: ueris cultoribus suis.

¶ Quod ex disputatione Varronis apud Cultores deorum antiquiores res humane q̃ diuine reperiantur. ¶ C. iiii.

VArronis igit̃ confitentis ideo se p̃us de rebus humanis scripsisse postea de diuinis: quia diuine iste ab hominibus institute sunt: hec ratio est. Sicut prior est inquit pictor q̃ tabula picta: prior faber: q̃ edificium: ita priores sunt ciuitates: q̃ ea que a ciuitatibus sūt instituta. Dicit aūt se prius scripturū fuisse de dijs: postea de hōibus. Si de omni natura deorum scriberet: quasi hic de aliqua scribat: & non de omni: aut uero etiam aliqua: licet non omnis deorum natura non prior debeat esse q̃ hominū. quid est: ꝙ in illis tribus nouissimis libris deos certos: & incertos: & selectos diligenter explicans: nullam deorum naturam pretermittere uidetur? Quid est ergo quod ait: si de omni natura deoꝝ: & hominū scriberemus: prius diuina absoluissemus: q̃ humana attigissemus. Aut enim de omni natura deorum scribit: aut de aliqua: aut omnino de nulla. Si de omni: preponenda est utiq; rebus humanis. Si de aliqua: cur non etiā ipsa res precedat humanas? An indigna est preferri etiam uniuerse nature hominum pars aliqua deorū? Quod si multum est: ut aliqua pars diuina preponatur uniuersis rebus humanis: saltem digna est uel romanis. Rerum quippe humanarū libros non quantū ad orbem terrarum: sed quantū ad solam romā pertinet scripsit. Quos tamē rerum diuinaꝝ libris se dixit scribendi ordine merito pretulisse uel prescripsisse: sicut pictorem tabule picte: sicut fabrū edificio: apertissime cōfitens ꝙ etiā iste res diuine sicut pictura: sicut structura: ab hominibus institute sunt. Restat ut de nulla deorū natura scripsisse intelligatur: neq; hoc apte dicere uoluisse. sed intelligentibus reliq̃sse. Vbi enim dicitur non omnis: usitate quidem intelligitur aliqua. Sed potest intelligi & nulla: quoniā que nulla est: nec omnis nec aliqua est. Nam ut ipse dicit: si omīs eēt natura deorū de qua scriberet: scribendi ordine rebus humanis preponenda esset. Vt aūt & ipso tacente ueritas clamat: p̃ponenda eēt certe rebus romanis: etiā si nō omnis sed saltē aliqua esset. Recte autē postponitur. ergo nulla est. Non itaq; rebus diuinis anteferre uoluit res humanas: sed & rebus ueris noluit anteferre res falsas. In his n. que scripsit de rebus humanis: secutus est historiā rerum gestarū. Que aūt de his quas diuinas uocat: q̃d nisi opiniones rerum uanarū? Hoc est nimirū quod uoluit subtili significatione monstrare: nō solū scribens de his posterius q̃ de illis: sed etiā rationem reddēs cur id fecerit. Quod si tacuisset: aliter hoc factū eius ab alijs fortasse defēderet. In ea uero ipsa ratione quā reddidit: nec alijs quicq̃ reliquit pro arbitrio suspicari. & satis ꝓbauit: homines se p̃posuisse institutis hominū: non naturā hoīm nature deoꝝ. Ita se libros rerū diuinarū: non de ueritate: que ꝑtinet ad naturam: sed de falsitate: que pertinet ad errorem: scripsisse confessus ē. Quod apertius alibi posuit: sicut in q̃rto libro commemoraui: ex nature formula se scripturum fuisse: si nouam ipse conderet ciuitatē. Quia uero iam ueterē inuenerat: nō se potuisse nisi eius cōsuetudinem sequi.

De tribus generibus theologie secundū Varronem. s. uno fabuloso. altero naturali. tertio ciuili. C. v.

QVEnde illud quale est: ꝙ tria genera theologie dicit esse: id ē rationis: que de dijs explicatur: eorūq; unum mythicon appellari: alterum physicon: tertium ciuile. Latine si usus admitteret genus quod primū posuit fabulare appellaremus: sed fabulosum dicamus: a fabulis enim mythicon dictum est: qm̄ mythos grece fabula dicitur. Secundū autem: ut naturale dicatur: iam & cōsuetudo locutionis admittit. Tertium etiā ipse latine enūtiauit quod ciuile appellatur. Deinde ait mythicon appellāt quo maxime utuntur poete. physicon quo philosophi: ciuile quo populi. Primum inquit

quod dixi: in eo sunt multa contra dignitatem & naturam immortaliũ ficta. In hoc enim est: ut deus alius ex capite: alius ex femore sit: alius ex guttis sanguinis natus. In hoc ut dii furati sint: ut adulterauerint: ut seruierint homini. Denique in hoc omnia diis attribuunt: que nõ modo in hominẽ: sed etiã que in cõtemptissimũ hominẽ cadere possunt. Hic certe ubi potuit: ubi ausus ẽ: ubi impunitũ putauit: quãta mẽdacissimis fabulis nature deorum fieret iniuria: sine caligine ullius ãbiguitatis expressit. Loquebatur enim non de naturali theologia: non de ciuili: sed de fabulosa: quã libere a se putauit eẽ culpandã. Videamus qd de altera dicat. Secundũ genus ẽ inquit qd demõstraui: de quo multos libros philosophi reliquerũt. In quibus ẽ: dii qui sũt: ubi: quod genus: quale: ex quo nã tpe: an a sempiterno fuerint: an ex igne sint ut credit Heraclytus: an ex numeris ut Pythagoras: an ex atomis ut Epicurus. Sic alia que facilius intra parietes in schola: q̃ extra in foro ferre possunt aures. Nihil in hoc genere culpauit quod physicon uocauit: & ad philosophos ptinet: tantum eorũ inter se cõtrouersias cõmemorauit: per quos facta est dissidentiũ multitudo sectarũ. Remouit tamẽ hoc genus a foro: id est a populis: scholis uero & parietibus clausit. Illud aũt primũ men/dacissimum atque turpissimum a ciuitatibus nõ remouit. O religiosas aures populares: atque in his etiã Romanas. Quod de diis immortalibus philosophi disputant: ferre nõ possunt: quod uero poete canũt: & histriones agunt: quia cõtra dignitatẽ ac naturã immortaliũ ficta sunt: quia nõ modo in hominẽ sed etiã in contemptissimũ hominẽ cadere possunt: non solum ferunt sed etiã libenter audiunt. Neque id tantum: sed diis quoque ipsis hoc placere: & p hoc eos placandos esse: decernũt. Dixerit aliquis. hec duo genera mythicon & physicon id ẽ fabulosum atque naturale: decernamus ab hoc ciuili de quo nũc agitur: unde illa & ipse discreuit: iãque ipsũ ciuile uideamus q̃liter explicet. Video quidẽ cur debeat decerni fabulosum: quia falsum: quia turpe: quia indignum est. Naturale autem a ciuili uelle discernere: quid est aliud: q̃ & ipsum ciuile fateri esse mendosum? Si enim illud naturale ẽ: quid habet reprehẽsionis ut excludatur? Si aũt hoc: quod ciuile dicitur: naturale nõ est: quid habet meriti: ut admittatur? Hec nempe illa causa ẽ quare prius scripserit de rebus humanis: posterius de diuinis: q̃m in diuinis rebus nõ naturã: sed hoim instituta secutus ẽ. Intueamur sane & ciuilẽ theologiã. Terciũ genus est inquit: quod in urbibus ciues: maxime sacerdotes nosse: atque admi/nistrare debẽt. In quo ẽ: quos deos publice colere: que sacra & sacrificia facere quenque par sit. Adhuc quod sequitur attẽdamus. ¶ Prima inqt theologia maxĩe accõmodata est ad theatrum. secunda ad mundum. tertia ad urbem. Quis non uideat cui palmam dederit? Utique secũde quã supradixit esse philosophorũ. Hanc. n. pertinere testatur ad mundum: quo isti nihil esse excellentius opinantur in rebus. Duas uero illas theologias primam & tertiam: theatri scilicet atque urbis distinxit ac iunxit. Videmus enim non continuo quod est urbis pertinere posse: & ad mundũ: quãuis urbes uideamus esse in mundo. Fieri enim potest ut in urbe scd̃m falsas opiniones ea colantur: & ea credantur quorum in mũdo uel extra mũdum natura sit nusq̃. Theatrũ uero ubi ẽ nisi in urbe? Quis theatrũ instituit nisi ciuitas? Propter quid instituit: nisi pter ludos scenicos? Ubi sunt ludi scenici: nisi in rebus diuinis: de qbus hi libri tãta sollertia cõscribuntur?

¶ De Theologia mythica. i. fabulosa: & de ciuili cõtra Varronẽ. ¶ C. VI.

O M. Varro cũ sis homo omniũ acutissimus: & sine ulla dubitatione doctissimus: sed tamẽ homo: non deus: nec spiritus dei: ad uidenda & ãnuncianda diuina in

ueritatem libertatemq; subuectus: cernis quidẽ q̃ sint res diuine ab humanis nugis atq;
mendaciis dirimende: sed uitiosissimas populorũ opiniones & consuetudines in super/
stitionibus publicis uereris offendere: quas deoꝝ a natura abhorrere: uel taliũ quales
in huius mundi elementis humani animi suspicatur infirmitas. & sentis ipse cum eas
usq;quaq; consideras: & omnis uestra litteratura circũsonat. Quid hic agit humanum
q̃uis excellentissimũ ingeniũ? Quid tibi humana licet multiplex ingensq; doctrina
in his angustiis suffragat̃? Naturales deos colere cupis: ciuiles cogeris. Inuenisti alios
fabulosos in quos liberius: qđ sentis: euomas: unde & istos ciuiles uelis: nolis ue ꝓfũdas.
Dicis quippe fabulosos accõmodatos esse ad theatrũ: naturales ad mundum: ciuiles ad
urbem: cum mundus opus sit diuinum: urbes uero & theatra sint hominũ: nec alii dii
rideantur in theatris: q̃ qui adorantur in templis. nec aliis ludos exhibeatis q̃ quibus
uictimas immolatis: Quanto liberius: subtiliusq; ista diuideres: dicens: alios esse deos
naturales: alios ab hominibus institutos. Sed de ĩstitutis aliud habere litteras poetaꝝ:
aliud sacerdotum: utrasq; tamen ita esse inter se amicas consortio falsitatis: ut grate
sint utreq; demonibus: qbus inimica est doctrina ueritatis. ¶Sequestrata igit̃ paululũ
theologia quam naturalem uocant: de qua postea disserendum est: placet ne tandem
uitam eternam peti aut sperari a diis poeticis: & theatricis: ludicris: scenicis? Absit. imo
auertat deus uerus tam immanem sacrilegamq; dementiam. Nũquid ab eis diis: qbus
hec placent: & quos hec placant: cum eorum illic crimina frequententur: uita eterna
poscenda est? Nemo ut arbitror usq; ad tantum precipitium furiosissime impietatis
insanit. Nec fabulosa igitur nec ciuili theologia: sempiternã quis q̃ adipiscipitur uitã.
Illa enim de diis turpia fingendo seminat: hec fauendo metit. Illa mendacia spargit:
hec colligit. Illa res diuinas falsis criminibus insectatur: hec eorum criminum ludos in
diuinis rebus amplectit̃. Illa de diis nefanda figmenta hominũ carminibus personat:
hec ea deorum ipsorum festiuitatibus consecrat. Facinora & flagicia numinum illa
cantat: hec amat. Illa prodit: aut fingit: hec autẽ aut attestatur ueris: aut oblectatur
& falsis. Ambe turpes: ambeq; damnabiles. Sed illa que theatrica est publicam turpi/
tudinem ꝓfitetur: ista que urbana est illius turpitudine ornat̃. Hinccine uita eterna
sperabitur: unde ista breuis temporalisq; polluitur? An uero uitam polluit consortiũ
nefariorum hominum: si se inferunt affectionibus & assentionibus nostris: & uitam
non polluit societas demonum: qui coluntur criminibus suis? Si ueris: q̃ mali. si falsis:
q̃ male. Hec cum dicimus: uideri fortasse cuipiam nimis harum rerum ignaro potest:
ea sola de diis talibus indigna maiestate diuina & ridicula detestabiliaq; celebrari: que
poeticis cantantur carminibus: & ludis scenicis actitantur: sacra uero illa que non
histriones: sed sacerdotes agũt: ab omni eẽ dedecore purgata & aliena. Hoc si ita eẽt:
nunq̃ theatricas turpitudines in eorũ honorem quis q̃ celebrandas esse censeret: nunq̃
eas ipsi dii preciperent sibimet exhiberi. Sed ideo nihil pudet ad obsequium deorum
talia gerere in theatris: quia similia geruntur in templis. Deniq; cum memoratus autor
ciuilem theologiam a fabulosa & naturali: terciam quandam sui generis distinguere
conaretur: magis eam ex utraq; temperatam: q̃ ab utraq; separatam: intelligi uoluit.
Ait enim ea: que scribunt poete minus esse: q̃ ut populi sequi debeant. que autẽ phi/
losophi: plus q̃ ut ea uulgus scrutari expediat. Que sic abhorrent inquit: ut tamen
ex utroq; genere ad ciuiles rationes assũpta sint nõ pauca. Quare que sunt cõmunia
cum propriis: unacum ciuilibus scribemus. E quibus maior societas debet esse nobiscũ
philosophis q̃ cum poetis. non ergo nulla cum poetis. Et tamen alio loco dicit de ge/
nerationibus deorum: magis ad poetas q̃m ad physicos fuisse populos inclinatos. Hic

enim dixit qd fieri debeat: ibi quid fiat. Physicos dixit utilitatis causa scripsisse: poetas delectationis. Ac per hoc ea que a poetis conscripta populi sequi nõ debent: crimina sunt deoꝝ: que tamẽ delectant & populos & deos. Delectationis.n. causa sicut dicit: scribunt poete: nõ utilitatis. Ea tamẽ scribunt: que dii expetant: populi exhibeãt.

De fabulose ac ciuilis theologie similitudine atq; cõcordia. Ca. vii.

Reuocatur igitur ad theologiam ciuilem theologia fabulosa: theatrica: scenica: indignitatis: & turpitudinis plena. Et hec tota que merito culpãda & respuẽda iudicat̃ pars huius est: que colenda & obseruãda censetur. Non sane pars incõgrua sicut ostendere institui: & que ab uniuerso corpore aliena ĩportune illi connexa atq; suspensa sit: sed omnino consona: & tanq̃ eiusdẽ corporis membrum cõuenientissime copulata. Quid.n. aliud ostẽdunt illa simulacra: forme: etates: sexus: habitus deorum? Nunquid barbatũ Iouem: imberbem Mercuriũ poete habent: pontifices nõ habẽt? Nunquid Priapo mimi: Non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? An aliter stat adorandus in locis sacris: q̃ procedit ridẽdus in theatris? Nam Saturnus senex: Apollo ephæbus: ita persone sunt histrionum: ut non sint statue delubrorum. Cur Forculus qui foribus preest: & Limentinus qui limini: dii sunt masculi: atq; inter hos Cardea femina est que cardinẽ seruat? Nõne ista in rerũ diuinarũ libris reperiunt̃: que graues poete suis carminibus indigna duxerũt? Nũquid Diana theatrica portat arma: & Vrbana simpliciter uirgo est? Nunquid scenicus Apollo citharista est: et ab hac arte Delphicus uacat? Sed hec honestiora sunt in cõparatione turpioꝝ. Quid de ipso Ioue senserunt: qui eius nutricem in capitolio posuerunt? Nonne attestati sunt Euemero: qui omnes tales deos nõ fabulosa garrulitate: sed historica diligentia hoĩes fuisse mortalesq; conscripsit? Epulones etiã deos parasitos Iouis ad eius mensam qui constituerũt: quid aliud q̃ mimica sacra esse uoluerũt? Nam parasitos Iouis ad eius conuiuiũ adhibitos: si mimus dixisset: risum utiq; quesisse uideretur. Varro dixit. Nõ cum irrideret deos: sed cũ cõmendaret: hoc dixit. diuinarũ non humanarũ rerũ libri hoc eum scripsisse testant̃. Nec ubi ludos scenicos exponebat: sed ubi capitolina iura pandebat. Deniq; a talibus uincitur: & fatetur: sicut forma humana deos fecerũt: ita eos delectari humanis uoluptatibus credidisse. Nõ.n. & maligni spiritus suo negocio defuerunt: ut has noxias opiniones humanarum mentium ludificatione firmarent. Vnde etiã illud est ꝙ Herculis edituus ociosus atq; feriatus: lusit thesseris secũ utraq; manu alternante: in una constituens Herculem: in altera seipsum: sub ea cõditione ut si ipse uicisset de stipe templi sibi cenam pararet: amicamq; cõduceret. Si aũt uictoria Herculis fierit: hoc idem de pecunia sua uoluptati Herculis exhiberet: & deinde cũ a seipso tanq̃ ab Hercule uictus esset: debitam cenam & nobilissimã meretricẽ Lau/rentinã deo Herculi dedit. At illa cũ dormiuisset in tẽplo: uidit in somnis Herculem sibi esse cõmixtum: sibiq; dixisse ꝙ inde discedens cui primũ iuueni obuia fieret: apud illum esset inuentura mercedem: quam sibi credere deberet ab Hercule persolutam. Ac sic abeũti cum primus iuuenis ditissimus Taruntius occurrisset: eamq; dilectam secum diutius habuisset: illa herede relicta defũctus est. Que amplissimã adepta pecuniam: ne diuine mercedi uideretur ingrata: quod acceptissimũ putauit esse numinibus: po/pulum romanũ etiam ipsa scripsit heredem. Atq; illa non comparente inuentum est testamentum. Quibus meritis eam ferunt etiã honores meruisse diuinos. Hec si poete fingerent: si mimi agerent: ad fabulosam theologiam dicerentur ꝓculdubio ꝑtinere:

& a ciuilis theologie dignitate separandi iudicarentur. Cum uero hæc dedecora non poetarum sed populorum: non mimorũ sed sacrorum: non theatrorum sed templo℞: id est nõ fabulose: sed ciuilis theologie a tanto autore ꝓduntur: nõ frustra histriones ludicris artibus fingunt deo℞: que tanta est: turpitudinẽ: sed plane frustra sacerdotes uelut sacris ritibus conant̃ fingere deo℞: que nulla ẽ: honestatẽ. Sacra sũt Iunonis: & hec in eius dilecta insula samo celebrantur: ubi nuptũ data est Ioui. Sacra sunt Cereris: ubi a Plutone rapta Proserpina querit̃. Sacra sũt Veneris: ubi amatus eius Adonis aprino dente extinctus iuuenis fortissimus plangit̃. Sacra sunt matris deo℞: ubi Atys pulcher adolescens ab ea dilectus: & muliebri zelo abscisus: etiam hominum abscisorũ: quos Gallos uocãt infelicitate deploratur. Hec cum deformiora sint omni scenica feditate: quid est ꝙ fabulosa de diis figmenta poetarũ ad theatrum uidelicet pertinentia: uelut secernere nituntur a ciuili theologia: quã ꝑtinere ad urbẽ uolunt: quasi ab honestis & dignis indigna & turpia? Itaq; potius est unde gratie debeantur histrionibus: qui oculis hominũ pepercerũt: nec omnia spectaculis nudauerunt: quæ sacrarũ ediũ parietibus occulunt̃. Quid de sacris eo℞ boni sentiendũ est: que tenebris operiunt̃: cum tã sint detestabilia que proferũtur in lucem? Et certe quid in occulto agant per abscisos: & molles: ipsi uiderint. Eosdem tñ homines infeliciter ac turpiter eneruatos atq; corruptos: minime occultare potuerunt. Persuadeant cui possunt se aliquid sanctũ per tales agere homines: quos inter sancta sua numerari atq; uersari negare nõ possũt. Nescimus quid agãt: sed scimus ꝑ quales agãt. Nouimus aũt que agant̃ ĩ scena: que nunq̃ uel ĩ choro meretricũ: ubi nemo abscisus aut mollis ĩtrauit. & tñ etiã ipsa turpes & infames agũt. neq;. n. ab honestis agi debuerũt. Que sunt ergo illa sacra: q̃bus agẽdis tales elegit sãctitas: q̃les nec Timelica in se admittit obscenitas?

¶ De interꝑtationibus naturalium rationũ: quas pagani doctores pro diis suis conantur ostendere. ¶ C. VIII.

AT enim habent isti physiologicas quasdam sicut aiunt: id est naturaliũ rationũ interpretationes. Quasi uero nos in hac disputatione physiologiam queramus & non theologiam: id est rationem non nature sed dei. Quãuis enim qui uerus deus ẽ: non opinione sed natura sit deus: non tamẽ omnis natura deus est: quia & hominis & pecoris & arboris & lapidis utiq; natura est: quorum nihil est deus. Si aũt interpreta/tionis huius: quando agitur de sacris matris deorum: caput est certe ꝙ mater deorũ terra est: Quid ultra querimus? Quid cetera ꝑscrutamur? Quid euidentius suffragat̃ eis: qui dicunt omnes istos deos homines fuisse? Sic enim sunt terrigine: sicut terra eis est mater. In uera aũt theologia: opus dei ẽ terra: nõ mater. Verũtamen quoquomõ sacra eius interpretent̃: & referant ad rerũ naturam: uiros muliebria pati nõ est scd'm naturam sed contra naturam. Hic morbus: hoc crimen: hoc dedecus habet inter illa sacra professionẽ: qđ in uiciosis hominũ moribus uix habet inter tormẽta cõfessionẽ. Deinde si ista sacra que scenicis turpitudinibus cõuincuntur esse fediora: hinc excusant̃ atq; purgantur: ꝙ habent interpretationes suas: quibus ostendant̃ rerum significare naturam: cur non etiã poetica similiter excusentur: atq; purgentur? Multa. n. & ipsi ad eundẽ modũ interpretati sunt. usq; adeo: ut qđ ab eis immanissimũ & infandissimũ dicitur: Saturnum filios deuorasse: ita nõnulli interpretent̃: ꝙ longinquitas temporis que Saturni nomine significat̃: quicquid gignit: ipsa cõsumat. Vel sicut idem opinat̃ Varro: ꝙ pertineat Saturnus ad semina que in terram de qua oriunt̃: iterũ recidunt.

Itemq; alii alio modo & similiter cetera. Et tamen theologia fabulosa dicitur: & cum
omnibus huiuscemodi interp̃tationibus suis reprehenditur: abiicitur: improbat̃: nec
solú a naturali: que philosophoꝝ est: uerum etiá ab ista ciuili: de qua agimus: que ad
urbes populosq; ꝑtinere asserit̃: eo ꝙ de diis indigna confinxerit merito repudianda
discernitur. Eo nimirum consilio: ut qm̃ acutissimi homines atq; doctissimi a quibus
ista cóscripta sunt: ambas improbãdas intelligebant: & illã scilicet fabulosam: & istã
ciuilem: Illam uero audebãt improbare: hanc nó audebãt: illã culpandã ꝓposuerút:
hanc eius simulem cóparandam exposuerút. non ut hec pre illa tenenda eligeretur:
sed ut cú illa respuenda intelligeret̃. atq; ita sine periculo eoꝝ qui ciuilem theologiam
reprehendere metuebant: utraq; cótempta ea quã naturalem uocant: apud meliores
animos inueniret locum. Nam & ciuilis & fabulosa ambe fabulose sút: ambeq; ciuiles.
ambas inueniet fabulosas: qui uanitates & obscenitates ambarú prudẽter inspexerit.
ambas ciuiles: qui ludos scenicos ꝑtinentes ad fabulosam: in deoꝝ ciuilú festiuitatibus
& in urbium diuinis rebus aduerterit. Quomodo igit̃ uite eterne dande potestas cuiq;
deorú istoꝝ tribuitur: quos sua simulacra & sacra cóuincunt: diis fabulosis aptissime
reprobatis: esse simillimos: formis: etatibus: sexu: habitu: cóiugiis: generatióibus: ritibus:
in quibus omnibus aut homines fuisse intelligunt̃. & pro uniuscuiusq; uita: uel morte:
sacra eis & sollẽnia constituta hunc errorẽ insinuantibus firmantibusq; demonibus:
aut certe ex q̃libet occasione immúdissimi spũs: fallendis humanis mentibus irrepsisse?

¶ De officiis singulorum deorum. ¶ C. viii.

Quid ipsa numinum officia tam uiliter: minutatimq; concisa: propter quod: eis
dicunt pro uniuscuiusq; proprio munere: supplicari oportere. Vnde nó quidẽ
omnia: sed multa iam diximus. nonne scurrilitati mimice: magis q̃ diuine consonant
dignitati? Si duas quis q̃ nutrices adhiberet infanti: quaꝝ una nihil nisi escam: altera
nihil nisi potú daret: sicut isti ad hec duas adhibuerút deas Edulicã & Potinã: nempe
desipere: & aliquid mimo simile in sua domo agere uideretur. Liberum a liberamento
appellare uolunt: ꝙ mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberent̃.
Hoc idem dicunt in feminis agere Liberam: quam etiam Venerem putant: ꝙ & ipsas
perhibeant sæmina emittere. Et ob hoc Libero eandem uirilem corporis partem in
templo poni: femineã Libere. Et ob hoc addunt mulieres attributas Libero: & uinú:
propter libidinem concitandã. Sic bacchanalia summa celebrant̃ insania. ubi Varro
ipse confitetur a bacchantibus talia fieri non potuisse: nisi mente cómota. Hec tamẽ
postea displicuerunt senatui saniori: & ea iussit auferri. Saltem hic tandem forsitan
senserunt: quid immundi spiritus dum pro diis habẽtur in hominú possint mentibus.
Hec certe non fierent in theatris. ludunt quippe ibi: nó furunt. Quãuis deos habere
qui etiã ludis talibus delectent̃: simile sit furoris. ¶ Quale aút illud est: ꝙ cú religiosú
a superstitioso ea distinctione discernat: ut a supstitioso dicat timeri deos: a religioso
autem tantú uereri: ut parentes. non ut hostes timeri. atq; omnes ita bonos dicat: ut
facilius sit eos nocentibus parcere: q̃ ledere quenq̃ innocentem: tamẽ mulieri fete post
partú tres deos custodes cómemorat adhiberi: ne Siluanus deus per noctẽ ingrediat̃:
& uexet. eorumq; custodum significandorú causa tres homines circuire limina domus:
& in primo limen securi ferire: postea pilo: tertio deuerrere scopis. ut his datis culture
signis: deus Siluanus prohibeatur intrare. quia neq; arbores ceduntur ac putantur
sine ferro: neq; far conficitur sine pilo: neq; fruges coarceruantur sine scopis. Ab his

autem tribus rebus tres nuncupatos deos. Intercidonē a securis intercisione: Pilūnum a pilo: Deuerram a scopis. q̄bus diis custodibus: cōtra uim dei Siluani feta cōseruaret. Ita contra dei nocentis seuiciā custodia bonorum nō ualeret: nisi plures eēnt aduersus unum: eiq; aspero: horrendo: inculto: utpote siluestri signis culture tanq̄m contrariis repugnarent. Ista ne: ista est innocentia deorum: ista cōcordia? Heccine sunt numina salubria urbium magis: q̄ ridenda ludibria theatrorum? Cum mas & femina coniun/guntur: adhibetur deus Iugatinus. sit hoc ferendū. Sed domū est ducēda: que nubit: adhibetur deus Domiducus. Vt in domo sit adhibetur deus Domicius. Vt maneat cū uiro additur dea Manturna. Quid ultra queritur? Parcatur humane uerecundiæ: peragat cætera concupiscentia carnis & sanguinis: procurato secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinū: quādo & Paranymphi inde discedunt? & ad hoc impletur: non ut eorū presentia cogitata maior sit cura pudicicie: sed ut femine sexu infirme: nouitate pauide: illis coopantibus sine ulla difficultate uirginitas auferatur? Adest enim dea Virginensis: & deus pater Sibigus: & dea mater Prema: & dea Par/tunda: & Venus. & Priapus. Quid est hoc? Sed omnino laborantē in illo opere uirū: ab diis adiuuari oportebat. non sufficiebat aliquis unus: aut aliqua una. Nunquid Venus sola parū esset: que ob hoc etiā dicitur nūcupata: q sine eius ui femina uirgo esse non desinat? Si ulla est frons in hominibus: que non est in numinibus: nōne cū credunt cōiugati tot deos utriusq; sexus esse presentes: & huic operi instantes: ita pu/dore afficiuntur: ut & ille minus moueatur: & illa plus reluctetur? Et certe si adest Virginensis dea: ut uirgini zona soluatur: si adest deus Subigus: ut uiro subigatur: si adest dea Prema: ut subacta: ne se cōmoueat: cōprimatur: dea Partunda ibi qd facit? Erubescat: eat foras: agat aliquid & maritus. Valde inhonestum est: ut quod uocat illa: impleat quisq̄m nisi ille. Sed forte ideo toleratur: quia dea dicitur esse: non deus. Nam si masculus crederetur: & Partundus uocaretur: magis contra eum pro uxoris pudicicia posceret maritus auxilium: q̄ feta contra Siluanum. Sed quid hoc dicam: cū ibi sit & Priapus nimius masculus: super cuius immanissimū & turpissimum fascinum sedere noua nupta iubebatur: more honestissimo & religiosissimo matronarū? Eāt adhuc & ciuilem theologiam a theologia fabulosa: urbes a theatris: templa a scenis: sacra pontificum a carminibus poetarū: uelut res honestas a turpibus: ueraces a fal/lacibus: graues a leuibus: serias a ludicris: appetendas a respuendis: qua possunt quasi conentū subtilitate decernere. Intelligimus quid agant. Illam theatricā & fabulosam theologiam ab ista ciuili pendere nouerunt: & ei de carminibus poetarum: tanq̄ de speculo resultare. Et ideo ista exposita: quā damnare nō audent: illam eius imaginē liberius arguunt & reprehēdunt. ut qui agnoscunt quid uelint: & hanc ipsam faciem cuius illa imago est detestentū. Quam tamen ipsi dii tanq̄ in eodem speculo se intuētes ita diligunt: ut qui: qualesq; sint: in utraq; melius uideantur. Vnde etiā cultores suos terribilibus imperiis compulerūt: ut īmundiciam theologie fabulose sibi dicarent: in suis sollennitatibus ponerent: in rebus diuinis haberent: atq; ita & seipsos immundis/simos spiritus manifestius esse docuerunt. & huius urbane theologie uelut electe et probate: illam theatricam abiectam: atq; reprobatam: membrum partemq; fecerunt. ut cum sit uniuersa turpis & fallax: atq; in se contineat cōmenticios deos: una pars eius sit in litteris sacerdotum: altera in carminibus poetarum. Vtrum habeat & alias partes: alia questio est. Nunc propter diuisionem Varronis: & urbanam & theatricā theologiam ad unam ciuilem pertinere: satis ut opinor ostēdi. Vnde quia sunt ambe similis turpitudinis: absurditatis: indignitatis: falsitatis: absit a uiris religiosis: ut siue ab

hac:siue ab illa:uita speret eterna. Deniq; & ipse Varro cōmemorare & enumerare deos cepit a conceptione hominis:quorum numeros exorsus est a Iano:eamq; seriem perduxit usq; ad decrepiti hominis mortem: & deos ad ipsum hominem pertinentes clausit ad Neniam deam:que in funeribus senum cantatur. Deinde cepit deos alios ostendere qui pertinerent non ad ipsum hominē:sed ad ea:que sunt hominis:sicuti est uictus:atq; uestitus: & quecunq; alia:que huic uite sunt necessaria. ostendens in omībus:quid sit cuiusq; munus:& ꝓpter qd cuiq; debeat supplicari. In qua uniuersa diligentia nullos demonstrauit: uel nominauit deos: a quibus uita eterna poscenda sit:propter quam unam proprie nos christiani sumus. Quis ergo usq; adeo tardus sit: ut non intelligat istum hominem ciuilem theologiam tam diligenter exponendo:& aperiendo:eamq; illi fabulose indigne atq; probrose similem demōstrando:atq; ipsam fabulosam partem esse huius satis euidenter docendo: non nisi ipsi naturali quā dicit ad philosophos pertinere in animis hominū moliri locum:ea subtilitate ut fabulosam reprehendat:ciuilem uero reprehendere quidem nō audeat:sed prodendo reprehensibilem ostendat. atq; ita utraq; iudicio recte intelligentiū reprobata:sola naturalis remaneat eligenda:de qua suo loco in adiutorio dei ueri diligentius disserendum est.

De libertate Senece: qui uehementius ciuilem theologiā rep̄hendit: q̄ Varro fabulosā. C. x.

Libertas sane:que huic defuit: ne istam urbanā theologiam theatrice simillimā aperte:sicut illam reprehendere auderet: Anneo Senece: quem nōnullis indiciis inuenimus apostolorum nostrorū claruisse temporibus:non quidem ex toto:uerum ex aliqua parte non defuit. Affuit enim scribenti: uiuenti defuit. Nam in eo libro quem contra superstitiones scripsit: multo copiosius: atq; uehementius reprehendit ipse ciuilem istam & urbanam theologiam:quam Varro theatricam:atq; fabulosam. Cum.n.de simulacris ageret. Sacros inquit īmortales:inuiolabilesq; deos in materia uilissima atq; immobili dedicant.habitus illis hominū:ferarūq;:& piscium.quedā uero mixto sexu diuersis corporibus induunt. numina uocant:que si spiritu accepto subito occurrerent monstra haberentur. Deinde aliquāto post:cū theologiam naturalem predicans:quorundam philosophoꝝ sententias digessisset:opposuit sibi questionem: & ait. Hoc loca dicit aliquis. Credat ergo celum & terram deos esse:& supra lunā alios: infra alios. Ego feram aut Platonem:aut peripateticū Stratonem. quoꝝ alter fecit deum sine corpore:alter sine animo. Et ad hoc respondens: Quid ergo tandē inqt? Veriora uidentur T. Tatii aut Romuli:aut Tulli Hostilii somnia? Cloacinam.T. Tatius dedicauit deā: Picum Tyberinūq; Romulus: Hostilius Pauorē atq; Pallorē: teterrimos hominū affectus:quorum alter mentis territe motus est alter corporis:ne morbus quidem:sed color. Hec numina potius credes & celo recipies? De ipsis uero ritibus crudeliter turpibus: q̄ libere scripsit? Ille inquit uiriles sibi partes amputat: ille lacertos secat. Vbi iratos deos timent: qui sic propicios merentur? Dii autē nullo debent coli genere:si & hoc uolunt. Tantus est perturbate mentis:& sedibus suis pulse furor: ut sic dii placentur: quēadmodum ne quidem homines seuiunt teterrimi:& in fabulas traditi crudelitatis. Tyranni lacerauerunt aliquorum membra. neminem sua lacerare iusserunt. Regie libidinis uoluptati castrati sunt quidā. sed nemo sibi:ne uir esset:iubente domino manus intulit. Se ipsi in templis contrucidant. uulneribus suis ac sanguine supplicant. Si cui intueri uacet: que faciunt:queq; patiuntur:inueniet tam

indecora honestis: tam indigna liberis: tã dissimilia sanis: ut nemo fuerit dubitaturus furere eos. Si cum paucioribus furerent: utcunq; ferendi essent. nunc sanitatis patrocinιũ est insanientiũ turba. ¶ Iam illa: que in ipso capitolio fieri solere cõmemorat: & intrepide omnino coarguit. quis credat nisi ab irridentibus aut furentibus fieri? Nam cum in sacris egyptius Osirin lugeri perditum: mox autẽ de inuento magnũ fuisse gaudium derisisset: cum perditio eius inuentioq; fingatur: dolor tamen ille: atq; leticia ab eis qui nihil perdiderunt: nihilq; inuenerunt: ueraciter exprimatur. ¶ Huic tamen inquit furori certum tempus est. Tolerabile est semel in anno insanire. in capitoliũ perueni. Pudebit te publicate dementie: quia quod sibi uanus furor attribuit officii: alius nomina deo subiicit: alius horas Ioui nũciat: alius lictor ẽ: alius unctor: qui uano motu brachiorum imitatur ungentem. Sunt que Iunoni ac Mineruæ capillos disponant. longe a templo non tantum a simulacro stantes: digitos mouent: ornantiũ modo. sunt que speculũ teneãt. sunt que ad uadimonia sua deos aduocent. sunt qui libellos offerant. & illos causam suam doceant. Doctus Archiminus senex iam decrepitus: quotidie in capitolio mimum agebat: quasi dii libenter expectarent: quẽ illi homines deriserant. Omne illic artificũ genus operantium diis immortalibus desidet. Et paulo post. ¶ Hi tamen inquit etiam si superuacuum usum: non turpem nec infamẽ deo promittunt. Sedent quedã in capitolio que se a Ioue amari putant. nec Iunonis quidem si credere poetis uelis: iracundissime: respectu terrentur. Hanc libertatem Varro non habuit. Tantummodo poeticam theologiam reprehendere ausus est: ciuilem non ausus est: quam iste concidit. Sed si uerũ attendamus deteriora sunt tẽpla ubi hec agunẽ: q̃ theatra: ubi fingũtur. Unde in his sacris ciuilis theologie has partes potius elegit Seneca sapienti: ut eas in animi religione non habeat: sed in actibus fingat. Ait enim. Que omnia sapiens seruabit tanq̃ legibus iussa: nõ tanq̃ diis grata. Et paulopost. Quid q; & matrimonia inquit deorum iungimus: & ne pie quidem: fratrum scilicet & sororũ? Bellonam Marti collocamus: Vulcano Venerem. Neptũno Salaciã. Quosdam tñ celibes relinquimus: quasi condicio defecerit. p̃sertim cum quedã uidue sint. ut Populonia uel Fulgora: & diua Rumina. quibus nõ miror petitorem defuisse. ¶ Omnem istam ignobilem deorũ turbam: quã longo euo longa superstitio congessit. Sic inquit adorabimus: ut meminerimus cultum eius magis ad maiorẽ: q̃ ad rem p̃tinere. Nec leges ergo ille nec mos in ciuili theologia id instituerũt quod diis gratum esset: uel ad rem pertineret. Sed iste quem philosophi quasi liberum fecerunt: tñ quia illustris Populi Romani Senator erat: colebat: qđ reprehendebat. agebat: quod arguebat. quod culpabat: adorabat. quia uidelicet magnũ aliquid eum philosophia docuerat: ne superstitiosus esset in mundo: sed p̃pter leges ciuiũ: moresq; hominũ: non quidem ageret fingentem scenicum in theatro: sed imitaretẽ in tẽpore: eo damnabilius quo illa que mendaciter agebat: sic ageret: ut eum populus ueraciter agere existimaret. Scenicus autem ludendo potius delectaret: q̃ fallendo deciperet.

¶ Quid de Iudeis Seneca senserit. ¶ C. xi.

HIc inter alias ciuilis theologie superstitiones reprehendit etiam sacramenta Iudeorum: & maxime sabbata. Inutiliter eos facere: affirmans: q; per illos singulos septem interpositos dies: septimam fere partem etatis sue perdant uacando: & multa in tempore uergentia non agendo: ledantur. Christianos tamen iam tunc iudæis inimicissimos in neutram partem commemorare ausus est: ne uel laudaret contra suæ

patrie ueterem cõsuetudinem: uel reprehenderet: cõtra ꝓpriam forsitan uoluntatẽ. De illis sane Iudeis cum loqueretur ait. ¶ Cum interim usq; eo sceleratissime gentis consuetudo conualuit: ut per omnes iam terras recepta sit. Victi uictoribus leges dederũt. ¶ Mirabatur hoc dicens: & quid diuinitus ageretur ignorans. Subiecit plane sententiam: qua significaret quid de illorum sacramentorum ratione sentiret. Ait. n. ¶ Illi tamen causas ritus sui nouerunt: & maior pars populi facit: quod cur faciat: ignorat. ¶ Sed de sacramentis Iudeorum: uel cur: uel quatenus: instituta sint autoritate diuina: ac postmodum a populo dei: cui uite eterne mysterium reuelatum est: tempore quo oportuit eadem autoritate sublata sint: et alias diximus: maxime cum aduersus manicheos ageremus: & in hoc opere loco opportuniore dicendum est.

¶ Quod gentilium deoꝝ uanitate detecta: nequeat dubitari eternam eos uitam nemini posse prestare. qui nec ipsam adiuuant temporalem. ¶ C. xii.

Nunc autem propter tres theologias quas greci dicunt mythicen: physicen: politicen: latine autem dici possunt: fabulosa: naturalis: ciuilis: ꝙ neq; de fabulosa: quam & ipsi multorum falsorumq; deorum cultores liberrime reprehenderunt: neq; de ciuili cuius illa pars esse conuincitur: eiusq; et ista simillima: uel etiam deterior inuenitur: speranda est æterna uita: si cui satis non sunt: que in hoc uolumine dicta sunt: adiungat etiam illa: quæ in superioribus libris: & maxime quarto: de felicitatis datore deo plurima disputata sunt. Nam cui: nisi uni felicitati ꝓpter eternam uitam consecrandi homines essent: si dea felicitas esset? Quia uero non dea: sed munus est dei: cui deo nisi datori felicitatis consecrandi sumus: qui eternam uitam: ubi uera est & plena felicitas pia caritate diligimus? Non autem esse datorem felicitatis quenq̃m istorum deorum: qui tanta turpitudine coluntur: & nisi ita colantur: multo turpius irascuntur: atq; ob hoc se spiritus immundissimos confitentur: puto ex iis quæ dicta sunt: neminem dubitare oportere. Porro qui non dat felicitatem: uitam quomodo possit dare eternam? Eam quippe uitam eternam dicimus: ubi est sine fine felicitas. Nam si anima in pænis uiuit eternis: quibus & ipsi spiritus cruciabuntur immundi: mors illa potius eterna dicenda est q̃ uita. Nulla quippe maior & peior est mors: q̃ ubi non moritur mors. Sed ꝙ anime natura: per id ꝙ immortalis creata ẽ: sine qualicunq; uita esse non potest: summa mors eius est alienatio a uita dei in æternitate supplicii. Vitam igitur eternam id est sine ullo fine felicem: solus ille dat: qui dat uerã felicitatẽ. Quanq̃ illi: quos colit theologia ista ciuilis dare nõ posse conuicti sunt: nõ solũ propter ista tẽporalia atq; terrena: quod superioribus quinq; libris ostendimus: sed multo magis ꝓpter uitam eternã: que post mortẽ futura ẽ: qđ isto uno etiam illis cooperantibus egimus: colendi nõ sunt. Sed quoniã ueternose cõsuetudinis uis nimis in alto radices habet: si cui de ista ciuili theologia respuenda atq; uitãda parũ uideor disputasse: in aliud uolumẽ: qđ huic opitulãte deo subiungendũ est: animũ intendat.

¶ Aurelii Augustini Hipponẽsis Episcopi de ciuitate dei. Liber septimus. ¶ An cum in Theologia ciuili diuinitatem nõ esse constiterit: in Selectis diis eam inueniri posse credendum sit. ¶ C. primum.

Diligentius me prauas & ueteres opiniões ueritati pietatis inimicas: quas tenebrosis animis altius & tenatius diuturnus hũani generis error infixit: euellere: atq; extirpare conantem: & illius gratie qui hoc ut uerus deus potest ꝓ meo modulo in eius adiutorio coope/rantem: ingenia celeriora: atq; meliora: q̄bus ad hãc rem sup̄iores libri superq; sufficiunt: patienter & equanimiter ferre debebunt: & propter alios nõ putare superfluum: quod iam sibi sentiunt nõ necessarium. Multum magna res agitur cum uera & uere sancta diuinitas: quanuis ab ea nobis etiam huic quã nunc gerimus: fragilitati necessaria subsidia prebeantur: nõ tantum propter mortalis uite transitorium uaporem: sed propter uitam beatam: que non nisi æterna est: quærenda & colenda predicatur. Hanc diuinitatem: uel: ut sic dixerim: deitatem: nam & hoc uerbo uti iam nostros non piget: ut e greco expressius transferant: qđ illi theoteca appellãt. Hanc ergo diuinitatẽ: siue deitatem: nõ esse in ea theologia quam ciuilem uocant: que a. M. Varrone. xvi. uoluminibus explicata est: id est non perueniri ad eterne uite felicitatem talium deorũ cultu: quales a ciui/tatibus qualiterq; colendi instituti sunt: cui nondũ persuasit sextus liber: quẽ ꝓxime absoluimus: cum istum forsitan legerit: quid de hac questione expedienda ulterius desideret: non habebit. Fieri enim potest: ut saltem deos selectos atq; precipuos quos Varro uolumine complexus est ultimo: de quibus parum diximus: quis q̃ colendos propter uitam beatam: que non nisi eterna est opinetur. Qua in re non dico quod facetius ait Tertullianus fortasse q̃ uerius. Si dii seligunt̃ ut bulbi: utiq; ceteri reprobi iudicantur. Non hoc dico: uideo enim ex electis seligi aliquos: ad aliquid maius atq; prestantius: sicut in militia cũ tyrones electi fuerint: ex his quoq; eliguntur ad opus aliquod maius: armorum. Et cum eliguntur in ecclesia qui fiant prepositi: non utiq; ceteri reprobantur: cũ omnes boni fideles electi merito nuncupentur. Eliguntur in edificio lapides angulares: non reprobatis ceterisq; structure partibus aliis deputant̃. Eliguntur uue ad uescendum: nec reprobantur alie quas relinquimus ad bibendum Non opus multa percurrere: cum res in aperto sit. Quãobrem non ex hoc ꝙ dii ex. multis quidem electi sunt: uel is qui scripsit: uel eorum cultores: uel dii ipsi uituperandi sunt: sed aduertendum potius: qui nam isti sint: & ad quam rem selecti uideantur.

Qui sint dii Selecti: & an ab offitiis uiliorum deorum habeantur excepti. C. ii.

Hos certe deos selectos Varro unius libri cõtextione cõmendat. Ianũ: Iouem: Saturnum: Genium: Mercuriũ: Apollinem: Martem: Vulcanũ: Neptunnum: Solem: Orcum: Liberum patrem: Tellurem: Cererem: Iunonem: Lunam: Dianam: Mineruã: Venerem: Vestam. In quibus omnibus ferme. xx. duodecim mares: octo sunt femine. Hec numina utrum propter maiores in mũdo administrationes selecta dicunt̃: an ꝙ populis magis innotuerunt: maiorq; est eis cultus exhibitus. Si ꝑpterea quia opera maiora ab his administrantur in mundo: non eos inuenire debuimus inter illam quasi plæbeiam numinum multitudinem: minutis opusculis deputatam. Nam ipse primum Ianus cum puerperium concipitur: unde cuncta illa opera sumunt ex/ordium: minutatim minutis distributa numinibus: aditum aperit recipiendo semini. Ibi est & Saturnus propter ipsum semen. Ibi Liber qui marem effuso semine liberat. Ibi Libera quam & Venerem uolunt: que hoc idem beneficium conferat fæmine: ut

etiam ipsa emisso semine liberetur. Omnes hi ex illis sunt: qui selecti appellantur. Sed ibi est & dea Mena: que menstruis fluoribus preest: quamuis Iouis filia: tamen ignobilis est. Et hanc prouidentiam fluorum menstruorum in libris selectorum deorum ipsi Iunoni idem autor assignat: que in diis selectis etiam regina est: & hic tanq̃ Iuno Lucina cum eadem Mena priuigna sua eidem cruori presidet. Ibi sunt & duo nescioqui obscurissimi Vitumnus & Sentinus: quorũ alter uitam: alter sensus puerperio largiuntur. Et nimirum multo plus prestant cum sint ignobilissimi: q̃ illi tot proceres: & selecti. Nam profecto sine uita & sensu quid est illud totum quod muliebri utero geritur: nisi nescio quid abiectissimũ: limo ac puluere comparandum?

Quã nulla sit ratio que de Selectõe quorundã deorum possit ostendi: cur multis inferioribus excellentior administratio deputetur. C.iii.

Que igitur causa tot selectos deos ad hec opera minima compulit: ubi a Vitũno & Sentino quos fama obscura recõdit: in huius munificẽtie partitiõe superentur? Confert enim selectus Ianus aditũ: & quasi ianuã semini. confert selectus Saturnus semen ipsum. Confert selectus Liber eiusdem seminis emissionẽ uiris. confert hoc idẽ Libera que Ceres seu Venus est feminis. Confert selecta Iuno & hec non sola sed cũ Mena filia Iouis fluores menstruos: ad eius quod conceptum est incrementum: Et confert Vitũnus obscurus: & ignobilis uitam. confert Sentinus obscurus & ignobilis sensum. Que duo tanto illis rebus prestantiora sunt: quãto & ipse res ab his intellectu ac ratione uincuntur. Sicut enim que ratiocinãtur & intelligunt: profecto potiora sunt iis: que sine intellectu atq; ratione ut pecora uiuunt & sentiunt: ita & illa que uita sensuq; sunt predita: iis que nec uiuunt nec sentiunt merito preferuntur. Inter selectos itaq; deos Vitumnus uiuificator: & Sentinus sensificator: magis haberi de/buerunt q̃ Ianus seminis admissor: & Saturnus seminis dator: uel sator: & Liber & Libera seminum cõmotores uel emissores: que semina indignum est cogitare: nisi ad uitam sensumq; peruenerint: quæ munera selecta non dantur a diis selectis: sed a quibusdam incognitis: & pre istorum dignitate neglectis. Quod si respondetur omniũ initiorum habere Ianum potestatem: & ideo illi etiam quod aperit conceptum non immerito attribui: & omniũ seminum Saturnum: & ideo seminationẽ quoq; hominis non posse ab eius operatione seiungi: & omnium seminum emittendorũ Liberum & Liberam: & ideo his etiam preesse que ad substituendos homines pertinent: omnium purgandorũ & pariendorũ Iunonem: & ideo eã nõ deesse purgationibus feminarũ & partubus hominũ. Querant quid respondeant de Vitumno & Sentino: utrum & ipsos uelint habere omnium que uiuunt & sentiunt potestatem. Quod si concedunt: attendãt q̃ eos sublimius locaturi sint. Nã seminibus nasci ĩ terra: & ex terra ẽ. uiuere autẽ atq; sentire etiã deos sidereos opinantur. Si aũt dicunt Vitumno atq; Sentino hec sola attributa que in carne uiuescunt: & sensibus adminiculantur: & cur nõ deus ille qui facit omnia uiuere atq; sentire: etiam carni uitam prebet & sensum: uniuersali opere hoc munus etiam partubus tribuẽs? Et quid opus est Vitumno atq; Sentino: si ab illo qui uite & sensibus preest: uniuersaliter cũcta reguntur: & his quasi famulis ista carnalia uelut extrema & ima cõmissa sũt? Ita ne sũt illi selecti destituti familia: ut non inuenirẽt quibus etiam ipsi ista cõmitterent? sed cum tota sua nobilitate qua uisi sunt eligendi: opus facere cum ignobilibus cogerentur? Iuno selecta & regina:

Iouisq; soror & cõiunx. hec tñ iterduca ẽ pueris: & opus facit cũ deabus ignobilissimis Abeona & Adeona. Ibi posuerũt & Mentem deam: que faciat pueris bonã mentẽ: & inter selectos ista nõ ponitur: quasi quicq̃ maius p̃stari homini possit. Ponitur aũt Iuno quia iterduca est & domiduca: quasi quicq̃ prosit iter carpere: & domũ duci: si mens nõ est bona. Cuius muneris deam selectores isti inter selecta numina minime posuerunt. Que ꝓfecto & Minerue fuerat p̃ferenda: cui p ista minuta opa puerorũ memoriam tribuerunt. Quis enim dubitet multo esse melius habere bonam mentem: q̃ memoriã quantalibet ingentem? Nemo enim malus est: qui bonam habet mentem. Quidã uero pessimi memoria sunt mirabili: q tãto peiores sunt: quãto minus possũt: quod male cogitãt: obliuisci. Et tamẽ Minerua est inter selectos deos: Mentem autẽ deam turba uilis operuit. Quid de uirtute dicã: quid de felicitate: de quibus in quarto libro plura iam diximus: quas cum deas haberent: nullum eis locũ inter selectos deos dare uoluerunt. ubi dederunt Marti: & Orco uni effectori mortiũ alteri receptori? Cum igitur in iis minutis operibus que minutatim diis pluribus distributa sunt: etiam ipsos selectos uideamus tanq̃ senatũ cum plebe pariter operari: & inueniamus a qui/busdã diis qui nequaq̃ seligendi putati sunt: multo maiora atq; meliora administrari: q̃ ab illis: qui selecti uocantur: restat arbitrari non propter prestantiores in mundo administratiões: sed quia ꝓuenit eis: ut populis magis inotescerẽt: selectos & p̃cipuos nũcupatos. Vnde dicit etiã ipse Varro: ꝙ diis quibusdã patribus & deabus matribus: sicut hominibus ignobilitas accidisset. Si ergo felicitas ideo fortasse inter selectos deos esse non debuit: ꝙ ad istam nobilitatem non merito sed fortuitu peruenerit: saltem inter illos uel potius pre illis fortuna poneretur: quam dicunt deam non rationabili dispositiõe: sed ut temere acciderit sua cuiq; dona conferre. Hec in diis selectis tenere apicem debuit: in quibus maxime quid posset: ostendit: qñ eos uidemus non precipua uirtute: non rationabili felicitate: sed temeraria sicut eorum cultores de illa sentiũt fortune potestate selectos. Nam & uir disertissimus Salustius etiã ipsos deos fortassis attendit cum diceret. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. ea res cunctas ex libidine: magis q̃ ex uero celebrat. obscuratq;. Non enim possunt inuenire causã: cur celebrata sit Venus: & obscurata sit uirtus: cũ ab istis ambaꝝ cõsecrata sint numina: nec cõparanda sint merita. Aut si hec nobilitari meruit: ꝙ plures appetunt Venerẽ: q̃ uirtutem: cur celebrata est dea Minerua: & obscurata est dea pecunia: cũ in genere humano plures alliciat auaricia: q̃ peritia: & in eis ipsis: q sũt artificiosi: raro inuenies hominem: qui non habeat artem suam pecuniali mercede uenalem. plurisq; pendatur semper propter quod aliquid fit: q̃ id ꝓpter quod illud fit? Si ergo insipientis iudicio multitudinis facta est deorum ista selectio: cur dea pecunia Minerue prelata non est: cum propter pecuniam sint artifices multi? Si autem paucorũ sapientium est ista distinctio: cur non prelata est Veneri uirtus: cum eam longe ratio preferat? Saltẽ certe ut dixi ipsa fortuna: quæ sicut putant: qui ei plurimum tribuunt: in omni re dominator: & res cunctas ex libidine magis: q̃ ex uero celebrat: obscuratq;: si tantum & in deos ualuit: ut temerario iudicio suo quos uellet: celebraret: obscuraretq;: quos uellet: precipuum locum haberet in selectis: que in ipsos quoq; deos tam precipue est potestatis. An ut illic esse nõ posset: nihil aliud etiã ipsa fortuna nisi aduersã putãda ẽ habuisse fortunã? Sibi ergo aduersata est: que alios nobiles faciens nobilitata nõ est.

Melius actum esse cũ diis inferioribus: q nullis infamentᵉ obprobriis. q̃ cum Selectis quorum tante turpitudines celebrentur. C. IIII.

GRatularetur autē diis istis selectis quisq̄ nobilitatis & claritudinis appetitor: & eos diceret fortunatos. si nō eos magis ad iniurias: q̄ ad honores selectos uideret. Nam illam infimam turbam ipsa ignobilitas texit: ne obrueretur opprobriis. Ridemus quidem: cum eos uidemus figmentis humanarum opinionum partitis inter se operibus distributos: tanq̄ munuscularios uectigaliū conductores? uel tanq̄ opifices in uico argentario: ubi unum uasculum ut perfectum exeat per multos artifices transit: cum ab uno perfecto perfici posset. Sed aliter non putatum est operantium multitudini consulendum: nisi ut singulas artis partes cito & facile discerent singuli: ne omnes in arte una tarde & difficile cogerent̄ esse perfecti. Verūtamē uix quisq̄ reperitur deorum non selectorum: qui aliquo crimine famam traxit infamem: uix autem selectorū quispiam qui nō in se notam contumelie insignis acceperit. Illi ad istorum humilia opera descenderunt. isti in illorum sublimia crimina non uenerunt. De Iano quidem non mihi facile quicq̄m occurrit: quod ad probrum pertineat. Et fortassis talis fuit: ut innocētius uixerit: & a facinoribus flagitiisq; remotius. Saturnum fugientem: benignus excepit. cum hospite partitus est regnum: ut etiā ciuitates singulas conderent: iste Ianiculum: iste Saturniam. Sed isti in cultu deorum omnis dedecoris appetitores: cuius uitam minus turpem inuenerūt: eum simulacri mōstrosa deformitate turparūt. nunc eū bifrontem: nunc etiā quadrifrōtem: tanq̄ geminum facientes. An forte uoluerūt: ut quoniā plurimi dii selecti erubescēda perpetrando amiserant frontem: quanto iste innocentior esset: tanto frontosior appareret?

De paganorum secretiore doctrina physicisq; rationibus. C. V.

SEd ipsorum potius interpretationes physicas audiamus: quibus turpitudinem miserrimi erroris uelut altioris doctrine specie colorare conantur. Primū eas interpretationes sic Varro cōmendat: ut dicat antiquos simulacra deorū & insignia ornatusq; finxisse. Que cū oculis anime aduertissent ii qui adissēt doctrine mysteria: possent animā mūdi ac partes eius id ē deos ueros animo uidere. quorū qui simulacra specie hominis fecerunt: hoc uideri secutos: q̄ mortalium animus qui est in corpore humano: simillimus est immortalis animi: tanq̄ si uasa ponerentur causa notandorū deorum: & in Liberi ede oenophorum sisteretur qđ significaret uinū: per id quod continet id quod continetur: ita per simulacrum quod formam haberet humanam significari animam rationalem: q̄ eo uelut uase natura ista soleat cōtineri: cuius nature deum uolūt eē: uel deos. Hec sūt mysteria doctrine que iste uir doctissimus penetrauerat: unde in lucē ista proferret. Sed o homo acutissime: num in istis doctrine mysteriis illam prudentiā perdidisti: qua tibi sobrie uisum est: q̄ ii qui primū populis simulacra constituerunt: & metū dempserunt ciuibus suis: & errorem addiderunt. castiusq; deos sine simulacris ueteres obseruasse Romanos? Ii enim tibi fuerūt autores: ut hec cōtra posteriores Romanos dicere auderes. Nam & si illi antiquissimi simulacra coluissent: fortassis totum istū sensum de simulacris non cōstituendis interim ueri timoris silētio premeres. & in huiuscemodi perniciosis uanisq; figmentis mysteria ista doctrine loquacius & elacius predicares. Anima tamen tua tam docta & ingeniosa: ubi te multū dolemus per hec mysteria doctrine: ad deum suum: id est a quo facta est: nō cū quo facta est: nec cuius portio sed cuius conditio est: nec qui est omnium anima: sed qui fecit omnem animā: quo solo illustrante fit anima beata: si eius gratie nō sit ingrata: nullo modo potuit peruenire. Verum ista mysteria doctrine qualia sint: quantiq;

pendenda: que sequuntur: ostendunt. Fatetur interim uir iste doctissimus: animam mundi ac partes eius esse ueros deos. unde intelligitᷣ totā eius theologiā eam ipsam sci/licet naturalē cui plurimū tribuit: usq; ad anime rationalis naturā se extēdere potuisse. De naturali enim paucissima preloquitur in hoc libro: in quo uidebimus utrum per interpretationes physiologicas ad hanc naturalem possit referre ciuilem: quā de diis selectis ultimam scripsit. quod si potuerit: tota naturalis erit. Et quid opus erat ab ea ciuilem tanta cura distinctionis abiūgere? Si aūt recto discrimine separata ē: quādo nec ista uera est: que illi naturalis placet: peruenit. n. usq; ad animā: non usq; ad uerū deum: qui fecit & animā: quanto est abiectior & falsior ista ciuilis: que maxime circa corpoꝝ est occupata naturā: sicut ipse interpretatiōes eius ex qbus quedā necessaria cōmemorare me oportet: tāta ab iis exquisite & enucleate diligentia demōstrabunt?

De opinione Varronis qua arbitratus est deum esse animam mundi: qui tamen in partibus suis habeat animas multas: quarum diuina natura sit. C. VI.

DIcit ergo idem Varro adhuc de naturali theologia preloquens: deū se arbitrari esse animam mundi: quem Greci uocant cosmon: & hunc ipsum mundum esse deum. Sed sicut hominem sapientem: cum sit ex corpore & animo: tamen ab animo dici sapientem: ita mundum deum dici ab animo cum sit ex animo & corpore. Hic uidetur quoquomodo confiteri unum deum: sed ut plures etiam introducat: adiūgit mundum diuidi in duas partes: id est celum & terram. Et celum bifariam in ethera & aera: terram uero in aquam & humum. E quibus summum esse ethera: secundum aera: tertiam aquam: infimam terram. Quas omnes partes quattuor animarum esse plenas: in ethere & aere immortalium: in aqua & terra mortalium. A summo autem circuitu celi usq; ad circulū lune ethereas animas esse astra ac stellas. easq; celestes deos nō modo intelligi esse: sed etiā uideri. Inter lune uero gyrum & nimboꝝ ac uentorū cacumina aereas eē animas: sed eas animo nō oculis uideri: & uocari heroas & lares & genios. Hec est uidelicet breuiter in ista prelocutione ꝓposita theologia naturalis: que nō huic tm̄: sed & multis philosophis placuit. de qua tunc diligentius differendū est: cū de ciuili q̄tum ad deos selectos attinet: opitulāte deo uero: qđ restat ípleuero.

An rationabile fuerit Ianum & terminum in duo numina separari. C. VII.

IAnus igitur a quo sumpsit exordiū: quero quis nam sit. Respondetur: mundus est. Breuis ē hec plane atq; aperta responsio. Cur ego ad eū dicuntᷣ rerū initia pertinere: fines uero ad alterum quem Terminum uocāt? Nam ꝓpter initia et fines: duobus istis diis duos menses perhibent dedicatos: preter illos decem quibus usq; ad de/cembrem caput est martius: ianuarium Iano: februarium Termino. Ideo terminalia eodem mense februario celebrari dicunt: cum fit sacrum purgatorium: qđ uocant februm: unde mensis nomen accepit. Nunquid ergo ad mundum qui Ianus est: initia rerum pertinent: & fines non pertinent? ut alter illis deus preficeretur? Nonne om/nia: que in hoc mundo fieri dicunt: in hoc etiam mundo terminari fatentur? Que est ista uanitas: in opere illi dare potestatem dimidiam: in simulacro faciem duplam? Nonne istum bifrontem multo eligantius interpretarentur: si eundem & Ianum &

Terminum dicerent: atq; initiis unam faciē: finibus alteram darent? qm̄ qui operatᷣ: utrūq; debet intendere? In omni enim motu actionis sue qui non respicit initiū: non prospicit finē. Unde necesse est: ut memorie respicienti: prospiciens cōnectatᷣ intētio. Nam cui exciderit: qđ ceperit: quomodo finiat: nō inueniet. Quod si uitam beatam in hoc mūdo inchoari putarent: extra mundū perfici: & ideo Iano id ē mundo solā initioꝝ tribuerent potestatē: profecto ei preponerent Terminū: eumq; a diis selectis nō alienarent. Quanq̄ etiā nunc cū in istis duobus diis initia rerū temporaliū: finesq; tractanᷣ. Termino dari debuit plus honoris. Maior. n. leticia est cū res queq; ꝑficiᷣ: sollicitudinis aūt plena sunt cepta: donec perducanᷣ ad finē. quē qui aliquid incipit: maxīe appetit: intēdit. expectat. exoptat. nec de re inchoata nisi terminetᷣ: exultat.

¶ Ob quā causā cultores Iani bifrontē imaginē ipsius finxerint. quam tamen etiam quadriformem uideri uelint. ¶ C. VIII.

Sed iam bifrontis simulacri interpretatio proferatᷣ. Duas enī facies ante & retro habere dicitᷣ: ꝙ hiatus noster cū os aperimus mūdo similis uideatᷣ. unde & palatū Greci Uranon appellant. & nonnulli inquit Poete latini celum uocauerunt palatū. a quo hiatu oris: & foris esse aditum: ad dentes uersus: & introrsus ad fauces. Ecce quo perductus est mundus propter palati nostri uocabulum: uel Grecum: uel poeticum. Quis autē hoc ad animā: quid ad uitam eternā: propter solas saliuas colatur hic deus: quibus partim glutiendis partim expuendis: sub celo palati utraq; panditur ianua? Quid est porro absurdius: q̄ in ipso mundo nō inuenire duas ianuas ex aduerso sitas: per q̄s uel admittat ad se aliq̇d intro: uel emittat a se foras: & de nostro ore & gutture quorum similitudinem mundus non habet: uelle mundi simulacrum cōponere Iano propter solum palatum cuius similitudinē Ianus nō habet? Cum uero eum faciunt quadrifrontē: & Ianū geminū appellāt: a quattuor mūdi partibus hoc interpretanᷣ: quasi aliquid spectet mundus foras: sicut per omnes facies Ianus. Deinde si Ianus est mundus: & mundus quattuor partibus constat: falsum est simulacrū Iani: quia Ianus & si quadrifrons legitur: nunq̄ tamē quadri Ianus inuenitur. Aut si propterea uerū est: quia etiā nomine oriētis & occidentis totus solet mūdus intelligi: nūquid cū duas partes alias nominauimus septētrionis & austri: sicut illū quadrifrontē dicūt geminū Ianū: ita quis q̄ geminū dicturus ē mundū? Nō habēt omnino unde q̄ttuor ianuas que intrantibus & exeūtibus pateāt interꝑtenᷣ: ad mūdi similitudinē: sicut de bifrōte qđ dicerēt: saltē ī ore hoīs inuenerūt. nisi Neptūnus forte subueniat: & porrigat piscē cui ꝑter hiatū oris & gutturis etiā dextra & sinistra fauces paterēt. Et tn̄ hanc uani/tatem ꝑ tot ianuas nulla effugit anima: nisi que audit ueritatē dicentē. ego sū ianua.

¶ De Iouis potestate: atq; eius cum Iano cōparatione. ¶ C. VIIII.

Iouem autem: qui etiam Iupiter dicitur: quem uelint intelligi exponant. Deus est inquiunt habens potestatem causarum: quibus aliquid fit in mundo. Hoc q̄ magnum sit nobilissimus Virgilii uersus ille testatur.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Sed cur ei preponitur Ianus? hoc nobis uir ille acutissimus: doctissimusq; respōdeat. Quoniam penes Ianum inquit sunt prima: penes Iouem summa. Merito ergo rex omniū Iupiter habetur. Prima enim uincuntur a summis. quia licet prima precedant

tempore: sūma supant dignitate. Sed recte hoc diceret: si factoꝝ prima discernerent & summa. Sicut enim initium facti est proficisci summum peruenire: initium facti inceptio discendi: summum perceptio doctrine: ac sic in omnibus prima sunt initia: summaq; sunt fines. Sed iam hoc negocium inter Ianum Terminumq; discussum est. Cause autem que dantur Ioui: efficientia sunt: non effecta. Neq; ullo modo fieri potest: ut uel tempore preueniantur a factis: initus ue factorum. Semper enim ꝑor est res que facit: q̃ illa que fit. Quapropter si ad Ianum pertinent initia factoꝝ: non ideo priora sunt efficientibus causis quas Ioui tribuunt. Sicut enī nihil fit: ita nihil inchoatur: ut fiat: quod non faciens causa precesserit. Hunc sane deum penes quem sunt omnes cause factorum omnium naturarū naturaliumq; rerum: si Iouē populi appellant: & tantis cōtumeliis tamq; scelestis criminatiōibus colunt: tetriore sacrilegio sese obstringunt: q̃ si prorsus nullum putarent deum. Vnde satius esset eis aliū aliquē Iouis nomine nuncupare: dignum turpibus & flagitiosis honoribus: supposito uano figmento quod potius blasfemarent: sicut Saturno dicitur suppositus lapis: quē pro filio deuoraret: q̃ istum deum dicere & tonantem: & adulterantem. & totum mundum regentem: & per tot stupra diffluentem. & naturarum omnium naturaliumq; rerum causas summas habentem: & suas causas bonas non habentem. Deinde quero quem iam locum inter deos huic deo tribuant Ioui: si Ianus est mundus? Deos enim ueros animam mundi ac eius partes iste definiuit. Ac per hoc quicquid hoc non est: non est utiq; secundū istos uerus deus. Num igit̄ ita dicturi sunt Iouem animam mundi: ut Ianus sit corpus eius: id est iste uisibilis mundus? Hoc si dicunt: non erit quēadmodū Ianum deum dicant: quoniā mundi corpus non est deus uel secundū ipsos: sed anima mundi ac partes eius. Vnde idem Varro apertissime dicit deū se arbitrari esse animā mundi: & hunc ipsum mundum esse deum: sed sicut hominem sapientem cum sit ex animo & corpore: tantum ex animo dici sapientem: ita mūdum deum dici ab animo: cum sit ex animo & corpore. Solū itaq; mundi corpus nō est deus. sed aut sola anima eius: aut simul corpus & animus. ita tamen ut non sit a corpore sed ab animo deus. Si ergo Ianus est mundus: & deus est Ianus: nūquid Iouem ut deus esse possit: aliquā partem iam esse dicturi sunt? Magis.n. Ioui uniuersum solent tribuere: unde ē illud. Iouis omnia plena. Ergo & Iouem ut deus sit: & maxime ut rex deorum: nō alium possunt existimare q̃ mundum: ut in diis ceteris scd̄m istos suis partibus regnet. In hanc sententiam etiam quosdam uersus Valerii Sorani exponit idem Varro: in eo libro quem seorsum ab istis de cultu deorum scripsit. qui uersus hi sunt.

Iupiter omnipotens regum rex ipse deusq;.
Progenitor genitrixq; deum deus unus & omnis.

Exponūtur autem in eodem libro ita. Cum marem existimarēt qui semē emitteret: feminam que acciperet: Iouemq; esse mundum: & eum omnia semina ex se emittere: & in se recipere: cū causa inquit scripsit Soranus: Iupiter progenitor: genitrixq;. nec minus cū causa unū & omnia eundē esse. Mundus.n. unus: & in eo uno omnia sunt.

An Iani & Iouis recta discretio sit. C.x.

QVm ergo & Ianus mundus sit: & Iupiter mundus sit: unusquisq; sit mundus: quare duo dii sunt Ianus & Iupiter? Quare seorsum habent tēpla: seorsū aras: diuersa sacra: dissimilia simulacra? Si propterea quia alia uis est primordiorum: alia causarū: & illa Iani & illa Iouis nomē accepit: nūquid si unus homo in diuersis rebus

duas habeat potestates: aut duas artes: quia singularum diuersa uis est: ideo duo iudices: aut duo dicunt artifices? Sic ergo & unus deus: cum ipse habeat potestatem primordiorum: ipse causarum: num propter hoc illum duos deos esse necesse est putari: quia primordia causeque res due sunt? Quod si hoc iustum putant: etiam ipsum Iouem tot deos esse dicant: quotquot ei cognomina propter multas potestates dederunt. quoniam res omnes ex quibus illa cognomina sunt adhibita: multe atque diuerse sunt: ex quibus pauca commemoro.

De cognominibus Iouis que non ad multos deos: sed ad unum: eundemque referuntur. C.xi.

Dixerunt eum uictorem: inuictum: opitulum: impulsorem: statutorem: stabilitorem: supinalem: tigillum: alumnum: ruminum. & alia que per se prosequi longum est. Hec autem cognomina imposuerunt uni deo propter causas potestatesque diuersas: non tamen propter tot res etiam tot deos eum esse coegerunt. quod omnia uinceret: quod a nemine uinceretur: quod opem indigentibus ferret: quod haberet impellendi: statuendi: stabiliendi: resupinandi potestatem: quod tanquam tigillus mundum contineret ac sustineret: quod aleret omnia: quod ruma id est mamma aleret animalia. In his ut aduertimus: quedam magna sunt. quedam exigua: & tamen unus utraque facere perhibetur. Puto inter se propinquiora esse causas rerum: atque primordia: propter quas res unum mundum duos deos esse uoluerunt Iouem atque Ianum: quam continere mundum & mammam dare animalibus. nec tamen propter hec duo opera tam longe inter se ui & dignitate diuersa: duo dii esse compulsi sunt: sed unus Iupiter. propter illud Tigillus: propter hoc Ruminus appellatus est. Nolo dicere quod animalibus mammam prebere sugentibus magis Iunonem potuit dicere quam Iouem. presertim cum esset etiam diua Rumina: que in hoc opus adiutorium illi famulatum ue preberet. Cogito enim posse responderi: & ipsam Iunonem nihil aliud esse quam Iouem: secundum illos Valerii Sorani uersus: ubi dictum est:

Iupiter omnipotens regum rex ipse deusque. Progenitor genitrixque deum.

Quare ergo dictus est & Ruminus: cum diligentius fortasse querentibus ipse inueniatur esse etiam illa diua Rumina? Si enim maiestate deorum recte uidebatur indignum: ut in una spica alter ad curam geniculi: alter ad folliculi pertineret: quanto est indignius unam rem infimam id est ut mammis alantur animalia: duorum deorum potestates curare: quorum sit unus Iupiter rex ipse cunctorum: & hoc agat non saltem cum coniuge sua: sed cum ignobili nescioqua Rumina: nisi quia ipse est etiam ipsa Rumina ipse Ruminus? Ruminus fortasse pro sugentibus maribus: Rumina pro fœminis. Dicere quippe noluissem illos Ioui femininum nomen imponere: nisi & in illis uersibus: Progenitor genitrixque diceretur: & inter alia eius cognomina legerem: quod etiam pecunia uocaretur. quam deam inter illos minusculariros inuenimus: ut in quarto libro iam commemorauimus. Sed cum & mares & femine habeant pecuniam: cur non et pecunia & pecunius appellatus sit: sicut Rumina & Ruminus: ipsi uiderint.

Quod Iupiter etiam pecunia nuncupatur. C.xii.

Quam uero eleganter rationem huius nominis reddiderunt: & pecunia inquiunt uocatur: quod eius sint omnia. O magnam rationem diuini nominis: immo uero ille cuius sunt omnia: uilissime & contumeliosissime pecunia nuncupatur. At omnia Iouis sunt que celo & terra continentur: inter que & ipsa pecunia in omnibus omnino

rebus: que ab hominibus nomine pecunie possidentur. Sed nimirũ hoc auaricia Ioui nomen imposuit. ut quisquis amat pecuniam: non quenlibet deum sed ipsum regem omnium sibi amare uideatur. Longe aũt aliud esset: si diuitie uocarẽt. Aliud namq; sunt diuitie: aliud pecunia. Nam dicimus diuites sapientes: iustos: bonos: qbus pecunia uel nulla est: uel parua. Magis enim sunt uirtutibus diuites: per quas eis etiam in ipsis corporaliũ rerum necessitatibus: satis est: quod adest. Pauperes uero auaros dicimus: semper inhiantes & egentes. Quãlibet enim magnas pecunias habere possunt: sed in earum quantacũq; abundantia non egere: non possunt. Et deum ipsum uerũ recte dicimus diuitẽ: non tñ pecunia: sed omnipotentia. Dicuntur itaq; & diuites pecuniosi: sed interius egeni: si cupidi. Itẽ dicunẽ pauperes pecunia carentes: sed interius diuites: si sapientes. Qualis ergo ista theologia debet esse sapienti: ubi rex deoꝝ eius rei nomẽ accepit: quã nemo sapiens cõcupiuit? Quãto.n. facilius: si aliquid hac doctrina: quod ad uitã pertineret eternã: salubriter disceret: deus mũdi rector nõ ab eis pecunia: sed sapientia uocaretur: cuius amor purgat a sordibus auaricie: hoc est ab amore pecunie.

Quod dum exponitur quid Saturnus: quid ue sit Ianus uterq; unus Iupiter esse doceatur. C. xiii.

SEd quid de hoc Ioue plura: ad quem fortasse ceteri referendi sunt: ut manifestꝰ maneat deorum opinio plurimorũ cum hic ipse sit omnes. siue quando partes eius uel potestates existimantur: siue cum uis anime quam putãt per cũcta diffusã: ex partibus molis huius in quas uisibilis mundus iste consurgit: & multiplici administratione nature quasi pluriũ deorum nomina accepit? Quid est enim Saturnus? Vnus inquit de principibus deus: penes quem sationũ omniũ dominatus est. Nonne expositio uersuũ istorum Valerii Sorani sic se habet. Iouem esse mundũ & eũ omnia semina ex se emittere & in se recipere? Ipse est igitur penes quem sationum omnium dominatus est. Quid est Genius? Deus est inquit qui præpositus est: ac uim habet omnium rerum gignendarũ. Quem alium hanc uim habere credunt q̃ mundum: cui dictum est. Iupiter omnipotens progenitor genitrixq;. Et cum alio loco Genium dicit esse uniuscuiusq; animum rationalem: & ideo esse singulos singuloꝝ: talem aũt mundi animum deum esse: ad hoc idem utiq; reuocat: ut tanq̃ uniuersalis Genius ipse mundi animus esse credatur. Hic est igitur quẽ appllant Iouem. Nam si omnis Genius deus: & omnis uiri animus Genius: sequitur ut sit omnis uiri animus deus. Quod si & ipsos abhorrere absurditas ipsa compellit: restat ut eum singulariter & excellenter dicant deum Genium. quem dicunt mundi animum: ac per hoc Iouem.

De Mercurii & Martis officiis. C. xiiii.

MErcurium uero & Martem quomõ referrent ad aliquas partes mundi: & opera dei: que sunt in elementis: non inuenerunt: & ideo eos saltem operibus hominũ preposuerũt sermocinandi & belligerandi ministros. Quorũ Mercurius si sermonis etiam deorum potestatem gerit: ipsi quoq; regi deoꝝ dominatur: si scd'm eius arbitriũ Iupiter loquitur: aut loquendi ab illo accipit facultatem. qđ utiq; absurdum est. Si autem illi humani tantum sermonis potestas tributa perhibetur: non est credibile ad lactandos mãma non solum pueros sed etiã pecora: unde Ruminus cognominatus est Iouem descendere uoluisse: & curam nostri sermonis qua pecoribus antecellimus:

ad se pertinere noluisse. Ac per hoc idem ipse ē Iouis atq; Mercurius. Quod si sermo
ipse dicitur esse Mercurius: sicut illa que de eo interpretantᷓ ostendunt. Nam ideo
Mercurius quasi medius currens: dicitᷓ appellatus: ꝙ sermo currat inter hoīes medius.
Ideo Hermes grece qđ sermo uel interꝑtatio que utiq; ad sermonē ꝑtinet hermenia
dicitur: ideo & mercibus ꝑesse quia inter uendentes & ementes sermo fit medius: ideo
alas ei in capite & pedibus ponūt: uolentes significare uolucrē ferri ꝑ aera sermonē:
ideo nuncium dictum: quoniā per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Si ergo
Mercurius ipse sermo est: etiā ipsis confitentibus: deus nō ē. sed cū sibi deos faciūt eos:
qui demones sunt: īmundis supplicando spiritibus: possidentur ab eis: qui non dii sed
demones sunt. Item quia nec Marti aliquod elementum uel partem mundi inuenire
potuerūt: ubi ageret opera qualiacūq; nature: deum belli esse dixerunt. qđ opus est
hominum: & optabile eis non est. Si ergo pacem perpetuā felicitas daret: Mars quid
ageret: non haberet. Si aūt ipsum bellum est Mars sicut sermo Mercurius: utinam
ꝗ̄ manifestum est: ꝙ non sit deus: tam non sit & bellum: qđ uel falso uocetur deus.

De stellis quibusdam quas pagani deorum suorum nominibus nuncuparūt. C.xv.

Nisi forte ille stelle sunt ibi: quas eorum appellauere nominibus. Nam stellam
quandā uocant Mercurium: quandā itidem Martem. Sed ibi est & illa: quam
uocant Iouem. & tamen eis mundus est Iouis. Ibi quam uocant Saturnū: & tamē ei
preter eam dant non paruam substantiam: omnium uidelicet seminū. Ibi est & illa
omnium clarissima que ab eis appellatur Venus: & tamen eandem Venerem esse etiā
lunā uolunt. Quāuis de illo fulgentissimo sidere apud eos tanꝗ̄ de malo aureo Iuno
Venusq; contendant. Luciferum enim quidam Veneris: quidā dicunt esse Iunonis.
sed ut solet Venus Iunonem uincit. Nam multo plures eam stellam Veneri tribuūt.
ita ut uix eorum quisꝗ̄ reperiatᷓ: qui aliud opinetur. Quis autē non rideat: cū regem
omnium dicant Iouē: ꝙ stella eius a stella Veneris tanta uincitur claritate. Tanto
enim esse debuit ceteris illa fulgentior: quanto est ipse potentior. Respondent ideo
sic uideri. quia illa que putatur obscurior: superior est. atq; a terris longe remotior.
Si ergo superiorem locū maior dignitas meruit: quare Saturnus ibi est Ioue suꝑior?
An uanitas fabule que regē Iouem facit: nō potuit usq; ad sidera ꝑuenire: & ꝙ non
ualuit Saturnus in regno suo neq; in capitolio: saltem est permissus obtinere in celo?
Quare aūt Ianus nō accepit aliquā stellā: si propterea quia mūdus ē: & omnes ī illo
sunt & Iouis mūdus ē: & habet tñ? An iste causā suam cōposuit: ut potuit: & pro una
stella quā nō habet inter sidera: tot facies accepit ī terra? Deinde si ꝓpter solas stellas
Mercuriū & Martē partes mūdi putāt: ut eos deos habere possint: qa utiq; sermo &
bellū nō sunt partes mūdi. sed actus hominū: cur arieti: & tauro: & cācro: & scorpiō:
ceterisq; huiusmodi: que celestia signa numerant: & stellis non singulis: sed & singula
pluribus cōstant: suꝑiusq; istis in sūmo celo perhibēt collocata: ubi cōstantior motus
inerrabilem meatū sideribus ꝓbet: nullas aras: nulla sacra: nulla templa fecerunt? nec
deos non dico inter hos selectos: sed nec inter illos quidē quasi plebeios habuerunt?

De Apolline & Diana ceterisq; selectis diis: quos partes mundi esse uoluerūt. C.xvi.

APollinem quãuis diuinatorem & medicú uelint: tamen ut in aliqua parte múdi statuerent: ipsum etiam Solem esse dixerút. Dianamq; germanã eius similiter lunam: & uiis præsidere: unde & uirginem uolunt: q uia nihil pariat: & ideo ambos sagittas habere: q ipsa duo sidera de celo radios terras usq; pertendant. Vulcanum uolunt ignem mundi. Neptunnú aquas múdi: Ditem patrem hoc est Orcú: terrenã & infimam partem mundi. Liberum & Cererem preponunt seminibus: uel illú mas/culinis: illam femininis: uel illum liquori: illam uero ariditati seminum. Et hoc utiq; totum refertur ad mundum: id est ad Iouem: qui propterea dictus est progenitor: genitrixq;: q omnia sæmina ex se emitteret: & in se reciperet. Quandoquidem etiam Matrem magnam eandem Cererem uolunt: quam nihil aliud dicunt esse: q̃ terram. eamq; perhibent & Iunonem. Et ideo ei secundas causas tribuunt rerum: cum tamẽ Ioui sit dictú progenitor genitrixq; deum: quia scd̃m eos totus iste mundus ẽ Iouis. Mineruam etiam quia eam humanis artibus preposuerunt: nec inuenerút uel stellá: ubi eam ponerent: eandem uel summú ethera: uel etiam lunam esse dixerút. Vestã quoq; ipsam propterea dearú maximam putauerunt: q ipsa sit terra: quãuis ignem mundi leuiorem: qui pertineat ad usus hominum: facilem: non uiolentiorem: qualis Vulcani est: ei deputandú esse crediderunt. Ac per hoc omnes istos selectos deos húc esse mundú uolunt: in quibusdam uniuersum: in quibusdam partes eius. Vniuersum sicut Iouem. Partes eius ut Genium: ut Matrem magnam: ut Solem: ut Lunam: uel potius Apollinem & Dianam. Et aliquando unú deum res plures: aliquando unam rem deos plures faciunt. Nam unus deus res plures sunt: sicut ipse Iupiter. & múdus enim totus Iupiter: & solum cælum Iupiter: & sola stella Iupiter habetur & dicitur. Itemq; Iuno secundarú causarú domina: & Iuno aer: & Iuno terra: & si Venerem uinceret: Iuno stella similiter. Minerua súmus ether: & Minerua itidẽ luna: quam eẽ in etheris infimo limite existimant. Vnam uero rem deos plures ita faciút. Et Ianus est mundus & Iupiter. Sic & Iuno est terra: & Mater magna & Ceres. Et sicut hæc que exempli gratia cómemoraui: ita & cetera non explicant: sed potius implicant. Sicut impetus errabúde opinióis impulerit: ita huc atq; illuc: hinc atq; illinc insiliút & resiliunt: ut ipse Varro de omnibus dubitare: q̃ aliquid affirmare: maluerit.

¶Quod etiam ipse Varro opiniones suas de diis pronunciauerit ambiguas. ¶C.xvii.

NAm ut trium extremoꝝ primum cum de diis certis absoluisset librum: in altero de diis incertis dicere ingressus ait: Cum in hoc libello dubias de diis opiniones posuero: reprehendi nó debeo. Qui.n. putabit iudicari oportere: & posse: cú audierit: faciet ipse. Ego citius perduci possum: ut in primo libro que dixi in dubitationem reuocem: q̃ in hoc que perscribam omnia ad aliquam dirigam summã. Ita non solú istum de diis incertis: sed etiam illum de certis fecit incertum. In tertio porro isto de diis selectis: postea q̃ prelocutus est: q ex naturali Theologia preloquendú putauit: ingressurus huius ciuilis Theologie uanitates: & insanias mendaces: ubi eú non solú non ducebat rerum ueritas: sed etiam maiorum premebat autoritas: De diis inquit populi romani publicis quibus edes dedicauerunt: eosq; pluribus signis ornatos no/tauerunt: in hoc libro scribam. Sed ut Xenophanes Colophonius scribit: quid putẽ: non quid contendam: ponam. hominis enim est hec opinari: dei scire. Rerum igitur non comprehensarum nec firmissime creditarum: sed opinatarum: & dubitandarum

sermonem trepidus pollicetur. dicturus ea: que ab hominibus instituta sunt. Neq; n. sicut sciebat esse mundum: esse cælum: & terram: cælum sideribus fulgidum: terram seminibus fertilem: atq; huiusmodi cetera: sicut hanc totam molem atq; naturam ui quadã inuisibili atq; prepotenti regi: atq; ministrari certa animi stabilitate credebat: ita poterat affirmare de Iano: q mundus ipse esset: aut de Saturno inuenire quõ & Iouis pater esset: & Ioui regnanti subditus factus esset: & cetera talia.

Que credibilior causa sit qua paganitatis error inoleuerit. C.xviii.

DE quibus credibilior redditur ratio: cũ perhibentur homines fuisse: & unicuiq; eorum ab his actibus: casibus: moribus: quos in uita duxerunt: uel uituperium: uel laudem: uel nobilitatem: uel ignominiam: uel cognomen accessisse uel nomen: ex eorum ingenio qui eos adulando deos esse uoluerunt. atq; hec paulatim per animas hominũ demonibus similes & ludicrarũ rerũ auidas irripẽdo: longe lateq; uulgarũt: ornãtibus ea mendaciis poetarũ. & ad ea fallacibus spiritibus seducẽtibus. Facilius. n. fieri potuit: ut iuuenis impius: uel ab impio patre interfici metuens: & auidus regni patrem pelleret regno: q̃ id: qd̃ iste interpretat̃. ideo Saturnum patrem a Ioue filio superatũ: q ante sit eius causa: que pertinet ad Iouẽ: q̃ semen qd̃ ptinet ad Saturnũ. Si. n. hoc ita esset: nunq̃ Saturnus prior fuisset: nec pater Iouis esset. Semper. n. semẽ causa precedit: nec unq̃ generatur ex semine. Sed cum conantur uanissimas fabulas: siue hominũ res gestas uelut naturalibus interpretationibus honorare: etiã homines acutissimi tantas patiuntur angustias: ut eorum quoq; uanitatem dolere cogamur.

De interp̃tationibus qbus colẽdi Saturni causã ratiocinant̃. C.xix.

SAturnum inquit dixerũt: que nata ex eo essent: solitũ deuorare: eo q semina unde nascerentur: redirent. Et q illi pro Ioue gleba obiecta est deuoranda: significat inquit manibus humanis obrui ceptas serendo fruges: anteq̃ utilitas arandi esset inuenta. Saturnus ergo dici debuit ipsa terra: non semina. Ipsa. n. quodãmodo deuorat: que genuerit: cum ex ea nata semina in eam rursus recipienda redierint. Et q pro Ioue accepisse dicitur glebam: quid hoc ad id ualet: q manibus hominũ semẽ gleba coopertum est? Nunquid ideo non est ut cetera deuoratum: q quasi glæba coopertum est? Ita enim hoc dictũ est: quasi qui glebam opposuit semen abstulit: sicut Saturno perhibent oblata gleba ablatum Iouem: ac non potius glæba semen operiendo fecerit illud diligentius deuorari? Deinde isto modo semen est Iupiter: non seminis causa qd̃ pauloante dicebatur. Sed quid faciant homines: qui cum res stultas interpretantur: non inueniunt: quid sapienter dicant? Falcem habet inquit propter agriculturam. Certe illo regnante nondum erat agricultura. & ideo priora eius tempora perhibentur: sicut idem ipse fabellas interpretatur: quia primi homines ex his uiuebant seminibus: que terra sponte gignebat. An falcem sceptro perdito accepit: ut qui primis temporibus Rex fuerat ociosus: filio regnante fieret operarius laboriosus. Deinde ideo dicit a quibusdam pueros ei solitos immolari: sicut a Penis: & a quibusdam etiam maiores sicut a Gallis: quia omnium seminum optimũ est genus humanum. De hac crudelissima uanitate quid opus est plura dicere? Hoc potius aduertamus atq; teneamus: has interpretationes non referri ad uerum deum: uiuam incorpoream incõmutabilemq; naturam: a quo uita in eternum beata poscenda est:

sed earum ee fines in rebus corporalibus: temporalibus: mutabilibus: atq; mortalibus. Quod celum inquit patrem Saturnus castrasse in fabulis dicitur: hoc significat penes Saturnum: non penes celum semen esse diuinum. Hoc propterea quantum intelligi datur: quia nihil in cælo de sæminibus nascitur. Sed ecce Saturnus si cæli est filius: Iouis est filius. Celum enim esse Iouem innumerabiliter & diligenter affirmant. Ita ista quæ a ueritate non ueniunt: plærunq; & nullo impellente seipsa subuertunt. Cronon appellatum dicit q greco uocabulo significat temporis spacium: sine quo semen inquit non potest esse fecundum. Hec & alia de Saturno multa dicūtur: et ad semen omnia referuntur. Sed saltem Saturnus seminibus cum tanta ista potestate sufficeret. Quid ad hec dii alii requiruntur? maxime Liber & Libera que est Ceres? De quibus rursus q ad semen attinent tanta dicit quasi de Saturno nihil dixerit.

De sacris Cereris Eleusine. C.xx.

IN Cereris autem sacris predicant̄ illa Eleusina: que apud Athenienses nobilissima fuerunt. De quibus iste nihil interpretat̄: nisi qd̄ attinet ad frumentum: qd̄ Ceres inuenit: & ad Proserpinam: quam rapiente Orco perdidit. Et hāc ipsam dicit significare fecunditatem seminum Que cum defuisset quodā tempore: eandēq; sterilitate terra mereret: exortam esse opinionem q filiam Cereris id est ipsam fæcunditatem que a perperendo Proserpina dicta esset: Orcus abstulerat: & apud inferos detinuerat. Que res cum fuisset luctu publico celebrata: quia rursus eadem fæcunditas rediit. Proserpina reddita exortam esse leticiā: & ex hoc ei sollemnia instituta. Dicit deinde multa in mysteriis eius tradi: que nisi ad frugum inuentionem non pertineant.

De turpitudine sacrorum que libero celebrantur. C.xxi.

IAm uero Liberi sacra: quem liquidis seminibus ac per hoc non solum liquoribus fructuū: quorum quodāmodo primatū uinū tenet: uerum etiā seminibus animaliū prefecerunt: ad quantā turpitudinē peruenerint: piget quidē dicere propter sermonis longitudinem: sed propter superbam istorum hebetudinem non piget. Inter cetera que pretermittere: quoniam multa sunt: cogor: in Italie cōpitis quedam dicit sacra Liberi celebrata cum tanta licentia turpitudinis: ut in eius honorem pudenda uirilia colerentur. non saltem aliquantum uerecundiore secreto: sed in propatulo exultante nequicia. Nam hoc tempore membrum Liberi per dies festos cum honore magno pro stellis impositum prius per rura in compitis: & usq; in urbem postea uectabatur. In oppido autem lauinio unus Libero totus mensis tribuebatur. cuius diebus omnes uerbis flagitiosissimis utebantur: donec illud membrum per forum transuectum esset: atq; in loco suo quiesceret. Cui membro inhonesto matremfamilias honestissimam palam coronam necesse erat imponere. Sic uidelicet Liber deus placandus fuerat pro euentibus sæminum: sic ab agris fascinatio repellenda: ut matrona facere cogeretur in publico: qd̄ nec meretrix si matrone spectarent permitti debuit in theatro. Propter hoc Saturnus solus creditus est non sufficere posse sæminibus: ut occasiones multiplicandorum deorum īmunda anima reperiret: & ab uno uero deo merito immundicie destituta: ac per multos falsos auiditate maioris immundicie prostituta: ista sacrilegia sacra nominaret: seseq; spurcorum demonum turbis conuiolandam polluendamq; preberet.

De Neptunno & Salacia ac Venilia. C.xxii.

NAm utiq; habebat Salaciam Neptunnus uxorem: quam inferiorem aquā maris esse dixerunt. ut quid illi adiuncta est & Venilia: nisi ut sine ulla causa necessaria sacrorum: sola libidine anime prostitute multiplicaretur inuitatio demoniorum? Sed proferatur interpretatio preclare Theologie: que nos ab ista reprehensione reddita ratione compescat. Venilia inquit unda est: que ad littus uenit. Salacia que in salum redit. Cur ergo dee fiunt due? cum sit una unda: que uenit: & redit? Nempe ipsa est exestuans in multa numina libido uesana. Quamuis enim aqua non geminetur que it: & redit: huius tamē occasione uanitatis duobus demoniis inuitatis: amplius anima cōmaculatur que it: & non redit. Queso te Varro: uel uos qui tam doctorū hominū talia scripta legistis: & aliquid magnū uos didicisse iactatis: interpretamini hoc. nolo dicere scd'm illam eternam incōmutabilemq; naturam: quæ solus est deus: sed saltem scd'm animam mundi & partes eius: quos deos ueros esse existimatis. Partem animæ mundi que mare permeat deum uobis fecisse Neptunnū: utcunq; tolerabilioris est erroris. Ita ne unda ad littus ueniens: & in salum rediens due sunt partes mundi? aut due partes anime mundi? Quis uestrum ita desipiat: ut hoc sapiat? Cur ergo uobis duas deas fecerūt: nisi quia prouisum ē a sapiētibus maioribus uestris: nō ut dii plures uos regerent: sed ut ea que istis uanitatibus & falsitatibus gaudēt: plura uos demonia possiderent. Cur autem illa Salacia per hanc interpretationē inferiorē maris partem qua uiro erat subdita perdidit? Nāq; illam modo cū refluentem fluctū esse phibetis: in superficie posuistis. An quia Veniliam Pelicem accepit: irata suum maritum de supernis maris exclusit?

De terra quam Varro deam esse confirmat: eo ꝙ ille animus mundi quem opinatur deum: etiam hanc corporis sui infimā partem permeet: eiq; uim diuinam impartiat. C.xxiii.

NEmpe una est terra quā quidē plenam uidemus animalibus suis. Veruntamen ipsum magnum corpus in elementis: mundiq; infimam partem: cur eam uolunt deam? An quia fecunda est? Cur ergo nō magis hoīes dii sunt: qui eam fecundiorem faciunt excolendo? sed cū arant: non cum adorant? Sed pars anime mūdi inquiunt que per illam permeat: deam illā facit. Quasi non euidentior sit in hominibus anima: que utrum sit: nulla fit questio: & tamē homines dii non habentur. Et ꝙ ē grauiter dolendū: his qui dii non sunt: & qbus ipsi meliores sunt: colendis & adorandis mirabili & miserabili: errore subduntur. Et certe idem Varro in eodem libro de diis selectis: tres esse affirmat anime gradus in omni uniuersaq; natura. Vnum qui omnes partes corporis que uiuunt: transit: & non habet sensum: sed tātum ad uiuendū ualitudinē. Hanc uim in nostro corpore permanere dicit in ossibus: unguibus: & capillis. sicut in mundo arbores que sine sensu aluntur & crescūt: & modo quodā suo uiuūt. Secundū gradum anime dicit: in quo sensus est. Hanc uim peruenire in oculos: aures: nares: os: tactum. Tertiū gradum anime esse summū: qui uocatur animus: in quo intelligētia preminet. hoc preter hominem omnes carere mortales. In qua quoniā homines deo uidentur esse similes: hanc partem anime mundi dicit deum: deū autē in nobis Geniū uocari. Sic ergo & in anima mundi tres gradus instituens: unam partem eius lapides esse dicit. ac lingna: & hanc terram quam uidemus: quo non permanat sensus. Aliam uero quam sensum uocat eius ut ethera. Tertiam porro quā & animā eius nūcupat.

que scilicet peruenit in astra. eā quoq; asserit facere deos: & per eam quando in terram permanat deam Tellurem. quod aūt inde permanat in mare atq; oceanū: deum esse Neptunnū. redeat ergo ab hac quā Theologiā naturalē putat: quo uelut reqescendi causa ab his ambagibus atq; anfractibus fatigatus egressus est: Redeat inq̄: redeat ad ciuilem. hic eum adhuc teneo: tātisper de hac ago. Nondū dico si terra & lapides nostris sunt ossibus & unguibus similes: similiter eos intelligentiam nō habere: sicut sensu carent. Aut si idcirco habere dicuntur ossa & ungues nostri intelligentiam: quia in homine sunt: qui habet intelligentiam: tam stultus est: qui hos deos in mūdo dicit: q̄ stultus est: qui in nobis ossa & ungues homines dicit. Sed hec cū philosophis fortassis agenda sunt: nunc autem istum adhuc politicum uolo. Fieri enim potest: ut licet in illam naturalis Theologie ueluti libertatem caput erigere paululū uoluisse uideatur: adhuc tñ hunc librum uersans & se in illo uersari cogitans: eum etiā inde respexerit: & hoc propterea dixerit: ne maiores eius siue alie ciuitates Tellurē atq; Neptunnū coluisse inaniter credantur. Sed hoc dico. pars animi mūdani que ꝑ terram ꝑmanat: sicut una est terra: cur etiam: non unam deam fecit: quam dicit esse Tellurem? Quod si ita fecit: ubi erit Orcus frater Iouis atq; Neptunni: quem Ditem patrem uocant? Vbi eius coniunx Proserpina: que scd'm aliam in eisdem libris positam opinionē: nō terre fecunditas: sed pars inferior perhibetur? Quod si dicunt animi mundani partem cum permeat terre partem superiorem Ditem patrem facere deum: cū uero inferiorē Proserpinam deam: Tellus illa quid erit? Ita enim totū quod ipsa erat: in duas istas partes deosq; diuisum est: ut ipsa tertia que sit: aut ubi sit: inueniri nō possit: nisi quis dicat simul istos deos Orcum atq; Proserpinam unam deam esse Tellurem: & non eē iam tres: sed aut unam: aut duos. Et tamen tres dicuntur: tres habentur: tres colunt̄: aris suis: delubris suis: sacris suis: simulacris suis: sacerdotibus suis. & per hec etiam fallacibus prostitututam animam constuprantibus demonibus suis. Adhuc respondeat̄ quā partem terre permeet pars mundani animi: ut deum faciet Tellumonen. Non inquit: sed una eademq; terra habet geminam uim & masculinā ꝙ semina producat: & feminam ꝙ recipiat atq; nutriat. inde a ui femine dictam esse Tellurem: a masculi Tellumonem. Cur ergo Pontifices ut ipse indicat: additis quoq; alis duobus: quattuor dis faciunt rem diuinam: Telluri: Tellumoni: Altori: Rusori? De Tellure & Tellumone iam dictum est. Altori quare? ꝙ ex terra inquit aluntur omnia: que nata sunt. Rusori quare? ꝙ rursus inquit cuncta eodem reuoluuntur.

De telluris cognominibus: eorūq; significationibus. que etiā si non erant multarū rerum indices: non debuerunt multorum deorum firmare opiniones. C. xxiiii.

DEbuit ergo una terra ꝓpter istā quadrigeminā uim q̄ttuor habere cognomina non quattuor facere deos: sicut tot cognominibus unus Iupiter: & tot cognominibus una Iuno: in quibus omnibus uis multiplex esse dicitur: ad unum deū uel ad unam deam pertinens: nō multitudo cognominū deorū etiam multitudinem faciens. Sed profecto sicut aliquando etiam ipsas uilissimas feminas earum quas libidine quesiuerunt tedet penitetq; turbarum: sic animam uilem factam: & immundis spiritibus prostitutam: deos sibi multiplicare quibus cōtaminanda prosterneret: sicut plurimū libuit: sic aliquando & piguit. Nam & ipse Varro quasi de ipsa turba uerecundatus: unam deam uult eē Tellurem. Eandem inquit dicunt Matrem magnā. ꝙ tympanū

habeat significari esse orbem terre: q̄ turris in capite oppida: q̄ sedes fingatur circa eam: cum omnia moueantur ipsam nō moueri. Quod gallos huic dee ut seruirent: fecerūt: significat eos qui semine indigeant: terram sequi oportere. in ea q̄ppe omnia reperiri. Quod se apud eam iactant: precipit̄ inquit: qui terrā colūt: ne sedeant: semp enim esse: quid agant. Cymbalorum sonitus ferramentorum ictus iactandorum ac manuum: & eius rei crepitus in colendo agro q̄d fit: significat. q̄ ferramenta illa erāt ideo ex ere: q̄ eam antiqui colebant ere anteq̄ ferrum esset inuentum. Leonem inq̄t adiungunt solutum: atq̄ mansuetum: ut ostendant esse nullum genus terre tam re/motum ac uehementer ferum: quod non subici colique conueniat. Deinde adiungit: & dicit: Tellurem matrem: & nominibus pluribus & cognominibus q̄d nominat̄: deos existimatos esse q̄ plures. Tellurem inq̄t putāt eē Opem: q̄ Ope fiat melior. Matrē: q̄ plurima pariat: Magnam: q̄ cibum pariat: Proserpinā: q̄ ex ea proserpāt fruges: Vestam: q̄ uestiatur herbis. Sic alias deas inquit non absurde ad hanc reuocant. Si ergo una dea est: que quidem consulta ueritate nec ipsa est: interim: quia diuiditur in multas. Vnius sint ista multa nomina: non tam dee multe q̄ nomina. Sed errantiū maiorum autoritas deprimit: & eundem Varronem post hanc sententiam trepidare compellit. Adiungit enim & dicit. cum quibus opinio maiorū de his deabus: q̄ plures eas putarunt esse: non pugnat. Quomodo non pugnat: cum ualde aliud sit unam deam nomina habere multa: aliud esse deas multas? Sed potest inquit fieri: ut eadem res & una sit: & in ea quedam res sint plures. Concede & in uno homine eē res plures. nunquid ideo & homines plures? Sic in una dea esse res plures. nunquid ideo & deas plures? Verum sicut uolunt diuidant: conflent: multiplicent: replicent: implicēt. Hec sunt Telluris & Matris magne preclara mysteria: unde omnia referunt̄ ad mortalia semina: & exercendam agriculturam. Ita ne ad hec relata & hunc finem habentia: tympanum: turres: Galli iactatio insana membrorum: crepitus cymbalorum: confictio leonum: uitam cuiq̄ pollicentur eternam? Ita ne propterea Galli abscisi huic magne dee seruiunt: ut significent qui semine indigeant: terram sequi oportere? quasi non eos ipsa potius seruitus semine faciat indigere? Vtrum enim sequendo hanc deam: cū indigeant: semen acquirant: an potius sequendo hanc deam: cum habeant: semen amittant? hoc interpretari: an detestari est? Nec attenditur quantum maligni dæ/mones preualuerint: qui nec aliqua magna his sacris polliceri ausi sunt: & tā crudelia exigere potuerunt. Si dea terra non esset: manus ei homines operando inferrent: ut semina consequerentur per illam. non etiam sibi seuiendo: ut semina perderent p̄pter illam. Si dea non esset: ita fecunda fieret manibus alienis: ut non cogeret hominem sterilem fieri manibus suis. Iam q̄ in Liberi sacris honesta matrona pudēda uirilia coronabat spectante multitudine: ubi rubens & sudās si est ulla frons in hominibus: astabat forsitan & maritus. & q̄ in celebratione nuptiarum super Priapi scapum noua nupta sedere iubebatur: longe contemptibiliora atq̄ confusibiliora sunt præ ista turpitudine crudelissima: uel crudelitate turpissima. Ibi dæmonicis artibus sic uterq̄ sexus illuditur: ut neuter suo uulnere perimatur: ibi fascinatio timetur agro/rum: hic membrorum amputatio non timetur. Ibi sic dehonestatur nouæ nuptæ uerecundia: ut non solum fecunditas sed nec uirginitas adimat̄: hic ita amputatur uirilitas: ut nec conuertatur in feminam: nec uir relinquatur.

¶ Quam interpretationem de abscisione Atydis grecorum sapientū doctrina reppererit. ¶ C.xxv.

ET Atys ille non est cōmemoratus: nec eius ab isto interpretatio requisita est: in
cuius dilectionis memoriam Gallus absciditur. Sed docti Greci atq; sapientes
nequaq̃ rationem tam sāctam atq; preclaram tacuerunt. Propter uernalem quippe
faciem terre que ceteris temporibus est pulchrior: Porphyrius philosophus nobiles
Atyn flores significare perhibuit. & ideo abscisum quia flos decidit ante fructum.
Non ergo ipsum hominem: uel quasi hominem: qui est uocatus Atys: sed uirilia eius
flori cōparauerunt. Ipsa quippe illo uiuente deciderunt. immo uero non deciderunt:
neq; decerpta sed plane discerpta sunt. Nec illo flore amisso quis q̃ postea fructus:
sed potius sterilitas consecuta est. Quid ergo ipse reliquus: & quid remansit absciso:
quid eo significari dicitur? Quo refertur? Que interpretatio inde profertur? An hec
frustra moliendo nihilq; inueniendo: persuadent illud potius esse credendum: qđ de
homine castrato fama iactauit: litterisq; mandatum est? Merito hic aduersatus est
Varro noster: neq; hoc dicere uoluit. non enim doctissimum hominem latuit.

De turpitudine sacrorum matris Magne. C. xxvi.

ITemq; de mollibus eidem Matri magne contra omnem uirorū mulierumq; uere-
cundiam consecratis: qui usq; in hesternum diem madidis capillis: facie dealbata:
fluentibus membris incessu fœminino: per plateas uicosq; carthaginis etiam a populis
unde turpiter uiuerent exigebant: nihil Varro dicere uoluit: nec uspiam me legisse
cōmemini: Defecit interpretatio: erubuit ratio: conticuit oratio. Vicit Matris magne
omnes deos filios non numinis magnitudo: sed criminis. Huic monstro nec iam mon-
strositas comparatur. Illa in simulacris habebat solam deformitatem: ista in sacris
deformem crudelitatem. Illa membra in lapidibus addita: hec in hominibus perdita.
Hoc dedecus tot Iouis ipsius uitia & tanta stupra nō uincūt. Ille inter femineas cor-
ruptelas uno Ganymide celū infamauit: ista tot mollibus ꝓfessis & publicis inquinauit
terram: & celo fecit iniuriā. Saturnū fortasse possemus huic in isto genere turpissime
crudelitatis siue cōferre: siue ꝓ̃ferre: qui patrem castrasse perhibetur. Sed in Saturni
sacris homines alienis manibus potius occidi: q̃ suis abscidi potuerunt. Deuorauit ille
filios suos: ut poete ferunt: & physici ex hoc interpretantur: quod uolunt: ut autem
historia prodit: necauit. Sed ꝙ ei Peni suos filios sacrificauerūt: nō recepe Romani.
At uero ista magna deorum Mater etiam Romanis templis castratos intulit: atq; istā
seuiciā moremq; seruauit: credita uires adiuuare Romanoꝝ: execando uirilia uiroꝝ.
Quid. n. sunt ad hoc malum furta Mercurii? Veneris lasciuia? stupra & turpitudines
ceterorum? que proferremus de libris: nisi quotidie cantarent̃: & saltarent̃ in theatris?
Sed hec quid sunt ad tantum malum? cuius magnitudo magne Matri tantūmodo
cōpetebat: presertim ꝙ illa dicunt̃ a poetis esse cōficta: quasi poete id etiā finxerint:
ꝙ ea sint diis grata & accepta? Vt ergo canerentur: uel scriberentur: audacia fuit uel
petulātia poetarum. Vt uero diuinis rebus & honoribus eisdem imperantibus & ex-
torquentibus numinibus adderentur: quid est nisi crimen deorum: īmo uero confessio
demoniorum: & deceptio miserorum? Verum illud quod de abscisorum consecratione
mater deorum coli meruit: non poete confinxerunt: sed horrere magis: q̃m canere
maluerunt. His ne diis selectis quis q̃ consecrandus est: ut post mortem uiuat beate:
quibus consecratus ante mortem honeste non potuit uiuere? tam fedis sup̃stitionibus
subditus: & īmundis demonibus obligatus? Sed hec omnia inquit referunt̃ ad mundū.
uideat ne potius ad immundum. Cui enim hic mundus est deus: nec animo religiosus

existit: nec honestus uiuet ille: nec mundus. Nos autem animum querimus qui uera religione cõfisus nõ tanq̃ deum suum adoret mundũ: sed tanq̃ opus dei: ꝓpter deum: laudet mũdũ: & mũdanis sordibus expiatus: mũdus perueniat ad deũ q̃ cõdidit mũdũ. Istos uero selectos deos uidemus quidẽ clarius innotuisse q̃ ceteros nõ tamen ut eorũ illustrarent̃ merita: sed ne occultarẽt̃ opprobria. unde magis eos hoĩes fuisse credibile est. sicut nõ solũ poetice littere: uerũ etiã historice tradiderũt. Nam q̃d Virgilius ait.

Primus ab ethero uenit Saturnus olympo.
Arma Iouis fugiens & regnis exsul ademptis.

Et que ad hãc rem ꝑtinentia subsequuntur: totam de hoc Homerus pandit historiã quã Ennius in latinũ uertit eloquiũ. unde quia plura posuerũt qui cõtra huiusmodi errores añ nos: uel greco sermõe uel latino scripserũt: nõ in eo mihi placuit ĩmorari.

❡ De figmentis physiologorum. qui nec ueram deitaten colunt: nec eo cultu: quo colenda est uera diuinitas. ❡ C.xxvii.

IPsas physiologias cum considero: quibus docti & acuti homines has res humanas conantur euertere in res diuinas: nihil uideo nisi ad temporalia terrenaq; opera naturamq; corporeã: uel etiam si inuisibilem tamen mutabilem potuisse reuocari: q̃d nullo modo est uerus deus. Hoc autem si saltem religiositati cõgruis significatiõibus ageretur: esset equidem dolendũ: non his uerũ deum annuntiari: atq; predicari: tamẽ aliquo modo ferendum tam feda & turpia nõ fieri: nec iuberi. At nunc cum pro deo uero quo solo anima se inhabitante fit felix: nefas sit colere aut corpus: aut animam: quanto magis nefarium est: ista sic colere: ut nec salutem nec decus humanũ corpus aut anima colentis obtineat? Quãobrem si tẽplo: si sacerdote: si sacrifitio q̃d deo uero debetur: colatur aliquod elementum mundi: uel creatus aliquis spiritus etiam si non immundus & malus: non ideo est malum: quia illa mala sunt quibus colitur: sed quia illa sunt talia quibus solus ille colendus sit: cui talis cultus seruitusq; debetur. ❡ Si autẽ stoliditate uel monstrositate simulacrorum: sacrifitiis homicidiorum: coronatione uirilium pudendorũ: mercede stuprorum: sectione membrorum: abscisione genitaliũ: consecratione mollium: festis impurorum obscenorumq; ludorum: unum uerum deũ id est omnis anime corporisq; creatorem colere se quisq; contendat: nõ ideo peccat: quia non est colendus: quem colit: sed quia colendum: non ut colendus est: colit. Qui uero & rebus talibus id est turpibus & scelestis: & non deum uerum id est anime corporisq; factorem: sed creaturam q̃uis nõ uitiosam colit: siue illa sit anima siue corpus: siue anima simul & corpus: his peccat in deum: quod & pro ipso colit: quod non ẽ ipse: & talibus rebus colit: qualibus nec ipse colendus est: nec non ipse. ❡ Sed hi quo nam modo: id est q̃m turpiter nefarieq; coluerint: in promptu est. Quid autem uel quos coluerint: esset obscurum: nisi eorum testaretur historia: ea ipsa quæ fæda & turpia confitemur numinibus terribiliter exigẽtibus reddita. Vnde remotis cõstat ãbagibus: nefarios demones atq; immundissimos spiritus: hac omni ciuili Theologia inuisendis stolidis imaginibus: & per eas possidendis etiam stultis cordibus inuitatos.

❡ Quod doctrina Varrõis de Theologia ĩ nulla sibi partet cõcordet. ❡ C.xxviii.

QVid igit̃ ualet: q̃ uir doctissimus & acutissimus Varro uelut subtili disputatiõe hos omnes deos in celum & terram: redigere: ac referre conatur: & non potest?

Fluunt de manibus: resiliunt: labuntur: & decidunt. Dicturus enim de feminis hoc est de deabus. quoniam inquit ut in primo libro dixi de locis: duo sunt principia deoꝝ: animaduersa de celo & terra. a quo dii partim dicuntur celestes: partim terrestres ut in superioribus initium fecimus a celo cum diximus de Iano: quẽ alii celũ alii dixerunt esse mundũ: sic de feminis initiũ scribẽdi fecimus a Tellure. Sentio quantã molestiam tale ac tantum patiatur ingenium. Ducitur enim quadam ratione uerisimili celũ eẽ qđ faciat: terram que patiatur: & ideo illi masculinam uim tribuit: huic femininam. & non attendit: eum potius esse: qui hec faciat: qui utrunq; fecit. Hinc etiam Samothracum nobilia mysteria in superiore libro sic interpretat̃: eaq; se: quæ nec suis nota sunt: scribendo expositurum: eisq; missurum quasi religiosissime pollicetur. Dicit enĩ se ibi multis indiciis collegisse: in simulacris aliud significare celum: aliud terram: aliud exempla rerum: quas Plato appellat ideas: Cælum Iouem: terram Iunonem: ideas Mineruam uult intelligi. Cælum a quo fiat aliquid: terram de qua fiat: exemplum scđm quod fiat. Qua in re omitto dicere: ꝙ Plato illas ideas tantã uim habere dicit: ut scđm eas non celum alquid fecerit: sed etiam celum factum sit. Hoc dico istum in libro selectorũ deorum rationem illam trium deorum quibus quasi cuncta cõplexus est: perdidisse. Cælo enim tribuit masculos deos: feminas terre. Inter quas posuit Mineruam: quam supra ipsum celum ante posuerat. Deinde masculus deus Neptunnus in mari est: quod ad terram potius: q̃ ad celum pertinet. Dispater postremo qui grece Pluton dicitur: etiam ipse masculus frater amborum terrenus deus esse perhibetur: superiorem terram tenens: in inferiori habens Proserpinam coniugem. Quomodo ergo deos in celo: deas in terra esse perhibent: qui rursus deos ad terram deas ad celum referre conantur? Quid solidum: quid constans: quid sobrium: quid definitum habet hec disputatio? Illa autem est Tellus initium dearum: Mater scilicet magna: apud quam mollium et abscisorum: seseq; secantium atq; iactantium insana perstrepit turpitudo. Quid est ergo ꝙ dicitur caput deorum Ianus: caput dearum Tellus: nec ibi facit unum caput error: nec hic sanum furor? Cur hæc frustra referre nituntur ad mundum: quasi possit pro deo uero mundus: uel opus pro factore coli? Et tamẽ eos nec hoc posse ueritas aperta conuincit. Referant hæc potius ad homines mortuos & ad demones pessimos: & nulla questio remanebit.

Quod omnia que physiologi: ad mundum partesq; ipsius retulerũt: ad unũ uerum deũ referre debuerũt. C. xxix.

NAnq; omnia que ab eis ex istorũ deorum Theologia uelut physicis rationibus referunt̃ ad mundũ: nos q̃liter sine ullo scrupulo sacrilege opinionis deo potius uero qui fecit mundũ: omnis anime & omnis corporis cõditori tribuant̃: aduertamus hoc modo. Nos deũ colimus: non celũ & terram quibus duabus partibus mundus hic cõstat: nec animã uel animas ꝑ uiuentia quecũq; diffusas: sed deum qui fecit celum & terrã: & omnia que in eis sunt. Qui fecit omnẽ animã siue quocũq; modo uiuentem: & sensus & rationis exꝑtem: siue etiã sentientẽ: siue etiã intelligentẽ. Et ut iam incipiam illa unius & ueri dei opera percurrere: ꝓpter que isti sibi dũ quasi honeste conantur sacramenta turpissima & scelestissima interpretari: deos multos falsoq; fecerunt.

Qua pietate discernatur a creaturis creator: ne pro uno tot dii colantur: quot sunt opera unius autoris. C. xxx.

ILlum deum colimus: qui naturis a se creatis & subsistendi & mouendi initia finesq; constituit. qui rerum causas habet: nouit: atq; disponit: qui uim seminum condidit: qui rationalem aníam: qđ dicitur animus quibus uoluit: uiuentibus indidit: q sermõis facultatem usũq; donauit: qui munus futura dicẽdi qbus placuit spiritibus impartiuit: Et per quos placet: ipse futura predicit: & per quos placet: malas ualitudines pellit: q bellorum quoq; ipsorum cum sic emendandum & castigãdum est genus humanum: exordiis progressibus: finibusq; moderatur: qui huius mundi ignem uehementissimũ & uiolentissimum pro immense naturæ temperamento & creauit: & regit: qui uni/uersarum aquarũ creator & gubernator est: qui solem fecit corporalium clarissimũ luminum: eiq; uim congruam & motum dedit. Qui ipsis etiam inferis dominationem suam potestatemq; non subtrahit: qui semina & alimenta mortalium siue arida siue liquida naturis competentibus attributa substituit. Qui terram fundat: atq; fecũdat: qui fructus eius animalibus hominibusq; largit͛. qui causas non solum principales sed etiam subsequentes nouit: atq; ordinat. qui lune statuit modum suũ. qui uias celestes atq; terrestres locorum mutationibus prebet. Qui humanis ingeniis que creauit: etiam scientias artium uariarum ad adiuuandam uitam naturamq; concessit. Qui cõiunctio/onem maris & femine ad adiutorium propagande prolis instituit: qui hominũ cetibus quem focis & luminibus adhiberent: ad facillimos usus munus terreni ignis indulsit. Ista sunt certe que diis selectis nescio per quas physicas interp̃tationes uir acutissimus atq; doctissimus Varro: siue que aliunde accepit: siue que ipse coniecit: distribuere laborauit. Hec autem facit atq; agit unus & uerus deus. Sed sicut idem deus ubiq; totus nullis inclusus locis nullis uinculis alligatus: in nullas partes sectilis: ex nulla parte mutabilis: implens cælum & terram presente potentia: non absente natura: sic itaq; administrat omnia: que creauit: ut etiam ipsa proprios exercere & agere motus sinat. Quãuis enim nihil esse possit sine ipso: non tamen sunt ulla quod ipse. Agit autẽ multa etiam per angelos: sed non nisi ex seipso beatificat angelos. Ita quãuis propter aliquas causas hominibus angelos mittat: nõ tamẽ ex angelis homines: sed ex seipso: sicut angelos beatificat. Ab hoc uno & uero deo uitam speramus eternam.

Quibus proprie benefitiis dei excepta generali largitate autores ueritatis utantur. C. xxxi.

HAbemus enim ab illo preter huiuscemodi benefitia: que ex hac de qua nonnulla diximus administratione nature bonis malisq; largitur: magnũ & bonoꝝ ꝓpriũ magne dilectionis inditiũ. Quanq̃. n. ꝙ sumus: ꝙ uiuimus: ꝙ celũ terrãq; cõspicimus: ꝙ habemus mentẽ atq; rationẽ: qua eum ipsum qui hec omnia condidit inquiramus: nequaq̃ ualeamus actioni sufficere gratiarũ: tñ ꝙ nos oneratos obrutosq; peccatis: & a cõtemplatione sue lucis auersos: ac tenebraꝝ id est iniquitatis dilectione cecatos nõ omnino deseruit. Misitq; nobis uerbum suum: qui est eius unicus filius: quo pro nobis in assumpta carne nato atq; passo: quanti deus hominem penderet: nosceremus: atq; illo sacrifitio singulari a peccatis omĩbus mũdaremur: eiusq; spiritu in cordibus nostris dilectione diffusa: omnibus difficultatibus superatis in eterná requiẽ & cõtemplatiõis eius ineffabilem dulcedinem ueniremus. Que corda quot lingue ad agendas ei gratias satis esse contenderint?

Quod sacramentũ redemptionis Christi nullis retro temporibus defuerit. sempq; sit diuersis significationibus ꝑdicatũ. C. xxxii.

HOc mysterium uite eterne: iam inde ab exordio generis humani per quedam signa & sacramenta tẽporibus congrua: quibus oportuit ꝑ angelos predicatum est. Deinde populus hebreus in unam quandam rempublicam que hoc sacramentum ageret congregatus est: ubi per quosdam scientes: per quosdam nescientes: id quod ex aduentu Xp̃i usq; nunc & deinceps agitur: prenuntiaretᷣ esse uenturum. Sparsa etiã postea eadem gente per gentes: propter testimoniũ scripturarũ quibus eterna salus in Xp̃o futura predicta est. Omnes enim non solum Prophetie que in uerbis sunt: nec tantũ precepta uite que mores pietatemq; cõformant: atq; illis litteris cõtinentᷣ: uerum etiam sacra sacerdotia: tabernaculũ siue templũ: altaria: sacrifitia: cerimonie: dies festi: & quicquid aliud ad eam seruitutem pertinet: quæ deo debetur: & græce proprie latria dicitur: ea significata & prenuntiata sunt: que propter eternam uitam fidelium in Xp̃o: & impleta credimus: & impleri cernimus: & implenda confidimus.

Quod per solam Christianã religionẽ manifestari potuerit fallacia spirituum malignoꝝ de hominũ errore gaudentium. C. xxxiii.

PEr hanc ergo religionem unam & ueram: potuit aperiri deos gentium esse immundissimos demones: sub defunctorum occasionibus: animarũ uel creaturarũ specie mundanarũ deos se putari cupientes: & quasi diuinis honoribus eisdẽq; scelestis ac turpibus rebus superba impuritate letantes: atq; ad uerum deum conuersionem humanis animis inuidentes. Ex quorum immanissimo & impiissimo dominatu homo liberatur: cum credit in eum: qui prebuit ad exurgendũ tante humilitatis exemplum: quanta illi superbia ceciderunt. Hinc sunt nõ solũ illi: de quibus multa iã diximus: & alii: atq; alii similes ceterarũ gentium: atq; terrarũ. sed etiã hi: de quibus nũc agimus: tanq̃ in senatu deorum selecti. sed plane selecti nobilitate criminum: non dignitate uirtutum. Quoꝝ sacra Varro dum quasi ad naturales rationes referre conatᷣ: querens honestare res turpes: quomõ his quadret: & cõsonet: nõ potest inuenire: q̃m non sũt ipse illoꝝ sacrorũ cause quas putat: uel potius uult putari. Nã si non solũ ipse: uerũ etiã quelibet alie huius generis essent: q̃uis nihil ad deum uerũ uitamq; eternã que in religione querenda est: ꝑtinerent: tamẽ qualicũq; de rerum natura reddita ratione: aliquantulũ mitigarent offensionẽ: quã non intellecta in sacris aliq̃ uelut turpitudo aut absurditas fecerat: sicut in quibusdam theatrorũ fabulis uel delubroꝝ mysteriis facere idem Varro conatus est. Vbi non theatra delubroꝝ similitudine absoluit: sed theatroꝝ potius similitudine delubra damnauit: tamen utcunq; conatus est: ut sensũ horribilibus rebus offensum uelut naturalium causarum ratione reddita deliniret.

De libris Nume Pompilii quos Senatus ne sacrorum cause quales in eis habebantur: innotescerent: iussit incendi. C. xxxiiii.

SEd cõtra inuenimus: sicut ipse uir doctissimus ꝓdidit: de Nume Pompilii libris redditas sacrorum causas nullo modo potuisse: tolerari: nec dignas habitas quæ non solum lecte innotescerent religiosis: sed saltem scripte reconderentur in tenebris. Iam enim dicã: quod in tertio huius operis libro me suo loco dicturũ esse ꝓmiseram. Nam sicut apud eundem Varronem legitur in libro de cultu deorum: Terentius quidam cum haberet ad Ianiculum fundum: & bubulcus eius iuxta sepulchrũ Nume Pompilii traiciens aratrum: eruisset ex terra libros eius ubi sacrorum institutorum

scripte erant cause. in urbem pertulit ad pretorem. At ille cum inspexisset principia
rem tantā detulit ad Senatum. ubi cum primores quasdā causas legissent: cur quidq;
in sacris fuerit institutum: Numæ mortuo Senatus assensus est: eosq; libros tanq̄m
religiosi patres conscripti: pretor ut combureret censuerunt. Credat quisq; qđ putat:
immo uero dicat quod dicendū suggesserit uesana cōtentio quilibet tante impietatis
defensor egregius. Me admonere sufficiat: sacroꝝ causas a rege Pōpilio Romanorū
sacroꝝ institutore conscriptas: nec populo: nec Senatui: nec saltem ipsis sacerdotibus
innotescere debuisse: ipsumq; Numam Pompilium curiositate illicita ad ea demonū
peruenisse secreta: que ipse quidem scriberet: ut haberet unde legendo cōmoneretur.
Sed ea tamen cum Rex esset: qui minime quenq̄ metueret: nec docere aliquem: nec
delendo uel quoquo modo consumendo perdere auderet: ita quod scire neminem
uoluit: ne homines nefaria doceret: uiolare autē timuit: ne demones iratos haberet:
obruit ubi tutū putauit: sepulchro suo ꝓpinquare aratrum posse nō credēs. Senatus
autem cum religiones formidaret damnare maiorum: & ideo Nume assentire coge/
retur: illos tamen libros tam perniciosos esse iudicauit: ut nec obrui rursus iuberet:
ne humana curiositas multo uehementius rem iam perditam quereret: sed flammis
aboleri nefanda monumenta: ut quia iam necesse esse existimabant sacra illa facere
tolerabilius erraretur causis eorum ignoratis: q̄ cognitis ciuitas turbaretur.

De hydromātia: per quā Numa uisis quibusdam imaginibus ludificabatur. C. xxxv.

IAm & ipse Numa ad quē nullus dei Propheta: nullus sanctus āgelus mittebať:
hydromantiam facere compulsus est: ut in aqua uideret imagines deorum: uel
potius ludificatiōes demonū: a quibus audiret qd in sacris cōstitueret: atq; obseruare
deberet. Quod genus diuinationis idem Varro a Persis dicit allatum: quo & ipsum
Numam: & postea Phytagoram philosophū usum fuisse cōmemorat. ubi adhibito
sanguine etiā inferos perhibet sciscitari: & necromantiā grece dicit uocari. Que siue
necromantia dicatur idipsum est: ubi uidentur mortui diuinare. Quibus hec artibus
fiant: ipsi uiderint. Nolo enim dicere: has artes etiam āte nostri Saluatoris aduentū
in ipsis ciuitatibus gentium legibus solere prohiberi: & pæna sæuerissima uindicari.
Nolo inq̄ hoc dicere. fortassis enim talia tunc licebant. His tñ artibus didicit sacra illa
Pompilius quorum sacrorum facta prodidit: causas obruit: ita timuit & ipse: quod
didicit. quarum causarum proditos libros Senatus incendit. Quid mihi ergo Varro
illorum sacrorum alias nescio quas causas uelut physicas interpretatur: quales si libri
illi habuissent: non utiq; arsissent: aut & istos Varronis ad Cesarem pontificē scriptos
atq; editos: patres conscripti similiter incendissent? Quod ergo aquam egesserit id est
exportauerit Numa Pompilius unde hydromantiā faceret: ideo Nymphā Egeriā
coniugem dicitur habuisse: queādmodum in supradicto libro Varronis exponitur.
Ita enim solent res geste aspersione mendaciorū in fabulas uerti. In illa igiť hydro/
mantia: curiosissimus Rex ille Romanus & sacra didicit: que in libris suis Pontifices
haberent: & eoꝝ causas quas preter se neminē scire uoluit: Itaq; eas seorsum scriptas
secum quodāmodo mori fecit: quando ita subtrahendas hominū noticie sepeliendasq;
curauit. Aut ergo demonum illic tam sordide & noxie cupiditates erant conscripte:
ut ex his tota illa Theologia ciuilis etiam apud tales homines execrabilis appareret:
qui tam multa in ipsis sacris erubescenda susceperant. aut illi omnes nihi aliud: q̄ hoīes

mortui prodebant̄: quos tam prolixa temporis uetustas: & fere omnes populi gentiū deos im̄ortales esse crediderant: cū & talibus sacris iidem illi demones oblectarent̄: qui se colendos pro ipsis mortuis: quos deos putari fecerant: quibusdā fallaciū miraculorū attestationibus supponebant. Sed occulta ueri dei ꝓuidentia factū est: ut & Pōpilio amico suo illis cōglutinati artibus q̄bus hydromātia fieri potuit: cuncta illa cōfiteri permitterentur: & tamen ut moriturus incenderet ea potius q̃ obrueret: admonere nō permitterētur: qui ne innotescerent: nec aratro quo sunt eruta: obsistere potuerunt: nec stilo Varronis quo ea: que de hac re gesta sūt: in nostram memoriā peruenerūt. Non enim possunt: q̄d non sinuntur efficere. sinuntur autem alto dei summi iustoq̄ iudicio: pro meritis eoꝝ quos ab eis uel affligi tantū: uel etiā subiici ac decipi iustū est. Quam uero perniciose uel a cultu uere diuinitatis aliene ille littere iudicate sint: hinc intelligi potest: q̄ eas maluit Senatus incendere quas Pompilius occultauit: q̃ timere: quod timuit: qui hoc audere non potuit. Qui ergo nec felicem in futuro uitam: nec modo habere uult piam: talibus sacris mortem querat eternam. Qui aūt cū malignis demonibus non uult habere societatem: non superstitionem qua coluntur: noxiam pertimescat: sed ueram religionē qua produntur: & uincuntur: agnoscat.

¶ Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi de Ciuitate dei. Liber octauus.
De questiōe naturalis theologie cū phis excellētioris sciētie discutiēda. ¶ C. i.

Nunc intentiore nobis opus est animo: multo q̃ erat in superiorum questionum solutione & explicatione librorum. De Theologia quippe: quam naturalem uocant: nō cū quibuslibet hominibus: nō enim fabulosa est: uel ciuilis: hoc est uel theatrica: uel urbana: quarum altera iactitat deorum crimina: altera indicat deorū desideria criminosiora: ac per hoc malignorum potius demonum q̃ deorum: sed cum philosophis est habenda collatio: quorū ipsum nomen si latine interpretemur: amorem sapientie profitetur. Porro si sapientiam profitemur: & sapientia deus est: per quem facta sunt omnia: sicut diuina autoritas ueritasq; mōstrauit: uerus philosophus ē amator dei. Sed q̄a res ipsa: cuius hoc nomē est: non est in omnibus: qui hoc nomine gloriantur: neq; enī continuo uere sapiētie sunt amatores: quicunq; appellant̄ philosophi: profecto ex omnibus quoꝝ sentētias ex litteris nosse potuimus: eligendi sunt cum quibus non indigne questio ista tractet̄. Neq; enim hoc opere omnes omnium philosophoꝝ uanas opiniones refutare suscepi: sed eas tantum: que ad Theologiā pertinent: quo uerbo greco significari intelligimus de diuinitate rationem: siue sermonem. nec eas omnium: sed eorum tantum qui cum & esse diuinitatem: & humana curare consentiant: non tamen sufficere unius incō/mutabilis dei cultum ad uitam adipiscendam etiam post mortem beatam: sed ab illo sane multos uno conditos atq; institutos: ob eam causam colendos putant. Hi etiam iam Varronis opinionē ueritatis propinquitate transcendunt. Siquidem ille totam Theologiam naturalem usq; ad mundum istum: uel eius animam extendere potuit: isti uero supra omnē anime naturam confitentur deum: qui non solum mundū istum uisibilem: qui sepe celi & terre nomine nuncupatur: sed omnem etiam omnino animā fecerit: & qui rationalem & intellectualem: cuius generis anima humana est: partici/patione sui luminis incommutabilis: & in corporei: beatam fecerit. Hos philosophos Platōicos appellatos a Platōe doctore uocabulo deriuato: nullus q̄ hec uel tenuiter

audiuit: ignorat. De hoc igit Platone que necessaria huic questiōi existimo breuiter attingā. prius illos cōmemorans: qui eū in eodē genere litterarū tempore pcesserunt.

De duorum philosophorum generibus id est Italico & Ionico. eorumq; autoribus. C. ii.

QVantum enim attinet ad litteras Grecas: que lingua inter ceteras gentiū clarior habetur: duo philosophoꝝ genera traduntur. unum Italicum ex ea parte Italie que quondam magna grecia nuncupata est: alterū Ionicum: in eis terris ubi & nunc Grecia nuncupatur. Italicum genus autorem habuit Pythagoram Samium: a quo etiam ferunt ipsum Philosophie nomē exortum. Nam cum antea sapientes appel/larentur: qui quodāmodo laudabilis uite aliis prestare uidebantur: iste interrogatus quid profiteret: Philosophū se esse respondit. id est studiosū uel amatorem sapientie. quoniā sapientem profiteri arrogantissimū uidebatur. Ionici uero generis princeps fuit Thales Milesius: unus illorum septem qui appellati sunt Sapientes. Sed illi ex uite genere distinguebanť: & quibusdam preceptis ad bene uiuendum accōmodatis: iste autem Thales ut successores etiam propagaret: rerum naturam scrutatus: suasq; disputationes litteris mandans eminuit: maximeq; admirabilis extitit: q Astrologie numeris cōprehensis defectus solis & lune etiā predicere potuit. Aquā tamē putauit rerum esse principium: & hinc omnia elementa mundi: ipsumq; mundum & que in eo gignuntur existere. Nihil autem huic operi quod mundo considerato tam mirabile aspicimus: ex diuina mente preposuit. Huic successit Anaximander eius auditor: mu/tauitq; de rerum natura opinionem. Non enim ex una re sicut Thales ex humore: sed ex suis propriis principiis quasq; res nasci putauit. Que rerum principia singularū rerū esse credidit infinita: & innumerabiles mundos gignere: & quecūq; in eis oriunť. eosq; mundos modo dissolui: modo iterum gigni existimauit. quanta quisq; etate sua manere potuerit. nec ipse aliquid diuinæ menti in his rerum operibus tribuens. Iste Anaximenē discipulum & successorem reliquit: qui omnes rerum causas infinito aeri dedit: nec deos negauit: aut tacuit. non tamē ab ipsis aerem factum: sed ipsos ex aere ortos credidit. Anaxagoras uero eius auditor. harum rerum omnium quas uidemus: effectorem diuinum animum sensit: & dixit ex infinita materia que constaret dissi/milibus inter se particulis: rerū omniū genera pro modulis & speciebus propriis singula fieri: sed animo faciēte diuino. Diogenes quoq; Anaximenis alter auditor aerē quidē dixit rerum esse materiam de qua omnia fierent: sed eum esse cōpotem diuine ratiōis: sine qua nihil ex eo fieri posset. Anaxagore successit auditor eius Archelaus: etiam ipse de particulis inter se dissimilibus quibus singula queq; fierent: ita omnia cōstare putauit: ut inesse etiam mentem diceret: que corpora dissimilia id est illas particulas coniungendo: & dissipando ageret omnia. Socrates huius discipulus fuisse perhibetur magister Platonis propter quem breuiter cuncta ista recolui.

De Socratica disciplina. C. iii.

SOcrates ergo primus uniuersam philosophiam ad corrigendos componendosq; mores inflexisse memoratur: cū ante illū omnes magis physicis id ē naturalibus rebus perscrutandis operam maximam impenderint. Non mihi autem uidetur posse ad liquidū colligi: utrū Socrates ut hoc faceret: tedio rerum obscurarū & incertarum

ad aliquid approbatum & certum reperiendũ animum intendit: quod esset beate uite necessariũ: propter quã unam omniũ phõꝝ inuigilasse ac laborasse uidet̃ industria. An uero sicut de illo quidam beniuolentius suspicantur: nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos se extendere in diuina conari. quãdo quidẽ ab eis causas rerum uidebat inquiri: quas ꝑmas atq; summas non nisi in unius ueri ac summi dei uolũtate esse credebat? Vnde nõ eas putabat nisi mundata mente posse comprehendi: & ideo purgãde bonis moribus uite cẽsebat ĩstandũ: ut deprimẽtibus libidinibus exoneratus animus naturali uigore in eterna se attolleret: naturamq; incorporei & incõmutabilis luminis ubi cause omniũ factarum naturarũ stabiliter uiuunt: intelligentie puritate conspiceret. Constat eum tamẽ imperitorum stulticiam scire se aliquid opinantium: etiam in ipsis moralibus questionibus: quo totum animum intendisse uidebatur: uel confessa ignorantia sua: uel dissimulata sciẽtia: lepore mirabili disserendi & acutissima urbanitate agitasse atq; uersasse. Vnde & concitatis inimiciciis calũniosa criminatiõe damnatus: morte multatus est. Sed eum postea illa ipsa: quæ publice damnauerat Athenensiũ ciuitas: publice luxit. ĩ duos accusatores eius usq; adeo populi ĩdignatiõe conuersa: ut unus eorum oppressus in multitudine interiret: exilio autem uolũtario atq; perpetuo penã similem alter euaderet. Tam preclara igitur uite mortisq; fama Socrates reliquit plurimos sue philosophie sectatores: quorum certatim studium fuit in questionum moralium disceptatione uersari: ubi agitur de summo bono quo fieri homo beatus potest. Quod in Socratis disputationibus: dum omnia mouet: asserit: destruit: quoniam non euidenter apparuit: qđ cuiq; placuit: inde sumpserunt: & ubi cuiq; uisum est: constituerunt finem boni. Finis autem boni appellatur: quo quisq; cum peruenerit: beatus est. Sic autem diuersas inter se socratici de isto fine sententias habuerunt: ut quod uix credibile est unius magistri potuisse facere sectatores: quidã summũ bonũ eẽ dicerẽt uoluptatẽ: sicut Aristippus: quidã uirtutẽ sicut Antisthenes. Sic alii atq; alii aliud atq; aliud opinati sunt: quos cõmemorare longum est.

De precipuo inter discipulos Socratis Platone: qui omnem philosophiam triplici partitione distinxit. C. iiii.

SEd inter discipulos Socratis non quidem ĩmerito excellentissima gloria claruit: qui omnino ceteros obscuraret plato. Qui cum esset Athenensis honesto apud suos loco natus: & ingenio mirabili: longe suos condiscipulos anteiret: parum tamen putans perficiende philosophie sufficere seipsum: ac Socraticam disciplinam: q̃longe lateq; potuit peregrinatus est: quaq̃uersum eum alicuius nobilitate scientie ꝑcipiende fama rapiebat. Itaq; & in egypto didicit quecunq; illic magna habebantur atq; docebantur. & inde in eas italie partes ueniens ubi Pythagoreorum fama celebrabatur. quicquid italice philosophiæ tunc florebat: auditis eminentioribus in ea doctoribus facillime comprehendit. Et quia magistrum Socratem singulariter diligebat: eum loquentẽ fere in omibus sermonibus suis faciens: etiã illa que uel ab aliis didicerat: uel ipse q̃ta potuerat intelligentia uiderat: cũ illius lepore & moralibus disputationibus temperauit. Itaq; cum studiũ sapientie in actione & contemplatione uersetur: unde una pars eius actiua: altera contemplatiua dici potest: quarum actiua ad agendã uitã id est ad mores instituendos pertinet: contemplatiua autem ad conspiciendas nature causas: & sincerissimã ueritatẽ: Socrates in actiua excelluisse memoratur. Pythagoras uero magis cõtemplatiue quibus potuit intelligentie uiribus institisse. Proinde Plato

utrunq; iungendo Philosophiā perfecisse laudat̃. Quam in tres partes distribuit. unā moralem: que maxime in actione uersatur: alteram naturalem: que contemplationi deputata est: tertiam rationalē: qua uerum determinatur a falso. Que licet utriq; id ē actioni & contemplationi sit necessaria: maxime tamen contemplatio perspectionē sibi uendicat ueritatis. Ideo hec tripartitio nō est contraria illi distinctioni: qua intel/ligitur omne studiū sapientie in actione & contemplatione consistere. Quid autem in his: uel de his singulis partibus Plato senserit: id est ubi finem omnium actionum: ubi causas omniū naturarū: ubi lumē omniū rationū esse cognouerit: uel crediderit: disserendo explicare & longum eē arbitror: & temere esse affirmandum nō arbitror. Cum enim magistri sui Socratis: quē facit in suis uoluminibus disputantem: notissimū morem dissimulande scientiæ: uel opinionis sue seruare affectat. quia & illi ipse mos placuit: factum est ut etiā ipsius Platonis de rebus magnis sententie nō facile pspici possint. Ex his tamen que apud eum leguntur: siue que dixit: siue que ab aliis dicta esse narrauit: atq; conscripsit: que sibi placita uiderentur: quedam cōmemorari: & huic operi inseri oportet a nobis: uel ubi suffragat̃ religioni uere quā fides nostra suscipit: ac defendit: uel ubi ei uidetur esse contrarius: quantū ad istā de uno deo & pluribus pertinet questionem: quem ppter uitam: que post mortem futura est ueraciter beatā: colendum esse Catholice religionis asserit disciplina. Fortassis enī qui Platonē ceteris philosophis gentium: longe recteq; prælatum: acutius atq; ueracius intellexisse: atq; secuti esse fama celebriore laudantur: aliquid tale de deo sentiunt: ut in illo inueniat̃ & causa subsistendi: & ratio intelligēdi & ordo uiuendi. Quorum trium unum ad na/turalem: alterum ad rationalem: tertium ad moralem partem intelligitur pertinere. Si enim homo ita creatus ē: ut per id: quod in eo precellit: attingat ad illud quod cūcta precellit: id est unum uerum optimum deum: sine quo nulla natura subsistit: nulla doctrina instruit. nullus usus expedit: ipse queratur: ubi nobis omnia sunt secura: ipse cernatur: ubi nobis certa sunt omnia: ipse diligatur: ubi nobis recta sunt omnia.

¶ Quod de theologia cum platonicis potissimum disceptandum sit: quoꝝ opinioni omniū phoꝝ postponenda sunt dogmata. ¶ C. v.

SI ergo Plato dei huius imitatorem: cognitorem: amatorē: dixit esse sapientem: Cuius participatione sit beatus: quid opus ē discutere ceteros: quoꝝ nulli nobis q̄ iste propius accesserunt. Cedat igitur eis non solum Theologia illa fabulosa deorum: criminibus oblectans animos impioꝝ: nec solum etiam illa ciuilis: ubi impuri demones terrestribus gaudiis deditos populos deorum nomine seducētes: humanos errores tanq̄ suos diuinos honores habere uoluerunt: ubi ad spectandos suorum criminum ludos cultores suos tanq̄ sue uanitatis administratores habuerunt. ubi per eos ad suū cultum studiis immundissimis alios excitantes. & sibi delectabiliores ludos de ipsis spectatoribus exhibentes. Vbi si qua uelut honesta geruntur in templis cōiuncta sibi theatrorum obscenitate turpantur. & quecunq; turpia geruntur in theatris: cōparata sibi temploꝝ feditate laudantur. Et ea que Varro ex his sacris quasi ad celum & terram rerumq; mortalium sæmina & actus interpretatus est: quia nec ipsa illis ritibus significantur: que ipse insinuare conatur: & ideo ueritas conantem non sequitur. Et si ipsa essent: tamen anime rationali: ea que infra illam nature ordine cōstituta sunt: pro deo suo colenda non essent: nec sibi debuit preferre tanq̄m deos: eas res quibus ipsam pretulit uerus deus: & ea que Numa Pompilius reuera ad sacra eiusmodi pertinentia: secum

sepeliendo curauit abscondi: & aratro eruta Senatus iussit incendi. In eo genere sunt etiam illa: ut aliquid de Numa mitius suspicemur: que Alexander macedo scribit ad matrem: sibi a magno Antistite sacrorum Egyptiorum quodam Leone patefacta: ubi non Picus & Faunus: & Aeneas & Romulus: uel etiam Hercules & Esculapius: & Liber Semela natus & Tyndaride fratres: & siquos alios ex mortalibus pro diis habent: sed ipsi etiam maiores gentium dii: quos Cicero in thusculanis tacitis nominibus uidetur attingere. Iupiter: Iuno: Saturnus: Vulcanus: Væsta: & alii plurimi: quos Varro conatur ad mundi partes siue elementa transferre: homines fuisse produntur. Timens enim & ille quasi reuelata mysteria: petens admonet Alexandrum: ut cum ea matri conscripta insinuauerit: flammis iubeat concremari. Non solum ergo ista que due theologie continent fabulosa scilicet & ciuilis: Platonicis philosophis cedant qui uerum deum & rerum autorem: & ueritatis illustratorem: & beatitudinis largitorem esse dixerunt: sed alii quoque Philosophi qui corporalia nature principia corpori deditis mentibus opinati sunt. cedant his tantis & tanti dei cognitoribus ueris: ut Thales in humore: Anaximenes in aere: Stoici in igne: Epicurus in atomis: hoc est minutissimis: corpusculis que nec diuidi nec sentiri queunt. Et quicunque alii quorum enumerationi immorari non est necesse: siue simplicia: siue coniuncta corpora: siue uita carentia siue uiuentia: sed tamen corpora: causam principiumque rerum esse dixerunt. Nam quidam eorum a rebus non uiuis res uiuas fieri posse crediderunt: sicut Epicurei. Quidam uero a uiuente quedam uiuentia: quedam non uiuentia: sed tamen a corpore corporea. Nam Stoici ignem id est corpus unum ex quattuor elementis: quibus uisibilis mundus hic constat: & uiuentem: & sapientem: & ipsius mundi fabricatorem atque omnium que sunt in eo. eumque omnino ignem esse deum putauerunt. Hi & ceteri similes eorum id solum cogitare potuerunt: quod cum eis corda eorum obstricta carnis sensibus fabulata sunt. In se quippe habebant: quod non uidebant: & apud se imaginabantur: quod foris uiderant: etiam quando non uidebant: sed tantummodo cogitabant. Hoc autem in conspectu talis cogitationis iam non est corpus: sed similitudo corporis: illud autem unde uidetur in animo hec similitudo corporis: nec corpus est: nec similitudo corporis: & unde uidetur: atque utrum pulchra an deformis sit iudicatur: profecto est melius quam ipsa que iudicatur. Hec mens hominis & ipsa rationalis anime natura est: que utique corpus non est: si iam illa corporis similitudo cum in animo cogitantis aspicitur: atque iudicatur: nec ipsa corpus est. Non est ergo nec terra: nec aqua: nec aer: nec ignis: quibus quattuor corporibus: que dicuntur quattuor elementa: mundum corporeum uidemus esse compactum. Porro si noster animus corpus non est: quomodo deus creator animi corpus est? Cedant ergo & isti: ut dictum est: Platonicis: cedant & illi quos quidem puduit dicere deum corpus esse. uerumtamen eiusdem nature cuius ille est: animos nostros esse putauerunt. Ita non eos mouit tanta mutabilitas anime: quam dei nature tribuere nefas est. Sed dicunt corpore mutatur anime natura. Nam per seipsam incommutabilis est. Poterant isti dicere corpore aliquo uulneratur. nam per seipsam inuulnerabilis est. Prorsus quod mutari non potest: nulla re potest. Ac per hoc quod corpore mutari potest: aliqua re potest. & ideo incommutabile recte dici non potest.

De Platonicorum sensu in ea philosophie parte: que physica nominatur. C. vi.

Viderunt ergo isti Philosophi quos ceteris non immerito fama atque gloria platos uidemus: nullum corpus esse deum: & ideo cuncta corpora transcenderunt querentes

deum. Viderunt quicquid mutabile est: non esse summum deum: & ideo omnẽ animã mutabilesq; omnes spiritus transcenderunt: querentes summũ deum. Deinde uiderũt omnem speciem in re quacunq; mutabili: que est quicquid illud est: quoquomodo & qualiscunq; natura ẽ: non esse posse nisi ab illo qui uere ẽ: qui & incõmutabiliter est. Ac p hoc siue uniuersi mundi corpus: figuras: qualitates: ordinatũq; motũ: & elementa disposita a celo usq; ad terram: & quecunq; corpora in eis sunt: siue omnem uitam: uel que nutrit: & cõtinet: qualis ẽ in arboribus: uel que & hec habet: & sentit: qualis est in pecoribus: uel que & hec habet: & intelligit: qualis ẽ in hominibus: uel que nutritorio subsidio non indiget: sed tantum cõtinet: sentit: & intelligit: qualis est in angelis: nisi ab illo esse non posse: qui simpliciter est: quia non aliud illi est esse: aliud uiuere: quasi possit esse non uiuens: nec aliud illi est uiuere: aliud intelligere: quasi possit uiuere nõ intelligens: nec aliud illi est intelligere: aliud beatum esse: quasi possit intelligere: & nõ beatus esse. Sed quod est illi uiuere: intelligere: beatum esse: hoc est illi eẽ. Propter hãc incõmutabilitatem & simplicitatem: intellexerunt eum & omnia ista fecisse & ipsum a nullo fieri potuisse. Considerauerunt enim quicquid est: uel corpus esse: uel uitam: meliusq; aliquid uitam esse q̃ corpus: speciemq; corporis esse sensibilem: intelligibilemq; uite. Proinde intelligibilem speciem sensibili pretulerunt. Sensibilia dicimus: que uisu tactuq; corporis sentiri queunt: intelligibilia que conspectu mentis intelligi possũt. Nulla ẽ enĩ pulchritudo corporalis: siue in statu corporis: sicut ẽ figura: siue in motu: sicut est cantilena: de qua non animus iudicet. quod profecto non posset: nisi melior in illo esset hec species sine tumore molis: sine strepitu uocis: sine spacio uel loci uel temporis. Sed ibi quoq; nisi mutabilis esset: non alius alio melius de specie sensibili iu/dicaret. melius ingeniosior: q̃ tardior: melius peritior: q̃ imperitior: melius exercitatior q̃ minus exercitatus. Et idem ipse unus cũ proficit: melius utiq; postea: q̃ prius. Quod autem recipit maius & minus: sine dubitatione mutabile est. Vnde ingeniosi: & docti: & in his exercitati homines facile collegerunt: nõ esse in eis rebus primam speciem: ubi mutabilitas esse conuincitur. Cum igitur in eoꝝ conspectu & corpus & animus magis minusq; speciosa essent: & si omni specie carere possent: omnino nulla essent: uiderunt esse aliquid ubi prima esset incõmutabilis species: & ideo nec comparabilis. atq; ibi esse rerum principium rectissime crediderunt. qđ factũ non esset: & ex quo facta cũcta essent. Ita qđ notum est dei ipse manifestauit eis: cum ab eis inuisibilia eius per ea que facta sunt intellecta conspecta sunt: sempiterna quoq; uirtus eius: & diuinitas: a quo etiam uisibilia & temporalia cuncta creata sunt. Hec de illa parte quam physicã id ẽ naturalem nuncupant: dicta sunt.

¶ Quanto excellentiores ceteris in logica: id est rationali philosophia Platonici sint habendi. ¶ C. VII.

QVod autem attinet ad doctrinã ubi altera pars uersatur: que ab eis logica id ẽ rationalis uocatur: absit ut his comparandi uideantur: qui posuerunt iudicium ueritatis in sensibus corporis: eorumq; infidis & fallacibus regulis omnia que discuntur: metienda esse censuerunt. ut Epicurei & quicunq; alii tales: ut etiam ipsi Stoici. Qui cum uehementer amauerint sollertiam disputandi quã dialecticã nominãt: a corpis sensibus eam ducendam putarunt. Hinc asseuerantes animũ concipere notiões quas appellant ennoeas: earum rerum scilicet: quas definiendo explicant: hinc propagari atq; conecti totam discendi: docendiq; rationem. Vbi ego multum mirari soleo. cum pulchros dicant non esse nisi sapientes quibus sensibus corporis istam pulchritudinem

uiderint: qualibus oculis carnis formam sapientie decusq; cõspexerint. Hi uero quos merito ceteris anteponimus: discreuerũt ea que mente conspiciunt: ab iis que sensibus attingunt: nec sensibus adimẽtes qđ possunt: nec eis dantes ultra q̃ possunt. lumen aũt mentiũ esse dixerũt ad discenda omnia: eundẽq; ipsum deũ a quo facta sunt omnia.

Quod etiã in morali phía platonici obtineant principatũ. C. VIII.

Reliqua est pars moralis quam greco uocabulo dicunt ethicam. ubi queritur de summo bono: quo referentes omnia que agimus. & quod non propter aliud sed propter seipsum appetẽtes: idq; adipiscentes nihil quo beati simus ulterius requiramus. ideo quippe & finis est dictus: quia propter hunc cetera uolumus: ipsum autem non nisi propter ipsum. Hoc ergo beatificũ bonum alii a corpore: alii ab animo: alii ab utroq; in homine esse dixerunt. Viderunt quippe ipsum hominẽ constare ex animo & corpore. & ideo ab alterutro istorum duorum: aut ab utroq; bene sibi posse esse: credebant: finali quodam bono quo beati essent: quo cuncta que agebãt: referrent: atq; id cũ forent adepti: quo referendũ esset: non ultra quererent. Unde illi qui dicunt addidisse tertium genus bonoꝝ: quod appellatur extrinsecus: sicut est honor: gloria: pecunia: & siquid huiusmodi: non sic addiderunt ut finale esset: id est propter seipsum appetendũ: sed propter aliud bonũ quo esset hoc genus bonũ bonis: malũ autẽ malis. Ita bonũ hominis qui uel ab animo: uel a corpore: uel ab utroq; expetiuerunt: nihil aliud q̃ ab homine expetendũ esse putauerunt. Sed qui id appetiuerunt a corpore: a parte hominis deteriore: qui uero ab animo a parte meliore: qui aũt ab utroq; a toto homine. Siue ergo a parte qualibet: siue a toto homine: nõ nisi ab homine. Nec iste differentie qm̃ tres sũt: ideo tres sed multas dissensiones phõrum sectasq; fecerũt. quia & de bono corporis: & de bono animi: & de bono utriusq;: diuersi diuersa opinati sũt. Cedant igitur hi omnes illis philosophis: qui nõ dixerunt beatũ esse hominẽ fruentẽ corpore: uel fruentẽ animo: sed fruentẽ deo: nõ sicut corpe uel seipso animus: aut sicut amico amicus: sed sicut luce oculus. Si aliqd ab his ad illas similitudines afferendũ est: quod uel q̃le sit: si deus ipse adiuuerit alio loco q̃tum per nos fieri poterit: apparebit.

De ea phía: que ad ueritatẽ fidei Christiane ꝓpinquius accessit. C. VIIII.

Nunc satis sit cõmemorare Platonẽ determinasse finem boni esse scd̃m uirtutem uiuere: & ei soli euenire posse: qui noticiam dei habeat & imitationem: nec esse aliam ob causam beatum. Ideoq; non dubitat hoc esse philosophari: amare deũ: cuius natura sit incorporalis. Unde utiq; colligitur: tunc forte beatum studiosũ sapientie: id enim est philosophus: cum frui deo ceperit. Quãuis enim non continuo beatus sit: qui eo fruitur: quod amat: multi. n. amando ea: que amanda nõ sunt miseri sunt: & miseriores cum fruuntur: nemo tamen beatus est: qui eo quod amat: non fruitur. Nã & ipsi qui res non amandas amant: non se beatos esse amando putant: sed fruendo. Quisquis ergo fruitur eo: quod amat: uerumq; & summũ bonũ amat: quis eum beatũ nisi miserrimus negat? Ipsum autem uerum ac summũ bonum Plato dicit deũ. unde uult eẽ philosophum amatorem dei. ut qm̃ philosophia ad beatã uitam tendit: fruens deo sit beatus: qui deum amauerit. Quicũq; igitur philosophi de deo summo & uero ista senserunt: ꝙ & rerum creaturarũ sit effector: & lumen cognoscendarũ: & bonum agendarum: ꝙ ab illo nobis principiũ sit nature: & ueritas doctrine: & felicitas uite.

siue platonici accómodatius nũcupentˊ: siue quodlibet aliud secte sue nomẽ ĩponant:
siue tantũmodo Ionici generis qui in eis precipui fuerũt ista senserint: sicut idẽ Plato:
& qui eum bene intellexerũt: siue etiã Italici propter Pythagoram & pythagoreos:
& si qui forte alii eiusdem sententie in id idem fuerunt: siue aliarum quoq; gentiũ qui
sapiẽtes uel philosophi habiti sunt: Atlantici: Libyci: Egyptii: Indi: Perse: Chaldei:
Scythe: Galli: Hispani: aliiq; reperiuntur qui hoc uiderint: ac docuerint: eos omnes
ceteris anteponimus: eosq; nobis propinquiores fatemur. Quanuis. n. homo Xp̄ianus
litteris tantum ecclesiasticis eruditus: Platonicorũ forte nomen ignoret: nec utrũ duo
genera philosophorũ extiterint in greca lingua Ionicorum & Italicorum sciat: non
tñ ita surdus est in rebus humanis ut nesciat philosophos uel studium sapientiæ: uel
ipsam sapientiam profiteri. Cauet eos tamen: qui scd̄m elementa huius mundi philo/
sophantur: non scd̄m deum a quo ipse factus est mundus. Admonetur enim p̄cepto
Apostolico: fideliterq; audit: qđ dictũ est. Cauete ne quis uos decipiat p̱ Philosophiã
& inanem seductionem scd̄m elementa mũdi. Deinde ne omnes tales esse arbitretur:
audit ab eodem Apostolo dici de quibusdam: quia quod notum est dei manifestum
est in illis: deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim eius a constitutione mũdi: per
ea: que facta sunt intellecta cõspiciuntur. sempiterna quoq; uirtus eius: & diuinitas.
Et ubi Atheniensibus loquens: cum rem magnã de deo dixisset: & que a paucis posset
intelligi: ꝙ in illo uiuimus: & mouemur: & sumus: adiecit & ait: sicut & uestri quidam
dixerunt. Nouit sane etiam ipsos in quibus errant cauere. Vbi enim dictum est: ꝙ
per ea que facta sunt: deus illis manifestauit intellectu cõspicienda inuisibilia sua: ibi
etiam dictũ est: non illos ipsum deũ recte coluisse. quia & aliis rebus quibus nõ opor/
tebat: diuinos honores: illi uni tantum debitos: detulerunt. quoniã cognoscentes deũ:
non sicut deum glorificauerũt: aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus
suis. & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se sapiẽtes esse: stulti facti
sunt: & ĩmutauerunt gloriã incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis
hominis: & uolucrum: & quadrupedum: & serpentium: ubi & Romanos & Græcos &
Egyptios: qui de sapientie nomine gloriati sunt: fecit intelligi. Sed de hoc cum istis
postmodum disputabimus. In quo aũt nobis consentiunt de uno deo huius uniuer/
sitatis autore: qui non solum super omnia corpora est incorporeus: uerum etiã super
omnes animas incorruptibilis: principium nostrum: lumẽ nostrum: bonum nostrum:
in hoc eos & ceteris anteponimus.

Que sit inter philosophicas artes religiosi excellẽtia Christiani. C. x.

Nec si litteras eorum Xp̄ianus ignorans: uerbis que non didicit in disputatione
non utitˊ: ut uel naturalem Latine: uel physicam Grece appellet eam partem in
qua de inquisitione nature tractatur: & rationalem siue logicam in qua queritˊ quo
nam modo ueritas percipi possit: & moralem uel ethicam in qua de moribus agitur:
bonorumq; finibus appetendis: malorumq; uitandis: ideo nescit ab uno uero deo: atq;
optimo: & naturam nobis esse qua facti ad eius imaginẽ sumus: & doctrinam qua eũ
nosq; nouerimus: & gratiam qua illi coherendo beati sumus. Hec itaq; causa est: cur
istos ceteris preferamus: quia cum alii philosophi ingenia sua studiaq; contriuerint in
requirendis rerum causis: & qui nã esset modus discendi: atq; uiuendi: isti deo cognito
repperũt ubi essent & cause cõstitute uniuersitatis: & lux p̱cipiende ueritatis: & fons
bibende felicitatis. Siue ergo isti Platonici: siue quicunq; alii quarũlibet gẽtium phĩ
de deo ista sentiunt: nobiscum sentiunt. Sed ideo cum Platonicis magis placuit hanc

causam agere: quia eoꝝ sunt littere notiores. Nam & Greci quoꝝ lingua in gentibus preminet: eas magna ꝑdicatione celebrarũt: & Latini permoti earum uel excellentia uel gloria uel gratia: ipsas libentius didicerunt: atq; in nostrum eloquiũ transferendo nobiliores clarioresq; fecerunt.

¶ Vnde Plato eam intelligentiam potuerit acquirere: qua christiane scientie propinquauit. ¶ C.xi.

MIrantur autem quidam nobis in Christi gratia sotiati: cum audiunt: uel legunt: Platonem de deo ista sensisse: que multum congruere ueritati nostre religionis agnoscunt. Vnde nõnulli putauerunt eum quãdo perrexit in Egyptũ Hieremiam audisse Prophetam: uel scripturas propheticas in eadem peregrinatione legisse. quoꝝ quidem opinionem in quibusdam libris meis posui. Sed diligenter computata tempoꝝ ratio: que chronica historia continetur: Platonem indicat a tempore quo ꝓphetauit Hieremias centum ferme annos postea natum fuisse. Qui cum octoginta & unum uixisset: ab anno mortis eius usq; ad tempus quo Ptolemeus Rex Egypti scripturas propheticas gentis Hebreorum de Iudea poposcit: & per septuaginta uiros Hebreos qui etiam Grecam linguam nouerant: interpretandas habendasq; curauit: ãni ferme reperiuntur sexaginta. Quapropter in illa peregrinatione sua Plato nec Hieremiã uidere potuit: tanto ante defunctũ: nec easdẽ scripturas legere: que nondũ fuerant in Grecam linguam translate qua ille pollebat: nisi forte quia fuit acerrimi studii: sicut Egyptias: ita & istas per interpretem didicit. non ut scribendo transferret. quod Ptolemeus pro ingenti benefitio qui regia potestate etiam timeri poterat: meruisse perhibetur. sed ut colloquendo: quid cõtinerent: quãtum capere potuisset: addisceret. Hoc ut existimet̃ illa suadere uident̃ indicia: ꝙ liber geneseos sic incipit. In ꝑncipio fecit deus celum & terram: terra autem erat inuisibilis & incõposita: & tenebre erant super abyssum: & spiritus dei ferebatur super aquas. In Timeo autem Plato quẽ librũ de mundi constitutione conscripsit: deum dicit in illo opere terram primo ignemq; iunxisse. Manifestum est autem ꝙ igni tribuit celi locum. Habet ergo hec sententia quandam illius similitudinem qua dictum est: in principio fecit deus celum & terram. Deinde illa duo media quibus interpositis sibimet hec extrema copularentur: aquam dicit & aerem: unde putatur sic intellexisse quod scriptũ est: spiritus dei ferebat̃ super aquas. Parum quippe attendẽs quo more soleat illa scriptura appellare spiritum dei: quoniã & aer spiritus dicit̃: quattuor opinatus elementa loco illo cõmemorata uideri potest. Deinde ꝙ Plato dicit amatorem dei esse philosophũ: nihil sic illis litteris sacris flagrat: & maxime illud quod & me plurimũ adducit: ut pene assentiar Platonẽ illoꝝ librorum expertum fuisse: qđ cum ad sanctum Moysen ita uerba dei per angelum perferantur: ut querenti quod sit nomẽ eius qui eũ pergere precipiebat ad populum Hebreũ ex Egypto liberandũ: respondeatur. Ego sum: qui sum: & dices filiis israel: qui est: misit me ad uos. tanq̃ in eius cõparatione qui uere est: quia incõmutabilis est: ea que mutabilia facta sunt: non sint. Vehementer hoc Plato tenuit: & diligẽtissime cõmendauit. Et nescio utrum hoc uspiã reperiatur in libris eorũ qui ante Platonem fuerant: nisi ubi dictum est ego sum: qui sum: & dices eis: qui est: misit me ad uos. Sed undecũq; ille ista didicerit: siue precedentiũ eum ueterum libris: siue potius quomodo dicit Apostolus: quia qđ notũ est dei manifestũ est in illis: deus enĩ illis manifestauit: inuisibilia enim eius a cõstitutione mundi: ꝑ ea que facta sunt intellecta cõspiciunt̃: sẽpiterna quoq; eius uirtus & diuinitas nõ ĩmerito me Platonicos philosophos elegisse:

cum quibus agam quod in ista questione quam modo suscepimus agitur de naturali theologia. utrū propter felicitatem: que post mortem futura est: uni deo an pluribus sacra facere oporteat. Nam utrum unus deus an plures propter huius uite sint bona colendi satis ut estimo exposui.

¶Quod etiā platonici licet de uno uero deo bene senserint: multis tamen diis sacra facienda censuerunt. ¶C.xii.

Ideo quippe hos potissimū elegi: quoniā de uno deo qui fecit celum & terram quanto melius senserunt: tanto ceteris gloriosiores illustrioresq; habentur: in tm̄ aliis prelati iuditio posterorū: ut cum Aristoteles Platonis discipulus uir excellentis ingenii et eloquio Platoni quidem impar: sed multos facile superans: cum sectam pipateticam condidisset: q deambulans disputare consueuerat: plurimosq; discipulos preclara fama excellens: uiuo adhuc preceptore in suam heresim congregasset. Post mortē uero Platōis Speusippus sororis eius filius: & Xenocrates dilectus eius discipulus in scholā eius que Academia uocabatur eidem successissent: atq; ob hoc & ipsi & eorū successores Academici appellarentur: recensiores tamen philosophi nobilissimi quibus Plato sectādus placuit: noluerūt se dici Peripoteticos aut Academicos: sed Platōicos. Ex quibus sunt ualde nobilitati Greci: Plotinus: Iamblicus: Porphyrius. In utraq; autem lingua id ē & Greca & Latina Apuleius Afer extitit Platonicus nobilis. Sed hi omnes & ceteri eiusmodi & ipse Plato: diis plurimis esse sacra facienda putauerunt.

¶De scientia Platonis qua definiuit deos non esse nisi bonos: amicosq; uirtutum. ¶C.xiii.

Quanq̄ ergo a nobis & in aliis multis rebus magnisq; dissentiant: in hoc tamen qd̄ modo posui: quia neq; parua res est: & inde nūc questio est: primū ab eis quero quibus diis istum cultum exhibendum arbitrentur: utrū bonis: an malis? an & bonis & malis? Sed de hoc habemus sententiam Platonis dicentis: omnes deos bonos esse: nec esse omnino ullum deorum malum. Consequens est igitur: ut bonis hec exhibenda intelligantur. Tunc enim diis exhibentur: quoniam nec dii erunt si boni non erunt. Hoc si ita est: nam de diis quid aliud decet credere? Illa profecto uacuatur opinio: qua nōnulli putant deos malos sacris placādos esse ne ledant: bonos aūt ut adiuuēt inuocandos. Mali enim nulli sunt dii. bonis porro debitus ut dicunt honor sacrorum est deferendus. Qui sunt ergo illi qui ludos scenicos amant: eosq; diuinis rebus adiungi & suis honoribus flagitant exhiberi: quorū uis non eos indicat nullos: sed iste affectus nimirum indicat malos? Quid enim de ludis scenicis Plato senserit notū est: cū poetas ipsos: q tā indigna deorū maiestate atq; bonitate carmina cōposuerant: cēset ciuitate pellendos. Qui sunt igitur isti dii: qui de scenicis ludis cum ipso Platone contendunt? Ille qppe nō patit̄ deos falsis criminibus infamari: isti eisdē criminibus suos honores celebrari iubent. Deniq; isti cum eosdem ludos instaurari pciperent: poscentes turpia: maligna gesserunt. T. Latino auferentes filium: & immittentes morbum: q eorum abnuisset imperiū. eumq; morbum retrahentes cum iussa cōplesset. Iste autem illos nec tam malos timendos putat: sed suæ sententiæ robur constantissime retinens: omnes poetarum sacrilegas nugas quibus illi per immūdicie sotietatem oblectant̄: a populo bene instituto remouere non dubitat. Hunc autem Platonem quem iam in secundo libro cōmemoraui: inter semideos Labeo ponit. Qui Labeo numina mala uictimis

cruentis atq; huiusmodi supplicationibus placari existimat. bona uero ludis & talibus quasi ad leticiam pertinentibus rebus. Quid est ergo ꝙ semideos Plato: non semideis sed deis & hoc bonis illa oblectamenta quia iudicat turpia tam cõstanter audet auferre: qui sane dii refellunt sententiam Labeonis. nam se in Latino non lasciuos tantum: atq; ludibundos: sed etiam seuos terribilesq; monstrarunt. Exponant ergo nobis ista Platonici qui omnes deos scd̃m autoris sui sententiã bonos & honestos & uirtutibus sapientium esse sotios arbitrantur: aliterq; de ullo deorum sentiri nefas habent.

De opinione eoꝝ qui rationales animas triũ generũ esse dixerunt: i. in diis celestibus: in demonibus aeriis: & in hõibus terrenis. C.xiiii.

EXponimus inquiunt. Attente igitur audiamus. Omnium inquiunt animalium in quibus est anima rationalis tripartita diuisio est. in deos: homines: dæmones. Dii excelsissimũ locum tenent: homines infimũ: demones medium. Nam deorũ sedes in celo est: hominum in terra: in aere demonum. Sicut eis diuersa dignitas est locoꝝ: ita etiam naturarũ. Proinde dii sunt hominibus demonibusq; potiores: homines uero infra deos & demones constituti sunt: ut elementorũ ordine sit differentia meritorũ. Demones igitur medii: quemadmodũ diis quibus inferius habitant postponendi: ita hominibus quibus superius: preferendi sunt. Habent enim cũ diis cõmunem immortalitatem corporum: animorũ autem cum hominibus passiones. Quapropter non est mirum inquiunt si etiam ludorum obscenitatibus & poetarum figmentis delectantur: quando quidem & humanis capiuntur affectibus: a quibus dii longe absunt. & modis omnibus alieni sunt. Ex quo colligitur Platonem poetica detestando & ꝓhibendo figmenta: nõ deos qui omnes boni: & excelsi sunt priuasse ludoꝝ scenicoꝝ uoluptate: sed demones. Hec si ita sunt: que licet apud alios quoq; reperiantur: Apuleius tamen Platonicus Madaurensis de hac re solũ unum scripsit librum: cuius titulũ esse uoluit de deo Socratis: ubi differit & exponit ex quo genere numinũ: numen sibi Socrates habebat adiunctum: & amicicia quadã conciliatũ: a quo perhibetur solitus admoneri: ut desisteret ab agendo: quãdo id quod agere uolebat: prospere nõ fuerat euenturũ. Dicit. n. apertissime & copiosissime asserit: non illũ deum fuisse sed demonem. diligenti disputatione pertractans istã Platonis de deorum sublimitate: & hominũ humilitate: & demonũ medietate sententiã. Hec ergo si ita sunt: quo nam modo ausus est Plato etiã si nõ diis: quos ab omni humana cogitatione semouit: certe ipsis demõibus poetas urbe pellendo auferre theatricas uoluptates? nisi quia hoc pacto admonuit animũ humanum: q̃uis adhuc in his moribundis membris positum: pro splendore honestatis impura iussa demonum cõtemnere: eorũq; immũdiciam detestari? Nam si Plato hec honestissime arguit & ꝓhibuit: profecto demones turpissime poposcerũt: atq; iusserũt. Aut ergo fallitur Apuleius & non ex isto genere numinũ habuit amicum Socrates: aut contra se sentit Plato: modo demones honorando: modo eoꝝ delitias a ciuitate bene morata remouendo: aut non est Socrati amicicia demonis gratulanda: de qua usq; adeo & ipse Apuleius non erubuit: ut de deo Socratis prenotaret librum: quem scd̃m suam disputationẽ qua deos a demonibus tam diligenter copioseq; discernit: nõ appellare de deo: sed de demone Socratis debuit. Maluit aũt hoc in ipsa disputatiõe q̃m in titulo libri ponere. Ita enim per sanam doctrinam que humanis rebus illuxit: omnes uel pene omnes demonum nomen exhorrent: ut quisquis ante disputationẽ Apuleii qua demonum dignitas cõmendatur: titulũ libri de demone Socratis legeret:

nequaq̄ illum hominē sanum fuisse sentiret. Quid autem etiam ipse Apuleius qđ in demonibus laudaret inuenit: preter subtilitatem & firmitatē corpoꝝ: & habitationis altiorem locū? Nam de moribus eorum cum de omnibus generaliter loqueretur: nō solum nihil boni dixit: sed etiam plurimū mali. Denique lecto illo libro: prorsus nemo miratur eos etiam scenicam turpitudinē in rebus diuinis habere uoluisse: & cum deos se putari uelint deorum criminibus oblectari potuisse. & quicquid in eoꝝ sacris obscena sollēnitate seu turpi crudelitate uel ridetur: uel horretur eoꝝ affectibus conuenire.

¶ Quod neque propter aeria corpora: neque propter superiora habitacula: demones hominibus antecellunt. ¶ C.xv.

Quamobrem absit ut ista cōsiderans animus ueraciter religiosus & uero deo subditus: ideo arbitretur demones seipso esse meliores: quod habeāt corpora meliora. Alioquin multas sibi & bestias prelaturus est: que nos & acrimonia sensuum: & motu facillimo: atque celerrimo: & ualentia uirium: & ānosissima firmitate corporū uincunt. Quis hominum uidendo equabitur aquilis & uulturibus? Quis odorando canibus? Quis uelocitate leporibus: ceruis: omnibus auibus? Quis multum ualendo leonibus & elephantibus? Quis diu uiuendo serpentibus: qui etiam deposita tunica senectutem deponere atque in iuuentutem redire perhibentur? Sed sicut his omnibus ratiocinādo & intelligendo meliores sumus: ita etiā demonibus bene & honeste uiuēdo meliores esse debemus. Ob hoc enim & prouidentia diuina eis quibus nos cōstat esse potiores: data sunt quedam potiora corporum munera: ut illud quo eis preminemus: etiam isto modo nobis commendaretur multo maiore cura excolendum esse: quam corpus: ipsamque excellentiam corporalem quam demones habere nossemus: pre bonitate uite qua illis anteponimur: contemnere disceremus: habituri & nos immortalitatē corporum: nō quam suppliciorum eternitas torqueat: sed quam puritas precedat animorum. Iam uero de loci altitudine: quod demones in aere nos autē habitamus in terra: ita promoueri ut hinc eos nobis esse preponendos existimemus: omnino ridiculū est. Hoc. n. pacto nobis & omnia uolatilia preponimus. At enim uolatilia cum uolando fatigātur: uel reficiendum alimentis corpus habent: terram repetunt. uel ad requiem: uel ad pastū: qđ demones inquiūt: non faciūt. Nunquid ergo placet eis ut uolatilia nobis: demōes autem etiam uolatilibus antecellant. Quod si dementissimum est opinari: nihil est qđ de habitatione superioris elementi dignos esse demones existimemus: quibus nos religionis affectu subdere debeamus. Sicut enī fieri potuit: ut aeree uolucres terrestribus nobis nō solum non preferantur: uerum etiam subiiciātur propter rationalis anime: que in nobis est dignitatē: ita fieri potuit ut demones quāuis magis aerei sint terrestribus nobis: non ideo meliores sint: quia est aer quam terra superior: sed ideo eis homines preferendi sunt: quoniā spei pioꝝ hominum nequaq̄ illorum desperatio cōparanda est. Nam & illa ratio Platonis quā elemēta quattuor proportione contexit atque ordinat: ita duobus extremis: igni nobilissimo & terre immobili media duo aerem & aquam interserens: ut quanto aer est aquis: & aere ignis: tanto & aque superiores sint terris: satis nos admonet animalium merita non pro elementoꝝ gradibus estimare. Et ipse quippe Apuleius cum ceteris terrestre animal hominē dicit. qui tamē lōge preponitē animalibus aquatilibus: cū ipsas aquas terris preponat Plato. ut intelligamus nō eundē ordinem tenendum cum agitur de meritis animarū: qui uidetur ordo esse in gradibus corporū. sed fieri posse ut inferius corpus anima melior inhabitet: deteriorque superius.

Quid de moribus demonū Apuleius Platonicus senserit. C.xvi.

DE moribus ergo demonum cum idem Platonicus loqueretur: dixit eos eisdem quibus homines animi pturbationibus agitari: irritari iniuriis: obsequiis donisq; placari: gaudere honoribus: diuersis sacrorū ritibus oblectari: & in eis si qd neglectū fuerit: commoueri: Inter cetera etiam dicit ad eos pertinere diuinationes augurum: aruspicum: uatum: atq; somniorum. ab his quoq; esse miracula Magorum. Breuiter autē eos diffiniens ait. Demones eē genere animalia: animo passiua: mēte rationalia: corpore aerea: tempore æterna. Horum uero quinq; tria priora illis esse que nobis: quartum proprium: quintum eos cum diis habere cōmune. Sed uideo triū superiorū que nobiscum habent: duo etiam cum diis habere. Animalia quippe esse dicit & deos: sua cuiq; elementa distribuens: In terrestribus animalibus nos posuit: cum ceteris: que in terra uiuunt. & sentiūt. In aquatilibus pisces & alia natatilia. In aereis demones. In ethereis deos. Ac per hoc ꝙ demones genere sunt animalia: non solū eis cū hominibus uerum etiam cum diis pecoribusq; cōmune est: ꝙ mente rationalia cum diis & hominibus: ꝙ tempore eterna cū diis solis: ꝙ animo passiua cū hominibus solis: ꝙ corpore aerea ipsi sunt soli. Proinde ꝙ genere sunt animalia non est magnum: quia hoc sunt & pecora: ꝙ mente rationalia non est supra nos: quia sumus & nos: ꝙ tēpore eterna: quid boni est si non beata? Melior est enim temporalis felicitas: q̃ misera eternitas. ꝙ animo passiua: quomodo supra nos est: quando & nos hoc sumus: nec ita esset nisi miseri essemus? Quod corpore aerea quanti extimandum est: cū omni corpori preferatur animæ qualiscunq; natura? Et ideo religionis cultus qui debetur ex animo nequaq̃ debetur ei rei: que animo est inferior. Porro si inter illa que dæmonum esse dicit annumeraret uirtutem: sapientiam: felicitatem: & hec eos diceret habere cum diis eterna atq; cōmunia: profecto aliquid diceret exoptandum magniq; pendendum. nec sic eos tamen propter hec tanq̃ deum colere deberemus. sed potius ipsū a quo hec illos accepisse nossemus. Quanto minus nūc honore diuino aerea digna sūt animalia: ad hoc rationalia: ut misera esse possint: ad hoc passiua ut misera sint: ad hoc eterna ut miseriam suam finire non possint? Quapropter ut omittam cætera & hoc solum pertractem ꝙ nobiscum dæmones dixit habere commune: id est animi passiones: si omnia quattuor elementa suis animalibus plena sunt: immortalibus ignis & aer: mortalibus aqua & terra: quero cur animi demonum passionū turbelis: & tempestatibus agitentur. Perturbatio enim est que grece pathos dicit̃: unde illa uoluit uocare animo passiua: quia uerbum de uerbo pathos passio diceretur: motus animi contra rationem. Cur ergo sunt ista in animis demonū: que in pecoribus non sunt? Quoniā siquid in perore simile apparet: non est perturbatio: quia non est contra rationem qua pecora carent. In hominibus autem ut sint iste perturbatiōes: facit hoc stulticia aut miseria. nondum enim sumus in illa perfectione sapientie beati: que nobis ab hac mortalitate liberatis in fine promittitur. Deos uero ideo dicunt istas perturbationes non perpeti: quia non solum eterni uerum etiam beati sunt. Easdem quippe animas rationales etiam ipsos habere perhibent: sed ab omni labe ac peste purissimas. Quamobrem si propterea dii nō perturbantur ꝙ animalia sunt beata: nō misera: & ꝑpterea pecora nō perturbant̃: ꝙ animalia sunt que nec beata possunt esse nec misera: restat ut demones sicut homines ideo perturbentur: ꝙ animalia sunt non beata: sed misera.

An dignū sit eos spūs ab hoīe coli: a quoꝝ uitiis etiā oporteat liberari C.xvii.

QVa igitur insipientia: uel potius amentia: per aliquam religionem dæmonibus subduntur: cũ per ueram religionem ab ea uitiositate in qua illis sumus similes liberemur? Cum enim demones q͞d & iste Apuleius: q̃uis ei plurimũ parcat: & diuinis honoribus dignos censeat: tamen cogitur confiteri ut ira instigentur: nobis uera religio precipit ne ira instigemur: sed ei potius resistamus. Cum demõ es donis inuitent: nobis uera religio precipit ne cuiq̃ donorum acceptione faueamus. Cum dæmones honoribus mulceant: nobis uera religio precipit: ut talibus nullo modo moueamur. Cum demones quorundã hominum osores quorundam amatores sint: non prudenti tranquilloq; iudicio: sed ut ipse animo appellat passiuo: ipsa nobis uera religio p̄cipit ut inimicos nostros etiam diligamus. Postremo omnem motũ cordis: & salum mentis: omnesq; turbelas & tempestates animi quibus demones estuare atq; fluctuare asserit. nos uero religio deponere iubet. Que igitur causa ẽ nisi stulticia errorq; miserabilis: ut ei te facias uenerando humilem: cui te cupias uiuẽdo dissimilem: & religione colas quem imitari nolis: cum religionis summa sit imitari quem colis?

¶Qualis sit religio: in qua docet̃ ꝙ homines ut cõmendentur diis bonis demonibus uti debeant aduocatis. ¶C.xviii.

FRustra igitur eis Apuleius: & quicunq; ita sentiunt hunc detulit honorem: sic eos in aere medios inter ethereum celum terramq; cõstituens: ut quoniã nullus deus miscetur homini quod Platonem dixisse perhibent: isti ad deos perferant preces hominum: & inde ad homines impetrata quæ poscunt. Indignum enim putauerunt qui ista crediderunt: misceri homines diis: & deos hominibus. dignum autem misceri demones & diis & hominibus. hinc petita qui assignẽt: inde concessa qui apportent. ut uidelicet homo castus & ab artium magicarũ sceleribus alienus: eos patronos adhibeat per quos illum dii exaudiant: qui hec amant: que ille non amando fit dignior: quem facilius & libentius exaudire debeant. Amant quippe illi scenicas turpitudines quas nõ amat pudicicia. Amant in maleficiis magorum mille nocendi artes: quas non amat innocentia. Ergo & pudicicia & innocentia si quid a diis impetrare uoluerit: nec poterit suis meritis nisi suis interuenientibus inimicis: non est ꝙ ista poetica figmenta & theatrica ludibria iustificare conetur. Habemus contra ista magistrum eoꝝ & tante apud eos autoritatis Platonem: si pudor humanus ita de se male meretur: ut non solum diligat turpia: uerum etiam diuinitati existimet grata.

¶De ĩpietate artis Magice que patrocinio utit̃ spirituũ malignoꝝ. ¶C.xix.

POrro aduersus: magicas artes: de quibus quosdam nimis infelices & nimis impios etiam gloriari libet in nomine demonum: ipsam publicam lucem testem citabo. Cur enim tam grauiter ista plectuntur seueritate legum: si opera sunt numinum colendorum? An forte istas leges Christiani instituerunt: quibus artes magice puniunt̃: secundũ quem alium sensum. nisi ꝙ hec maleficia genere humano perniciosa esse non dubium est? Ait poeta clarissimus.

Testor cara deos: & te germana: tuumq;.
Dulce caput: magicas inuitam accingier artes.
Illud etiam quod alio loco de his artibus dicit.
Atq; satas alio uidi traducere messes.

Eo ꝙ hac pestifera scelerataq; doctrina: fructus alieni ĩ alias terras trãsferri ꝓhibent: nonne in duodecim tabulis id est Romanoꝝ antiquissimis legibus Cicero cõmemorat esse conscriptum: & ei qui hoc fecerit supplitium constitutũ? Postremo ipse Apuleius nũquid apud iudices Christianos de magicis artibus accusatus est? Quas utiq; sibi ob/iectas si diuinas & pias esse nouerat: & diuinarum potestatum operibus congruas: nõ solum eas confiteri debuit: sed etiam profiteri: leges culpans potius quibus hec pro/hiberentur & damnanda putarentur: quæ haberi miranda & ueneranda oporteret. Ita enim uel sententiam suam persuaderet iudicibus: uel si illi secundũ iniquas leges saperent: eumq; talia predicantem atq; laudantẽ morte multarẽt: digna anime illius demones dona reprehenderent. pro quorum diuinis operibus predicandis humanam uitam sibi adimi non timerent. Sicut martyres nostri cum eis pro crimine obiceretur Christiana religio: qua nouerant se fieri saluos & gloriosissimos in eternum: non eam negando temporales pænas euadere delegerunt: sed potius confitendo: profitendo: predicando: & pro hac omnia fideliter fortiterq; tolerando: & cum pia securitate mo/riendo: leges quibus prohibebãtur erubescere compulerunt: mutariq; fecerunt. Huius autem philosophi Platonici copiosissima & disertissima extat oratio: qua crimẽ artiũ magicarum a se alienum esse defendit: seq; aliter non uult innocentem uideri: nisi ea negando que non possunt ab innocente cõmitti. At omnia miracula magorum quos recte sentit esse damnandos: doctrinis fiunt & operibus dæmonum: quos uiderit cur censeat honorandos esse: necessarios eos asserens perferendis ad deos nostris precibus: quorum debemus opera deuitare si ad deum uerum preces nostras uolumus peruenire. Deinde quero quales preces hominũ diis bonis per demones allegari putat: magicas: an licitas? Si magicas nolunt tales: si licitas: nolunt per tales. Si aũt peccator penitẽs preces fundit: maxime si aliquid magicum admisit: ita ne tandem illis intercedentibus accipit ueniam: quibus impellentibus aut fauentibus se cecidisse plangit in culpam? An & ipsi demones ut possint penitentibus mereri indulgentiam: priores agũt: ꝙ eos deceperint: penitentiã? Hec nemo unq̃ de demonibus dixit. Quia si ita esset: nequaq̃ sibi auderent diuinos honores expetere: qui penitendo desiderarent ad gratiam uenie peruenire. Ibi enim est detestanda superbia: hic humilitas miseranda.

An credendum sit ꝙ dii boni libentius demonibus q̃ hominibus misceantur. C.xx.

At enim urgens causa & artissima cogit demones medios inter deos & homines agere: ut ab hominibus auferant desiderata: & ad eos referant impetrata. Quæ nam tandem causa est ista: & quanta necessitas? Quia nullus deus inquiunt miscetur homini. Preclara igitur sanctitas dei: que nõ miscetur homini penitenti supplicanti: & miscetur demoni erroganti. Non miscetur homini confugienti ad diuinitatem: & miscetur demoni fingenti diuinitatẽ. Non miscetur homini petenti indulgentiam: & miscetur demoni suadenti nequiciam. Nõ miscetur homini per philosophicos libros poetas de bene instituta ciuitate pellenti: & miscetur demoni a principibus & ponti/ficibus ciuitatis per scenicos ludos poetarum ludibria requirenti. Non miscet̃ homini deorum crimina fingere prohibenti: & miscetur dæmoni se falsis deorum criminibus oblectanti. Non miscetur homini magorum scelera iustis legibus punienti: & miscet̃ demoni magicas artes docenti & implenti. Non miscetur homini imitationẽ demonũ fugienti. & miscetur demoni deceptionem hominis aucupanti. Sed nimirum tantæ

huius absurditatis & indignitatis ẽ magna necessitas: q scilicet deos ethereos humana curantes quid terrestres homines agerent utiq; lateret: nisi demones aerei nuntiarẽt: quoniam æther longe a terra est alteq; suspensus: aer uero etheri terreq; contiguus. O mirabilem sapientiam. Quid aliud de diis istis sentiunt: quos omnes optimos uolũt: nisi eos & humana curare: ne cultu uideantur indigni: & propter elementorum distan/tiam humana nescire: ut credantur demones necessarii: & ob hoc etiam ipsi putentur colendi: per quos dii possint & quid in rebus humanis agatur addiscere: & ubi oportet hominibus subuenire. Hoc si ita est: diis istis bonis magis notus est demon p corpus uicinum: q̃ homo per animũ bonum. O multũ dolenda necessitas: an potius irridẽda uel detestanda uanitas: ne sit uana diuinitas. Si enim animo ab obstaculo corporis libero animum nostrum dii uidere possunt: non ad hoc demonibus indigent nuntiis. Si autem animorũ indicia corporalia: qualia sunt uultus: locutio: motus: per corpus suum ætherei dii sentiunt: & inde colligunt quid etiam dæmones nuntient: possunt & mendaciis dæmonum decipi. Porro si deorum diuinitas a dæmonibus falli non potest: ab eadem diuinitate quod agimus: non potest ignorari.

An demonibus nuntiis & interpretibus dii utantur: falliq; se ab eis aut ignorent: aut uelint. C.xxi.

Vellem autem mihi isti dicerent: utrum diis demones nuntiauerint de criminibus deorum poetica Platoni displicere figmenta: & sibi ea placere celauerint: an utrunq; occultauerint: deosq; esse maluerint totius rei huius ignaros: an utrunq; indicauerint: & religiosam erga deos Platonis prudentiam: & in deos iniuriosam libidinem suam: an sententiã quidem Platonis qua noluit deos per impiam licentiam poetarum falsis criminibus infamari: ignotam diis esse uoluerint: suam uero nequiciam qua ludos scenicos amant: quibus illa deorum dedecora celebrantur: prodere non erubuerint: uel timuerint. Horum quattuor que interrogando proposui quodlibet eligant: & in quolibet eorum quantum mali de diis bonis opinentur: attendant. Si enim primum elegerint: confessuri sunt non licuisse diis bonis habitare cum bono Platone: quando eorum iniurias prohibebat: & habitasse cum demonibus malis: quando eorum iniuriis exultabant: cum dii boni hominem bonum longe a se positũ non: nisi per malos dæmones nossent: quos sibi uicinos nosse non possent. Si autem secundum elegerint: & utrunq; occultatũ a demonibus dixerint: ut dii omnino nes/cirent & Platonis religiosissimam legem: & demonum sacrilegam delectationem: quid in rebus humanis per internuntios dæmones dii nosse utiliter possunt: quando illa nesciunt: que in honorem deorum bonorũ per religionem bonorum hominũ contra libidinem malorum demonum decernuntur? Si uero tertium elegerint: & non solum sententiam Platonis deorum iniurias prohibentem: sed etiam demonum nequiciam deorum iniuriis exultantem: per eosdem demones nuntios diis innotuisse respõderint: et hoc nuntiare est an insultare? Et dii utrunq; sic audiunt: sic utrunq; cognoscunt: ut non solum malignos demones deorum dignitati & Platonis religioni contraria cu/pientes atq; facientes: a suo accessu non arceant: sed etiam per illos malos propinquos Platoni bono longinquo dona transmittant. Sic enim eos elementorũ quasi cathena series colligauit: ut illis a quibus criminãtur: coniungi possint: huic a quo defendunt: non possint. utrunq; scientes: sed aeris & terre pondera transmutare non ualentes. Iã qđ reliquum est: si quartum elegerint: peius est ceteris. Quis enim ferat si poetarum de

diis immortalibus criminosa figmenta: & theatrorum indigna ludibria: suamq; in his
omnibus ardentissimam cupiditatem: & suauissimam uoluptatem diis demones nútia/
uerunt: & q Plato philosophica grauitate de optima republica hæc omnia censuit
remouenda tacuerunt: ut iam dii boni per tales nuntios nosse cogantur mala pessi/
morũ: nec aliena sed eorundẽ nuntiorũ: atq; his contraria non sinantur nosse bona
philosophorum: cum illa sint in iniuriam: ista in bonorem ipsorum deorum.

De abiiciendo cultu demonũ contra Apuleium. C. xxii.

QVia igitur nihil istorum quattuor eligendum est: ne in quolibet eorum de diis
tam male sentiatur: restat ut nullo modo credendũ sit: qđ Apuleius persuadere
nititur: Et quicunq; alii philosophi sunt eiusdem sententie: ita esse medios dæmones
inter deos & homines: tanq̃m internuntios & interpretes qui hinc ferant petitiones
nostras: inde referant res a nobis petitas: sed esse spiritus nocẽdi cupidissimos: a iusticia
penitus alienos: superbia timidos: inuidentia liuidos: fallacia callidos. qui in hoc quidẽ
aere habitant: quia de celi superioris sublimitate deiecti: merito irregressibilis trans/
gressionis in hoc sibi congruo uelut carcere predamnati sunt. Nec tamen quia supra
terram & aquas aeri locus est: ideo & ipsi sunt meritis superiores hominibus: qui eos
nó corpore: sed electo in auxilium deo uero pia mente facillime superant: sed multis
plane participatione uere religionis indignis tanq̃m captis subditisq; dominantur.
quorum maxime parti mirabilibus & fallacibus signis siue factorum siue prædica/
torum: deos se esse persuaserunt. Quibusdam uero uitia eorum attentius & diligentius
intuentibus: non potuerunt persuadere qđ dii sint: atq; ideo inter deos & homines
internuntios ac benefitiorum interpretatores se esse finxerunt. Si tamen non istum
saltem honorem homines eis deferendum putarunt: qui illos nec deos esse credebant:
quia malos uidebant. Deos autem omnes bonos uolebant: nec audebant tamen om/
nino indignos dicere honore diuino: maxime ne offenderent populos a quibus eis
cernebant inueterata superstitione per tot sacra & templa seruiri.

Quid Hermes Trimegistus de Idolatria sẽserit. & unde scire potuerit superstitiones ægyptias auferendas. & quo modo parentum suorum sit confessus errorem quem tamen doluerit destruendum. C. xxiii.

NAm diuersa de illis Hermes Egyptius quẽ Trimegistũ uocant scripsit & sensit.
Apuleius quidem deos illos negat. sed cum dicit ita inter homines deosq; quadam
medietate uersari: ut hominibus apud ipsos deos necessarii uideantur: cultum eorũ a
supernorum deorum religione non separat. Ille autem Egyptius alios dicit a summo
deo factos: alios ab hominibus. Hoc qui audit sicut a me positum est: putat dici de
simulacris quia opera sunt manuum hominum. At ille uisibilia & contrectabilia
simulacra uelut corpora deorum esse asserit. inesse autem his quosdam spiritus in/
uitatos: qui ualeant aliquid siue ad nocendum: siue ad desideria eorum nonnulla
complẽda: a quibus eis diuini honores & cultus obsequia deferunť. Hos ergo spiritus
inuisibiles per artem quandam uisibilibus rebus corporalis materie copulare: ut sint
quasi animata corpora illis spiritibus dicata: & subdita simulacra: hoc esse dicit deos
facere: eamq; magnam & mirabilem deos faciẽdi accepisse hominis potestatem. Huius
Egyptii uerba sicut in nostram linguam interpretata sunt ponamus. Et quoniam

de cognatione inquit & consortio hominū deorumq; nobis indicitur sermo: potestatē
hominis o Asclepi: uimq; cognosce. Dominus inquit & pater: uel quod ē summū: deus:
ut effector est deorū celestiū: ita homo factor est deorū qui in templis sunt: hūana
proximitate contenti. Et paulopost. Ita humanitas inquit semper memor nature
& originis sue: in illa diuinitatis imitatione perseuerat: ut sicuti pater ac dominus ut
sui similes essent deos facit eternos: ita humanitas deos suos ex sui uultus similitudine
figuraret. Hic cū Asclepius: ad quē maxime loquebat᷑: ei respondisset: atq; dixisset.
Statuas dicis o Trimegiste? Tum uero ille: statuas inquit o Asclepi uates. quatenus
tuipse diffidas. statuas animatas sensu & spiritu plenas: tātaq; facietes & talia: statuas
futuroꝝ prescias: ea que forte uates omnis ignoret in multis & uariis rebus predicentes:
imbecillitates hominibus facientes: easq; curantes: tristiciam leticiāq; pro meritis. An
ignoras o Asclepi ꝙ Egyptus imago sit celi: aut ꝙ est uerius translatio aut descēsio
omnium que gubernant᷑: atq; exercent᷑ in celo: ac si dicendū est uerius: terra nostra
mundi totius est templum? Et tamen qm̄ prescire omnia prudentem decet: illud uos
ignorare fas non est: futurū tempus est: cum appareat ægyptios incassum pia mente
diuinitati sedulam religionem seruasse. ¶ Deinde multis uerbis Hermes hunc locum
exequitur. in quo uidetur hoc tempus predicere: quo Christiana religio quanto est
ueracior atq; sanctior: tāto uehementius & liberius cūcta fallacia figmēta subuertit.
ut gratia uerissimi Saluatoris liberet hominem ab iis diis: quos facit homo: & ei deo
subdat: a quo factus est homo. Sed cum Hermes ista predicit: uelut amicus eisdem lu/
dificationibus demonū loquitur: nec Xp̄ianum nomen euidenter exprimit. sed tanq̄
ea tollerentur atq; delerentur: quorum obseruatione celestis similitudo custodiretur
in Egypto: ita hec futura deplorans: luctuosa quodammodo predicatione testatur.
Erat enim de iis de quibus dicit Apostolus: ꝙ cognoscentes deū non sicut deū glori/
ficauerunt: aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis: & obscuratum
est insipiens cor eoꝝ. dicentes enim se esse sapientes: stulti facti sunt. Et īmutauerunt
gloriam incorruptibilis dei: in similitudinē imaginis corruptibilis hominis. & cetera que
cōmemorare longū est. Multa quippe talia dicit de uno uero deo: fabricatore mūdi:
qualia ueritas habet. Et nescio quō illa obscuratione cordis ad ista delabitur: ut diis
quos confitetur ab hominibus fieri semper uelit homines subdi: & hec futuro tēpore
plangat auferri. quasi quicq̄ sit infelicius homine cui sua figmenta dominantur. cū
sit facilius fieri deos colendo quos fecit: ne ipse sit homo: q̄ ut per eius cultum dii esse
possint: quos fecit homo. Citius enim fit ut homo in honore positus pecoribus non
intelligens comparetur: q̄ ut operi dei ad eius imaginē facto: id est ipsi homini opus
hominis preferatur. Quapropter merito homo deficit ab illo: qui eum fecit: cum sibi
preficit ipse: qđ fecit. Hec uana: deceptoria: perniciosa: sacrilega: Hermes Egyptius
quia tempus quo auferrentur uenturum sciebat: dolebat: sed tam impudenter dolebat:
q̄ imprudenter sciebat. Non enī hoc ei reuelauerat spiritus sanctus: sicut Prophetis
sanctis: qui hec preuidentes cū exultatione dicebant. Si faciet homo deos: & ecce ipi
non sunt dii. Et in alio loco. Erit in illo die dicit dominus. Exterminabo nomina
simulacrorū a terra: & non erit eorum memoria. Proprie uero de Egypto quod ad
hanc rem attinet ita sanctus Esaias prophetat. Et mouebuntur manufacta Egypti
a facie eius: & cor eorum uincietur in eis. & cetera huiusmodi. Ex quo genere & illi
erant: qui uenturum qđ sciebant: uenisse gaudebant. qualis Simeon: qualis Anna: qui
mox natū Iesum: qualis Elisabet que etiā conceptū in spiritu agnouit: qualis Petrus
reuelante patre dicens: Tu es Xp̄us filius dei uiui. Huic autem Egyptio illi spiritus

indicauerant future tempora perditionis sue: qui etiam presenti in carne trementes
domino dixerunt. Quid uenisti ante tempus perdere nos? Siue quia subitum illis fuit
quod futurum quidem sed tardius opinabant̃: siue quia perditionē suam hanc ipsam
dicebant: qua fiebat ut cogniti spernerent̃. Et hoc erat ante tempus id ē ante tempus
iudicii: quo eterna dānatione puniendi sunt cum omnibus etiam hominibus: qui eoꝝ
sotietate detinentur: sicut religio loquitur quæ nec fallit nec fallitur: non sicuti iste
quasi omni uento doctrine hinc atq; inde perflatus: & falsis uera permiscens dolet q̃si
perituram religionē: quem postea confitetur errorem. Post multa enim ad hoc ipm̄
redit: ut iterum dicat de diis quos homines fecerunt ita loquens. ¶ Sed iam de talibus
sint satis dicta talia. Iterum inquit ad hominē rationemq; redeamus: ex quo diuino
dono homo animal dictum est rationale. Minus enim miranda & si miranda sūt que
de homine dicta sunt. omnium enim mirabilium uicit admirationē: ꝙ homo diuinā
potuit inuenire naturam: eāq; efficere. ¶ Quoniā ergo proaui nostri multū errabāt
circa deoꝝ rationem increduli: & non animaduertens ad cultum religionemq; diuinā:
inuenerunt artem qua efficerent deos. Cui inuente adiunxerunt uirtutem de mundi
natura conuenientem: eamq; miscentes qm̄ animas facere non potuerunt: euocantes
animas demonum uel angeloꝝ eas indiderunt imaginibus sanctis diuinisq; mysteriis:
per quas idola & benefaciēdi & male uires habere potuissent. ¶ Nescio utrum sic cō/
fiterentur ipsi demones adiurati: quō iste cōfessus est. Quoniam inquit proaui nostri
multū errabant circa deorum rationem increduli: & non animaduertentes ad cultum
religionemq; diuinam: inuenerunt artem: qua efficerent deo. Nunquid saltē medio/
criter eos dixit errasse ut hanc artē inuenirent faciendi deos: aut cōtentus fuit dicere
errabāt: nisi adderet: & diceret multū errabant? Iste ergo multus error & incredulitas
non animaduertentiū ad cultum religionemq; diuinam: inuenit artem qua efficeret
deos. Et tamen ꝙ multus error & incredulitas. & a cultu ac religione diuina auersio
animi inuenit ut homo arte faceret deos: hoc dolet uir sapiens tanq̃ religionē diuinā
uenturo certe tempore auferri. Vide si non & diuinans maiorum suorum errorem
preteritum prodere: & etiam diabolicam penam demonum futuram dolere cōpellit̃.
Si enim proaui eoꝝ multum errando circa deoꝝ rationem: incredulitate & auersione
animi a cultu ac religione diuina inuenerunt artem: qua deos efficerent: quid mirum
si hec ars detestanda quicq̃d facit auersa religione diuina: auferet̃ a religione diuina:
cū ueritas emendet errorē: fides redarguat incredulitatē cōuersio corrigat auersionē?
Si enim tacitis causis dixisset proauos suos inuenisse artem qua deos facerent: nostrū
fuit utiq; siquid rectum piumq; saperemus attendere & uidere nequaq̃m illos ad hanc
artem peruenturos fuisse: qua homo deos facit: si a ueritate non aberrarent: si ea que
deo digna sunt crederent: si animum aduerterent ad cultum religionemq; diuinam.
Et tamen si causas artis huius nos diceremus multū errorem hominū: & incredulitatē:
& animi errantis atq; infidelis a diuina religione auersionem: utcunq; ferenda esset
impudentia resistentium ueritati. Cum uero idem ipse qui potestatem huius artis sup
omnia cetera miratur in homine: qua illos deos facere cōcessum est: & dolet uenturū
esse tempus: quo hec omnia deorum figmenta ab hominibus istituta etiam legibus iu/
beantur auferri: confitetur tamen atq; exprimit causas: quare ad ista peruentum sit
dicens: proauos suos multo errore: & incredulitate & animū non aduertendo ad cultū
religionemq; diuinam: inuenisse hanc artem qua facerent deos. Nos quid oportet
dicere: uel potius quid agere: nisi quantas possumus gratias domino deo nostro qui
hec contrariis causis: q̃ instituta sunt abstulit. Nam quod instituit multitudo erroris

abstulit illa ueritatis. quod instituit incredulitas: abstulit fides. quod instituit a cultu
diuine religionis auersio: abstulit ad unum uerum deum sanctumq; conuersio. Nec
in sola Egypto: quam solam in isto plangit demonum spiritus: sed in omni terra qua
cantatur domino canticũ nouum: sicut uere sacre & uere prophetice littere prenun/
tiauerunt: ubi scriptum est. Cantate domino canticũ nouum: cantate domino omnis
terra. Titulus quippe psalmi huius est: quando domus edificabat̃ post captiuitatem.
Edificatur enim domus domini ciuitas dei: que est sancta ecclesia in omni terra: post
eam captiuitatem qua illos homines de quibus credentibus in deum tanq̃ lapidibus
uiuis domus edificat̃: captos demonia: possidebant. Neq;.n. quia homo deos faciebat
ideo non ab eis possidebatur ipse: qui fecerat: quando in eorum societatem colendo
traducebatur. Sotietatem dico non idolorum stolidorũ: sed uersutorum demoniorum.
Nam quid sunt idola: nisi quod eadem scriptura dicit oculos habent: & nõ uidebunt:
& quicquid tale de materiis licet a fabro effigiatis: tamen uita sensuq; carentibus di/
cendum fuit? Sed immũdi spiritus eisdẽ simulacris arte illa nefaria colligati: cultorũ
suorum animas in suam sotietatem redigẽdo miserabiliter captiuauerant. Vnde dicit
Apostolus: Scimus quia nihil est idolum: sed que sacrificant gentes demoniis imolant:
& non deo. nolo uos sotios fieri demoniorũ. Post hanc ergo captiuitatem qua hoĩes
a malignis demonibus tenebantur: dei domus edificatur in omni terra: unde titulum
ille psalmus accepit ubi dicitur. Cantate domino & benedicite nomen eius. Cantate
domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Cãtate domino & benedicite
nomen eius: bene nuntiate diem ex die salutare eius. Annuntiate in gentibus gloriam
eius: in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis
terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dii gentium demonia: dominus autẽ
celos fecit. Qui ergo doluit uenturum fuisse tempus quo auferretur cultus idolorum:
& in eos qui colerent dominatio demoniorum malo spiritu instigatus semp uolebat
istam captiuitatẽ manere: qua transacta psalmus canit edificari domũ in om̃i terra.
Prenuntiabat illa Hermes dolendo: prenuntiabat hec propheta gaudendo. Et quia
spiritus dictor est: qui hec per sanctos prophetas canebat: etiam Hermes ipse ea que
nolebat & dolebat auferri: non a prudentibus & fidelibus & religiosis: sed ab erran/
tibus & incredulis: & a cultu diuine religionis auersis esse instituta miris modis coactus
est confiteri. Qui q̃uis eos appellet deos: tamen cum dicit a talibus hominibus factos
quales ẽẽ utiq; non debemus: uelit nolit ostendit colendos nõ esse ab eis: qui tales nõ
sunt: quales fuerunt a quibus facti sunt: hoc est a prudentibus. fidelibus: religiosisq;:
simul etiam demonstrans: ipsos homines qui eos fecerunt: sibimet importasse: ut eos
haberent deos: qui dii non erant. Verum est quippe illud propheticũ. si facit homo
deos: & ecce ipsi non sunt dii. Deos ergo tales: talium deos: arte factos a talibus: cum
appellasset Hermes: id est idolis dæmones per artem nescioquã cupiditatum suarum
uinculis illigatos: cum appellaret factos ab hominibus deos: non tamẽ eis dedit quod
platonicus Apuleius unde iam satis diximus: & q̃ sit inconueniens absurdumq; mon/
strauimus: ut ipsi essent interpretes & intercessores inter deos: quos fecit deus: & hoĩes
quos idem ipse fecit deus: hinc afferentes uota: inde munera referentes. Nimis enim
stultum est credere: deos quos fecerunt homines: plus ualere apud deos quos fecit deus:
q̃ ualent ipsi homines quos idem ipse fecit deus. Dæmon quippe simulacro arte impia
colligatus: ab homine factus est deus: sed tali homine: non omni homine. Qualis est
ergo iste deus quem non faceret homo nisi errans & incredulus: & auersus a uero deo?
Porro si demones qui coluntur in templis per artem nescioquã: imaginibus inditi hoc

est uisibilibus simulacris: ab eis hoībus qui hac arte fecerunt deos: aberrarent auersiq; essent a cultu & religione diuina: non sunt internuntii nec interpretes inter homines & deos: & propter suos pessimos ac turpissimos mores ipsi etiam homines quanuis er/rantes & increduli & auersi a cultu ac religione diuina: tamen eis sine dubio meliores sunt quos deos ipsi arte fecerunt: restat ut quod possunt tanq̃m demones possint: uel quasi benefitia prestando magis nocentes: quia magis decipientes: uel aperte male faciendo. Nec tamen quodlibet horum nisi quando & quantum permittuntur alta & secreta dei prouidentia: non autem tanq̃ medii inter homines & deos: per amiciciam deorum multum apud homines ualeant. Hi enim diis bonis quos sanctos angelos uocamus: rationalesq; creaturas sancte celestis habitationis: siue sedes: siue domina/tiones: siue principatus: siue potestates: amici esse omino nō possunt: a q̃bus tam lōge absunt animi affectione: q̃m longe absunt a uirtutibus uitia: & a bonitate malitia. Nullo modo igitur quasi per demonum medietatem: ambiendū est ad beniuolentiā seu beneficentiam deorum uel potius bonorum angelorum: sed per bone uolūtatis similitudinem qua cum illis sumus: & cum illis uiuimus & cum illis deum quem colunt: colimus: & si eos carnalibus oculis uidere non possumus: in quantū autē dissimilitudine uoluntatis & fragilitate infirmitatis miseri sumus: in tantum ab eis longe sumus: uite merito non corporis loco. Non enim quia in terra conditione carnis habitamus: sed si per immundiciam cordis terrena sapimus: nō eis iungimur. Cum uero sanamur ut quales ipsi simus: fide interim illis propinquamus: si ab illo nos fieri beatos a quo & ipsi facti sunt: etiam ipsis fauentibus credimus.

¶ Quod omnis religio paganoꝝ circa hoīes mortuos fuerit īpleta. ¶ C. xxiiii.

SAne aduertendū est: quomodo iste Egyptius cum doleret tempus esse uenturū quo illa auferentur ex Egypto: quæ fatetur a multum errantibus & incredulis & a cultu diuine religionis auersis eē instituta: ait inter cetera. Tunc terra ista sanc/tissima: sedes delubrorū atq; templorū: sepulchrorum erit mortuorumq; plenissima. Quasi uero si illa nō auferrentur: nō essent homines morituri: aut alibi essent mortui ponendi q̃ in terra. Et utiq; quanto plus uolueretur temporis: & dierum longitudo: tanto maior esset numerus sepulchrorum propter maiorem numerum mortuorum. Sed hoc uidetur dolere: ꝙ memorie martyrum nostrorum templis eorum delubrisq; succederent. ut uidelicet qui hec legunt animo a nobis auerso atq; peruerso: putent a paganis deos cultos fuisse in templis: a nobis autem coli mortuos in sepulchris. Tanta enim homines impii cæcitate in montes quodammodo offendunt: resq; oculos suos ferientes nolunt uidere: ut cum in omnibus litteris paganorum: aut nullatenus aut uix inueniantᷣ: qui nō homines fuerint: omnibus tamen honores studeant exhibere diuinos: quasi nihil unq̃m humanitatis habuerint. Omitto ꝙ Varro dicit omnes ab his mortuos estimari manes deos. & probat per ea sacra: que omnibus fere exhibētur mortuis: ubi & ludos cōmemorat funebres. tanq̃ hoc sit maximum diuinitatis indiciū: ꝙ non soleant ludi nisi numinibus celebrari. Hermes ipse de quo nunc agitur in ipso eodē libro: ubi quasi futura prenūtiando deplorans ait. ¶ Tūc terra ista sanctissima sedes delubrorum atq; templorum: sepulchrorū erit mortuorumq; plenissima. ¶ Deos Egypti homines mortuos esse testatur. Cum. n. dixisset proauos suos multū errantes circa deorum rationem: incredulos & non animaduertentes ad cultum religionemq; diuinam: inuenisse artē: qua efficerent deos: cui inuente inquit adiunxerunt uirtutem

de mundi natura cõuenientem: eamq; miscentes: quoniã animas facere non poterant: euocantes animas demonũ uel angelorũ: eas indiderunt imaginibus sanctis diuinisq; mysteriis: ꝑ quas idola & benefaciẽdi: & male: uires habere potuissent. Deinde sequit̃ tanq̃m hoc exemplis probaturus: & dicit. ¶ Auus enim tuus o Asclepi medicine primus inuentor: cui templum consecratum est in monte Libye circa littus crocodilorum: in quo eius iacet mundanus homo: id est corpus. Reliquus enim uel potius totus si est homo totus: in sensu uite melior remeauit in cælum. omnia etiam nunc hominibus adiumenta prestans infirmis: numine nũc suo: que solet medicine arte prebere. Ecce dixit mortuũ coli pro deo: in eo loco ubi habebat sepulchrũ: falsus ac fallens dicendo ꝙ remeauit in celũ: omnia etiã nunc hõibus adiumenta prestans infirmis. Adiũgens deinde aliud. ¶ Hermes inquit cuius auitũ mihi nomen est: nõne in a se cognominata patria consistens: omnes mortales undiq; uenientes adiuuat atq; conseruat? ¶ Hic. n. Hermes maior id est Mercurius: quem dicit auũ suum fuisse: in Hermopoli hoc est in sui nominis ciuitate: perhibetur esse sepultus. Ecce duos deos dicit homines fuisse: Esculapium & Mercurium. Sed de Esculapio & Greci & Latini hoc idem sentiunt: Mercurium autẽ multi non putant fuisse mortalem: quem tamẽ iste auum suũ fuisse testatur. ait enim. ¶ Alius est ille: alius iste: q̃uis eodem nomine nuncupentur. ¶ Non multũ pugno. alius ille sit: alius iste. Verũ iste sicut Esculapius ex homine deus: scd̃m testimonium tanti apud suos uiri huius Trimegisti nepotis sui. Adhuc addit & dicit. Isin uero uxorem Osiris: quã multa bona prestare propitiam: quantis scimus obesse iratam. Deinde ut ostenderet ex hoc genere eẽ deos: quos illa arte homines faciunt: unde dat intelligi demones se opinari ex hominum mortuoꝝ animis extitisse quos per artem quã inuenerunt homines multũ errantes increduli: & irreligiosi: ait inditos simulacris. quia ii qui tales deos faciebant: animas non utiq; facere poterant. Cum de Iside dixisset: quod commemoraui: quantis obesse scimus iratam: secutus adiunxit. Terrenis etenim diis atq; mundanis facile est irasci: utpote qui sunt ab hominibus ex utraq; natura facti atq; compositi. ¶ Ex utraq; natura dicit ex anima & corpore. ut pro anima sit demon: pro corpore simulacrũ. ¶ Vnde contingit inquit ab Egyptiis hec sancta animalia nuncupari: coliq; per singulas ciuitates eorum animas: qui eas consecrauere uiuentes. ita ut eoꝝ legibus incolantur: & eorũ nominibus nuncupent̃. Vbi est illa uelut querela luctuosa ꝙ terra Egypti sanctissima sedes delubroꝝ atq; temploũ: sepulchroꝝ futura esset mortuorũq; plenissima. Nẽpe spiritus fallax cuius instictu Hermes ista dicebat: ꝑ eũ ipm coactus ẽ cõfiteri: iã tũc illã terrã sepulchroꝝ & mortuorum quos pro diis colebant: fuisse plenissimã. Sed dolor demonum per eum loquebat̃: qui suas futuras penas apud sanctoꝝ martyrũ memorias ĩminere merebãt. In multis. n. talibus locis torquent̃: & confitent̃: & de possessis corpibus hoĩm eiciunt̃.

¶ De mõ honoris quem Christiani Martyribus impendunt. ¶ C.xxv.

NEc tamẽ nos eisdẽ Martyribus tẽpla: sacerdotia: sacra & sacrifitia cõstituimus. quoniã non ipsi sed deus eorum nobis est deus. Honoramus sane memorias eoꝝ tanq̃ sanctorum hominum dei: qui usq; ad mortem sacrorum suorum corporum pro ueritate certarunt: ut innotesceret uera religio falsis religionibus fictis atq; cõuictis. quod etiã si qui antea sentiebant: timendo reprimebant. Quis aũt audiuit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare: etiam super sanctum corpus Martyris ad dei honorem cultumq; constructum dicere in precibus: offero tibi sacrifitium Petre uel

Paule uel Cypriane: cum apud eorum memorias offeratur deo: qui eos homines & martyres fecit: & sãctis suis ãgelis celesti honore sotiauit: ut ea celebritate & deo uero de illorum uictoriis gratias agamus: & nos ad imitationem talium coronaꝝ atq; pal/marum eodem inuocato in auxilium. ex eorũ memorie renouatione adhortemur? Quecunq; igitur adhibentur religiosorum obsequia in martyrũ locis: adornamenta sunt memoriarum non sacra sunt uel sacrifitia mortuorum tanq̃ deorum. Quicunq; etiam epulas suas eo deferunt: quod quidẽ a Xpianis melioribus non fit: & in plerisq; terrarum nulla talis est consuetudo: tamen quicũq; id faciunt: quas cũ apposuerint: orant: & auferunt ut uescãtur: uel ex eis etiam indigentibus largiantur sanctificari ibi eas uolunt per merita martyrum in nomine domini martyrum. non autem ista esse sacrifitia martyrum: nouit: qui nouit unum quod deo illic offertur sacrifitium Christianoꝝ. Nos itaq; martyres nostros nec diuinis honribus nec hũanis criminibus colimus: sicut colunt illi deos suos: nec sacrifitia illis offerimus: nec eorum probra in eorum sacra conuertimus. Nam de Iside uxore Osiris Egyptia dea: & de parentibus eorum: qui omnes reges fuisse scribuntur: quibus parentibus suis illa cum sacrificaret inuenit hordei segetem: atq; inde spicas marito regi & eius consiliario Mercurio de/monstrauit: unde eandem & Cererem uolunt quæ & quanta mala non a poetis sed mysticis eorum litteris memoriæ mandata sint: sicut Leone sacerdote: prodente ad Olimpiadem matrem scribit Alexander legant qui uolũt uel possunt & recolant: qui legerunt: & uideant quibus hominibus mortuis: uel de quibus eorum factis tanq̃ diis sacra fuerint instituta. Absit ut eos quãuis deos habeant: sanctis martyribus nostris quos tamẽ deos non habemus: ulla ex parte audeant comparare. Sic enim non con/stituimus sacerdotes: nec offerimus sacrifitia martyribus nostris: quia incongruum & indebitum illicitumq; est: atq; uni deo tantũmodo debitũ: ut nec criminibus suis nec ludis eos turpissimis oblectemus: ubi uel flagitia isti celebrant deorum suorum: si cum homines essent talia cõmiserunt: uel conficta delectamenta demonum noxiorum si homines non fuerunt. Ex isto genere demonũ: Socrates non haberet deũ: si haberet deum: sed fortasse homini ab illa arte faciendi deos alieno & innocenti: illi importa/uerunt talem deum: qui eadem arte excellere uoluerunt. Quid ergo plura? Non esse spiritus istos colendos propter uitam beatam quæ post mortem futura est: nullus uel mediocriter prudens ambigit. Sed fortasse dicturi sunt deos quidem esse bonos: demones autem alios bonos: alios malos: & eos per quos ad uitam in æternum beatam perueniamus colendos esse censebunt: quos bonos opinantur: quod quale sit iam in uolumine sequenti uidendum est,

¶ Aurelii Augustini Hipponeñ Epi de Ciuitate dei. Li. VIII.
Ad quem articulum disputatio premissa peruenerit: & quia discutiendum sit de residua questione. ¶ C. primum.

ET bonos & malos deos esse quidam opinati sunt. quidam uero de diis meliora sentientes: tantum eis honoris laudisq; tribuerunt: ut nullum deorũ malum credere auderent. Sed illi qui deos quosdã bonos quosdã malos esse dixerunt: demones quoq; appellauerũt nomine deorum: q̃q̃ & deos sed rarius nomine dæmonum: ita ut ipsum Iouem quem uolunt esse regem ac principem ceterorum: ab Homero fateantur dæmonem nuncupatum. Hi autem qui

omnes deos non nisi bonos esse asserunt: & longe prestantiores eis hominibus: qui boni perhibentur: merito mouentur demonum factis que negare non possunt: eaq; nullo modo a diis quos bonos esse uolunt cōmitti posse existimantes differentiā inter deos & demones adhibere cogunt̄. ut quicqd eis merito displicet in operibus uel affectibus prauis: quibus uim suā manifestant occulti spiritus: id credant eē demonū non deoꝝ. Sed quia eosdem demones inter homines & deos ita medios constitutos putant: tanq̄ nullus deus homini misceatur: ut hinc perferant desiderata. inde referant impetrata. atq; hoc platonici precipui philosophoꝝ ac nobilissimi sentiant: cum quibus uelut cū excellentioribus placuit istam examinare questionem. utrum cultus plurimoꝝ deoꝝ prosit ad consequendam uitam beatam: que post mortem futura est: libro superiore quesiuimus: quo pacto ipsi demones qui talibus gaudent: q̄lia boni & prudentes hoīes aduersantur: & damnant: id est sacrilega: flagitiosa: facinorosa: non de quolibet hoīe sed de ipsis diis figmenta poetarum & magicarum artium sceleratam puniendamq; uiolentiam: possint quasi propinquiores & amiciores diis bonis conciliare homines bonos: & hoc nulla ratione posse compertum est. Proinde hic liber sicut in illius fine promisimus disputationem continere debebit de differentia: si quam uolunt esse nō deorum inter se quos homines bonos dicunt: nec differentia deoꝝ & demonū: quoꝝ illos ab hominibus longe lateq; seiungunt: istos inter deos & homines collocant: sed de differentia ipsorum demonum: qđ ad presentem pertinet questionem.

¶ An inter demones quibus dii superiores sunt: sit aliqua pars bonorum. quorum presidio ad ueram beatitudinē possit humana anima peruenire. ¶ C. ii.

APud plerosq; enim usitatum est dici alios bonos alios malos demones. quæ siue sit etiam platonicorum philosophorum: siue quorūlibet sententia: nequaq̄ eius est negligenda discutio. ne quis q̄ uelut demones bonos sequendos sibi esse arbitretꝛ: per quos tanq̄ medios deos: quos omnes bonos credit: dum cōciliari affectat: & studet: ut quasi cum eis possit esse post mortem: irretitus malignorum spirituum deceptusq; fallacia: longe ab erret a uero deo: cum quo solo & in quo solo & de quo solo: anima humana id est rationalis & intellectualis beata est.

¶ Que demonibus Apuleius ascribat: quibus cum rationem non subtrahat: nihil uirtutis assumat. ¶ C. iii.

QVe igitur est differentia demonū bonorū & malorū: quando quidē platonicus Apuleius de his uniuersaliter disserens: & tam multa loquens de aereis eorum corporibus: de uirtutibus tacuit animorum: quibus essent prediti si boni essent. Tacuit ergo beatitudinis causam: indicium uero miseriæ tacere non potuit: confitens eorum mentem qua rationales esse perhibuit: non saltem imbutam munitamq; uirtute passionibus animi irrationabilibus nequaq̄ cedere: sed ipsam quoq; sicut stultarū mentiū mos est: procellosis quodāmodo perturbationibus agitari. Verba namq; eius de hac re ista sunt. Ex hoc ferme demonum numero inquit: poete solent haud q̄q̄ procul a ueritate osores & amatores quorundā hominū deos fingere: hos ꝓsperari & euehere: illos contra aduersari & affligere. Igitur & misereri: & indignari: & angi: & letari: omnemq; humane animæ faciem pati: simili motu cordis & salo mentis per omnes

cogitationũ estus fluctuare. que omnes turbele tempestatesq; procul a deoꝝ celestiũ tranquillitate exsulant. Num ē in his uerbis ulla dubitatio: ꝙ non animorũ aliquas inferiores partes: sed ipsas demonũ mentes: quibus rationalia sunt animalia uelut procellosum salũ dixit passionũ tempestate turbari? ut ne hominibus quidē sapientibus comparandi sint: qui huiusmodi perturbationibus animorũ: a quibus humana nó est immunis infirmitas: etiam cum eas huius uite códitione patiunt̄: mente īperturbata resistunt: non eis cedentes ad aliquid approbandũ: uel perpetrandum quod exorbitet ab itinere sapiētie: & lege iusticie: sed stultis mortalibus & iniustis non corporibus: sed moribus similes: ut non dicam deteriores: eo ꝙ uetustiores: & debita pena insanabilis ipsius quoq; mentis: ut iste appellauit salo fluctuant: nec in ueritate atq; uirtute qua turbulentis & prauis affectionibus repugnatur: ex nulla animi parte consistunt?

De perturbationibus que animo accidunt: que sit peripateticoꝝ Stoicorumq; sententia. C. iiii.

Que sunt sententie philosophorum de his animi motibus: quos greci pathe: nostri autem quidam sicut Cicero perturbationes: quidā affectiones: uel affectus: quidā uero: sicut iste de greco expressius passiones uocāt. Has ergo perturbationes siue affectiones siue passiones: quidam philosophi dicunt etiam in sapientem cadere: sed moderatas rationiq; subiectas: ut eis leges quodāmodo quibus ad necessariũ redigant̄ modum: dominatio mētis imponat. Hoc qui sentiũt Platonici sunt siue Aristotelici: cum Aristoteles discipulus Platonis fuerit: qui sectam Peripateticam condidit. Aliis autem sicut Stoicis: cadere ullas omnino huiuscemodi passiones in sapiētem nó placet. Hos autem id est Stoicos Cicero in libris de finibus bonorũ & maloꝝ: uerbis magis q̄ rebus aduersus Platonicos seu Peripateticos certare conuincit. quādo quidem Stoici nolunt bona appellare: sed cómoda corporis & externa: eo ꝙ nullum bonum uolũt esse hominis preter uirtutem: tanq̄m artem bene uiuendi: quæ non nisi in animo est. Hec autem isti simpliciter & ex communi consuetudine loquendi appellāt bona: sed in cóparatione uirtutis qua recte uiuitur parua: & exigua. Ex quo fit: ut ab utrisq; quomodolibet uocentur seu bona: se commoda: pari tamen estimatione pensentur: nec in hac questione Stoici delectentur: nisi nouitate uerborum. Videtur ergo mihi etiam in hoc: ubi queritur utrum accidāt sapienti passiones animi: an ab eis sit ꝓrsus alienus: de uerbis eos potius: q̄ de rebus facere controuersiam. Nam & ipsos nihil hinc aliud q̄ Platonicos & Peripateticos sentire existimo: quantum ad uim rerum attinet: non ad uocabulorum sonum. Vt enim alia omittam: quibus id ostēdam: ne longum faciam: aliquid unũ quod sit euidentissimũ dicam. In libris quibus titulus est Noctiũ Atticarum: scribit. A. Gelius uir elegantissimi eloquii: & multum facunde scientie: se nauigasse aliquando cũ quodā philosopho nobili Stoico. Is philosophus sicut latius & uberius quod ego breuiter attingam narrat. A. Gelius: cum illud nauigiũ horribili celo & mari periculosissime iactaretur: ui timoris expalluit philosophus. Id animaduersum est ab eis: qui aderant: quāuis in mortis uicinia curiosissime attentis: utrum ne philosophus in animo turbaret̄. Deinde tempestate trāsacta: mox ut securitas ꝓbuit colloquendi: uel etiam garriendi locum: quidā ex iis: quos nauis illa portabat diues: luxuriosus: asiaticus: philosophum compellebat: illudens ꝙ extimuisset atq; palluisset: cum ipse mansisset intrepidus in eo quod īpendebat exitio. At ille Aristippi Socratici responsum retulit. qui cum in re simili eadē uerba ab homine simili audisset: respódit:

illum pro anima næquissimi nebulonis merito non fuisse sollicitum: se autem pro Aristippi anima timere debuisse. Hac illo diuite responsione depulso: postea quesiuit. A. Gelius a philosopho nó exagitandi animo: sed discendi: que nam illa ratio esset pauoris sui. Qui ut doceret hominem sciendi studio grauiter accensum: ꝓtulit statim de sarcinula sua Stoici Epicteti librum: in quo ea scripta essent quæ congruerent decretis Zenonis & Chrysippi: quos fuisse Stoicorú principes nouimus. In eo libro se legisse dicit. A. Gelius hoc Stoicis placuisse: ꝙ animi uisa quas appellant phantasias: nec in potestate est utrú & quando incidant animo: cú ueniát ex terribilibus & formidabilibus rebus: necesse est etiam sapientis animú moueant: ita ut paulisper uel pauescat metu: uel tristicia contrahatur: tanq̃ his passionibus preuenientibus mentis & rationis officium: nec ideo tamen in mente fieri opinioné mali: nec approbari ista. eisq; cósentiri: hoc ení esse uolút in potestate. idq; interesse césent inter animum sapientis & stulti: ꝙ stulti animus eisdem passionibus cedit: atq; accómodat mentis assensum: sapientes autem q̃uis eas necessitate patiantur: retinét tamen de iis quæ appetere uel fugere rationabiliter debent: ueram & stabilem inconcussa mente sententiam. Hec ut potui non quidem cómodius. A. Gelio: sed certe breuius & ut puto planius exposui: que ille se in Epicteti libro legisse cómemorat: eum ex decretis Stoicorum dixisse atq; sensisse. Que si ita sunt: aut nihil aut pæne nihil distat inter Stoicorum aliorumq; philosophorum opinionem de passionibus & perturbationibus animorum. Vtriq; enim mentem: rationemq; sapientis ab earum dominatione defendunt. Et ideo fortasse dicunt eas in sapientem nó cadere Stoici: quia nequaq̃ eius sapientiá qua utiq; sapiens est: ullo errore obnubilant: aut labe subuertunt. Accidunt autem animo sapientis salua serenitate sapientie: propter illa que commoda uel incommoda appellant: quáuis ea dicere nolint bona: uel mala. Nam profecto si nihilipenderet eas res ille philosophus quas amissurú se naufragio sentiebat: sicuti est uita ista salusq; corporis: non ita illud periculum perhorresceret: ut palloris etiá testimonio proderetur. Veruntamen & illam poterat ꝑmotionem pati: & fixam tenere mente sententiam: uitam illam salutemq; corporis quorum amissioné minabatur tempestatú immanitas: non esse bona: que illos q̄bus inessent: facerent bonos: sicut facit iusticia. Quod autem aiunt ea nec bona appellanda esse: sed cómoda: uerborum certamini non rerum examini: deputandum est. Quid ení interest utrum aptius bona uocentur an commoda: dum tamen de his priuetᷣ non minus Stoicus q̃ Peripateticus pauescat & palleat: ea nó equaliter appellando sed equaliter estimando. Ambo sane si bonorum istorum seu cómodorum periculis ad flagitium uel facinus urgeantur: ut aliter ea retinere non possint: male se dicunt hæc amittere quibus natura corporis salua & incolumis habetur: q̃ illa cómittere quibus iusticia uiolatur. Ita mens ubi fixa est ista sententia: nullas perturbationes etiam si accidunt inferioribus animi partibus in se contra rationé ꝓualere ꝑmittit: quinímo eis ipsa dominatᷣ: eisq; nó cósentiendo & potius resistendo: regnú uirtutis exercet. Talé describit etiá Virgilius Aeneá ubi ait.

Mens immota manet: lachryme uoluuntur inanes.

Quod passiones que Christianos animos afficiunt: non in uitiú trahant: sed uirtuté exerceant. C. V.

NOn est nunc necesse copiose ac diligenter ostendere: quid de istis passionibus doceat scriptura diuina: qua Xp̄iana eruditio continetur. Deo quippe illam

ipsam mentem subicimus regendam & iuuandam: mentiq; passiones ita moderandas atq; frenandas: ut in usum iusticie cõuertantur. Deniq; si in disciplina nostra non tam queritur utrum pius animus irascatur: sed quare irascatur: nec utrum sit tristis: sed unde sit tristis: nec utrum timeat: sed quid timeat: irasci enim peccanti ut corri/gatur: contristari pro afflicto: ut liberetur: timere periclitanti ne pereat: nescio utrum quis q̄ sana consideratione reprehendat. Nam & Stoicorũ est misericordiã solere culpare. Sed quãto honestius ille Stoicus misericordia perturbaret̃ hominis liberandi: q̄ timore naufragii. Longe melius & humanius & piorum sensibus accõ/modatius: Cicero in Cesaris laude locutus est ubi ait. Nulla de uirtutibus tuis nec admirabilior nec gratior misericordia est. ¶ Quid est autem misericordia nisi aliene miserie quedam in nostro corde compassio: qua utiq; si possumus subuenire com/pellimur? Seruit autem motus iste rationi: quando ita præbetur misericordia: ut iusticia conseruetur. siue cum indigenti tribuitur: siue cũ ignoscitur penitenti. Hãc Cicero locutor egregius non dubitauit appellare uirtutem: quã Stoicos inter uitia numerare nõ pudet. Qui tñ ut docuit liber Epicteti nobilissimi Stoici ex decretis Zenonis & Chrysippi qui huius secte primatum habuerunt huiuscemodi passiones in animum sapientis admittunt: quem uitiis omnibus liberum esse uolunt. Vnde fit consequens ut hec ipsa non putent uitia: quando sapienti sic accidunt ut cõtra uirtutem mentis rationemq; nihil possint: & una sit eadẽq; sentẽtia Peripateticorum: uel etiam Platonicorum: & ipsorum Stoicorum. Sed ut ait Tullius. Verbi cõtrouersia iam diu torquet homines Greculos: contentionis cupidiores: q̄ ueritatis. Sed adhuc merito queri potest: utrum cum ad uite presentis pertineat infirmitatem: etiam in quibusq; bonis officiis huiuscemodi perpeti affectus: Sancti uero angeli & sine ira puniant: quos accipiũt eterna dei lege puniendos: & miseris sine miserie cõpassione subueniant: & periclitantibus eis quos diligunt sine timore opitulentur: & tamen istarum nomina passionũ consuetudine locutionis humane etiam in eos usurpent̃: propter quandam operum similitudinem. non propter affectionum infirmitatem: sicut ipse deus scd̃m scripturas irascitur: nec tamen ulla passione turbatur. Hoc enĩ uerbum uindicte usurpauit effectus: non illius turbulentus affectus.

¶ Quibus passionibus demones confitente Apuleio exagitantur: quorum ope homines apud deos asserit adiuuari. ¶ C. vi.

QVa interim de sanctis angelis questione dilata: uideamus quẽadmodum dicãt Platonici medios dæmones inter deos & homines constitutos: istis passionum estibus fluctuare. Si enim mente ab his libera eisq; dominante motus huiuscemodi non paterentur: nõ eos diceret Apuleius simili motu cordis: & salo mentis p omnes cogitationum estus fluctuare. Ipsa igitur mens eorum id est pars animi superior: qua rationales sunt: in qua uirtus & sapientia si ulla eis esset: passionibus turbulẽtis inferiorum animi partium regendis moderandisq; dominaretur: Ipsa inq̄ mẽs eorũ sicut iste Platonicus confitetur: salo perturbationum fluctuat. Subiecta est ergo mens demonum: passionibus libidinum: formidinũ: irarum: atq; huiuscemodi ceteris. Que igitur pars in eis libera est: composq; sapientie? qua placeant diis & ad bonorum deorũ similitudinẽ hominibus consulant: cũ eorũ mens passionum uitiis subiugata & oppressa: quicquid rationis naturaliter habet: ad fallendum & decipiẽdum tanto acrius intendat: quanto eam magis possidet nocendi cupiditas?

¶Quod Platonici figmentis poetarum infamatos deos asserant: de contrariorum studiorum certamine: cum he partes demonum non deorum sint. ¶C. vii.

QVod si quisq̄ dicit non ex omnium: sed ex malorum demonum numero esse: quos poete quorūdam hominum osores: & amatores deos nō procul a ueritate fingunt: hos enim dixit Apuleius salo mentis p omnes cogitationū estus fluctuare: quomodo istud intelligere poterimus: quando cum hoc diceret: non quorundam id est malorum: sed omnium demonū medietatem: propter aera corpora inter deos & homines describebat? Hoc enim ait fingere poetas: q ex istoꝝ demonū numero deos faciunt: & eis deorum nomina imponunt: & quibus uoluerint hominibus ex his amicos inimicosq; distribuunt: fictis carminibus impunita licentia: cum deos ab his demonum moribus: & celesti loco & beatitudinis opulentia: remotos esse perhibeant. Hec est ergo fictio poetarum: deos dicere: qui dii non sunt: eosq; sub deoꝝ nominibus inter se decertare: propter homines quos pro studio partium diligunt: uel oderunt. Non procul autem a ueritate dicit hanc esse fictionem: quoniam deorum appellati uocabulis qui dii non sunt: tales tamen describuntur dæmones: quales sunt. Deniq; hinc esse dicit Homerus iniquam illam Mineruam: que diis celestibus grauem cohibendo Achillem interuenit. Quod ego Minerua illa fuerit poeticum uult esse figmentū: eo q Mineruam deam putant: eamq; inter deos quos omnes bonos beatosq; credit in alta æthera sede collocat: procul a conuersatione mortalium. Quod autem aliquis demon fuerit Grecis fauens: Troianisq; cōtrarius: sicut alius aduersus Grecos: Troianorum opitulator: quem Veneris seu Martis nomine idem poeta commemorat: quos deos iste talia non agentes in celestibus habitationibus ponit: & hi demones pro his quos amabant: contra eos quos oderant: inter se decertauerint: hoc non procul a ueritate poetas dixisse cōfessus est. De his quippe ista dixerunt: quos hominibus simili motu cordis: & salo mentis per omnes cogitationum estus fluctuare testatur: ut possent amores & odia nō pro iustitia: sed sicut populus similis eorum in uenatoribus & aurigis secundū suarum studia partium: pro aliis aduersus alios exercere. Id enim uidetur philosophus curasse Platonicus: ne cum hæc a poetis canerentur: non a demonibus mediis: sed ab ipsis diis quorum nomina poete fingendo ponunt fieri crederentur.

¶De diis celestibus: & demonibus aeriis hominibusq; terrenis Apuleii Platonici definitio. ¶C. viii.

QVid illa ipsa definitio dæmonum? Parum ne intuenda est: ubi certe omnes determinando complexus est. Quod ait dæmones esse genere animalia: animo passiua: mente rationabilia: corpore aerea: tempore eterna? In quibus quinq; commemoratis: nihil dixit omnino qđ dæmones cum bonis saltem hominibus id uiderentur habere commune: quod non esset in malis. Nam ipsos homines cum aliquanto latius describendo complecteretur: suo loco de illis dicens tanq̄m de infimis atq; terrenis: cum prius dixisset de celestibus diis: ut commendatis duabus partibus ex summo & infimo ad ultimum tertio loco de mediis dæmonibus loqueretur. Igitur homines inquit ratione gaudentes: oratione pollentes: immortalibus animis: moribūdis mēbris: leuibus & anxiis mētibus: brutis & obnoxiis corporibus: dissimilibus

moribus: similibus erroribus: peruicaci audatia: pertinaci spe: casso labore: fortuna caduca: singillatim mortales cūcti: tamen in uniuerso genere perpetui: uicissim suf/ficienda prole mutabiles: uolucri tempore: tarda sapientia: cita morte: querula uita: terras incolunt. Cum hinc tam multa diceret que ad plurimos homines pertinent: nunquid etiam illud tacuit qđ nouerat esse paucorum: ubi ait tarda sapientia: cita morte? Quod si pretermisisset nullo modo recte genus humanū descriptionis huius tam intenta diligentia terminasset. Cum uero deorum excellentiam cōmendaret: ipsam beatitudinem quo uolunt homines per sapientiā peruenire: in eis affirmauit excellere. Proinde si aliquos demones bonos uellet intelligi: aliquid etiā in ipsorum descriptione poneret: unde uel cum diis aliquam beatitudinis partem: uel cum ho/minibus qualēcunq; sapientiam putarentur habere cōmunem. Hunc uero nullum bonū eoꝝ cōmemorauit quo boni discernerentᷣ a malis: ꝗuis & eorū malitie liberius exprimende pepercerit: non tam ne ipsos: ꝗ ne cultores eorum: apud quos loquebatᷣ offenderet. Significauit tamen prudentibus: quid de illis sentire deberent: quando quidem deos quos omnes bonos beatosq; credi uoluit: ab eorum passionibus: atq; ut ait ipse turbelis omnimodo separauit: sola illos corpoꝝ eternitate cōiungens: animo autem non diis sed hominibus similes dæmones apertissime inculcans: & hoc non sapientie bono: cuius & homines possunt esse participes: sed parturbatione passionū: que stultis malisq; dominatur: a sapientibus uero & bonis ita regitur: ut malint eam non habere: ꝗ uincere. Nam si non corporum sed animorum eternitatem cū diis habere demones uellet intelligi: non utiq; hoīes ab huius rei consortio separet: qa & hōibus eternos esse animos: proculdubio sicut Platonicus sentit. Ideo cū hoc genus animantiū describeret: īmortalibus animis moribundis membris dixit esse homines.

An amicicia celestium deorum per intercessionem demonum possit homini prouideri. C. viiii.

AC per hoc si propterea cōmunem cum diis eternitatem non habent homines: quia corpore sunt mortales: propterea ergo dæmones habent quia corpore sunt immortales: quales igitur mediatores sunt inter homines & deos: per quos ad deoꝝ amicicias homines ambiant: qui hoc cū hominibus habent deterius: qđ est in animante melius: id est animum: hoc autē habent cum diis melius: quod est in ani/mante deterius: id est corpus? Cum enim animans id est animal ex anima constet & corpore: quorum duorum anima est utiq; corpore melior: & si uitiosa & infirma melior certe corpore etiā sanissimo: atq; firmissimo: qm̄ eius natura excellētior nec labe uitiorum postponitur corpori: sicut aurum etiā sordidum argento seu plūbo licet purissimo carius estimatur: isti mediatores deorum & hominū: per quos inter/positos diuinis humana iungūtur: cum diis habent corpus eternum: uitiosum autem cum hominibus animum: quasi religio qua uolunt diis homines per demones iūgi: in corpore sit: non in animo cōstituta. Que nā tandem istos mediatores falsos atq; fallaces: quasi capite deorsum nequicia uel pena suspendit: ut inferiorem animalis partem id est corpus: cum supioribus: superiorē uero id est animū: cū inferioribus habeant: & cum diis celestibus in parte seruiente coniuncti: cum hominibus autem terrestribus in parte dominante sint miseri? Corpus quippe seruum est: sicut etiam Salustius ait: animi imperio corporis seruitio magis utimur. Adiunxit autem ille: alterum nobis cum diis: alterū cum beluis cōmune est. quoniā de hōibus loquebatᷣ:

quibus sicut beluis mortale corpus est. Isti autẽ quos inter nos & deos mediatores nobis philosophi prouiderunt: possunt quidem dicere de animo & corpore: alterũ nobiscum diis: alterum cũ hominibus cõmune est. sed sicut dixi tanq̃ in peruersum ligati: atq; suspensi: seruum corpus cum diis beatis: dominũ animum cum hominibus miseris habentes: parte inferiore exaltati: superiore deiecti. Vnde etiam si quis q̃m propter hoc eos putauerit immortalitatem habere cum diis: quia nulla morte sicut animaliũ terrestrium animi eorũ soluunt̃ a corpore: nec sic estimandũ est eorum corpus tanq̃ honoratorũ eternum uehiculum: sed eternum uinculum damnatorũ.

Quod sc̃d͂m Platonis sententiã minus miseri sint homines in corpore mortali: q̃ demones in eterno. C.x.

PLotinus certe nostre memorie uicinus tẽporibus: Platonem ceteris excellẽtius intellexisse laudatur. Is cũ de humanis animis ageret. Pater inquit misericors: mortalia illis uincula faciebat. Ita hoc ipsum ꝙ mortales sunt homines corpore: ad misericordiam dei patris pertinere arbitratus est: ne semper huius uitæ miseria teneantur. Hac misericordia indigne iudicata est iniquitas demonum: que in animi passiui miseria: nõ mortale sicut homines sed eternum corpus accepit. Essent qppe feliciores hominibus: si mortale cum eis haberent corpus: & cum diis beatũ animũ. Essent autem pares hominibus: si cum animo misero saltem mortale cum eis habere meruissẽt & corpus. si tñ acqrerẽt aliqd pietatis: ut ab erũnis uel ĩ morte requiescerẽt. Nunc uero nõ solũ feliciores hominibus nõ sunt animo misero: sed etiã miseriores sunt ꝑpetuo corporis uinculo. Non. n. aliq̃ pietatis & sapiẽtie disciplina ꝓficientes intelligi uolunt ex demonibus fieri deos: cũ apertissime dixerit demones eternos.

De opinione Platonicorum qui putant animas hominum demones esse post corpora. C.xi.

DIcit quidẽ & animas hominũ demones esse: & ex hominibus fieri lares: laruas: & manes. lares si meriti boni sunt: lemures si mali seu laruas. Manes aũt deos dicunt. sed incertum est bonorum eos seu malorum esse meritorũ. In qua opiniõe quantam uoraginem aperiant sectandis perditisq; moribus: quis non uideat si uel paululum attendat? Quandoquidẽ quãlibet nequam fuerint homines: uel laruas se fieri dum opinantur: uel dum manes deos: tanto peiores fiunt quãto sunt nocẽdi cupidiores. ut etiam quibusdam sacrificiis tanq̃ diuinis honoribus post mortem se inuitari opinentur ut noceãt. Laruas quippe dicit esse noxios demones ex hõibus factos. Sed hinc alia questio ẽ. Inde aũt ꝓhibet appellari Grece beatos seu demões: ꝙ boni sint animo: hoc ẽ boni demões. animos quoq; hominũ demões esse cõfirmãs.

De terrenis contrariis quibus sc̃d͂m Platonicos demonum hominũq; natura distinguit̃. C.xii.

SEd nũc de his agimus quos in natura propria descripsit: inter deos & homines genere animalia: mẽte rationalia: animo passiua: corpe aerea: tẽpore eterna. Nempe cum prius deos in sublimi cælo: homines autem in terra infima disiunctos locis et nature dignitate secerneret: ita cõclusit. Habetis inqt inter bona animalia

deos ab hominibus plurimum differentes: loci sublimitate: uite perpetuitate: nature perfectione: nullo inter se propinquo communicatu. cum & habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat: & uiuacitas illic eterna: & indefecta sit: hic caduca: & succisiua: Ingenua illa: & ad beatitudinem sublimata: hec ad miserias infimata: hic celestia: ibi terrena uideo commemorata: contraria de duabus nature partibus ultimis: id est summis: atq; infimis. Nam tria quæ proposuit de diis lau/dabilia eadem repetiuit aliis quidem uerbis: ut eis alia tria aduersa ex hominibus redderet. Tria deorum hec sunt: loci sublimitas: uite perpetuitas: perfectio naturæ. Hec aliis uerbis ita repetiuit: ut eis tria contraria humanæ conditionis opponeret: cum & habitacula inquit summa ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat: quia dixerat loci sublimitatem. Et uiuacitas illic inquit eterna & indefecta sit: hic caduca & succisiua: quia dixerat uite perpetuitatem. Et ingenia illa inquit ad bea/titudinem sublimata: hæc ad miserias infimata: quia dixerat nature perfectionem. Tria igitur ab eo posita sunt deorum: id est locus sublimis: æternitas: beatitudo. et his contraria tria hominũ: id est locus infimus: mortalitas: miseria. Inter hec terna deorum & hominum quoniã demones medios posuit de loco nulla est cõtrouersia. Inter sublimem quippe & infimum: medius locus aptissime habetur et dicitur. Cetera bina restant quibus cura attentior adhibenda est: quemadmodum uel esse aliena a demonibus ostendantur: uel sic eis distribuantur ut medietas uidetur ex/poscere: sed ab eis aliena esse non possunt. Non enim sicut dicimus locum medium nec esse summũ: nec infimum: ita demones cum sint animalia rationalia nec beatos esse. nec miseros: sicuti sunt arbusta: uel pecora: que sunt sensus uel rationis expertia: recte possumus dicere. Quorũ ergo ratio mentibus inest: aut miseros esse: aut beatos esse: necesse ẽ. Item nõ possumus recte dicere: nec mortales esse demones nec eternos. Omnia namq; uiuentia aut in ineternum uiuunt: aut finiunt morte: quod uiuunt. Iam uero iste tempore eternos demões dixit. Quid igitur restat: nisi ut hi medii de duobus summis unum habeãt: & de duobus infimis alterum? Nam si utraq; de imis habebũt: aut utraq; de summis: medii nõ erunt: sed in alterutram partẽ uel resiliũt: uel recũbunt. Quia ergo his bonis sicut demonstratũ est carere utrisq; nõ possunt: exceptis ex utraq; parte singulis mediabũtur. Ac per hoc quia de infimis habere nõ possunt eternitatem que ibi non est: unum hoc de summis habent. Et ideo non ẽ alterum ad cõplendam medietatem suam: qđ de infimis habeant nisi miseriam.

Quomodo demones: si nec cum diis beati: nec cum hominibus sunt miseri inter utranq; partem sine utriusq; communione sint medii. C.xiii.

Est itaq; scđm Platonicos sublimium deorum uel beata eternitas: uel æterna beatitudo: hominũ uero infimorũ uel miseria mortalis: uel mortalitas misera: demonum autem mediorum: uel misera eternitas: uel eterna miseria. Nam & quinq; illis: que in definitione demonum posuit: nõ eos medios: sicut promittebat ostendit. quoniam tria dixit eos habere nobiscum: ꝙ genere animalia: ꝙ mente rationalia: ꝙ animo passiua sunt. cum diis autem unum: ꝙ tempore eterna: & unum proprium: ꝙ corpore aerea. Quomodo ergo medii quando unum habent cum summis: tria cum infimis? Quis non uideat relicta medietate quantum inclinent & deprimant in infima? Sed plane ibi etiã medii possunt ita inueniri: ut unum habeant propriũ

quod ẽ corpus aereũ: sicut & illi de summis atq; infimis singula propria. dii corpus æthereum: hominesq; terrenum. duo uero communia sint omnibus: q̃ genere sunt animalia: & mente rationalia. Nam & ipse cũ de diis & hominibus loqueretur: ha/betis inquit bina animalia. Et non solent isti deos nisi rationales mente perhibere. Duo sunt residua. q̃ sunt animo passiua: tempore æterna. Quorum habent unum cum infimis: cum summis alterum. ut proportionali ratione librata medietas neq; sustollatur in summa: neq; in infima deprimatur. Ipsa est autem illa dæmonum misera eternitas: uel eterna miseria. Qui enĩ ait animo passiua: etiã misera dixisset: nisi pro eorum cultoribus erubuisset. Porro quia prouidentia summi dei sicut etiam ipsi fatentur: non fortuita temeritate regitur mundus: nunq̃ esset istorum æterna miseria: nisi esset magna malicia. Si ergo beati recte dicuntur: iam dæmones non sunt: cum demones sint: quos inter homines & deos isti in medio locauerunt. Quis ergo est locus bonorum demonum: si supra homines: infra deos: istis prebeant adiu/torium: illis ministeriũ? Si enim boni eterniq; sunt: profecto & beati sunt. Eterna autem beatitudo medios eos esse non sinit: quia multum diis cõparat: multumq; ab hõibus separat. Unde frustra isti conabuntur ostendere: quomodo demones boni si & immortales sunt & beati: recte medii constituantur inter deos immortales ac beatos: & homines mortales ac miseros. Cum enim utrunq; habeãt cum diis: & bea/titudinem scilicet & immortalitatem: nihil autem horum cum hominibus & miseris & mortalibus. quomodo non potius remoti sunt ab hominibus diisq; coniuncti: q̃ inter utrosq; medii constituti? Tunc enim medii essent si haberent & ipsi duo quedã sua: nõ cum binis alterutrorũ: sed cũ singulis utrorumq; cõmunia: sicut homo mediũ quiddã est inter pecora & ãgelos. ut quia pecus ẽ animal irrationabile: atq; mortale: angelus aũt animal rationale: & ĩmortale: medius homo esset inferior ãgelis: supior pecoribus: habẽs cũ pecoribus mortalitatẽ: rationẽ uero cũ angelis: animal rationale mortale. Ita ergo cũ querimus mediũ inter beatos immortales: miserosq; mortales: hoc inuenire debemus: quid aut mortale sit beatum: aut immortale sit miserum.

An homines cum sint mortales possint uera beatitudine esse felices. C. xiiii.

Utrum & beatus & mortalis homo eẽ possit: magna est inter homines questio. Quidam enim conditionem suam humilius inspexerunt: negauerũtq; hominẽ capacem esse beatitudinis posse: q̃diu mortaliter uiuit. Quidam uero extulerunt se: & ausi sunt dicere: sapientie cõpotes beatos esse posse mortales. Quod si ita est: cur non ipsi potius medii constituuntur inter mortales miseros: & immortales beatos: beatitudinẽ habentes cũ immortalibus beatis mortalitatem cum mortalibus miseris? Profecto enĩ si beati sunt: inuident nemini. Nam quid miserius inuidentia? Et ideo mortalibus miseris quantũ possunt ad consequendã beatitudinem cõsulant: ut etiã immortales ualeant esse post mortem: & angelis immortalibus beatisq; coniungi.

De mediatore dei & hominũ homine Christo Iesu. C. xv.

Si autem: quod multo credibilius & probabilius disputatẽ: omnes homines q̃diu mortales sunt: etiam miseri sint: necesse est: querendus est medius: qui non solũ homo: uerum etiã deus sit: ut homines ex mortali miseria ad beatã immortalitatẽ

huius medii beata mortalitas interueniendo perducat. quē neq; non fieri mortalem oportebat: neq; permanere mortalem. Mortalis quippe factus est: non infirmata uerbi diuinitate: sed carnis infirmitate suscepta. Non autē permansit in ipsa carne mortalis: quam resuscitauit a mortuis: quoniam ipse est fructus mediationis eius. ut nec ipsi propter quos liberandos mediator effectus est: in perpetua uel mortis carne remanerent. Proinde mediatorem inter nos & deum & mortalitatem habere oportuit transeuntem: & beatitudinem permanentem ut per id ꝙ transit cōgrueret morituris: & ad id qđ permanet: transferret ex mortuis. Boni igitur angeli inter miseros mortales & beatos immortales medii esse non possunt: quia ipsi quoq; beati & immortales sunt. Possunt autem medii esse angeli mali: quia immortales sunt cū illis: miseri cum istis. His contrarius est mediator bonus: qui aduersus eorum immortalitatem & miseriam & mortalis esse ad tēpus uoluit: & beatus in eternitate ꝑsistere potuit. Ac sic eos & immortales superbos: & miseros noxios: ne per immortalitatis iactantiam seducerent ad miseriam: & suæ mortis humilitate: & sue beatitudinis benignitate destruxit: in eis quorum corda per suam fidem mundans: ab illorum immūdissima dominatione liberauit. Homo itaq; mortalis & miser: longe seiūctus ab immortalibus & beatis: quid eligat mediū per quod immortalitati & beatitudini copuletur? Quod possit delectare in demonum immortalitate: miserum est: quod possit offendere in Christi mortalitate iam non est. Ibi ergo cauenda est misera sempiterna: hic mors timenda non est que esse non potuit sempiterna: & beatitudo amanda est sempiterna. Ad hoc quippe se interponit medius immortalis & miser: ut ad immortalitatem beatā transire non sinat: quoniā in hoc persistit quod impedit: id est in ipsa miseria. Ad hoc autē se interposuit mortalis & beatus: ut mortalitate transacta & ex mortuis faceret immortales: quod in se resurgendo monstrauit: & ex miseris beatos: quia beatitudo nunq̄ ab ipso discessit. Alius est ergo medius malus: qui separat amicos: alius bonus qui reconciliat inimicos. Et ideo multi sunt medii separatores: quia multitudo que beata est unius dei participatione fit beata. Cuius participationis priuatione misera multitudo malorum angelorum: que se opponit potius ad impedimentum: q̄ interponit ad beatitudinis adiutorium. & etiam ipsa multitudine obstrepit quodāmodo ne possit ad illud unum beatificum perueniri: ad quod ut perduceremur non multis sed uno mediatore opus erat: & hoc eo ipso cuius participatione sumus beati. hoc est uerbo dei non facto: sed per quod facta sunt omnia. Nec tamen ob hoc mediator est quia uerbum: maxime quippe immortale: & maxime beatum uerbum lōge est a mortalibus miseris: sed mediator per quod homo. eo ipso ostendens utiq; ad illud non solum beatum uerum etiam beatificum bonum nō oportere queri alios mediatores: per quos arbitremur nobis peruentionis gradus esse moliendos. quia beatus & beatificus deus factus particeps humanitatis nostre: compendium prebuit participande diuinitatis sue. Neq; enim nos a mortalitate & miseria liberans: ad angelos immortales beatosq; ita perducit: ut eorum participatione etiā nos immortales & beati simus: sed ad illam trinitatem cuius & angeli participatione beati sunt. Ideo quando in forma serui ut mediator esset: infra angelos esse uoluit: in forma dei super angelos mansit. Idem in inferioribus uia uite: qui in superioribus uita. Non enim uerum est quod idem Platonicus ait dixisse Platonem: nullus deus miscetur homini. Et hoc precipuum eorum sublimitatis ait esse specimen: ꝙ nulla attrectatione hominum contaminantur.

¶ An rationabiliter Platonici definierint deos celestes declinãtes terrena cõtagia hõibus nõ misceri: quibus ad amicitiã deorũ homines suffragentur. ¶ C.XVI.

Ergo demones cõtaminari fatent̃: & ideo eos a quibus cõtaminantur mũdare non possunt. omnesq; immundi pariter fiunt: & demones contrectatione hominum: & homines cultu demonum. Aut si & contrectari misceriq; hominibus: nec tamen cõtaminari demones possunt: diis ꝑfecto meliores sunt: quia illi si miscerent̃: contaminarent̃. Nam hoc deorũ dicitur esse precipuũ: ut eos sublimiter separatos humana contrectatio contaminare non possit. Deum quidem summum omnium creatorem: quem nos uerum deum dicimus: sic a Platone predicari asseuerat: ꝙ ipse sit solus qui non possit penuria sermonis humani: q̃uis ratione uel modice comprehendi: uix autem sapientibus uiris cum se uigore animi quantum licuit a corpore remouerunt: intellectum huius dei: id quoq; interdum uelut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare. Si ergo supra omnia uere summus deus intelligibili & ineffabili quadam presentia: & si interdum: & si tanq̃m rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicans: adest tamen sapientium mentibus cum se quantũ licuit a corpore remouerũt. Nec ab eis cõtaminari potest: quid est ꝙ isti dii propterea constituunt̃ longe in sublimi loco: ne contrectatione contaminentur humana: quasi corpora illa etherea tactu tantum queant humano & non etiam uisu contaminari? Porro si non cõtaminantur sidera cum uidentur: quos deus omnes uisibiles dicit: nec demones hominum cõtaminantur aspectu: q̃uis de proximo uideantur. An forte uocibus humanis contaminarentur: qui acie non contaminantur oculorum: & ideo demones medios habent per quos eis uoces hominũ nuntientur: a quibus longe absunt: ut incontaminatissimi perseuerẽt? Quid iam de ceteris sensibus dicam? Non enim olfaciendo contaminari uel dii possent si adessent: uel cum adsunt demones possunt uiuorum corporum uaporibus humanorum: si tantis sacrifitiorũ cadauerinis non contaminant̃ nidoribus. In gustandi autem sensu nulla necessitate refitiende mortalitatis urgentur: ut fame adacti cibos ab hominibus querant. Tactus uero in potestate est. Nam licet ab eo potissimum sensu contrectatio dicta uideatur: hactenus tamen si uellent miscerent̃ hominibus: ut uiderent: & ab hominibus uiderentur: audirent: & audirentur: tangendi que autẽ necessitas? Nam neq; homines id cõcupiscere auderent: cum deorum uel demonum bonorũ conspectu: uel colloquio fruerentur. Et si in tantum curiositas progrederet̃: ut uellet: quo nam pacto quispiam posset inuitum tangere deum uel demonẽ: qui nisi captum non potest passerem? Videndo igitur uisibusq; se prebendo: & loquẽdo & audiendo dii corporaliter misceri hominibus possent. Hoc autem modo demones si miscentur: ut dixi: & non contaminantur: dii autem contaminarent̃: si miscerent̃: incontaminabiles dicunt demones: & contaminabiles deos. Si autem cõtaminantur & demones: quid cõferunt hominibus ad uitam post mortem beatam: quos contaminati mundare nõ possunt: ut eos mundos diis incontaminatis possint adiungere: inter quos & illi medii constituti sunt? Aut si hoc eis benefitii non conferunt: quid prodest hominibus demonum amica meditatio? An ut post mortem non ad deos homines per demones transeant: sed simul uiuant utriq; cõtaminati: ac ꝑ hoc neutri beati? Ni forte quis dicat more spongiarum uel huiuscemodi rerum mundare demones amicos suos: ut tanto ipsi sordidiores fiant: quanto fiunt homines eis uelut

tergentibus mundiores. Quod si ita est: cōtaminatioribus dii miscentur demonibus: q ne contaminarentur: hominū propinquitatem contrectationemq; uitarunt. An forte dii possunt ab hominibus contaminatos mundare demones: nec ab eis conta/minari: & eo modo non possunt et homines? Quis talia sentiat: nisi quē fallacissimi demones deceperunt? Quid q si uideri: & uidere contaminat: uident ab hominibus dii: quos uisibiles dicit clarissima mūdi lumina: & cetera sidera: tutioresq; sunt demōes ab ista hominum contaminatione: qui non possunt uideri: nisi uelint? Aut si non uideri sed uidere contaminat: negent ab istis clarissimis mundi luminibus quos deos opinantur uideri homines: cum radios suos terras usq; pertendant. Qui tamen eorū radii per queq; diffusi immunda inde non contaminantur: & dii contaminarentur si hominibus miscerent: etiā si esset necessarius in subueniendo cōtactus. Nam radiis solis & lune terra cōtingitur: nec ista cōtaminatur luce. miror autem plurimū tam doctos hoīes: qui cūcta corporea & sensibilia que p incorporalibus & ītelligibilibus postponenda iudicauerunt: cum agitur de beata uita: corporaliū contrectationū facere mentionem. Vbi est illud Plotini ubi ait. Fugiendum est igit̄ ad clarissimā patriam: & ibi patebunt tibi omnia. Que igitur classis inquit aut fuga similem deo fieri? Si ergo deo tanto similior: quāto quisq; fit propinquior: nulla est ab illo alia longinquitas q̄ eius dissimilitudo. Incorporali uero illi eterno & incōmutabili tāto est anima hominis dissimilior: quanto rerum temporalium mutabiliūq; cupidior.

Ad cōmendandam uitam beatam: que in participatione est summi boni: non tali mediatore indigere hominem: qualis est demon. Sed tali qualis est unus Christus. C.xvii.

HOc ut sanetur: quoniam immortali puritati que in summo est: ea que in imo sunt mortalia & immunda cōuenire non possunt: opus est quidē mediatore: non tamen tali: qui corpus quidem habeat immortale propinquū summis: animum autem morbidum similem infimis: quo morbo nobis inuideat potius: ne sanemur: q̄ adiuuet: ut sanemur: sed tali: q nobis īfimis ex corpis mortalitate coaptatus: īmortali spiritus iusticia per quā non locoꝝ distantia sed similitudinis excellentia mansit in summis: mundandis liberandisq; nobis uere diuinū prebeat adiutoriū. Qui profecto incōtaminabilis deus: absit ut cōtaminationem timeret ex homine: quo indutus est: aut ex hominibus inter quos in homine conuersatus est. Non enim parua sunt hæc interim duo que salubriter sua incarnatione mōstrauit: nec carne posse cōtaminari ueram diuinitatem: nec ideo putandos demones nobis esse meliores quia nō habent carnem. Hic est: sicut eum predicat sancta scriptura mediator dei & hominū homo Xp̄c Iesus: de cuius diuinitate qua patri est semp equalis: & humanitate qua nobis factus est similis: non hic locus est ut cōpetenter pro nostra facultate dicamus.

Quod fallacia demonum dum sua intercessione uiam spondet ad deum: hoc conatur: ut homines a uia ueritatis auertat. C.xviii.

FAlsi autem illi fallacesq; mediatores demones: qui cū per spiritus immundiciam miseri ac maligni multis effectibus clareant: per corporalium tamen locorum interualla: & per aereorum corporum leuitatē a prouectu animorum nos auocare atq; auertere moliuntur: nec uiam prebent ad deum: sed ne uia teneatur: impediūt.

quandoquidē & in ipsa uia corporali que falsissima est: & plenissima erroris: qua nō iter agit iusticia: quoniam non per corporalem altitudinem sed per spiritalem hoc est incorporalem similitudinem ad deum debemus ascendere: in ipsa tamē corporali uia quam dæmonum amici per elementorum gradus ordinant: inter ethereos deos & terrenos homines aereis demonibus mediis constitutis: hoc deos opinantur habere precipuum: ut propter hoc interuallum locorum cōtrectatione nō contaminentur humana. Ita demones cōtaminari potius: ab hōibus: q̄ homines mūdari a demōibus credunt: & ideo ipsos contaminari potuisse: nisi loci altitudine munirentur. Quis tā infelix est: ut ista uia mundari se existimet: ubi homines contaminantes: dæmones cōtaminati: dii contaminabiles: predicantur: & non potius eligat uiam: ubi contaminantes magis demones euitentur: & ab incōtaminabili deo ad ineundā sotietatem incontaminatorū angelorum homines a contaminatione mundentur?

¶ Quod appellatio demonum iam nec apud cultores eoꝝ assumatur in significationem alicuius boni. ¶ C.xix.

SEd ne de uerbis etiā nos certare uideamur: quoniam nonnulli istorum: ut ita dixerim: dæmonicolarum in quibus & Labeo est: eosdem perhibent ab aliis angelos dici quos ipsi demones nuncupant: iam mihi de bonis angelis aliquid uideo disserendum quos isti esse non negant: sed eos bonos demones uocare: q̄m angelos malunt. Nos autem sicut scriptura loquitur secundū quam Xp̄iani sumus: angelos quidem partim bonos: partim malos: nunq̄m uero bonos dæmones legimus. Sed ubicunq: illarum litterarū: hoc nomen positū reperitur: siue demones siue demōia dicantur: non nisi maligni significantur spiritus. Et hanc loquendi consuetudinem in tantum populi usq:quaq: secuti sunt ut eorum etiam qui Pagani appellantur: & deos multos ac demones colendos esse contendunt: nullus fere sit tam litteratus & doctus: qui audeat in laude uel seruo suo dicere dæmonem habes: sed quilibet hoc dicere uoluerit: non se aliter accipi q̄m maledicere uoluisse: dubitare non possit. Que igitur nos causa compellit: ut post offensionem aurium tam multarum: ut iam pene sint omnium que hoc uerbum nisi in malam partem audire cōsueuerunt: qđ diximus: cogamur exponere: cum possimus angeloꝝ nomine adhibito: eandem offensionem: quæ nomine demonum fieri poterat: euitare.

¶ De qualitate scientie que demones superbos facit. ¶ C.xx.

QVanq̄ etiam ipsa origo huius nominis: si diuinos intueamur libros: aliqd afferē cognitione dignissimum. Demones enim dicūtur: quoniā uocabulū grecū est: ob scientiam nominati. Apostolus autem spiritu sancto locutus ait: Scientia inflat: caritas uero edificat. quod recte aliter nō intelligitur: nisi scientiā tunc prodesse cū caritas inest: sine hac aūt inflare id est in superbiam inanissime quasi uentositatis extollere. Est ergo in demonibus scientia sine caritate: & ideo tam inflati id est tā superbi sunt: ut honores diuinos & religionis seruitutem quā uero deo deberi sciūt: sibi satis egerint exhiberi: & quantū possunt: & apud quos possunt: adhuc agunt.

¶ Ad quem modum dominus uoluerit demonibus innotescere ¶ C.xxi.

Contra superbiã porro demonũ qua pro meritis possidebat' genus humanũ: dei humilitas que in Christo apparuit: quantã uirtutẽ habeat: anime hominũ nesciunt immundicia elationis inflate: demonibus similes superbia: non scientia. Ipsi autem demones etiam hoc ita sciunt: ut eidem domino infirmitatem carnis induto dixerint. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ãte tempus perdere nos. Clarũ est in his uerbis: ꝙ in eis & tanta scientia erat: & caritas non erat. Penam suã quippe formidabant ab illo: non in illo iusticiam diligebant. Tantum uero eis innotuit: quantum uoluit: tantum autem uoluit: quantũ oportuit. Sed sic innotuit: nõ sicut angelis sanctis: qui eius scd'm id: ꝙ dei uerbũ est: participata eternitate perfruunt': sed sicut eis terrendis innotescendũ fuit: ex quoꝝ tyrannica quodãmodo potestate fuerat liberaturus predestinatos in suũ regnũ: & gloriã semper ueracem: & ueraciter sempiternam. Innotuit ergo demonibus: non per id: quod est uita eterna: & lumen incõmutabile qd' illuminat pios: cui uiuendo ꝑ fidem: que in illo ẽ corda mundant': sed per quedam temporalia sue uirtutis effecta: & occultissime signa presentie: quæ angelicis sensibus etiam malignorum spirituũ potius: q̃ infirmitati hominũ possent esse conspicua. Deniq; quando ea paululũ supprimenda iudicauit: & aliquãto altius latuit: dubitauit de illo demonũ princeps: eũq; temptauit an Xp̃c esset explorans: quantum se temptari ipse permisit: ut hominem quem gerebat ad nostre imitatiõis temparet exemplum. Post illam uero temptationem cum angeli sicut scriptum est: ministrabant ei boni utiq; & sancti: ac per hoc his spiritibus immundis metuendi & tremendi: magis magisq; innotescebat demonibus quantus esset: ut ei iubenti quãuis in illo contemptibilis uideretur carnis infirmitas: resistere nullus auderet.

Quid intersit inter scientiam sanctoꝝ Angelorum: & scientiam demonum. C.xxii.

His igitur angelis bonis omnis corporalium temporaliumq; rerum scientia: qua inflantur demones: uilis est: nõ ꝙ earum ignari sint: sed ꝙ illis dei qua sanctificantur caritas cara est: pre cuius non tantum incorporali: uerum etiã incõmutabili & ineffabili pulchritudine cuius sancto amore inardescunt: omnia que infra sunt: & qd' illud est: non sunt: seq; ipsos inter illa contemnunt: ut ex toto ꝙ boni sunt: eo bono ex quo boni sunt perfruantur. Et ideo certius etiam tpalia & mutabilia ista nouerunt: quia eorũ principales causas in uerbo dei conspiciunt ꝑ quod factus est mundus: quibus causis quedam probantur: quedam reprobantur: cuncta ordinantur. Demones autem non eternas temporum causas: & quodãmodo cardinales in dei sapientia contemplantur: sed quorundam signoꝝ nobis occultorum maiore experientia multo plura q̃ homines futura prospiciunt: dispositiones quoq; suas aliquando prenuntiant. Deniq; sepe isti: nunq̃ illi omnino falluntur. Aliud ẽ enim temporalibus temporalia: & mutabilibus mutabilia coniectare: eisq; temporalem & mutabilem modũ sue uoluntatis & facultatis inserere: qd' demonibus certa ratione permissum est: aliud autem in eternis atq; incommutabilibus dei legibus: que in eius sapientia uiuunt mutationes temporũ preuidere: deiq; uoluntatẽ que tã certissima: q̃ potentissima est: diuini spiritus eius participatione cognoscere: quod sanctis ãgelis recta discretione donatum est. Itaq; nõ solũ eterni: uerum etiã beati sunt. bonum autem quo beati sunt: deus illis est a quo creati sunt. Illius quippe indeclinabiliter participatione & contemplatione perfruuntur.

¶ Nomen deorū falso ascribi diis gentiū: quod tamen & angelis sanctis: & hominibus iustis ex diuinarum scripturarum autoritate commune est. ¶ C. xxiii.

Hos si Platonici malunt deos q̄ demones dicere: eisq; annumerare quos a summo deo conditos deos scribit eorum autor & magister Plato: dicant: quod uolunt. non enim cum eis de uerborum cōtrouersia laborandum est. Si.n. eos sic immortales asserunt: ut tamen a summo deo factos: & si non per seipsos sed ei a quo facti sunt adherendo beatos eē dicunt: hoc dicūt: quod dicimus: quolibet eos nomine appellēt. Hanc autem Platonicoꝝ esse sententiā: siue omnium: siue meliorum: in eorū litteris inueniri potest. Nam & de ipso nomine quo huiusmodi īmortalem beatāq; creaturā deos appellant: ideo inter nos: & ipsos pene nulla dissentio est: quia & in nostris sacris litteris legitur: deus deoꝝ dominus locutus est: & alibi. Confitemini deo deoꝝ: & alibi. Rex magnus super omnes deos. Illud autem ubi scriptū est. terribilis est super omnes deos: cur dictū sit: deinceps ostēditur. sequitur.n. Quoniā omnes dii gentiū demonia: dominus autem deos fecit. Super omnes ergo deos dixit: sed gentium: id ē quos gētes pro diis habent: que sunt demonia. Ideo terribilis: sub quo terrore domino dicebant: uenisti ante tempus perdere nos? Illud uero ubi dicit̄ deus deoꝝ: non potest intelligi deus demonioꝝ: & Rex magnus super omnes deos: absit ut dicatur & Rex magnus super omnia demonia. Sed hoīes quoq; in populo dei eadem scriptura deos appellat. Ego inquit dixi dii estis: & filii excelsi omnes. Potest itaq; intelligi horū deorū deus: qui dictus est deus deoꝝ: & super hos deos Rex magnus: qui dictus est Rex magnus super omnes deos. Veruntamen cum a nobis queritur: si homines dicti sunt dii: ꝗ in populo dei sunt quem per angelos uel per homines alloquitur deus: quanto magis immortales eo nomine digni sunt: qui ea fruuntur beatitudine ad quam deum colendo cupiunt homines ꝑuenire? Quid respondebimus: nisi non frustra in scripturis sanctis expressius homines nuncupatos deos: q̄ illos immortales: & beatos quibus nos equales futuros in resurrectione promittitur. ne scilicet propter illorum excellentiā aliquem eorum nobis constituere deum infidelis auderet infirmitas? Quod in homine facile ē euitare. Et euidentius dici debuerunt hoīes dii in populo dei: ut certi ac fidētes fierēt: esse eum deum suum qui dictus est deus deorum. quia & si appellētur dii immortales illi ac beati: qui in celis sunt: nō tñ dicti sunt dii deoꝝ id est dii hominum in populo dei constitutorum: quibus dictum est. ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes. Hinc est quod ait Apostolus. Et si sunt qui dicantur dii siue in celo siue in terra: sicuti sunt dii multi: & domini multi: nobis tamen unus deus pater ex quo omnia: & nos in ipso: et unus dominus Iesus Xp̄c: per quem omnia & nos per ipsum. Non multum ergo de nomine disputandū est: cum res ipsa ita clara sit: ut a scrupulo dubitationis aliena sit. Illud uero quod nos ex eorum immortalium beatorum numero missos angelos esse dicimus: qui dei uoluntatem hominibus annuntiarent: illis autem non placet: quia hoc ministerium nō per illos quos deos appellant id est immortales & beatos: sed ꝑ demōes fieri credunt: quos immortales tantum: non etiam beatos audent dicere: aut certe ita immortales ac beatos: ut tamen demones bonos: non deos sublimiter collocatos: & ab humana contrectatione semotos. Quāuis nominis controuersia uideatur: tamen ita detestabile est nomen demonū: ut hoc modis omnibus a sanctis angelis nos remouere debeamus. Nunc ergo ita liber iste claudatur: ut sciamus immortales ac beatos quomodolibet uocentur: qui tamen facti & creati sunt: medios non esse ad immortalitatē

beatitudinem perducendis mortalibus miseris: a quibus utraq; differentia separantur. Qui autẽ medii sunt: cõmunem habendo immortalitatem cum superioribus: miseriam cum inferioribus: quoniã merito malicie miseri sunt: beatitudinem quam non habent inuidere nobis possunt potius: q̃ prebere. Unde nihil habent amici demonum: quod nobis dignum afferant: cur eos tanq̃ adiutores colere debeamus: quos potius ut deceptores uitare debemus. Quos autem bonos & ideo non solum immortales: uerum etiam beatos deorũ nomine sacris & sacrificiis propter uitam beatã post mortẽ adipiscendã colendos putant: qualescunq; illi sint & quolibet uocabulo digni sint: nos eos uelle per tale religionis obsequiũ nisi unum deũ coli: a quo creati & cuius participatiõe beati sunt: adiuuante ipso in sequenti libro diligentius differemus.

Aurelii Augustini Hipponeñ Episcopi de Ciuitate dei. Liber decimus.
Ueram beatitudinẽ siue angelis: siue hominibus per unum deum tribui: etiã Platonicos definisse. Sed utrũ ii quos ob hoc ipm colẽdos putant: uni tantũ deo: an etiã sibi sacrificari uelint: esse querendũ. C. primũ.

OMnium certa sententia est: q ratione quoquo modo uti possunt: beatos esse omnes homines uelle. Qui autem sint uel unde fiant: dum mortalium querit infirmitas: multæ magneq; controuersiæ cõcitate sunt: in quibus philosophi sua studia & ocia cõtriuerunt: quas in medium adducere atq; discutere & longum est: & non necessarium. Si enim recolit qui hæc legit: quid in libro egerimus octauo: in eligendis philosophis: cum quibus hæc de beata uita que post mortem futura est: questio tractaretur: utrũ ad eam uni deo uero qui etiã est deorum effector: an plurimis diis religione sacrisq; seruiendo peruenire possimus: non etiam hic eadem repeti expectet: presertim cum possit relegendo si forte oblitus est: adminiculari memoriam. Elegimus enim Platonicos omniũ philosophoꝝ merito nobilissimos: propterea quia sapere potuerunt: licet immortalem: ac rationalem: uel intellectualẽ hominis animã: nisi participato lumine illius dei a quo & ipsa & mundus factus est: beatam esse non posse. Ita & illud quod omnes homines appetunt id est uitam beatam: quenq̃ isti assecuturum negant: qui non illi uni optimo quod est incõmutabilis deus puritate casti amoris adheserit. Sed quia & ipsi quoq; siue cedentes uanitati: erroriq; populorum: siue ut ait Apostolus euanescentes in cogitationibus suis multos deos colendos ita putauerunt: uel putari uoluerunt: ut etiam quidã eorum demonibus diuinos honores sacrorum & sacrifitioꝝ deferendos esse censerent: quibus iam ex parte non parua respondimus: nunc uidendũ: ac differendũ est: quantũ deus donat: ĩmortales ac beati in celestibus sedibus dñationibus: ꝑncipatibus: potestatibus constituti: quos isti deos & ex quibus quosdã uel bonos demones: uel nobiscũ angelos nominant: quomodo credendi sunt uelle a nobis religionem pietatemq; seruari. hoc ẽ ut apertius dicã: utrum etiã sibi an tm̃ deo suo qui etiã noster est placeat eis ut sacra faciamus: & sacrificemus: uel aliqua nostra seu nos ipsos religionis ritibus consecremus. Hic est enim diuinitati: uel si expressius dicendũ est deitati debitus cultus: propter quẽ uno uerbo significandũ quoniam satis mihi idoneum nõ occurit latinum: greco ubi necesse ẽ: insinuo qd uelim dicere. Latriã quippe nostri ubicũq; sanctarũ scripturarũ positum est: interpretati sunt seruitutẽ. Sed ea seruitus que debetur hominibus: scdm quam precepit Apostolus seruos dominis suis subditos esse debere: alio nomine grece

nuncupari solet. Latria uero sc̄d̄m consuetudinem qua locuti sunt qui nobis diuina
eloquia cōdiderunt: aut semper: aut tam frequenter ut pene semꝑ ea dicitur seruitus:
que pertinet ad colendum deum. Proinde si tatummodo cultus ipse dicatur: non soli
deberi uidetur. Dicimur enī colere homines: quos honorificatione: uel recordatione:
uel presentia frequentamus. Nec solū ea quibus nos religiosa humilitate subiicimus:
sed quedam etiā que subiecta sunt nobis coli perhibent̄. Nam ex hoc uerbo agricole
& coloni & incole uocantur. Et ipsos deos non ob aliud appellāt celicolas: nisi ꝙ celū
colant. non utiq; uenerando: sed inhabitando tanq̄ quosdam celi colonos. non sicut
appellantur coloni qui conditionem debent genitali solo propter agriculturam sub
dominio possessorum: sed sicut ait quidam latini eloquii magnus autor.
Vrbs antiqua fuit: tirii tenuere coloni.
Ab incolēdo enim colonos uocauit: nō ab agricultura. Hinc & ciuitates a maioribus
ciuitatibus uelut populorum examinibus condite: colonie nuncupantur. Ac per hoc
cultum quidē uon deberi nisi deo: propria quadā notione uerbi huius: uerissimū est.
Sed quia & aliarū rerum dicit̄ cultus: ideo latine uno uerbo signari cultus deo debitus
non potest. Nam & ipsa religio q̄uis distinctius nō quēlibet sed dei cultū significare
uideatur: unde isto nomine interpretati sunt nostri eam que grece trescia dicit̄: tamē
quia latina loquendi consuetudine nō solum imperitoꝝ: uerum etiam doctissimorū:
& cognationibus humanis: atq; affinitatibus & q̄busq; necessitudinibus dicit̄ exhibēda
religio: non eo uocabulo uitatur ambiguū cum de cultu deitatis uertitur questio: ut
fidenter dicere ualeamus: religionē non esse: nisi dei cultum: q̄m uidetur hoc uerbū a
significanda obseruantia ꝓpinquitatis humane insolēter auferri. Pietas quoq; ꝓprie
dei cultus intelligi solet: quā greci eusebian uocāt. Hec tamē & erga parētes officiose
haberi dicitur. more autē uulgi hoc nomen etiā in operibus misericordie frequentat̄.
Quod ideo arbitror euenisse: q̄a hec fieri p̄cipue deus mādat: eaq; sibi uel ꝓ sacrifitiis
uel pre sacrifitiis placere testatur. Ex qua loquendi consuetudine factū est: ut & deus
ipse dicatur pius: quē tamē greci nullo suo sermonis usu euseben uocāt: q̄uis eusebian
pro misericordia illorū etiam uulgus usurpet. Vnde in quibusdam scripturarum locis
ut distinctio certior appareat: nō eusebian q̄d ex bono cultu: sed theosebian q̄d ex
dei cultu cōpositum resonat: dicere maluerunt. Vtrūlibet autem hoꝝ nos uno uerbo
enuntiare non possumus. Que itaq; latria grece nuncupatur: & latine interpretatur
seruitus: sed ea qua colimus deū: uel que trescia grece: latine autē religio dicitur: sed ea
que nobis ē erga deū: uel quā illi theosebian nos uero non uno uerbo exprimere: sed
dei cultum possumus appellare: hanc ei t̄m deo deberi dicimus: qui uerus ē deus: facitq;
suos cultores deos. Quicūq; igitur sunt in celestibus habitatiōibus īmortales & beati: si
nos nō amant: nec beatos esse nos uolūt: colendi utiq; nō sunt. Si aūt amāt & beatos
uolunt: profecto inde uolunt unde & ipsi sunt. An aliūde ipsi beati: aliunde nos?

¶ De superna illuminatione: quid Plotinus Platonicus senserit. ¶ C. ii.

SEd nō ē nobis ullus cū his excellētioribus philosophis in hac questione cōflictus.
Viderunt enim suisq; litteris multis modis copiosissime mandauerunt: hinc illos:
unde & nos fieri beatos: obiecto quodā lumine intelligibili q̄d deus est illis: & aliud ē
q̄ illi: a quo illustrant̄: ut clareant: atq; eius participatione ꝑfecti beatiq; subsistant.
Sepe multumq; Plotinus asserit sensum Platonis explanans: ne illam quidem quam
credunt esse uniuersitatis animam aliunde beatam esse: q̄ nostram: idq; esse lumē: q̄d

ipsa non ẽ: sed a quo creata ẽ: & quo intelligibiliter illuminante: intelligibiliter lucet. Dat etiã similitudinẽ ad illa incorporea: de his celestibus cõspicuis amplisq; corporibus tanq̃ ipse sit sol: & ipsa sit luna. Lunã q̃ppe solis obiectu illuminari putat. Dicit ergo ille magnus Platonicus: animam rationabilem siue potius intellectualis dicenda sit: ex quo genere etiã imortaliũ beatorumq; animas esse intelligit: quos in celestibus sedibus habitare non dubitat: nõ habere supra se naturam nisi dei: qui fabricatus est mundũ: a quo & ipsa facta ẽ: nec aliunde illis supernis ꝑberi uitam beatã: & lumẽ intelligẽtie ueritatis: q̃ unde prebet̃ & nobis: cõsonans euangelio ubi legitur. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Iohannes. hic uenit in testimoniũ: ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per eũ. Non erat ille lux: sed ut testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lumẽ uerum qđ illuminat omnem hominẽ uenientem in hunc mundũ. In qua differentia satis ostenditur: animã rationalem uel intellectualẽ qualis erat in Iohãne: sibi lumẽ eẽ nõ posse sed alterius ueri luminis participatiõe lucere. Hoc & ipse Iohãnes fatet̃: ubi ei ꝑhibẽs testimoniũ dicit. Nos omẽs de plenitudine eius accepimus.

De uero dei cultu: a quo Platonici: q̃uis creatorem uniuersitatis intellexerint: deuiarũt colendo ãgelos: siue bonos: siue malos: honore diuino. C. iii.

Que cum ita sint: si Platonici: uel quicũq; alii ita senserũt: cognoscentes deũ: sicut deum glorificarent: & gratias agerent: nec euanescerent in cogitationibus suis: nec populoꝝ erroribus partim autores fierent: partim resistere non auderent: ꝑfecto confiterent̃ & illis imortalibus ac beatis & nobis mortalibus ac miseris: ut immortales & beati esse possimus: unum deum deorum colendum qui & noster est & illorum.

Quod uni uero deo sacrifitium debeatur. C. iiii.

Huic nos seruitutem: que latria grece dicitur: siue in quibusq; sacramentis: siue in nobisipsis debemus. Huius. n. templũ simul omnes: & singuli templa sumus: quia & omniũ cõcordiã: & singulos inhabitare dignat̃. nõ in omnibus q̃ in singulis maior: quoniã nec mole distendit̃: nec partitione minuit̃. Cũ ad illũ sursum ẽ: eius est altare cor nostrũ. eius unigenito cum Sacerdote placamur. ei cruentas uictimas cedimus: q̃n usq; ad sanguinẽ pro eius ueritate certamus. ei suauissimũ adolemus incensum: cum in eius cõspectu pio sanctoq; amore flagramus. Ei dona eius in nobis: nosq; ipsos uoue/mus: & reddimus: ei beneficiorum eius sollennitatibus festis: & diebus statutis dicamus sacramusq; memoriã ne uolumine tempoꝝ ingrata subrepat obliuio: Ei sacrificamus hostiam humilitatis: & laudis: in ara cordis igne feruide caritatis. Ad hunc uidendum sicut uideri poterit: eiq; coherendũ: ab omni peccatorum & cupiditatum malaꝝ labe mundamur: & eius nomine consecramur. Ipse enĩ fons nostre beatitudinis: ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes uel potius reeligentes: amiseramus enĩ negligẽtes: hunc ergo reeligentes unde & religio dicta perhibetur: ad eum dilectione tendimus: ut perueniendo quiescamus: ideo beati: quia illo fine perfecti. Bonum enim nostrum de cuius fine inter philosophos magna cõtentio ẽ: nullũ est aliud q̃ illi coherere: cuius unius anima intellectualis incorporeo: si dici potest: ãplexu: ueris implet̃ fecũdaturq; uirtutibus. hoc enim bonum diligere in toto corde: in tota anima: & in tota uirtute precipimur. Ad hoc bonũ debemus: & a q̃bus diligimur duci: & quos diligimus ducere:

si cōplentur illa duo precepta in quibus tota lex pendet & prophete. Diliges dominū deū tuū in toto corde tuo: & in tota anima tua: & in tota mente tua. & diliges ꝓximū tuum tanq̄ teipsum. Vt enim homo sese diligere nosset: cōstitutus est ei finis quo referret omnia: que ageret: ut beatus esset. Non enim q se diligit aliud uult esse q̄ beatus. hic autē finis ē adherere deo. Iam igit̄ scienti diligere seipsum: cōmendatur de ꝓximo diligēdo sicut seipsum. In quo quid aliud mandat̄: nisi ut ei quantū potest cōmendet diligendū deum? Hic est dei cultus: hec uera religio: hec recta pietas: hec tantum deo debita seruitus. Quecunq; igitur īmortalis potestas quantalibet uirtute predita: si nos diligit sicut seipsam: ei uult esse subditos ut beati simus: cui & subdita beata ē. Si ergo non colit deū misera est: quia deo priuatur. si autē colit deum nō uult se coli pro deo. Illi enim potius diuine sententie suffragat̄: & dilectionis uiribus fauet: qua scriptū est: sacrificans diis eradicabitur: nisi domino soli. Nam ut alia nunc taceam: que pertinēt ad religionis obsequiū: quo colit̄ deus: sacrifitiū certe nullus hominum est: qui audeat dicere deberi nisi dño soli. Multa deniq; de cultu diuino usurpata sūt: que honoribus deferūtur humanis: siue humilitate nimia: siue adulatione pestifera. ita tñ ut quibus ea deferuntur homines haberentur: qui dicunt̄ colendi & uenerandi. Si autem eis multū additur: & adorandi. Quis uero sacrificandū censuit: nisi ei quem deum aut sciuit: aut putauit: aut finxit? Quā porro antiquus sit in sacrificando dei cultus. duo illi fratres Cayn & Abel satis indicant: quoꝝ maioris deus reprobauit sacrifitiū: minoris aspexit.

¶ De sacrifitiis que deus nō requirit: sed ad significationem eorum obseruari uoluit: que requirit. ¶ C.V.

Quis aūt ita desipiat ut existimet aliq̄bus usibus dei eē necessaria: que in sacrifitiis offeruntur? Quod cū multis locis diuina scriptura testetur ne longum faciamus: breue illud de psalmo commemorare sufficiat: Dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meoꝝ nō eges. Non solum igit̄ pecore: uel qualibet alia re corruptibili: atq; terrena: sed ne ipsa quidem iusticia hominis deum egere credendū est: totumq; ꝙ recte colit̄ deus homini prodesse non deo. Neq; enim fonti se quis q̄ dixerit profuisse si biberit: aut luci si uiderit. Nec ꝙ ab āti quis patribus talia sacrifitia facta sūt: in uictimis pecorum: que nunc dei populus legittime non facit: aliud intelligendū est: nisi rebus illis eas res fuisse significatas: que agunt̄ in nobis ad hoc ut īhereamus deo: & ad eundē finem proximo consulamus. Sacrifitiū ergo uisibile: inuisibilis sacrifitii sacramentum: id est sacrum signū est. Vnde ille penitens apud prophetā: uel ipse propheta querens deum peccatis suis habere propitium: si uoluisses inquit sacrifitium dedissem: utiq; holocaustis non delectaberis. Sacrifitium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatū deus nō spernet. Intueamur quēadmodum ubi deum dixit nolle sacrifitiū: ubi deum ostendit uelle sacrifitiū. Non uult ergo sacrifitium trucidati pecoris: sed uult sacrifitium contriti cordis. Illo igitur qd̄ eum nolle dixit: hoc significatur quod eum uelle subiecit. Sic itaq; illa deum nolle dixit: quomodo a stultis ea uelle creditur: uelut sue gratia uoluptatis. Nam si ea sacrifitia que uult: quorū hoc unum est: cor contritū & humiliatū dolore penitēdi: nollet eis sacrifitiis significari que uelut sibi delectabilia desiderare putatus est: nō utiq; de his offerendis in lege ueteri ꝑcepisset. & ideo mutāda erant opportuno certoq; iam tēpore: ne ipsi deo desiderabilia uel certe in nobis acceptabilia: ac non potius: que his significata sunt: crederentur. Hinc & alio loco psalmi alterius: si esuriero inquit: non dicam tibi: meus est enim orbis terre & plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo? Tanq̃m diceret: Vtiq; si mihi necessaria essent: nõ a te peterem que habeo in potestate. Deinde subiungens quid illa significent: Immola inquit deo sacrifitiũ laudis: & redde altissimo uota tua. & inuoca me in die tribulationis: & eripiã te & magnificabis me. Item apud alium prophetam: In quo inquit apprehendam dominum: & assumam deum meum excelsum? Si apprehendam illum in holocaustis: in uitulis anniculis? Si acceptauerit dominus in milibus arietum: aut in denis milibus hircorum pinguium? Si dedero primogenita mea pro impietate mea: fructum uentris mei pro peccato animæ mee? Si annunciatum est tibi homo bonum: aut quid deus exquirat a te: nisi facere iudicium & diligere misericordiam & paratum esse ire cum domino deo tuo? Et in huius prophete uerbis utrunq; distinctum est: satisq; declaratum: illa sacrifitia nõ requirere deũ: quibus significantur hec sacrifitia que requirit deus in epistola que scribit̃ ad hebreos. Benefacere inquit: & cõmunicatores esse nolite obliuisci. talibus enim sacrifitiis placat̃ deus. Ac per hoc ubi scriptum est: misericordiã magis uolo q̃ sacrifitium: nihil aliud q̃ sacrifitio sacrifitium prælatum oportet intelligi: quoniam illud quod ab hominibus appellatur sacrifitium: signum est ueri sacrifitii. Porro autem misericordia uerum sacrifitium est: unde dictũ est qđ pauloante cõmemoraui: talibus enim sacrifitiis placat̃ deus. Quecunq; igitur in ministerio tabernaculi siue templi multis modis de sacrifitiis leguntur diuinitus esse precepta: ad dilectionem dei & proximi significando referunt̃. In his enim duobus preceptis ut scriptum est: tota lex pendet & prophete.

De uero perfectoq; sacrifitio. C. vi.

PRoinde uerũ sacrifitiũ est omne opus: quod agit̃: ut sancta sotietate inhereamus deo: relatum scilicet ad illum finem boni: quo ueraciter possimus eẽ beati. Vnde & ipsa misericordia qua homini subuenitur: si propter deum non fit: nõ est sacrifitiũ. Et si enim ab homine fit: uel offertur: tamen sacrifitiũ res diuina est: ita ut hoc quoq; uocabulo id latini ueteres appellauerint. Vnde ipse homo dei nomini consecratus: & deo deuotus: in quantũ mundo moritur: ut deo uiuat: sacrifitium est. Nam & hoc ad misericordiam pertinet. quam quisq; in seipsum facit. Propterea scriptum est: miserere anime tue placens deo. Corpus etiam nostrum cum per temperantiã castigamus: si hoc queẽadmodum debemus: propter deum facimus: ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato: sed arma iusticie deo sacrifitium est. Ad quod exhortans Apostolus ait. Obsecro itaq; fratres uos per misericordiam dei: ut exhibeatis corpora uero hostiam uiuentem: sanctã: deo placentem: rationabile obsequiũ uestrum. Si ergo corpus quo inferiore: tanq̃ famulo: uel tanq̃ instrumento utit̃ anima: cum eius bonus & rectus usus ad deũ refertur: sacrifitiũ est: quãto magis anima ipsa: cũ se refert ad deũ: ut igne amoris eius accẽsa formã cõcupiscentie secularis amittat: eiq; tanq̃ incõmutabili forme subdita reformet̃: hinc ei placẽs: q ex eius pulchritudine acceperit: fit sacrifitiũ. Quod idem Apostolus consequenter adiungens: & nolite inquit cõfirmari huic seculo: sed reformamini in nouitate mentis uestre: ad probandum que sit uoluntas dei: quod bonum & beneplacitũ: & perfectũ. Cum igitur uera sacrifitia opera sint misericordie: siue in nosipsos: siue in proximos: quæ referuntur ad deum: opera uero misericordie non ob aliud fiant: nisi ut a miseria liberemur: ac per hoc ut beati simus: quod non fit nisi a bono illo: de quo dictum est: mihi autẽ adherere deo bonũ est: profecto efficit̃ ut tota ipsa redempta ciuitas: hoc est congregatio sotietasq; sanctorum uniuersale

sacrificium offeratur deo: per sacerdotem magnū: qui etiam seipsum obtulit in passiōe pro nobis: ut tanti capitis corpus essemus scd'm formam serui. Hanc enim obtulit: in hac oblatus est: quia scd'm hanc mediator est: in hac Sacerdos: in hac sacrificium est. Cum itaq; nos hortatus esset Apostolus ut exhibeamus corpora nostra hostiā uiuā: sanctam: deo placentē: rationabile obsequiū nostrū: & non cōformemur huic seculo: sed reformemur in nouitate sensus nostri: ad probandū que sit uoluntas dei: qd' bonū & beneplacitum: & perfectum: qd' totum sacrificium nosipsi sumus: dico enim inquit p gratiam dei: que data est mihi: omnibus qui sunt inter uos: non plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad temperantiam: sicut unicuiq; deus partitus est fidei mensuram. sicut enim in uno corpore multa membra habemus: omnia autē membra non eosdem actus habent: ita multi unum corpus sumus in Xp̄o: singuli aūt alter alterius mēbra habentes dona diuersa scd'm gratiā que data ē nobis. Hoc est sacrificiū Christianoꝝ. multi unū corpus sumus in Xp̄o: qd' etiā sacramēto altaris fidelibus noto frequentat Ecclesia: ubi ei demonstratur: q in ipsa oblatione quam offert: ipsa offeratur.

¶ Quod sanctorum Angelorum ea sit in nos dilectio: ut nos non suos sed unius ueri dei uelint esse cultores. ¶ C. vii.

Merito illi in celestibus sedibus constituti īmortales & beati: qui creatoris sui par/ticipatione congaudent: cuius eternitate firmi: cuius ueritate certi: cuius munere sancti sunt: quoniā nos mortales & miseros ut īmortales beatiq; simus misericorditer diligunt: nolunt nos sibi sacrificare: sed ei cuius & ipsi nobiscum se esse nouerūt. Cum ipsis enim sumus una ciuitas dei: cui dicitur in psalmo. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. cuius pars in nobis peregrinat: pars in illis opitulatur. De illa qppe supna ciuitate ubi dei uoluntas intelligibilis: atq; incōmutabilis lex est: de illa super nos quodāmodo cura geritur. Nanq; ibi cura de nobis habita: ad nos administrata per angelos: sancta illa scriptura descendit: ubi legitur: sacrificans diis eradicabitur nisi deo soli. Huic scripture. huic legi: talibus preceptis tanta sunt attestata miracula: ut satis appareat: cui nos sacrificare uelint immortales ac beati: qui hoc nobis uolunt esse: quod sibi.

¶ De miraculis que deus ad corroborandā fidem piorum: etiā per angeloꝝ ministeriū pmissis suis adhibere dignatus est. ¶ C. viii.

Nam nimis uetera si cōmemorē: longius q̄ satis ē reuoluere uidebor: que miracula sint facta attestantia promissis dei: quibus ante annorum milia predixit Abrae: q in semine eius omnes gentes benedictionē fuerant habiture. Quis enim non miretē eidem Abrae filiū peperisse coniugem sterilem: eo tempore senectutis: quo nec parere: nec esse fecunda iam posset: atq; in eiusdem Abrae sacrificio flammam celitus factam inter diuisas uictimas cucurrisse: eidemq; Abrae predictum ab angelis celeste incēdium sodomorum: quos hominibus similes hospitio susceperat: & per eos de prole uentura dei promissa tenuerat: ipsoq; imminente iam incendio miram de sodomis per eosdem angelos liberationem Loth filii fratris eius? Cuius uxor in uia retro respiciens: atq; in salem repente conuersa: magno admonuit sacramento neminē in uia liberationis sue preterita desiderare debere. Illa uero que: & quāta sunt: que iā per Moysen populo dei de iugo seruitutis eruendo in ægypto mirabiliter gesta sunt: ubi magi Pharaonis hoc est Regis Egypti: qui populum illum dominatione deprimebat: ad hoc facere

quedam mira permissi sunt: ut mirabilius uincerentur. Illi enim faciebant ueneficiis & incantationibus magicis: quibus sunt mali angeli: hoc ē mali demones dediti: Moyses autem tanto potentius: quāto iustius in nomine dei: qui fecit celū: & terram: faciētibus angelis eos facile superauit. Deniq; in tertia plaga deficientibus magis: decem plage per Moysen magna mysteriorum dispositione cōplete sūt: quibus ad dei populū dimittendū Pharaonis & ægyptiorū dura corda cesserunt. Moxq; penituit. Et cum abscedentes hebreos consequi conarentur: illis diuiso mari per siccum transeuntibus: unde hinc atq; hinc in sese redeunte cooperti: & oppressi sunt. Quid de illis miraculis dicam: que cum in deserto idem populus duceretur: stupenda diuinitate crebruerūt: aquas que bibi nō poterant: misso in eas sicut deus preceperat: ligno: amaritudine caruisse: sitientesq; sa/tiasse: māna esurientibus uenisse de celo: & cum esset colligentibus constituta mensura: quicquid amplius quisq; collegerat exortis uermibus putruisse: ante uero diem sabbatū duplum collectum: quia sabbato colligere non licebat: nulla putredine uiolatum: de/siderantibus carne uesci: que tanto populo nulla sufficere posse uidebatᷣ: uolatilibus castra completa: & cupiditatis ardorem fastidio satietatis extinctum obuios hostes transitumq; prohibentes: atq; preliantes: orante Moyse manibus eius in figura crucis extensis: nullo hebreorum cadente prostratos: seditiosos in populo dei: ac se ab ordinata diuinitus societate diuidentes. ad exemplū uisibile inuisibilis pene uiuos terra dehiscēte submersos: uirga pcussam petram tante multitudini abūdatia fluenta fudisse: serpentiū morsus mortiferos immissos ad penam iustissimam peccatorum: in ligno exaltato atq; prospecto eneo serpente sanatos: ut & populo subueniretur afflicto: & mors morte destructa uelut crucifixe mortis similitudine significaretᷣ? Quem sane serpentē pp̄ter facti memoriam reseruatum: cum postea populus errans tanq̄ idolum colere cepisset: Ezechias rex religiosa potestate deo seruiens: cum magna pietatis laude contriuit.

De illicitis artibus erga demonum cultum: in quibus Porphyrius Platonicus quedā probādo: quedā quasi īprobando uersatᷣ. C. ix.

Hec & alia multa huiuscemodi: que omnia cōmemorare nimis longū est: fiebāt ad cōmendandum unius ueri dei cultum: & multorum falsorumq; prohibendū. Fiebant autem simplici fide: atq; fiducia pietatis: nō incantationibus: & carminibus nefarie curiositatis arte cōpositis: quā uel magian: uel detestabiliore nomine goetian: uel honorabiliore theurgian uocāt: qui quasi conantᷣ ista decernere & illicitis artibus deditos alios damnabiles: quos & maleficos uulgus appellat: hos enim ad goetian per/tinere dicunt. alios autem laudabiles uideri uelint: quibus theurgian deputant: cum sint utriq; ritibus fallacibus demonum obstricti sub nominibus angelorum. Nam & Porphyrius quandam quasi purgationem anime: per theurgian: cunctanter tamen & pudibunda quodāmodo disputatione promittit. reuersionem uero ad deū hanc artem prestare cuiq̄ negat: ut uideas eum inter uitium sacrilege curiositatis: & philosophiæ professionem: sententiis alternantibus fluctuare. Nunc enī hanc artē tanq̄ fallacem: & in ipsa actione periculosam: & legibus prohibitā: cauendam monet: nunc aūt uelut eius laudatoribus cedens utilē dicit esse mūdande parti anime: nō quidē intellectuali qua rerum intelligibiliū percipitur ueritas nullas habentium similitudines corporū: sed spirituali: qua corporaliū rerum capiuntur imagines. Hanc enim dicit per quasdā consecrationes theurgicas quas theletas uocant: idoneam fieri: atq; aptam susceptionem spirituum & angelorum ad uidendos deos. ex quibus tamen theurgicis theletis fatetur

intellectuali anime nihil purgationis accedere: quod eam faciat idoneam: ad uidendũ deum suum: & perspicienda ea que uera sunt. Ex quo intelligi potest: qualiũ deorũ: uel qualem uisionẽ dicat fieri theurgicis cõsecrationibus: in qua non ea uidentur: que uere sunt. Deniq; animam rationalem siue quod magis amat dicere intellectualem: in superna posse dicit euadere: etiã si quod eius spiritale est nulla theurgica fuerit arte purgatum. porro autem a theurgo spiritalem purgari hactenus: ut non ex hoc ad immortalitatem eternitatemq; perueniat. Quanq̃ itaq; discernat a demonibus angelos: aerea loca esse demonũ: etherea uel empyrea differens angelorum: & admoneat utendũ alicuius demonis amicicia: quo subuectante uel paululum possit eleuari a terra quisq; post mortem: aliam uero uiam esse perhibeat ad angelorum superna cõsortia: cauendã tamen demonũ sotietatem expressa quodãmodo confessione testatur: ubi dicit animã post mortem luendo penas cultum demonum a quibus circunueniebatur horrescere. Ipsamq; theurgian quam uelut cõciliatricem angelorum deorumq; cõmendat: apud tales agere potestates: negare non potuit: quæ uel ipse inuideant purgationi anime: uel artibus seruiant inuidorum: querelam de hac re chaldei nescio cuius expromens. Consequitur inquit uir in chaldea bonus: purgãde anime magno molimine frustratos sibi esse successus: cum uir ad eadẽ potens: tactus inuidia adiuratas sacris precibus potentias alligasset: ne postulata concederent. Ergo & ligauit ille inquit: & iste non soluit. Quo iudicio dixit apparere theurgian: eẽ tam boni cõficiendi: q̃ mali: & apud deos & apud homines disciplinam: pati etiam deos & ad illas perturbatiões passionesq; deduci: quas cõmuniter demonibus & hominibus Apuleius attribuit. Deos tamẽ ab eis etheree sedis altitudine separans: & Platonis asserens in illa discretione sententiam.

De theurgia que falsam purgationem animis: demonum inuocatione promittit. C.x.

Ecce nunc alius Platonicus quem doctiorem ferunt Porphyrius: nescio per quã theurgicam disciplinam etiã ipsos deos obstrictos passionibus: & perturbationibus dicit: qm̃ sacris precibus adiurari: terreriq; potuerũt: ne prestarent anime purgationẽ: & ita terreri ab eo qui imperabat malum: ut ab alio: qui poscebat bonum per eandem artem theurgicam solui timore illo non possent: & ad dandum benefitium liberari. Quis non uideat hec omnia fallacium demonum esse cõmenta: nisi eorum miserrimus seruus & a gratia ueri liberatoris alienus? Nam si hec apud deos agerẽtur bonos: plus ibi utiq; ualeret beneficus purgator anime: q̃ maliuolus impeditor. Aut si diis iustis homo pro quo agebatur purgatione uidebatur indignus: nõ utiq; ab inuido territi: nec sicut ipse dicit: per metũ ualentioris numinis impediti: sed iudicio libero id negare debuerunt. Mirum est autem: q benignus ille chaldeus qui theurgicis sacris animam purgare cupiebat: non inuenit aliquem superiorẽ deum: qui uel plus terreret atq; ad benefaciendũ cogeret territos deos: uel ab eis terrentẽ cõpesceret: ut libere benefacerẽt. Sic tamen theurgo bono sacra defuerunt: quibus ipsos deos quos inuocabat animæ purgatores: prius ab illa timoris peste purgaret. Quid.n. cause est: cur deus potentior adhiberi possit a quo terreantᷣ: nec possit a quo purgentᷣ? An inuenitᷣ deus: q exaudiat inuidum: & timorem diis incutiat: ne benefaciãt: nec inuenitᷣ deus: qui exaudiat beniuolum: & timorem diis auferat: ut benefaciãt? O theurgia p̃clara: o anime predicãda purgatio: ubi plus imperat immunda inuidentia: q̃ impetrat pura beneficentia: immo uero malignorum spirituũ cauenda: & detestanda fallacia: & salutaris audiẽda doctrina.

Quid.n.? Quia has sordidas purgationes sacrilegis ritibus operanté: quasdã mirabiliter pulchras sicut iste cómemorat: uel angelorum imagines: uel deorum tanq̃ purgato spiritu uident: si tamen uel tale aliquid uidét: illud est: quod Apostolus dicit: quoniã sathanas transfigurat se uelut angelum lucis. Eius.n. sunt illa phantasmata: q miseras animas multorum falsorumq; deo4 fallacibus sacris cupiens irretire: & a uero ueri dei cultu: quo solo mundantur: & sanantur auertere: sicut de Proteo dictum est: formas se uertit in omnes. hostiliter insequens: fallaciter subueniens: & utrobiq; nocens.

De epistola Porphyrii ad Anebuntem ægyptium in qua petit de diuersitate demonum se doceri. C.xi.

MElius sapuit iste Porphyrius: cũ ad Anebunté scripsit ægyptiũ: ubi consulenti similis & querẽti: & prodit artes sacrilegas: & euertit. Et ibi quidé omnes demóes reprobat: quos dicit ob imprudentiã trahere humidum uaporem: & ideo nó in ethere: sed in aere esse sub luna: atq; in ipso lune globo. Verũtamen nó audet omnes fallacias: & malicias: & ineptias quibus merito mouetur: omnibus demonibus dare. Quosdã nanq; benignos demones more appellat aliorum: cum omnes generaliter imprudétes esse fateatur. Miratur autem q nó solum dii alliciantur uictimis: sed etiã compellanté atq; cogantur facere: quod homines uolunt: & si corpore & incorporalitate dii a demonibus distinguuntur: quomodo deos esse existimãdum sit solem & lunã: & uisibilia cetera in celo: que corpora esse non dubitatur. Et si dii sunt: quomodo alii benefici alii malefici esse dicantur: & quomodo incorporalibus: cum sint corporei coniungantur. Querit etiam uelut dubitans utrum in diuinantibus: & quedã mira facientibus anime sint potentiores: an aliqui spiritus extrinsecus ueniant per quos hec ualeant: & potius uenire extrinsecus conicit: eo q lapidibus & herbis adhibitis & alligant quosdam: & aperiant clausa ostia: uel aliquid eiusmodi mirabiliter operantur. Vnde dicit alios opinari esse quoddam genus cui exaudire sit proprium: natura fallax: omniforme multimodum: simulans deos & demones & animas defunctorũ: & hoc esse qđ efficiat hec omnia: que uidétur bona esse: uel praua. ceterũ circa ea que uere bona sunt nihil opitulari: immo uero ista nec nosse: sed & male conciliare & insimulare atq; impedire nónũq̃ uirtutis sedulos sectatores: & plenũ eé temeritatis & fastus: gaudere nidoribus. adulationibus capi: & cetera que de hoc genere fallacium malignorumq; spirituum qui extrinsecus in animam ueniunt: humanosq; sensus sopitos uigilantesq; deludunt. nó tanq̃ sibi persuasa cófirmat: sed tam tenuiter suspicaté: aut dubitat: ut hec alios asserat opinari. Difficile quippe fuit táto philosopho: cunctã diabolicã sotietatem uel nosse: uel fidenter arguere: quam quelibet anicula christiana nec nosse contatur & liberrime detestatur. Nisi forte iste: & ipsum ad quem scribit Anebuntem tanq̃ talium sacrorũ preclarissimum antistitem: & alios talium operum tanq̃ diuinorũ & ad deos colendos pertinentium admiratores: uerecundaté offendere. Sequitur tñ & ea uelut inquirendo cómemorat: que sobrie considerata tribui non possunt nisi malignis & fallacibus potestatibus. Querit.n. cur tanq̃ melioribus inuocatis: quasi peioribus imperet: ut iniusta hominis precepta exequantur: cur attrectatũ re uenerea nó exaudiant imprecanté: cum tamen ipsi ad incestus quosq; concubitus quoslibet ducere non morentur: cur ab animantibus suos antistites oportere abstinere denuntient: ne uaporibus profecto corporeis polluantur: ipsi uero & aliis uaporibus illiciantur & nidoribus hostiarum. cunq; a cadaueris cótactu prohibeaté inspector: & plerũq; illa cadaueribus celebrent

quid sit quod non demoni: uel alicui anime defuncti: sed ipsi soli & lune aut cuicunq; celestium: homo cuilibet uitio obnoxius intendit minas: eosq; territat falso ut eis extorqueat ueritatem. Nam & celum se collidere comminatur: & cetera similia homini impossibilia: ut illi dii tanq̃ insipientissimi pueri falsis & ridiculis cõminationibus territi: qđ imperatur efficiant. Dicit etiam scripsisse Ceremonem quendam talium sacrorum uel potius sacrilegiorum peritum ea: que apud ægyptios celebrantur: uel de Iside: uel de Osiride marito eius: maximam uim habere cogendi deos ut faciant imperata: quando ille qui carminibus cogit ea se prodere uel euertere comminatur. ubi si etiam Osiridis membra dissipaturum terribiliter dicit: si facere iussa neglexerint. Hæc atq; huiusmodi uana & insana diis hominem minari: nec quibuslibet sed ipsis celestibus: & sidera luce fulgẽtibus: nec sine effectu sed uiolẽta potestate cogẽtẽ: atq; his terroribus ad facienda que uoluerit perducentem: merito Porphyrius admiratur. imo uero sub specie mirantis & causas rerum taliũ requirentis: dat ĩtelligi illos hec agere spiritus: quorum genus superius sub aliorum opinatione descripsit: non ut ipse posuit natura: sed uitio fallaces: qui simulant deos & animas defunctorum: demones autem non ut ait ipse se simulant: sed plane sunt. Et q̃ ei uidet̃ herbis & lapidibus & animãtibus & sonis certis quibusdam ac uocibus & figurationibus atq; figmentis: quibusdam etiam obseruatis in celi conuersione motibus siderum: fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas uariis effectibus exequendis: totũ hoc ad eosdem ipsos demones pertinet ludificatores animarũ sibimet subditarum & uoluptaria sibi ludibria de hominũ erroribus exhibẽtes. Aut ergo reuera dubitans & inquirens ista Porphyrius: ea tamen cõmemorat quibus conuincant̃ & redarguant̃: nec ad eas potestates que nobis ad beatam uitã capessendã fauent: sed ad deceptores demões pertinere monstrent̃: aut ut meliora de philosopho suspicemur: eo modo uoluit hominem ægyptum talibus erroribus deditum & aliqua magna se scire opinantem: non superba quasi autoritate doctoris offendere: nec apte aduersantis altercatione turbare: sed quasi querentis & discere cupientis humilitate ad ea cogitanda conuertere: & q̃ sint contemnenda uel etiam deuitanda monstrare. Deniq; prope ad epistole finem petit se ab eo doceri: que sit ad beatitudinem uia ex ægyptia sapientia. Ceterũ illos q̃bus cõuersatio cũ diis ad hoc esset: ut ob inueniendũ fugitiuum uel predium cõparandum: uel propter nuptias uel mercaturam: uel quid huiusmodi mentem diuinam inquietarent: frustra eos uideri dicit coluisse sapientiam. illa enim ipsa numina cum quibus cõuersarentur: & si de ceteris rebus uera p̃dicerent: tamen quoniã de beatitudine nihil cautum nec satis idoneum monerent: nec deos illos esse nec benignos demones: sed aut illũ qui dicit̃ fallax: aut humanũ omne cõmentũ. Verum quia tanta & talia gerunt his artibus: ut uniuersum modũ humane facultatis excedant: quid restat nisi ut ea: que mirifice tanq̃ diuinitus predici uel fieri uidentur: nec cũ ad unius dei cultũ referunt̃: cui simpliciter inherere fatentibus quoq; Platonicis & per multa testantibus solum beatificum bonum est: malignorum demonum ludibria & seductoria impedimenta que uera pietate cauenda sunt: prudenter intelligantur.

De miraculis que per sanctorum angelorum ministerium deus uerus operatur. C. xii.

Porro autem quecũq; miracula siue per angelos: siue quocunq; mõ ita diuinitus fiunt: ut dei unius in quo solo beata uita est cultum religioneq; cõmendent: ea uere ab eis: uel per eos: qui nos scđm ueritatẽ pietatem q; diligunt fieri: ipso deo in illis

operante credendū est. Neq;.n. audiendi sūt: qui deum inuisibilem uisibilia miracula operari negant: cum ipse etiā scd'm ipsos fecerit mundū: quem certe uisibilem negare non possunt. Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo: profecto minus est: q̄ totus hic mūdus: id est celū: & terra: & omnia que in eis sunt: que certe deus fecit. Sicut aūt ipse qui fecit: ita modus quo fecit occultus ē et incōprehensibilis homini. Quāuis itaq; miracula uisibilium naturarum uidendi assiduitate uiluerint: tamen cum ea sapienter intuemur: inusitatissimis rarissimisq; maiora sunt. Nam & omni miraculo quod fit per hominē: maius miraculum ē homo. Quapropter deus qui fecit uisibilia celū & terram: non dedignatur facere uisibilia miracula in celo uel in terra: quibus ad se inuisibilem colendum excitet animam: adhuc uisibilibus deditam. Vbi uero & quando faciat: incōmutabile consilium penes ipsum est: in cuius dispositione iam tempora facta sunt: quecunq; futura sunt. Nam temporalia mouens temporaliter non mouetur: nec aliter nouit facienda q̄ facta: nec aliter inuocantes exaudit: q̄ inuocaturos uidet. Nam & cum exaudiunt angeli eius: ipse in eis exaudit tanq̄ in uero nec manufacto tēplo suo: sicut in omnibus sanctis suis. eiusq; temporaliter fiūt iussa: eterna eius lege cōspecta.

De inuisibili deo: qui se uisibilē sepe prestitit: nō scd'm qd' est: sed secundū quod poterant ferre cernentes. C.xiii.

NEc mouere debet: q cū sit inuisibilis: sepe uisibiliter patribus apparuisse memoratᵉ. Sicut enim sonus quo auditur sententia in silentio intelligentie constituta: non est hoc quod ipsa: ita & species qua uisus est deus in natura inuisibili constitutus: non erat: quod ipse. Veruntn̄ ipse in eadem specie corporali uidebatur: sicut illa sententia in ipso sono uocis auditur. nec illi ignorabant: inuisibilem deum in specie corporali nequaq̄m se posse uidere. Nam & loquebatur cum loquente Moyse: & ei tamen dicebat: Si inueni gratiam ante te: ostende mihi temetipsum scienter: ut uideam te. Cum igitur oporteret dei legem in edictis angelorum terribiliter dari: nō uni homini paucisue sapientibus sed uniuerse genti & populo ingenti: corā eodē populo magna facta sunt in monte ubi lex per unum dabatur: conspiciente multitudine metuenda & tremenda que fiebant. Non enim populus Israel sic Moysi credidit: quēadmodum suo Lycurgo lacedemonii: q a Ioue seu Apolline leges quas condidit: accepisset. Cum enim lex dabatur populo qua coli unus iubebatur deus: in conspectu ipsius populi quantum sufficere diuina prouidentia iudicabat: mirabilibus rerum signis & motibus apparebat: ad eandem legem dandam creatori seruire creaturam.

De uno deo colendo non solum propter eterna: sed etiā ppter temporalia beneficia: que uniuersa in ipsius prouidentie potestate consistunt. C.xiiii.

SIcut autē unius hominis: ita humani generis qd' ad dei populum pertinet recta eruditio per quosdam articulos temporum tanq̄ etatum profecit accessibus: ut a temporalibus ad eterna capienda & a uisibilibus ad inuisibilia surgeretur: ita sane ut etiam illo tempore quo uisibilia promittebantᵉ diuinitus premia: unus tantū colendus cōmendaretᵉ deus: ne mens humana uel pro ipsis terrenis uite transitorie beneficiis: cuiq̄ nisi uero anime creatori: & domino subderetur. Omnia quippe que prestare hōibus uel angeli uel homines possunt: in unius esse omnipotēis potestate: quisquis diffitetur

insanit. De prouidentia certe Plotinus Platonicus disputat: eamq; a summo deo cuius est intelligibilis atq; ineffabilis pulchritudo: usq; ad hec terrena & ima pertigere flos/culorum atq; folio℞ pulchritudinē cōprobat: que omnia quasi abiecta & uelocissime pereuntia: decentissimos formarum suarum numeros habere non posse confirmat: nisi inde formentᷓ ubi forma intelligibilis & incōmutabilis simul habēs omnia pseuerat. Hoc dominus Iesus ibi ostendit ubi ait: Considerate lilia agri quomodo crescunt: nō laborant: neq; nent. Dico aūt uobis: qa nec Salomon in omni gloria sua sic amictus est: sicut unum ex his. Quod si fenum agri: quod hodie ē: & cras in clibanū mittitur: sic deus uestit: quanto magis uos modice fidei? Optime igitur anima humana adhuc terrenis desideriis infirma: ea ipsa que temporaliter exoptat bona infima: atq; terrena: uite huic transitorie necessaria: & pre illius uite sempiternis beneficiis contemnenda: non tamen nisi ab uno deo expectare consueuit: ut ab illius cultu etiam in istorum desiderio non recedat: ad quem contemptu eorum & ab eis auersione perueniat.

¶ De ministerio sanctorum Angelo℞ quo ꝓuidentie dei seruiunt. ¶ C.xv.

Sic itaq; diuine prouidentie placuit ordinare temporū cursum: ut queadmodum dixi: & in actibus Apostolorū legitur: lex in edictis angelo℞ daretur de unius ueri dei cultu: in quibus & persona ipsius dei non quidem per suam substantiam qua semp corruptibilibus oculis inuisibilis pmanet: sed certis indiciis per subiectam creatori creaturam uisibiliter appareret: & syllabatim p transitorias tempo℞ morulas: humane lingue uocibus loqueretᷓ: qui in sua natura nō corpaliter sed spiritaliter: nō sensibiliter sed intelligibiliter: non temporaliter: sed ut ita dicam eternaliter: nec incipit loqui: nec desinit. quod apud illum sincerius audiunt: non corporis aure sed mentis ministr eius: & nūtii: qui eius ueritate incōmutabili perfruuntᷓ immortaliter beati: & qđ faciendū modis ineffabilibus audiunt: & usq; in ista uisibilia atq; sēsibilia pducendū: incōtanter atq; indifficulter efficiūt. Hec autem lex distributione temporum data est: que prius haberet ut dictum est promissa terrena: quibus tamen significarentur æterna: quæ uisibilibus sacramentis celebrarent multi: intelligerent pauci. Vnius tamen dei cultus apertissima illic & uocū & rerum omniū contestatione precipitur: nō unius de turba: sed qui fecit celum & terram: & omnem animā & omnem spiritum: qui nō est: qđ ipse. Ille.n. fecit: hec facta sūt: atq; ut sint: & bene se habeāt: eius indigēt: a quo facta sūt.

¶ An de promerenda beata uita iis angelis sit credendum: qui se coli exigūt honore diuino: an uero illis: q nō sibi: sed uni deo sancta precipiunt religione seruire. ¶ C.xvi.

Quibus igitᷓ angelis de beata & sempiterna uita credendum esse censemus? Utrum eis: q se religionis ritibus coli uolūt: sibi sacra & sacrificia flagitātes a mortalibus exhiberi: an eis: qui hunc omnem cultum uni deo creatori omnium deberi dicunt: eiq; reddendum uera pietate precipiunt: cuius & ipsi contemplatione beati sunt: & nos fu/turos esse promittūt? Illa nanq; uisio dei tante pulchritudinis uisio est: & tāto amore dignissima: ut sine hac quibuslibet aliis bonis preditum atq; abundantem: nō dubitet Plotinus infelicissimū dicere. Cum ergo ad hunc unum quidam angeli: quidam uero ad seipsos latria colendos signis mirabilibus excitent: & hoc ita ut illi istos coli prohi/beant: isti autem prohibere non audeant: quibus potius sit credendum: respondeant

Platonici: respondeant quicunq; philosophi: respondeant theurgi uel potius perurgi. Hoc enim sunt ille omnes artes uocabulo digne. Postremo respondeant homines: si ullus nature sue sensus quod rationales creati sunt: ex aliq̃ parte uiuit in eis: Respõdeant inq̃m: eis ne sacrificandum sit diis uel angelis: qui sibi sacrificari iubent: an illi uni cui iubent hi qui & sibi & istis probibent. Si nec isti nec illi ulla miracula facerent: sed tantum preciperent: alii quidem ut sibi sacrificaretur: alii uero id uetarent: sed uni tm̃ iuberent deo: satis deberet pietas ipsa discernere: quid horum de fastu superbie: quid de uera religione descenderet. Plus etiam dicam. si tantum hi mirabilibus factis humanas animas permouerent qui sacrificia sibi expetunt: illi autem qui hoc probibent & uni tantũ deo sacrificari iubẽt: nequaq̃ ista uisibilia miracula facere dignarentur: profecto non sensu corporis sed ratione mentis preponenda eorum esset autoritas. Cum uero deus id egerit ad cõmendanda eloquia ueritatis sue: ut per istos immortales nuntios: non sui fastũ sed maiestatẽ illius predicantes: faceret maiora: certiora: clariora miracula: ne infirmis piis illi qui sacrifitia sibi expetunt falsam religionem facilius persuaderent: eo quod sensibus eorum quedam stupenda monstrarent: quem tandem ita desipere libeat ut non uera eligat quæ sectetur: ubi & ampliora inuenit: quæ miretur? Illa quippe miracula deorum gentilium que commendat historia: nõ ea dico que interuallis temporum occultis ipsius causis mundi: ueruntamen sub diuina prouidentia constitutis & ordinatis: monstrosa contingunt: quales sunt inusitati partus animalium & celi terreq; rerum insolita facies siue tãtum terrens: siue etiam nocens: que procurari atq; mitigari demonicis ritibus fallacissima eorum astutia perhibẽtur. Sed ea dico que ui ac potestate eorum fieri satis euidenter apparet: ut est: quod effigies deorum penatum quos de Troia Aeneas fugiens aduexit: de loco in locum migrasse referuntur: quod cotem Tarquinius nouacula secuit: quod Epidaurius serpens Esculapio nauiganti Romã comes adhesit: quod nauim qua simulacrũ matris Phrygie uehebatur: tantis hominũ boũq; conatibus immobilem redditam: una muliercula zona alligatam ad sue pudicicie testimonium mouit et traxit: quod uirgo uestalis de cuius corruptiõe questio uertebatur: aqua impleto cribro de tyberi neq; profluente: abstulit cõtrouersiam. Hec ergo atq; alia huiuscemodi nequaq̃ illis que in populo dei facta legimus: uirtute ac magnitudine cõferende sunt. Quanto minus ea que illorum quoq; populorum qui tales deos coluerunt: legibus iudicata sunt prohibenda atq; plectenda: magica scilicet uel theurgica? Quorum pleraq; spetietenus mortaliũ sensus imaginaria ludificatione decipiunt: quale est lunã deponere. Donec suppositas: ut ait Lucanus: propior despumet in herbas.

Quedam uero & si nonnullis priorum factis uideantur opere coequari: finis ipse quo discernuntur: incomparabiliter hæc nostra ostendit excellere. Illi enim multi tanto minus sacrifitiis colendi sunt: quanto magis hec expetunt. his uero unus cõmendatur deus: qui se nullis talibus indigere: & scripturarum suarum testificatione: & eorundem postea sacrifitiorum remotione demonstrat. Si qui ergo angeli sibi expetunt sacrifitiũ: preponendi eis sunt qui non sibi sed deo creatori omnium cui seruiunt. Hinc enim ostendunt q̃ sincero amore nos diligunt: quando per sacrifitiũ non sibi sed ei subdere nos uolunt: cuius & ipsi contemplatione beati sunt: & ad eum nos peruenire querunt: a quo ipsi nõ recesserunt. Si aũt angeli qui non uni sed plurimis sacrifitia fieri uolũt: non sibi sed eis diis uolunt quorum deorum angeli sunt: etiam sic eis preponendi sunt illi qui unius dei deorum angeli sunt: cui sacrificari sic iubent: ut alicui alteri uetent: cum eorum nullus huic uetet: cui uni isti sacrificari iubent. Porro si quod magis indicat eorum superba fallacia: nec boni nec bonorũ deorum angeli sunt sed demones mali:

qui non unum solum ac summum deum sed seipsos sacrifitiis coli uolunt: quod maius q̃ dei unius contra eos eligendum est presidium cui seruiunt angeli boni: qui non sibi sed illi iubent ut sacrifitio seruiamus: cuius nos ipsi sacrifitium esse debemus.

¶ De arca testamenti miraculisq; signorum que ad cōmendandam legis ac promissionis autoritatem diuinitus facta sunt. ¶ C. xvii.

PRoinde lex dei quæ in edictis data est angelorum: in qua unus deus deorum religione sacrorū iussus est coli: alii uero quilibet prohibiti: in arca erat posita: que arca testimonii nuncupata est. Quo nomine satis significatur: non deū: qui ꝑ illa omnia colebatur: circuncludi solere uel contineri loco: cum responsa eius & quædam humanis sensibus darentur signa ex illius arce loco: sed uolūtatis eius hinc testimonia perhiberi: ꝙ etiam ipsa lex erat in tabulis conscripta lapideis. & in arca ut dixi posita: quam tempore peregrinationis in heremo cum tabernaculo qđ similiter appellatum est tabernaculum testimonii: cū debita Sacerdotes ueneratione portabāt. Signumq; erat: ꝙ per diem nubes apparebat: quæ sicut ignis nocte fulgebat. Quæ nubes cum moueretur: castra mouebant. & ubi staret: castra ponebantur. Reddita sunt autē illi legi magni miraculi testimonia: preter ista que dixi: & preter uoces que ex illius arce loco edebātur. Nam cū terram promissionis intrantibus eadē arca transiret: iordanis fluuius ex parte superiore subsistens: & ex inferiore decurrens: & ipsi & populo siccū prebuit transeundi locum. Deinde ciuitatis que prima hostilis occurrit more gentium deos plurimos colens: septies eadē arca circūacta: muri repente ceciderunt nulla manu oppugnati: nullo ariete percussi. Post hoc etiā cum in terra promissionis eēnt: & eadē arca propter eorum peccata fuisset ab hostibus capta: hi qui eam ceperant: in templo dei sui quem pre ceteris colebant honorifice collocarunt: abeuntesq; clauserūt: aptoq; postera die simulacrū cui supplicabāt: inuenerūt collapsum: deformiterq; confractū. Deinde ipsi prodigiis acti deformiusq; puniti: arcam diuini testimonii populo unde ceperant: reddiderunt. Ipsa autem redditio qualis fuit? Imposuerunt eam plaustro: eiq; iuuencas a quibus uitulos suggentes abstraxerant subiunxerūt: & eas quo uellēt ire siuerunt: etiam hic uim diuinam explorare cupientes. At ille sine homine ducæ: atq; rectore ad hebreos uiā pertinaciter gradientes: nec reuocate mugitibus esurientiū filiorum: magnum sacramentum suis cultoribus reportarūt. Hec atq; huiusmodi deo parua sunt: sed magna terrendis salubriter erudiendisq; mortalibus. Si. n. philosophi precipueq; Platonici rectius ceteris sapuisse laudantur: sicut pauloante cōmemoraui. ꝙ diuinam prouidentiā hec quoq; rerum infima atq; terrena administrare docuerit: numerosa⁊ testimonio pulchritudinū: que non solum in corporibus animalium: ue⁊ etiam in herbis fenoq; gignuntur: quāto euidentius hec attestantur diuinitati que ad horam predicationis eius fiunt: ubi ea religio commendatur: que omnibus celestibus terrestribus infernisq; sacrificari uetat: uni deo tantū iubens qui solus diligēs & dilectus beatos facit: eorumq; sacrifitiorum tempora imperata prefiniens: eaq; per meliorem sacerdotem in melius mutanda predicens: non ista se appetere: sed per hec alia potiora significare testatur. non ut ipse his honoribus sublimetꝰ: sed ut nos ad eum colendum eiq; coherendum igne amoris eius accensi: qđ nobis non illi bonum est: excitemur.

¶ Contra eos qui de miraculis quibus dei populus eruditus est: negant ecclesiasticis libris esse credendum. ¶ C. xviii.

AN dicet aliquis ista falsa esse miracula: nec fuisse facta sed mendaciter scripta? Quisquis hoc dicit: si his rebus negat omnino ullis litteris esse credendum: potest etiam dicere: nec deos ullos curare mortalia. Non.n. se aliter colendos esse psuaserunt: nisi mirabilibus operum effectibus: quorum & historia gentium testis est: quarum dii se ostentare mirabiles: potius q̄ utiles ostendere potuerunt. Vnde hoc opere nostro cuius hunc iam decimum librum habemus in manibus: non eos suscepimus refellendos: qui uel ullam eē uim diuinam negant: uel humana non curare contendunt: sed eos qui nostro deo conditori sancte & gloriosissime ciuitatis deos suos preferunt: nescientes eum esse ipsum etiam mundi huius uisibilis & mutabilis inuisibilem & incómutabilem conditorem: & uite beate non de his que condidit: sed de seipso uerissimum largitorem. Eius enim Propheta ueracissimis ait: Mihi autem adherere deo bonum est. De fine nanq; boni inter philosophos queritur: ad quod adipiscendú omnia offitia referenda sunt. Nec dixit iste: mihi autem nimis diuitiis abúdare bonú est: aut insigniri purpura & sceptro: uel diademate excellere: aut qđ nonnullli etiam philosophorú dicere non erubuerunt: mihi uoluptas corporis bonú est. aut qđ melius uelut meliores dicere uisi sunt: mihi uirtus animi bonum est. Sed mihi inquit adherere deo bonum est. Hoc eú docuerat: cui uni tantúmodo sacrificandú: sancti quoq; angeli leg alium sacrifitiorum etiam cótestatione monuerút. Vnde etiá ipse sacrifitiú eius factus fuerat: cuius igne intelligibili correptus ardebat: & in eius ineffabilem incorporeúq; cóplexum sancto desiderio ferebatur. Porro autem si multorum deorum cultores: qualescúq; deos suos esse arbitrentur: ab eis facta esse miracula uel ciuilium rerú historie uel libris magicis siue qđ honestius putát theurgicis credunt: quid cáe est cur illis litteris nolint credere ista facta esse: quibus tanto maior debetur fides: quanto super omnes est magnus cui uni soli sacrificandum precipiunt.

Que ratio sit uisibilis sacrifitii quod uni uero & inuisibili deo offerri docet uera religio. C.xix.

QVi auté putant hec uisibilia sacrifitia diis aliis congruere: illi uero tanq̄ inuisibili inuisibilia: & maiora maiori: meliorique meliora: qualia sunt pure mentis & bone uoluntatis offitia: profecto nesciunt hæc ita esse signa illorum: sicut uerba signantia uel sonantia signa sunt rerú. Quocirca sicut orantes atq; laudantes ad eum dirigimus significantes uoces: cui res ipsas in corde quas significamus: offerimus: ita sacrificantes non alteri uisibile sacrifitiú offerendum esse nouerimus: q̄ illi cuius in cordibus nostris inuisibile sacrifitiú nosipsi esse debemus. Tunc nobis fauent nobisq; cógaudent: atq; ad hoc ipsum nos pro suis uiribus adiuuant angeli quiq; uirtutesq; superiores: et ipsa bonitate ac pietate potentiores. Si autem illis hec exhibere uoluerimus: non libenter accipiunt. & cum ad homines ita mittuntur ut eorum presentia sentiatur apertissime uetant: Sunt de his exempla in litteris sanctis. Putauerunt quidá deferendú angelis honorem: uel adorando uel sacrificando qui debetur deo: & eoꝝ sunt admonitione prohibiti: iussiq; sunt hæc ei deferre: cui uni fas esse nouerunt. Imitati sunt angelos sanctos etiá sancti homines dei. Nam Paulus & Barnabas in lycaonia facto quodam miraculo sanitatis: putati sunt dii: eisq; lycaonii immolare uictimas uoluerunt: quod a se humili pietate remouentes: eis in quem crederent: annuntiauerunt deum. Sed nec ob aliud fallaces illi superbe sibi hoc exigunt: nisi quia uero deo deberi sciunt. Non.n. reuera ut ait Porphyrius: & nónulli putant: cadauerinis nidoribus sed diuinis hono/ribus gaudent. Copiam uero nidorú magná habent undiq;. & si amplius uellent: ipsi

sibi poterant: exhibere. Qui ergo diuinitatē sibi errogant spiritus nō cuiuslibet corpis fumo: sed supplicātis animo delectant̄: cui decepto subiectoq; dominent̄: intercludēt̄es iter ad deum uerū: ne sit homo illius sacrificiū: dum sacrificatur cuipiā preter illum.

De summo uero q; sacrifitio quod ipse dei et hominum mediator effectus est. C.xx.

Unde uerus ille mediator in quantum formam serui accipiens: mediator effectus est dei & hominum homo Iesus Xp̄us: cum in forma dei sacrifitium cum patre sumat: cum quo & unus est deus: tamen in forma serui sacrifitiū maluit esse q̄ sumere, ne uel hac occasione quis q̄ existimaret cuilibet sacrificandum esse creature. Per hoc & Sacerdos est: ipse offerens: ipse & oblatio. Cuius rei sacramentum quotidianum esse uoluit Ecclesiæ sacrifitium: cum ipsius corporis ipse sit caput: & ipsius capitis ipsa sit corpus: tam ipsa p ipsum q̄ ipse p ipsam suetus offerri. Huius ueri sacrifitii multiplicia uariaq; signa erant sacrifitia prisca sanctorum: cum hoc unum per multa figuraret̄: tanq̄ uerbis multis res una diceretur: ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo uero q; sacrifitio: cuncta sacrifitia falsa cesserunt.

De modo potestatis demonibus date ad glorificandos: sanctos qui ptulerunt iam passionem: qui aerios spiritus nō placādo ipsos sed in deo pmanendo uicerūt. C.xxi.

Moderatis autem prefinitisq; temporibus: etiam potestas permissa dæmonibus: ut hominibus quos possident excitatis: inimicicias aduersus dei ciuitatem tyrannice exerceant: sibiq; sacrifitia non solum ab offerentibus sumant: & a uolentibus expetāt: uerum etiam ab inuitis persequendo uiolententer extorqueant: nō solum perniciosa non est: sed etiam utilis inuenit̄ Ecclesie ut martyrū numerus impleatur: quos ciuitas dei tanto clariores & honoratiores ciues habet: quanto fortius aduersus impietatem potestatum etiam usq; ad sanguinem certant. Hos multo eligantius si Ecclesiastica loquendi consuetudo pateret̄: nostros Heroas uocaremus. Hoc enim nomē a Iunone dicitur tractum. quod grece Iuno Hera appellatur. & ideo nescio quis filius eius sc̄d̄m Grecorum fabulas Heros fuerit nuncupatus. hoc uidelicet uelut mysticū significāte fabula: q aer Iunoni deputetur. ubi uolunt cum demonibus Heroas habitare. quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctoꝝ. Sed a cōtrario Martyres nostri Heroes nuncuparentur: si ut dixi usus Ecclesiastici sermonis admitteret. nō q eis esset cum demonibus in aere sotietas: sed quod eosdem demones id ē aereas uincerēt ptātes: & in eis ipsam quicquid putatur significare Iunonem: que nō usq; quaq; incōuenienter a poetis inducit̄ inimica uirtutibus: & celū petentibus uiris fortibus inuida. Sed rursus eis succūbit infeliciter ceditq; Virgilius. ut cum apud eum illa dicat.

Vincor ab Aenea.

Ipsum Aeneā admoneat Helenus: quasi cōsilio religioso & dicat.

Iunoni cane uota libens. dominamq; potentem.

Supplicibus supra donis.

Ex qua opinione Porphyrius q̄uis non ex sua sententia: sed ex aliorū bonum dicit deum uel geniū non uenire in hominem nisi malus fuerit ante placatus: tanq̄ fortiora sint apud eos numina mala q̄ bona. quando quidē mala impediunt adiutoria bonoꝝ.

nisi eis placata dent locum. malisq; nolentibus bona prodesse non possint: nocere autẽ mala possint non sibi ualentibus resistere bonis. Non est ista uere ueraciterq; sancte religionis uia. non sic Iunonem hoc est aereas potestates piorum uirtutibus inuidẽtes nostri martyres uincunt. Non omnino si dici usitate posset: Heroes nostri supplicibus dõis: sed uirtutibus diuinis heram superant. Commodius quippe Scipio Africanus est cognominatus ꝙ uirtute Africam uicerit: q̃ si hostes donis placasset ut parcerent.

Unde sit sanctis aduersum demones potestas: & unde cordis uera purgatio. C.xxii.

Uera pietate homines dei aeream potestatem inimicam contrariamq; pietati: exorcizando eiciunt: nõ placando: omnes temptationes aduersitatesq; eius uincũt: orando nõ ipsam sed suum deũ aduersus ipsam. Non. n. aliquem uincit aut subiugat: nisi sotietate peccati. In eius ergo nomine uincitur qui hominem assumpsit: egitq; sine peccato ut in ipso Sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatoꝝ: id est ꝑ mediatorẽ dei & hoĩm hominẽ Xp̄m Iesum: per quem facta peccatoꝝ purgatione recõciliamur deo. Non enim nisi peccatis homines separanẽ a deo: quoꝝ in hac uita nõ fit nostra uirtute sed diuina miseratiõe purgatio: per indulgentiã illius nõ per nostrã potentiã. quia & ipsa quantulacũq; uirtus que dicitur nostra: illius est nobis bonitate cõcessa. Multum autem nobis in hac carne tribueremus: nisi usq; ad eius depositionẽ sub uenia uiueremus. Propterea ergo nobis per mediatorem prestita est gratia: ut polluti carne peccati: carnis peccati similitudine mundaremur. Hac dei gratia qua in nos ostendit magnam misericordiam suam: & in hac uita per fidem regimur: & post hanc uitam per ipsam speciem incõmutabilis ueritatis ad perfectionem plenissimam perducemur.

De principiis in quibus Platonici purgationem anime esse profitentur. C.xxiii.

Dicit etiam Porphyrius diuinis oraculis fuisse responsum: non nos purgari lune teletis atq; solis. ut hinc ostenderetur nullorum deorum teletis hominem posse purgari. Cuius enim telete purgant: si lune solisq; nõ purgant: quos inter celestes deos precipuos habent? Deniq; eodem dicit oraculo expressum principia posse purgare: ne forte cũ dictum esset non purgare teletas solis & lune: alicuius alterius dei de turba ualere ad purgandũ telete crederentur. Que aũt dicat eẽ principia tanq̃ Platonicus: nouimus. Dicit enim deum patrem & deum filium: quẽ grece appellat paternum intellectum uel paternam mentem. De spiritu autem sancto aut nihil: aut non aperte aliquid dicit. Quãuis quem alium dicat horum medium non intelligo. Si enim tertiã sicut Plotinus ubi de tribus principalibus substantiis disputat: anime naturam etiã iste uellet intelligi: non utiq; diceret horum medium id est patris & filii mediũ. Postponit quippe Plotinus anime naturam paterno intellectui: iste autem cum dicit mediũ: nõ postponit sed interponit. Et nimirũ hoc dixit ut potuit: siue ut uoluit: quoniã nos spiritum sactum nec patris tantum nec filii tantũ: sed utriusq; spiritũ dicimus. Liberis enim uerbis loquunẽ philosophi: nec in rebus ad intelligendũ difficillimis: offensionem religiosarũ aurium ꝑtimescunt. Nobis aũt ad certã regulam loqui fas est: ne uerboꝝ licentia etiam de rebus que iis significantur: impiam gignat opinionem. Nos itaq; ita non dicimus duo uel tria principia cum de deo loquimur: sicut nec duos deos uel tres

nobis licitum est dicere. quãuis de unoquoq; loquentes: uel de patre uel de filio uel de spiritu sancto: etiam singulum quenq; deum esse fateamur. Nec dicimus tantum qđ heretici Sabelliani eundem esse patrem qui est & filius: & eundem esse spiritum sanctú qui est & pater & filius: sed patrem esse filii patrem: & filium patris filium: & patris & filii spiritum sanctum nec patrem esse nec filium. Verum itaq; dictú est non purgari hominem nisi principio: q̃uis pluraliter apud eos sint dicta principia.

De uno ueroq; principio quod solam humanam naturam purgat atq; renouat. C.xxiiii.

SEd subditus Porphyrius inuidis potestatibus de qbus & erubescebat: & eas libere redarguere formidabat: noluit intelligere dominum Iesum Christum esse prin/cipium: cuius incarnatione purgamur. Eum quippe in ipsa carne contempsit: quam propter sacrificium nostre purgationis assumpsit: magnum scilicet sacramentum ea superbia non intelligens: quam sua ille humilitate deiecit: uerus benignusq; mediator in ea se ostendens mortalitate mortalibus: quam maligni fallacesq; mediatores non habendo se superbius extulerunt: miserisq; hominibus adiutorium deceptorium uelut immortales mortalibus promiserunt. Bonus itaq; uerusq; mediator ostendit peccatú esse malum non carnis substantiá uel naturam: que cum anima hominis & suscipi sine peccato potuit & haberi: & morte deponi: & in melius resurrectione mutari: nec ipsá mortem: q̃uis esset pæna peccati quam tamen pro nobis sine peccato ipse persoluit: peccando esse uitandam: sed potius si facultas datur pro iusticia perferendam. Ideo enim soluere potuit moriendo peccata: quia mortuus est & nó pro suo peccato. Húc ille Platonicus non cognouit esse principiú: nam cognosceret purgatoriú. Neq; enim caro principium est: aut anima humana: sed uerbum per quod facta sunt omnia. Non ergo caro per seipsam mundat: sed per uerbum a quo suscepta est: cum uerbum caro factú est. & habitauit in nobis. Nam de carne sua manducanda mystice loquẽs: cum ii qui non intellexerunt: offensi recederent dicentes: durus est hic sermo: quis eum potest audire: respondit manentibus ceteris. Spiritus est qui uiuificat: caro autem non prodest quicq̃. Principiú ergo suscepta anima & carne: & animá credentiú mundat & carnem. Ideo querentibus iudeis quis esset respondit se esse principium. Quod utiq; carnales infirmi peccatis obnoxii & ignorantie tenebris obuoluti: nequaq̃m precipere possemus: nisi ab eo mundaremur & sanaremur: per hoc quod eramus: & non eramus. Eramus enim homines: sed iusti non eramus. In illius autem incarnatione natura hu/mana erat: sed iusta nó peccatrix erat. Hec ẽ mediatio qua manus lapsis iacentibusq; porrecta est. hoc est semen dispositum per angelos: in quorum edictis & lex dabatur qua & unus deus coli iubebatur: & hic mediator uenturus promittebatur.

Omnes sanctos & sub legis tempore & sub prioribus seculis in sacramento & fide Christi iustificatos fuisse. C.xxv.

CVius sacramenti fide: etiam iusti antiqui mundari pie uiuendo potuerunt. non solum antẽq lex populo hebreo daretur: neq; enim eis predicator deus uel ãgeli defuerunt: sed ipsius quoq; legis temporibus q̃nuis in figuris rerum spiritalium habere uideretur promissa carnalia: ꝑpter quod uetus dicitur testamentú. Nam & prophete tunc erant: per quos sicut & per angelos eadem promissio predicata est: & ex illorum

numero erat: cuius tam magnā diuinamq; sententiā de boni humani fine pauloante commemoraui. Mihi autem adherere deo bonum est. In quo plane psalmo: duum testamentorum que dicuntur uetus & nouum satis est declarata distinctio. Propter carnales enim terrenasq; promissiones: cum eas impiis abundare prospiceret: dicit pedes suos pene fuisse cōmotos: & effusos in lapsum prope modum gressos suos: tanq̄ frustra deo ipse seruisset. Cūq; ea felicitate quam de illo expectabat cōtemptores eius florere conspiceret: seq; in rei huius inquisitione laborasse: uolentē cur ita esset apprehēdere: donec intraret in sanctuariū dei: & intelligeret nouissima eorum qui felices uidebant: errare tunc eos intellexit in eo ꝙ se extulerunt: sicut dicit fuisse deiectos et defecisse ac perisse propter iniquitates suas. totumq; illud culmen temporalis felicitatis ita eis factum tanq̄ somniū euigilantis: qui se repente inuenit suis que somniabat: fallacibus gaudiis destitutū. Et quoniā in hac terra uel ciuitate terrena magni sibi uidebantur: domine inquit in ciuitate tua imaginem illorum ad nihilum rediges. Quid huic tamē utile fuerit: etiā ipsa terrena non nisi ab uno uero deo querere: in cuius potestate sunt omnia: satis ostendit ubi ait: Velut pecus factus sum apud te: & ego semper tecum. Velut pecus dixit: utiq; non intelligens. Ea quippe a te desiderare debui: que mihi cū impiis non possunt esse cōmunia. quibus eos cū abundare cernerem: putaui me incassū tibi seruisse: quando & illi hec haberent: qui tibi seruire noluissent. Tamen ego semper tecum: qui etiam in talium rerum desiderio deos alios non quesiui. Ac per hoc sequitur. Tenuisti manū dextere mee: & in uolūtate tua deduxisti me: & cum gloria assumpsisti me. tanq̄m ad sinistram cuncta illa pertineant: que abundare apud impios cum uidisset pene collapsus est. Quid enim mihi est inquit in celo? Et a te qd uolui super terram? Reprehendit seipsum: iusteq; sibi displicuit. quia cum tam magnum bonum haberet in celo: quod post intellexit: rem transitoriam fragilem & quodāmodo luteā felicitatem a suo deo quesiuit in terra. Defecit inquit cor meū & caro mea: deus cordis mei: defectu utiq; bono ab inferioribus ad superna. Vnde in alio psalmo dicitur desiderat & deficit anima mea in atria domini. Item in alio deficit in salutare tuū anima mea. Tamen cum de utroq; dixisset id est de corde & carne deficiente: non subiecit deus cordis mei & carnis mee: sed deus cordis mei. Per cor quippe caro mundat. Vnde dicit dominus. Mundate que intus sunt: & que foris sunt mūda erunt. Partem deinde suam dicit ipsum deum: non aliquid ab eo: sed ipsum. Deus inquit cordis mei: & pars mea deus in æternum: ꝙ inter multa quæ ab hominibus eliguntur: ipse illi placuerit eligendus. Quia ecce inquit: qui se longe faciunt a te peribunt. perdidisti omnem qui fornicatur abs te. hoc est qui multorum deorum uult eē prostibulum. Vnde sequitur illud propter qđ & cetera de eodem psalmo dicenda uisa sunt. Mihi autem adherere deo bonum est: non longe ire: non per plurima fornicari. Adherere autem deo tunc perfectum erit: cum totum quod liberandum est: fuerit liberatum. Nūc uero fit illud quod sequitur. ponere in deo spem meam. Spes enim que uidetur: non est spes. Quod enim uidet quis: quid sperat ait Apostolus? Si autem quod non uidemus speramus: per patientiam expectamus. In hac autem spe nunc cōstituti agamus quod sequitur: & simus nos quoq; pro modulo nostro angeli dei id est nuntii eius: annuntiantes eius uoluntatem & gloriam gratiamq; laudantes. Vnde cum dixisset ponere in deo spem meam: ut annuntiem inquit omnes laudes tuas in portis filie Sion. Hæc est gloriosissima ciuitas dei: hæc unum deum nouit & colit: hanc angeli sancti nuntiauerunt: qui nos ad eius societatem inuitauerunt: ciuesq; suos in illa esse uoluerunt. quibus non placet ut eos colamus tanq̄ nostros electos deos: sed cum eis & illorum & nostrum deū.

nec eis sacrificemus: sed cum ipsis sacrifitium deo simus. Nullo itaq; dubitante: qui hec deposita maligna obstinatione considerat: omnes immortales beati qui nobis non inuident: neq; enim si inuiderent essent beati: sed potius nos diligunt: ut & nos cum ipsis beati simus. plus nobis fauent: plus adiuuant quando unũ deum cũ illis colimus: patrem & filium & spiritum sanctum: q̃ si eos ipsos per sacrifitia coleremus.

¶ De inconstantia Porphyrii inter confessionem ueri dei & cultum demonum fluctuantis. ¶ C. xxvi.

NEscio quõ quantũ mihi uidet̃: pro amicis suis theurgis erubescebat Porphyrius. Nam ista utcunq; sapiebat: sed contra multorum deorum cultum deum uerum non libere defendebat. Et angelos quippe alios esse dixit: qui deorsum descendentes hõibus theurgicis diuina ꝓnuntiẽt: alios aũt q in terris ea que patris sunt & altitudinẽ eius ꝓfunditatemq; declarent. Non igitur hos angelos quoꝝ ministeriũ est declarare uoluntatẽ patris: credendũ est uelle nos subdi: nisi ei cuius nobis ãnuntiant uoluntatẽ. Vnde optime admonet etiã ipse Platonicus: imitãdos eos potius q̃ inuocandos. Non itaq; debemus metuere ne immortales & beatos uni deo subditos: non eis sacrificando offendamus. Quod enim nõ nisi uni uero deo deberi sciunt: cui & ipsi adherendo beati sunt: proculdubio neq; per ullam significantẽ figurã: neq; ꝑ ipsam rẽ que sacramentis significatur: sibi exhiberi uolunt. Demonũ est hec arrogantia superboꝝ atq; miseroꝝ a quibus longe diuersa est pietas subditorũ deo: nec aliunde q̃ illi adherendo beatoꝝ. Ad quod bonum percipiendum: etiam nobis sincera benignitate oportet ut faueant: neq; sibi arrogent quo eis subiiciamur: sed eũ ãnuntient sub quo eis in pace sociemur. Quid adhuc trepidas o philosophe: aduersus potestates & ueris uirtutibus & ueri dei muneribus inuides: habere liberam uocem? Iam dixisti angelos qui patris annuntiant uoluntatẽ: ab eis angelis esse diuersos qui ad theurgicos homines nescio qua deducti arte descendunt. Quid adhuc eos honoras: ut dicas prenuntiare diuina? Que tandem diuina prenuntiant: qui nõ uoluntatem patris nuntiant? Nempe illi sunt quos sacris precibus inuidus alligauit: ne prestarent animæ purgationem: nec a bono ut dicis purgare cupiẽtes ab illis uinculis solui: & sue potestati reddi potuerũt. Adhuc dubitas hec maligna esse demonia. uel te fingis fortasse nescire dũ non uis theurgos offẽdere: a quibus curiositate deceptus ista perniciosa & insana pro magno benefitio didicisti? Audes istam inuidiam non potentiam sed pestilentiã: & non dicam dominam sed qđ tu fateris ancillam potius inuidorũ: isto aere transcendo leuare in celum: & inter deos uestros etiam siderios collocare: uel ipsa quoq; sidera his opprobriis infamare?

¶ De impietate Porphyrii qua etiã Apuleii transcendit errorem. ¶ C. xxvii.

QVanto humanius & tolerabilius consectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit. qui tantũmodo demones a luna & infra ordinatos: agitari morbis passionum mentisq; turbelis honorans eos quidẽ sed uolens nolensq; confessus est. deos tamen celi superiores ad etherea spacia pertinentes: siue uisibiles quos cõspicuos lucere cernebat: solem & lunã & cetera ibidem lumina: siue inuisibiles quos putabat ab omni labe istaꝝ perturbationum alienos: quanta potuit disputatione discreuit. Tu autẽ didicisti hoc non a Platone sed a Chaldeis magistris tuis: ut in ethereas uel empyreas mundi subli/mitates & firmamenta celestia extolleres uitia humana: ut possent dii uestri theurgis

prenuntiare diuina. Quibus diuinis te tamen per intellectualem uitam facis altiorē: ut tibi uidelicet tanq̃ philosopho theurgice artis purgatiões nequaq̃ necessarie uide/antur: sed aliis eas tamen importas: ut hanc ueluti mercedem reddas magistris tuis: ꝙ eos qui philosophari non possunt: ad ista seducis que tibi tanq̃ superiorum capaci esse inutilia confiteris: ut uidelicet quicunq; a philosophie uirtute remoti sunt: que ardua nimis atq; paucorum est: te autore theurgos homines a quibus non quidem in anima intellectuali: uerum saltem in anima spiritali purgentur: inquirant. Et quoniā istorū quos philosophari piget incōpabiliter maior ē multitudo: plures ad secretos & illicitos magistros tuos q̃ ad scholas Platonicas uenire cogant. Hoc enim tibi immundissimi demones deos ethereos se esse fingentes: quoꝝ predicator & āgelus factus es ꝑmiserūt: ꝙ in anima spiritali theurgica arte purgati ad patrem quidem nō redeunt: sed super aereas plagas inter deos ethereos habitabunt. Non audit ista hominum multitudo: propter quos a dæmonum dominatu liberandos Xp̄us aduenit. In illo enim habent misericordissimā purgationem. & mentis: & spiritus: & corporis sui. Propterea quippe totum hominem sine peccato ille suscepit: ut totum quo constat homo a peccatorum peste sanaret. Quem tu quoq; utinam cognouisses: eiq; te potius q̃ uel tue uirtuti quæ humana fragilis & infirma est: uel pniciocissime curiositati sanandū tutius cōmisisses. Non enim te decepisset: quem uestra ut tuipse scribis oracula sanctum immortalemq; confessa sunt. De quo etiā poeta nobilissimus: poetice quidē quia in alterius adūbrata persona: ueraciter tamen si ad ipsum referas dixit.

Te duce si qua manent sceleris uestigia nostri.
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ea quippe dixit: que etiam multum proficientiū in uirtute iusticie possunt propter huius uite infirmitatem: & si non scelera: scelerum tamen manere uestigia. que nō nisi ab illo saluatore sanantur: de quo iste uersus expressus est. Nam hoc utiq; nō a seipso dixisse Virgilius in egloge ipsius quarto ferme uersu indicat: ubi ait.

Vltima cumei uenit iam carminis etas.

Vnde hoc a cumea Sibylla incōtanter apparet. Theurgi uero illi: uel potius demōes deorum species figurasq; fingentes: inquinant potius q̃ purgant humanum spiritum: falsitate phantasmatum & deceptoria uanarum ludificatione formarum. Quomodo enim purgent hominis spiritum qui immundum habent proprium? Alioquin nullo modo carminibus inuidi hominis ligarentur. Ipsumq; inane benefitiū quod p̄staturi uidebantur: aut metu premerent: aut simili inuidentia denegarent. Sufficit qđ pur/gatione theurgica neq; intellectualem animam hoc est mentem nostram dicis posse purgari: & ipsam spiritalem id est anime nostre partē mente inferiorem: quā tali arte purgari posse asseris: immortalem tamen eternamq; non posse hac arte fieri cōfiteris. Xp̄us autem uitam promittit eternam. unde ad eum mundus uobis quidē stomachā/tibus: mirantibus tamen stupentibusq; concurrit. Quod quia negare non potuisti: in tantū a teipso dissētire uideris: ut primū doceas errare homines theurgica disciplina: & q̃plurimos fallere per cecam insipientemq; sententiam: atq; esse certissimum errorem agendo & supplicando ad principes angelosq; decurrere: & rursum quasi ne operam perdidisse uidearis: ista dicendo: mittis homines ad theurgos: ut ꝑ eos anima spiritalis purgetur illorum qui non secundū intellectualem animam uiuunt.

Quibus persuasionibus Porphyrius obcecatus non potuerit ueram sapientiam qđ est Christus: agnoscere. C.xxviii.

MIttis ergo homines in errorem certissimũ. Neq; hoc tantũ malum te pudet: cũ uirtutis & sapientie te profitearis amatorem. Quam si uere ac fideliter amasses: Xp̄m dei uirtutem & dei sapientiam cognouisses: nec ab eius saluberrima humilitate tumore inflatus uane sciencie resilisses. Confiteris tamen etiam spiritalẽ animam sine theurgicis artibus & sine teletis: qbus frustra discẽdis elaborasti posse cõtinentie uirtute purgari. Aliquando etiã dicis: ꝙ telete non post mortem eleuant animam: ut iam nec eidem ipsi quã spiritalem uocas: aliquid post huius uite finem prodesse uideantur. Et tamen uersas hoc multis modis & repetis. ad nihil aliud quantũ existimo: nisi ut taliũ quoq; rerum quasi peritus appareas: & placeas illicitaꝝ artiũ curiosis: uel ad eas facias ipse curiosos. Sed bene ꝙ metuendam dicis hanc artem: uel legum periculis: uel ipsius actionis. Atq; utinam hoc saltem abs te miseri audiant: & inde ne illic absorbeantur: abscedant: aut eo penitus non accedant. Ignorantiã certe & propter eam multa uitia per nullas teletas purgari dicis: sed per solum patrem & eius filiũ id est paternã mentẽ siue intellectũ: qui paterne est uoluntatis conscius. hunc autem Xp̄m esse non credis. Contemnis enim eum propter corpus ex femina acceptũ: & ꝓpter crucis opprobrium: excelsam uidelicet sapientiã: spretis atq; abiectis infimis: idoneus de superioribus carpe. At ille implet quod de illo Prophete sancti ueraciter predixerunt. Perdam sapientiã sapientiũ: & prudentiã prudentiũ reprobabo. Non eni suam in eis perdit & reprobat quam ipse donauit: sed quam sibi errogant qui non habent ipsius. Unde cõmemorato isto prophetico testimonio: sequitur & dicit Apostolus. Ubi sapiens: ubi scriba: ubi cõquisitor huius seculi? Nõne stultam fecit deus sapientiã huius mundi? Nam quoniã in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiã deum: placuit deo per stulticiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniam quidem iudei signa petunt: & greci sapientiam querunt. Nos autem predicamus inquit Xp̄m crucifixum. iudeis quidem scandalum: gentibus autem stulticiam. Ipsis uero uocatis iudeis & grecis: Christum dei uirtutem & dei sapientiam. quoniã quod stultũ est dei sapientius est hominibus: & qđ infirmũ est dei fortius est hominibus. Hoc quasi stultum & infirmũ: tanq̃ sua uirtute sapientes fortesq; contemnunt. Sed hec est gratia quæ sanat infirmos: non superbe iactantes falsam beatitudinem suam: sed humiliter potius ueram miseriam cõfitentes.

De incarnatione domini nostri Iesu Christi quam confiteri Platonicoꝝ erubescit impietas. C. xxix.

PRedicas patrem & eius filiũ quem uocas paternũ intellectũ siue mentem: & hoꝝ mediũ quem putamus te dicere spiritũ sanctũ: & more uestro appellas tres deos. Ubi & si uerbis indisciplinatis utimini: uidetis tamen qualitercũq; & quasi per quedam tenuis imaginationis umbracula: quo nitendum sit: sed incarnationem incommutabilis filii dei qua saluamur: ut ad illa que credimus uel ex quãtulacunq; parte intelligimus peruenire ualeamus: non uultis agnoscere. Itaq; uidetis utcunq; & si de longinquo: & si acie caligante patriam in qua manendum est: sed uiam qua eundũ est: non tenetis. Confiteris tamen gratiam. quandoquidẽ ad deũ per uirtutem intelligentie peruenire: paucis dicis esse concessum. Non enim dicis paucis placuit: uel pauci uoluerunt: sed cum dicis esse concessum: proculdubio dei gratiam nõ hominis sufficientiam confiteris. Uteris etiam hoc uerbo apertius: ubi Platonis sententiam sequens: nec ipse dubitas in hac uita hominem nullo modo ad perfectionem sapientie peruenire: scd'm intellectũ tamen uiuentibus omne quod deest prouidentia dei & gratia post hanc uitam posse

compleri. O si cognouisses dei gratiam per Iesum Xp̄m dominũ nostrũ: ipsamq; eius
incarnationẽ qua hominis animã corpusq; suscepit: summũ eẽ exemplũ gratie uidere
potuisses. Sed quid faciam? Scio me frustra loqui mortuo: sed quantum ad te attinet.
Quantum autem ad eos qui te magnipendunt: & te uel qualicũq; amore sapientie uel
curiositate artium: quas non debuisti discere diligunt. quos potius in tua cõpellatione
alloquor: fortasse non frustra. Gratia dei non potuit gratius commendari: q̃ ut ipse
unicus dei filius in se incõmutabiliter manens indueretur hominem: & spem dilectionis
suæ daret hominibus homine medio: qua ad illum ab hominibus ueniretur: qui tam
longe erat immortalis a mortalibus: incõmutabilis a commutabilibus: iustus ab impiis:
beatus a miseris. Et quia naturaliter indidit nobis ut beati immortalesq; eẽ cupiamus:
manens beatus suscipiensq; mortalem: ut nobis tribueret quod amamus: perpetiendo
docuit cõtemnere quod timemus. Sed huic ueritati ut possetis acquiescere: humilitate
opus erat: que ceruici uestre difficillime persuaderi potest. Quid enim incredibile dicitẽ
presertim uobis qui talia sapitis: quibus ad hoc credendum uosipsos admonere debeatis?
Quid inquã uobis incredibile dicitur: cum deus dicitur assumpsisse humanam animam
& corpus: qui tantũ tribuitis anime intellectuali que anima utiq; humana est: ut eam
consubstantialem paternæ illi menti quem dei filium confitemini: fieri posse dicatis?
Quid ergo incredibile est: si aliqua una intellectualis anima modo quodã ineffabili
& singulari: pro multorum salute suscepta est? Corpus uero anime coherere ut homo
totus & plenus sit: natura nostra ipsa teste cognoscimus. quod nisi usitatissimum esset:
hoc profecto esset incredibilius. Facilius quippe in fidem recipiendũ est: & si humanũ
diuino: & si mutabilem incõmutabili: spiritum spiritui: aut ut uerbis utar que in usu
habetis incorporeũ incorporeo: q̃ corpus incorporeo coherere. An forte uos offendit
inusitatus corporis partus ex uirgine? Neq; hoc debet offendere. imo potius ad pietatẽ
suscipiendã debet adducere: ꝙ mirabilis mirabiliter natus est. An uero ꝙ ipsum corpus
morte depositũ: & in melius resurrectione mutatũ: iam incorruptibile atq; ĩmortale
in superna subuexit? Hoc fortasse credere recusatis: intuentes Porphyriũ in his ipsis
libris ex q̄bus multa posui: quos de regressu anime scripsit: tã crebro precipere omne
corpus esse fugiendũ: ut anima possit beata permanere cum deo. Sed ipse potius ista
sentiens corrigendus fuit. presertim cum de anima mundi huius uisibilis & tã ingentis
corporee molis: cum illo tam incredibilia sapiatis. Platone quippe autore animal esse
dicitis mundum: & animal beatissimũ: quod uultis esse etiam sempiternum. Quomodo
ergo nec unq̃ soluetur a corpore: nec unq̃ carebit beatitudine: si ut anima beata sit:
corpus est omne fugiendum? Solem quoq; istum & cetera sidera: non solum in libris
uestris corpora esse fatemini: quod uobiscũ omnes homines & cõspicere nõ cunctantur
& dicere: Verum etiam altiore ut putatis peritia hec eẽ animalia beatissima ꝑhibetis:
& cum his corporibus sempiterna. Quid ergo est q̄d cũ uobis fides Christiana suadetẽ
tũc obliuiscimini aut ignorare uos fingitis: quid disputare aut docere soleatis? Quid
cause est: cur propter opiniones uestras quas uosipsi oppugnatis Christiani esse nolitis:
nisi quia Xp̄us humiliter uenit & uos superbi estis? Qualia sanctorum corpora in re-
surrectione futura sint: potest aliquanto scrupulosius inter Christianarum scripturaꝝ
doctissimos disputari: futura tamen sempiterna minime dubitamus. & talia futura q̄le
sua resurrectione Christus demonstrauit exemplum. Sed qualiacunq; sint: cum in-
corruptibilia prorsus & immortalia in nulloq; anime contemplationem qua in deum
figitur: impedientia predicentur: uosq; etiã dicatis esse in celestibus immortalia corpora
immortaliter beatoꝝ: quid est ꝙ ut beati simus omne corpus fugiendũ esse opinamini:

ut fidem Christianam quasi rationabiliter fugere uideamini: nisi q̄a illud ē quod iterū dico: Xp̄us est humilis: uos superbi? An forte corrigi pudet? Et hoc uitium non nisi superboꝝ est. Pudet uidelicet doctos homines ex discipulis Platonis fieri discipulos Xp̄i: qui piscatorem suo spiritu docuit sapere & dicere. In principio erat uerbum: et uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum: oīa per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita erat & uita erat lux hominū: & lux in tenebris lucet: & tenebre eā non cōprehenderunt. Quod initium sancti Euangelii cui nomen est scd'm Iohannem: quidam Platonicus sicut a sancto sene Simpliciano qui postea Mediolanensi Ecclesie p̄sedit Episcopus: solebamus audire aureis litteris conscribendum: & per omnes ecclesias in locis eminen/tissimis proponendū eē dicebat. Sed ideo uiluit superbis deus ille magister: quia uerbū caro factum est: & habitauit in nobis: ut parum sit miseris ꝙ egrotant: nisi se in ipsa egritudine etiam extollant: & de medicina qua sanari poterant: erubescant. Non enī hoc faciunt ut erigantur: sed ut cadendo grauius affligantur

¶ Quanta Platonici dogmatis Porphyrius refutauerit: & dissentiendo correxerit. ¶ C. xxx.

SI post Platonem aliquid emendare existimatur indignū: cur ipse Porphyrius nōnulla & non parua emendauit? Nam Platonem animas hominū post mortē reuolui usq; ad corpa bestiarū scripsisse: certissimū est. Hanc sententiā Plato doctor tenuit: & Platonis discipulo Porphyrio tamen iure displicuit. In hominum sane non sua que dimiserant: sed alia noua corpora redire hūanas animas arbitratus ē. Puduit scilicet illud credere. ne mater fortasse filiū in mulā reuoluta uectaret: & nō puduit hoc credere: ne reuoluta mater in puellam filio forsitan nuberet. Quanto creditur honestius quod sācti & ueraces angeli docuerūt: quod prophete dei spiritu acti locuti sunt: quod ipse quem uenturum Saluatorem premissi nuntii predixerunt: quod missi Apostoli qui orbem terrarum Euangelio repleuerūt. Quanto inq̄ honestius creditur reuerti semel animas ad corpora propria: q̄ reuerti totiens ad diuersa? Veruntamen ut dixi ex magna parte correctus est in hac opinione Porphyrius. ut saltem in solos homines humanas animas precipitari posse sentiret: beluinos autem carceres euertere minime dubitaret. Dicit etiā deum ad hoc animā mūdo dedisse: ut materie corporalis cognoscens mala: ad patrem recurreret: nec aliquando iam talium polluta cōtagione teneretur. Vbi & si aliquid incōuenienter sapit: magis enim data est corpori ut bona faceret: non enī mala disceret: si non faceret: in eo tamen alioꝝ Platonicoꝝ opinionē & nō in re parua emēdauit: ꝙ mundatā ab omnibus malis animā & cū patre constitutā nunq̄ iam mala mundi huius passuram esse cōfessus est. Qua sententia ꝓfecto abstulit quod esse Platonicum maxime perhibetur. ut mortuos ex uiuis: ita uiuos ex mortuis semper fieri. falsumq; esse ostendit quod Platonice uidetur dixisse Virgilius. In cāpos elisios purgatas animas missas. Quo nomine tanq̄ per fabulam uidētur signari gaudia beatorum ad fluuium letheum euocari. hoc est ad obliuionem preteritorum.

Scilicet immemores supera ut connexa reuisant:
Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti.

Merito displicuit hoc Porphyrio. quoniam reuera credere stultum est: ex illa uita que beatissima esse nō poterit: nisi de sua eternitate fuerit certissima: desiderare animas corpoꝝ corruptibiliū labem: & inde ad ista remeare. tanq̄ hoc agat summa purgatio:

ut inquinatio requirat᷑. Si.n.ꝗ perfecte mundantur hoc efficit ut omniũ obliuiscant᷑ maloꝝ: malorum aũt obliuio facit corpoꝝ desiderium: ubi rursus implicentur malis: profecto erit infelicitatis causa summa felicitas: & stulticie causa perfectio sapientie: & ĩmundicie causa summa mundicia. Nec ueritate ibi beata erit anima: ꝗdiucũq; erit: ubi oportet fallatur ut beata sit. Non enim beata erit nisi secura. Vt autem secura sit: falso putabit semper se beatam fore: qm̃ aliquando erit & misera. Cui ergo gaudendi causa falsitas erit: qñ de ueritate gaudebit? Vidit hoc Porphyrius. purgatãq; animam ob hoc reuerti dixit ad patrem: ne aliquando iam maloꝝ polluta cõtagione teneat᷑.

Contra argumentum Platonicorum quo animam humanam asserant deo esse coeternam. C.xxxi.

Falso igitur a quibusdã Platonicis est creditus quasi necessarius orbis ille: ab eisdẽ abeũdi: & ad eandẽ reuertendi. quod etiam si uerũ esset: quid hoc scire prodesset: nisi forte inde se nobis auderent preferre Platonici: qa id nos in hac uita iã nesciremus: quod ipsi in alia meliore uita purgatissimi & sapientissimi fuerant nescituri: et falsum credendo beati futuri. Quod si absurdissimum & stultissimum est dicere: Porphyrii profecto est preferenda sententia: his qui animarũ circulos alternãte semp beatitate & miseria suspicati sunt. Quod si ita est: ecce Platonicus in melius a Platone dissentit. Ecce uidit hic quod ille non uidit. nec post talem ac tantum magistrum refugit correctionem: sed homini preposuit ueritatem. Cur ergo non potius diuinitati credimus de his rebus quas humano ingenio peruestigare non possumus: quæ animam quoq; ipsam non deo coeternam sed creaturam dicit esse que non erat? Vt enĩ hoc Platonici nollent credere: hanc utiq; causam idoneam sibi uidebantur afferre: quia nisi quod semper antea fuisset: sempiternum deinceps esse non posset. Quanq̃ & de mundo & de his quos in mundo deos a deo factos scribit Plato apertissime dicat eos esse cepisse & habere initium: finem tamen non habituros. sed per conditoris potentissimã uoluntatẽ in eternum permansuros esse ꝓhibeat. Verum id quomodo intelligant: inuenerunt non esse hoc uidelicet temporis: sed substitutionis initiũ. Sicut enĩ inquiunt si pes ex eternitate semper fuisset in puluere: semper ei subesset uestigium. qđ tamen uestigium a calcante factum nemo dubitaret: nec alterum ab altero prius esset: q̃uis alterum ab altero factum esset. Sic inquiunt & mundus atq; in illo dii creati: & semper fuerunt semper existente qui fecit: & tamen facti sunt. Nunquid ergo si anima semper fuit: etiam miseria eius semper fuisse dicenda est? Porro si aliquid in illa qđ ex eterno nõ fuit esse cepit ex tempore: cur non fieri potuerit ut ipsa esset ex tempore: que antea non fuisset. Deinde beatitudo quoq; eius post experimentũ malorum firmior: & sine fine mansura: sicut iste cõfitetur: proculdubio cepit ex tempore: & tamen semper erit cum antea nõ fuerit. Illa igitur omnis argumentatio dissoluta est: qua putatur nihil esse posse sine fine temporis: nisi quod initium non habet temporis. Inuenta est enim anime beatitudo. que cum initium temporis habuerit: finem temporis non habebit. Quapropter diuine autoritati humana cedat infirmitas. eisq; beatis & immortalibus de uera religione credamus: qui sibi honorem non expetunt: quem deo suo qui etiam noster est: deberi sciunt. nec iubent ut sacrificium faciamus: nisi ei tantũmodo cuius & nos cum illis ut dixi: & sepe dicendum est: sacrificium esse debemus. per eum Sacerdotẽ offerendi: qui in homine quem suscepit: scđm quem & Sacerdos esse uoluit: etiam usq; ad mortem sacrificium pro nobis dignatus est fieri.

De uniuersali uia anime liberande quã Porphyrius male querendo non repperit. & quam sola gracia Christiana reserauit. C.xxxii.

Hec est religio que uniuersalem continet uiam anime liberande. quoniã nulla nisi hac liberari potest. Hec est enim quodammodo regalis uia: que una ducit ad regnum non temporali uestigio nutabundum: sed eternitatis firmitate securũ. Cum autem dicit Porphyrius in primo iuxta finem de regressu anime libro: mundũ receptum in unam quandam sectam que uniuersalem uiam anime contineat libe/rande: uel a philosophia uerissima aliqua: uel ab Indorũ moribus ac disciplina: aut inductione Chaldeorum: aut alia qualibet uia nõdumq; in suam noticiam eandem uiam historiali cognitione perlatam: proculdubio confitetur esse aliquã: sed nondũ in suam uenisse noticiam. Ita ei non sufficiebat quicquid de anima liberanda studio/sissime didicerat. sibiq; uel potius aliis nosse ac tenere uidebatur. Sentiebat.n. adhuc sibi deesse aliquam prestantissimam autoritatem: quam de re tanta sequi oporteret. Cum aũt dicit uel a philosophia uerissima aliqua nondũ in suam noticiã peruenisse sectam: que uniuersalem contineat uiam animæ liberande: satis quantum arbitror ostendit: uel eam philosophiam in qua ipse philosophatus est non esse uerissimam: uel ea non contineri talem uiam. Et quomodo iam potest esse uerissima: qua non continetur hæc uia? Nam quæ alia uia est uniuersalis anime liberande: nisi qua uniuerse anime liberantur: ac per hoc sine illa nulla liberatur? Cum autem addit & dicit: uel ab Indorum moribus & disciplina: uel ab inductiõe Chaldeorum: uel alia qualibet uia: manifestissima uoce testatur: neq; illis quæ ab Indis: neq; illis quæ a Chaldeis didicerat hanc uniuersalem uiam liberande animæ contineri: & utiq; se a Chaldeis oracula diuina sumpsisse: quorum assiduam cõmemorationem facit: tacere non potuit. Quam uult ergo intelligi anime liberande uniuersalem uiam nondum receptam: uel ex aliqua uerissima philosophia: uel ex earum gentium doctrinis que magne uelut ĩ diuinis rebus habebant: quia plus apud eas curiositas ualuit: quorũq; angelorum cognoscendorum & colẽdorum: nondumq; in suam noticiam historiali cognitione perlatam? Que nam ista est uniuersalis uia: nisi que non sue cuiq; genti propria: sed uniuersis gentibus que cõmunis esset diuinitus impartita est. quam certe iste homo non mediocri ingenio preditus esse non dubitat. Prouidentiam quippe diuinam sine ista uniuersali uia liberande anime: genus humanum relinquere non credit. Neq; enim ait non esse: sed hoc tantum bonum tantumq; adiutoriũ nõdum receptum: nondum in suam noticiam esse perlatum. Nec mirum. Tunc enim Por/phyrius erat in rebus humanis: quando ista liberande anime uniuersalis uia: quæ non est alia q̃ religio Christiana oppugnari permittebatur ab idolorum demonũq; cultoribus: Regibusq; terrenis: propter asserendum & consecrandum Martyrum numerum hoc est testium ueritatis: per quos ostenderetur omnia corporalia mala pro fide pietatis & cõmendatione ueritatis esse toleranda. Videbat ergo ista Por/phyrius: & per huiusmodi persecutiones cito istam uiam perituram. & propterea nõ esse ipsam liberande anime uniuersalẽ putabat: nõ intelligens hoc qđ eũ mouebat: & quod in eius electione perpeti metuebat: ad eius confirmationem robustioremq; cõmendationẽ potius pertinere. Hec est igitur anime liberande uniuersalis uia: id ẽ uniuersis gentibus diuina miseratione concessa. cuius profecto noticia ad quoscunq; iam uenit: & ad quoscunq; uentura est: nec debuit nec debebit ei dici. quare modo & quare sero. quoniam mittentis consilium non est humano ingenio penetrabile.

Quod sensit etiã cum dixit. Nondum receptum hoc donum dei: & nondũ in suam noticiam fuisse perlatũ. Neq; enim propterea uerũ non esse iudicauit: quia nõdum in suam fidem receptum fuerat: uel in noticiam nondum peruenerat. Hec est inq̃m liberandorum credentium uniuersalis uia: de qua fidelis Abraam diuinum accepit oraculum. In semine tuo benedicent̃ omnes gentes. Qui fuit quidẽ gente Chaldeus. sed ut talia promissa perciperet. ꝙ ex illo propagaretur semen dispositum ꝑ angelũ in manu mediatoris: in quo eẽt ista liberande anime uniuersalis uia: hoc est omnibus gentibus data: iussus est discedere de terra sua: & de cognatione sua: & de domo patris sui. Tunc ipse primitus a Chaldeorum superstitionibus liberatus: unum uerum deũ sequendo coluit: cui hoc etiam promittenti fideliter credidit. Hec est uniuersalis uia de qua in sancta prophetia dictum est. Deus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet uultum suum super nos & misereatur nostri: ut cognoscamus in terra uiam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum: unde tanto post ex Abrae semine carne suscepta de seipso ait ipse Saluator. ego sum uia & ueritas & uita. Hec ẽ uniuersalis uia de qua tanto ante prophetatum est. Erit in nouissimis diebus manifestus mons domus domini paratus in cacumine montium: & extolletur super colles: & uenient ad eum omnes gentes: & ingredientur nationes multe & dicent. Venite ascendamus in montem domini & in domum dei Iacop: & annuntiabit nobis uiam suam: & ingrediemur in ea. Ex Sion enim prodiet lex: & uerbũ domini ab Hierusalem. Via ergo ista non est unius gentis: sed uniuersarum gentium. Et lex uerbumq; domini non in Sion & Hierusalẽ remansit: sed inde processit ut se per uniuersa diffũderet. Vnde ipse mediator post resurrectionẽ suam discipulis trepidantibus ait. Oportebat impleri que scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intellegerent scripturas. & dixit eis. quia oportebat Christum pati: & resurgere a mortuis tertia die: & predicari in nomine eius penitentiã & remissionẽ peccatorũ per omnes gentes: incipientibus ab Hierusalem. Hec est igitur uniuersalis anime liberande uia: quã sancti angeli sanctiq; prophete prius in paucis hominibus ubi potuerunt dei gratiam reperientibus: & maxime in hebrea gente: cuius erat ipsa quodammodo sacrata respublica: in prophetationem & prenuntiationem ciuitatis dei ex omnibus gentibus congregande: & tabernaculo & templo & sacerdotio & sacrifitiis significauerunt: & eloquiis quibusdam manifestis plerisq; mysticis predixerunt. Presens autem in carne ipse mediator: & beati eius Apostoli iam testamenti noui gratiam reuelantes apertius indicarunt: que aliquanto occultius superioribus sunt significata temporibus pro etatum generis humani distributione: sicut eam deo sapienti placuit ordinare: mirabilium operum diuinorum quorum superius pauca iam posui contestantibus signis. Non enĩ tantũmodo apparuerunt uisiones ãgelice & celestium ministrorum sola uerba sonuerunt: uerum etiam hominibus dei uerbo simplicis pietatis agentibus: spiritus immũdi de hominum corporibus ac sensibus pulsi sunt: uitia corporis languoresq; sanati: fera animalia terrarum & aquarũ: uolatilia celi: ligna: elementa: sidera: diuina iussa fecerunt: inferna cesserunt: mortui reuixerũt: exceptis ipsius Saluatoris propriis singularibusq; miraculis: maxime natiuitatis & resurrectionis. quorum in uno materne uirginitatis tantũmodo sacramentũ: in altero autem etiam eorum qui in fine resurrecturi sunt demonstrauit exemplum. Hec uia totum hominem mundat: & immortalitati mortalem ex omnibus quibus constat partibus preparat. Vt enim non alia purgatio ei parti quereretur quam uocat intellectualem Porphyrius: alia ei quam uocat spiritalem: aliaq; ipsi corpori: ꝑpterea

totum suscepit ueracissimus potentissimusq; mundator atq; saluator. Preter hanc uiã que partim cũ hec futura prenunciantur: partim cum facta nunciant̃: nunq̃ generi defuit humano: nemo liberatus est: nemo liberatur: nemo liberabitur. Quod autem Porphyrius uniuersalem uiam anime liberande nondum in suam noticiam historiali cognitione dicit esse perlatam: quid hac historia uel illustrius inueniri potest: quæ uniuersum orbem tanto apice autoritatis obtinuit: uel fidelius: in qua ita narrantur preterita: ut futura etiam predicantur: quorum multa uidemus impleta: ex quibus ea que restant: sine dubio speramus implenda. Non enĩ potest Porphyrius uel quicũq; Platonici: etiã in hac uia quasi terrenarũ rerũ & ad istam uitã mortalẽ pertinentiũ: diuinationem predictionemq; contemnere: quod merito in aliis uaticinationibus et quorunlibet modorum uel artium diuinationibus faciunt. Negant enim hæc uel magnorum fuisse hominũ: uel magni esse pendenda. Et recte. Nam inferiorum fiũt presensione causarum: sicut arte medicine quibusdam antecedentibus signis plurima uenture ualitudini preuident̃: uel immũdi demões sua disposita uel facta ꝑnuntiãt: & in quorũuis mentibus atq; cupiditatibus iniquorum congrua factis dicta uel dictis facta compensant: ut sibi ius quodammodo uendicent in materia infirma fragilitatis humanæ. Non talia sancti homines in ista uniuersali animarum liberandarum uia gradientes: tanq̃ magna prophetare curarunt: q̃uis & ista eos non fugerint: & ab eis sepe predicta sint: ad eorum fidem faciendam que mortalium sensibus non poterant intimari: nec ad experimentũ celeri facilitate perduci. Sed alia erant uere magna atq; diuina: que quantũ dabatur cognita dei uoluntate futura nuntiabant. Xpus quippe in carne uenturus: & que in illo tam clara perfecta sunt. atq; in eius nomine impleta: penitentia hominum & ad deum conuersio uoluntatum: remissio peccatorum: gratia iusticie: fides piorũ. & per uniuersum orbẽ in ueram diuinitatẽ multitudo credentiũ: culture simulacrorum demonumq; subuersio: & a temptationibus exercitatio. profi/cientiũ purgatio: & liberatio ab omni malo: iudicii dies: resurrectio mortuoꝝ: angeloꝝ sotietas: impioꝝ eterna damnatio: regnumq; eternũ gloriosissime ciuitatis dei cõspectu eius immortaliter perfruentis: in huius uie scripturis predicta atq; promissa sunt. quoꝝ tam multa impleta conspicimus: ut recta pietate futura esse cetera cõfidamus. Huius uie rectitudinem usq; ad deum uidendum eiq; in eternum coherendum: in sanctuario scripturarum esse locatam: qua predicatur atq; asseritur ueritate: quicunq; nõ credunt & ob hoc nec intelligũt: oppugnare possunt: sed expugnare nõ possunt. Quapropter in decem libris istis & si minus q̃ nonnullorum de nobis expectabat intentio: tamen quorundam studio quantũ uerus deus & dominus adiuuare dignatus est satisfecimus: refutando contradictiones impiorum: qui conditori sancte ciuitatis de qua disputare instituimus deos suos preferunt. Quorum decem librorum quinq; superiores aduersus eos conscripti sunt: qui propter bona uitæ huius deos colendos putant: quinq; autem posteriores: aduersus eos qui cultum deorum propter uitam que post mortem futura est seruandum existimãt. Deinceps itaq; ut in primo libro polliciti sumus: de duarum ciuitatũ quas in hoc seculo perplexas diximus inuicẽq; permixtas: exortu & procursu & debitis finibus: quod dicendũ arbitror quantũ diuinitus adiuuabor expediam.

¶ Aurelii Augustini Hipponensis Epi de Ciuitate dei. Liber. xi.
De ea parte operis qua duarum ciuitatũ id est celestis ac terrene initia & fines incipiunt demonstrari. ¶ C. primum.

CIuitatem dei dicimus cuius ea scriptura testis est: que non fortuitis motibus animoꝝ: sed plane sūme dispositione ꝓuidentie sup oēs omnium gentiū litteras: omnia sibi genera ingenioꝝ humanorū diuina excellēs autoritate subiecit. Ibi qppe scriptum ē: Gloriosā dicta sunt de te ciuitas dei. Et in alio psalmo legimus. Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius: dilatans exultationes uniuerse terre. Et paulopost in eodē psalmo: Sicut audiuimus: ita & uidimus in ciuitate dn̄i uirtutum: in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternum. Item in alio: Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus: deus in medio eius nō cōmouebitur. His atq; huiusmodi testimoniis que oīa cōmemorare nimis longū est dicimus eē quandā ciuitatē dei: cuius ciues esse cōcupiscimus: illo amore quē nobis illius cōditor inspirauit. Huic conditori sancte ciuitatis ciues terrene ciuitatis deos suos preferunt: ignorantes eum deum esse deorum: non deorum falsorum hoc est impiorum: & superborum: qui eius incōmutabili omnibusq; communi luce priuati: & ob hoc ad quandam egenam potestatem redacti: suas quodāmodo ꝓuatas potentias consectant̄ honoresq; diuinos a deceptis subditis querunt: sed deorum piorum atq; sanctorū: qui potius seipsos uni subdere q̄ multos sibi potiusq; deū colere q̄ pro deo delectantur coli. Sed huius sācte ciuitatis inimicis: decem superioribus libris quantum potuimus: domino & rege nostro adiuuante respondimus. Nunc uero quid a me iam expectetur: agnoscens: meiq; non immemor debiti: de duaꝝ ciuitatū terrene scilicet & celestis: quas in hoc interim seculo perplexas quodāmodo diximus inuicēq; ꝑmixtas: exortu & excursu & debitis finibus quantū ualuero disputare: eius ipsiusq; domini & Regis nostri ubiq; opitulatiōe fretus aggrediar. Primumq; dicam quemadmodum exordia duarum istarum ciuitatum in angelorum diuersitate precesserunt.

De cognoscendo deo ad cuius noticiam nemo hominum peruenit nisi per mediatorem dei & hominum hominem Iesum Christum. C. ii.

MAgnum est & admodum rarum: uniuersam creaturam corporeā & incorporeā cōsideratam compertamq; mutabilem: intentione mentis excedere: atq; ad incōmutabilem dei substantiam peruenire: & illic discere ex ipso: q͏̄ cunctam naturam que non est deus non fecit nisi ipse. Sic enim deus cū homine nō per aliquā creaturā loquitur corporalem: corporalibus instrepens auribus: ut inter sonantem & audientem aerea spatia uerberentur: neq; per eiusmodi spiritalem que corporum similitudinibus figuratur: sicut in somnis uel quo alio tali modo. Nam & sic uelut corporis auribus loquitur: quia uelut per corpus loquitur: & uelut interposito corporalium locorum interuallo. Multum enim similia sūt talia uisa corporalibus. Sed loquit̄ ipsa ueritate: si quis sit idoneus ad audiendum mente nō corpore. Ad illud enim hominis ita loquit̄: quod in homine ceteris quibus homo cōstat: ē melius: & quo ipse deus solus ē melior. cum enim homo rectissime intelligatur: uel si hoc non potest saltem credatur factus ad imaginē dei: profecto ea sui parte est ꝓpinquior supiori deo: q̄ superat inferiores partes suas: quas etiam cum pecoribus cōmunes habet. Sed quia ipsa mens cui ratio & intelligentia naturaliter inest: uitiis quibusdam tenebrosis & ueteribus inualida est: nō solum ad inherendum fruendo: uerum etiam ad perfruendum merendo incōmutabile lumen: donec de die in diē renouata atq; sanata fiat tāte felicitatis capax: fide primū

fuerat imbuenda atq; purganda. In qua ut fidentius ambularet ad ueritatem: ipsa ueritas deus dei filius: homine assumpto non deo consumpto eandem constituit atq; fundauit fidem: ut ad deum homini iter esset homini per hominem deum. Hic est enim mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Xpus per id qd est mediator: est homo et uia perueniendi ad deum. Per hoc enim mediator per quod & homo per hoc & uia. Quia si inter eum qui tendit & illud quo tendit uia media est: spes est perueniendi. si autem desit aut ignoretur qua eundum sit: quid prodest nosse: quo eundum sit? Sola est autem aduersus omnes errores uia munitissima: ut idem ipse sit deus & homo. quo itur deus: qua itur homo. Hic prius p Prophetas: deinde per seipsum: postea per Apostolos: quantum satis ee iudicauit locutus: etiam scripturam condidit que canonica nominatur eminentissime autoritatis: cui fidem habemus de iis rebus quas ignorare non expedit: nec per nosipsos nosse idonei sumus. Nam si ipsa sciri possunt testibus nobis: quae remota non sunt a sensibus nostris: siue interioribus siue exterioribus: unde & presentia nuncupantur: qr ita ea dicimus esse pre sensibus: sicut pre oculis que presto sunt oculis: profecto ea quae remota sunt a sensibus nostris: quoniam nostro testimonio scire non possumus: de iis alios testes requirimus: eisq; credimus: a quorum sensibus remota esse uel fuisse non credimus. Sicut ergo de uisibilibus que non uidimus eis credimus qui uiderunt: atq; ita de ceteris que ad suum quenq; sensum corporis ptinent: ita de iis que animo ac mente sentiuntur: quia & ipse rectissime dicitur sensus: unde & sententia uocabulum accepit: hoc est de inuisibilibus que a nostro sensu interiore remota sunt: his nos oportet credere qui hec in illo incorporeo lumine disposita didicerunt. uel manentia contuentur.

De autoritate canonice scripture diuino spiritu condite. C. iii.

Visibilium omnium maximus est mundus: inuisibilium omnium maximus deus est. Sed mundum esse conspicimus: deum esse credimus. Quod autem deus fecerit mundum: nulli potius credimus quam ipsi deo. Vbi eum audiuimus? Nusquam interim melius quam in scripturis sanctis ubi dixit Propheta eius. In principio fecit deus celum & terram. Nunquid nam ibi fuit iste Propheta: quando fecit deus celum & terram? Non sed ibi fuit dei sapientia per quam facta sunt omnia: que in animas etiam sanctas se transfert: & amicos dei & Prophetas constituit: eisq; opera sua sine strepitu intus enarrat. Loquuntur eis quoq; angeli dei: qui semp uident faciem patris: uoluntatemq; eius quibus oportet annuntiant. Ex his unus erat iste Propheta q dixit & scripsit. In principio fecit deus celum & terram. Qui tam idoneus testis est: per quem deo credendum sit: ut eodem spiritu dei quo hec sibi reuelata cognouit: etiam ipsam fidem nostram futuram tanto ante predixerit.

De conditione mundi que nec intemporalis sit: nec nouo dei ordinata consilio quasi postea uoluerit: quod antea noluerit. C. iiii.

Sed quid placuit eterno deo tunc facere celum & terram que antea non fecisset? Qui hoc dicunt si mundum fuisse eternum sine ullo initio: & ideo nec a deo factum uideri uolunt: nimis auersi sunt a ueritate: & letali morbo impietatis insaniunt. Exceptis enim ppheticis uocibus: mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate & mobilitate & uisibilium omnium pulcherrima specie: quodammodo tacitus & factum se esse: & non nisi a deo ineffabiliter atq; inuisibiliter magno & ineffabiliter ac inuisibiliter pulchro

fieri se potuisse proclamat. Qui autem a deo quidem factum fatentur: non tamen eũ tẽporis uolunt habere sed sue creationis initiũ: ut modo quodã uelut uix intelligibili semper sit factus: dicunt quidem aliquid unde sibi deum uidentur uelut a fortuita temeritate defendere: ne subito illi uenisse credatur in mentem quod nunq̃ ante uenisset facere mundũ: & accidisse illi uoluntatem nouam cum in nullo sit omnino mutabilis. Sed non uideo quomodo eis possit in cæteris rebus ratio ista subsistere: maximeq; in anima quam si deo coeternam esse contenderint: unde illi acciderit noua miseria quæ nunq̃ antea per eternum: nullo modo poterunt explicare. Si enim alternasse semper eius miseriam & beatitudinem dixerint: necesse est dicant etiam semper alternaturam. unde illa eos sequetur absurditas: ut etiã cum beata dicitur: in hoc utiq; non sit beata: si futuram suam miseriam & turpitudinem preuidet. si autem nõ preuidet: nec se turpẽ ac miseram fore: sed beatã semper existimat: falsa opinione sit beata: quo dici stultius nihil potest. Si autem semper quidem per secula retro infinita cum beatitudine alternasse anime miseriam putant: sed nunc iam de cetero cum fuerit liberata ad miseriam non eẽ redituram: nihilominus cõuincuntur nunq̃ eam fuisse uere beatã: sed deinceps incipere esse noua quadam nec fallace beatitudine. Ac per hoc fatebũtur illi accidere aliquid noui & hoc magnũ atq; preclarũ: quod nunq̃ retro per eternitatem accidisset. Cuius nouitatis causam si deum negabũt in eterno habuisse cõsilio: simul eũ negabũt etiam beatitudinis eius autorem. quod nephande impietatis est. Si autem dicent etiam ipsum nouo consilio excogitasse: ut de cetero sit anima in eternum beata: quomodo eum alienum ab ea que illis quoq; displicet mutabilitate monstrabunt? Porro si ex tempore creatam sed nullo ulterius tempore perituram: tanq̃ uerum habere initium sed nõ habere finem fatentur: & ideo semel expertam miseriam: si ab ea fuerit liberata nunq̃ miseram postea futuram: non utiq; dubitabunt hoc fieri manente incommutabilitate consilii dei. Sic ergo credant & mundum ex tempore fieri potuisse: nec tamen ideo deum in eo faciendo eternum consilium uoluntatemq; mutasse.

Tam non esse cogitandũ de infinitis temporum spatiis ante mundum q̃ nec de infinitis locorum. C.V.

DEinde uidendum est istis qui deum conditorem mundi esse consentiunt: & tamẽ querunt de mundi tempore quid respondeamus: quid ipsi respondeant de mundi loco: Ita enim queritur: cur potius tunc & non antea factus sit: quẽadmodum queri potest cur hic potius ubi est: & nõ alibi. Nam si infinita spatia temporis ante mũdum cogitant: in quibus eis non uidetur deus ab opere cessare potuisse: similiter cogitent extra mundum infinita spatia locorum: in quibus si quis q̃ dicat non potuisse uacare omnipotentem: nõne cõsequens erit ut innumerabiles mundos cũ Epicuro somniare cogatur? Ea tantum differentia q eos ille fortuitis motibus atomorum gigni asserit & resolui: isti autem opere dei factos dicturi sũt: si eũ per interminabilem ĩmensitatem locorum extra mũdum circũquaq; patentium uacare noluerint: nec eosdem mundos quod etiam de isto sentiunt ulla causa posse dissolui. Cum iis enim agimus: qui etiam deum incorporeũ & omnium naturarum que nõ sunt quod ipse creatorem nobiscum sentiunt. Alios autem nimis indignum est ad istam disputationẽ religionis admittere: maxime q eos qui multis diis sacrorum obsequiũ deferendum putant. Isti philosophi ceteros nobilitate atq; autoritate uicerunt. nõ ob aliud nisi quia longo quidem interuallo ueruntamen reliquis propinquiores sunt ueritati. An forte substantiã dei quam

nec includunt nec determinant nec distendũt loco: sed de ea sicut de deo sentire dignũ est: fatentur: incorporea præsentia ubiq; totam: a tantis locorum extra mundum spatiis: absentem esse dicturi sunt: & uno tantum atq; in compatione illius infinitatis tam exiguo loco in quo mundus est occupatam? Non opinor eos in hec uaniloquia progressuros. Cum igitur unum mundum ingenti quidem mole corporea finitum tamen: & loco suo determinatũ: & operante deo factum esse dicant: quid respõdeant de infinitis extra mundum locis: cur in eis ab opere deus cesset. hoc sibi respondeant. de infinitis ante mundum temporibus: cur in eis deus ab opere cessauerit. Et sicut non est consequens: ut fortuitu potius q̃ ratione diuina deus non alio sed isto in quo est loco mundum constituerit: cum spatiis locorum infinitis ubiq; patentibus: nullo excellentiore merito posset hic eligi potius q̃ alibi: quãuis eandem diuinam rationẽ qua id factum est nulla possit humana comprehendere: ita non est consequens ut deo aliquid existimemus accidisse fortuitum: ꝙ illo potius q̃ anteriore tempore condidit mundum: cum equaliter anteriora tempora per infinitum retro spatium preterissent: nec fuisset aliqua differentia unde tempus tempori eligendo preponeretur. Quod si dicunt inanes esse hominum cogitationes quibus infinita imaginantur loca: cum locus nullus sit preter mundũ: respondetur eis isto modo inaniter homines cogitare pterita tempora uacationis dei: cum tempus nullum sit ante mundum.

Creationis mundi tempoꝝ unum esse principium nec aliud alio preueniri. C. VI.

Si enim recte discernuntur eternitas & tempus: quod tempus sine aliqua mobili mutabilitate non est: in eternitate autem nulla mutatio est: quis non uideat ꝙ tempora non fuissent nisi creatura fieret: quæ aliquid aliqua motione mutaret: cuius motionis & mutationis cũ aliud atq; aliud que simul esse nõ possunt: cedit atq; succedit in breuioribus uel productioribus morarum ĩteruallis tempus sequeretur? Cum igitur deus in cuius eternitate nulla est omnimo mutatio creator sit temporum & ordinator quomodo dicatur post temporum spatia mundum creasse non uideo: nisi dicatᷣ ante mundũ iam aliquam fuisse creaturam: cuius motibus tempora currerẽt. Porro si littere sacre maximeq; ueraces ita dicunt: in principio fecisse deum celum & terram: ut nihil antea fecisse intelligatur: quia hoc potius in principio fecisse non diceretur: si qd fecisset ante cetera cuncta que fecit: proculdubio non est mundus factus in tempore: sed cum tempore. Quod enim fit in tempore: & post aliquod fit: & ãte aliquod tempus. post id quod preteritum est. ante id quod futurum est. Nullum autem ante mundum posset esse preteritũ: quia nulla erat creatura cuius mutabilibus motibus ageretᷣ. Cum tẽpore autem factus est mundus: si in eius conditione factus est mutabilis motus. sicut uidetur se habere etiam ordo ille primorum sex uel septem dierum: in quibus mane & uespera nominantur: donec omnia que his diebus deus fecit sexto perficiantur die: septimoq; in magno mysterio dei uacatio cõmendetur. Qui dies cuiusmodi sunt: aut perdifficile nobis aut impossibile est cogitare: quanto magis dicere? Videmus quippe istos notos dies non habere uesperam nisi de solis occasu: nec mane nisi de solis exortu.

De qualitate primorũ dierum: quia anteq̃ sol fieret uesperam & mane traduntur habuisse. C. VII.

ILlorum autē priores tres dies sine sole peracti sunt: qui quarto die factus refert. Et primitus quidem lux uerbo dei facta: atq; inter ipsam & tenebras deus sepasse narrat: & eandem lucem uocasse diem: tenebras autem noctem. Sed qualis illa sit lux: & quo alternante motu: qualēq; uesperā & mane fecerit: remotū est a sensibus nostris: nec ita ut est: intelligi a nobis potest. quod tamen sine ulla hesitatione credendū est. Aut. n. aliqua lux corporea ē: siue in superioribus mūdi partibus lōge a cōspectibus nostris: siue unde sol postmodum accensus est: aut lucis nomine significata est sancta ciuitas in sanctis angelis & spiritibus beatis: de qua dicit Apostolus: Quæ sursum est Hierusalem mater nostra. eterna in celis. Ait quippe & alio loco. Omnes enī uos filii lucis estis & filii dei. non sumus noctis neq; tenebrarū. Fit tamen & uespera diei huius & mane aliquatenus: quoniā scientia creature in cōparatione sciētie creatoris quodāmō uesperascit: itemq; lucessit & mane fit: cum & ipsa refertur ad laudem dilectionemq; creatoris. Nec in noctem uergitur: ubi nō creator a creature dilectione relinquitur. Deniq; scptura cū illos dies dinumeraret ex ordine: nusq̄ interposuit uocabulū noctis. Non enim ait alicubi: facta est nox: sed facta est uespera & factum est mane dies unus. Ita dies secundus & ceteri. Cognitio quippe creaturæ in seipsa decoloratior est ut ita dicam: q̄ cū in dei sapientia cognoscit: uelut in arte qua facta est. Ita uespera congruentius q̄ nox dici potest. que tantum ut dixi cum ad laudandum et amandum refertur creatorē: recurrit in mane. Et hoc cū fit in cognitionē sui ipsius: dies unus est. Cum in cognitionē firmamenti qđ inter aquas inferiores & supiores celū appellatū ē: dies secundus. Cum in cognitionē terre ac maris omniumq; gignentiū que radicibus continuata sunt terre: dies tertius. Cum in cognitionē luminarium maioris & minoris omniūq; siderum: dies quartus. Cum in cognitionē omnium que ex aquis animalium natatiliū atq; uolatilium: dies quintus. Cum in cognitionē omniū animaliū terrenoꝝ atq; ipsius hominis: dies sextus.

Que qualisue intelligenda sit dei requies qua post opera sex dierum requieuit in septimo. C. viii.

CVm uero in die septimo requiescit deus ab omnibus operibus suis & sanctificat eum: nequaq̄ est accipiendū pueriliter: tanq̄ deus laborauerit operando q dixit & facta sunt uerbo intelligibili & sempiterno: non sonabili & tempali. Sed requies dei requiē significat eoꝝ qui requiescūt in deo: sicut leticia domus leticiā significat eoꝝ q letant in domo: etiā si non eos domus ipsa sed alia res aliqua letos facit. Quāto magis si eadē domus pulchritudine sua faciat letos habitatores: ut non solū eo loquendi mō leta dicat: quo significat p id ꝙ cōtinet id qđ continet: sicut theatra plaudūt: prata mugiunt: cum in illis hoīes plaudāt: in his boues mugiant. sed etiā illo quo significat per efficientē id qđ efficit: sicut leta epistola dicit significans eoꝝ leticiā quos legētes efficit letos. Cōuenientissime itaq; cum deum requieuisse prophetica narrat autoritas significat requies eoꝝ qui in illo requiescūt: & quos facit ipse requiescere. Hoc etiam hōibus qbus loquit & ꝓpter quos utiq; conscripta ē p mittente ꝓphecia: ꝙ etiā ipsi post bona opa que in eis & p eos operat deus: si ad illū prius in ista uita p fidē quodāmodo accesserint: in illo habebūt requiē sempiternā. Hoc enī & sabbati uacatiōe ex pcepto legis in ueteri. dei populo figuratū est unde suo loco diligentius arbitror differendum.

De angelorum conditione quid secundū diuina testimonia faciendum sit. C. ix.

NVnc quoniam de sancte ciuitatis exortu dicere institui: & prius quod ad sanctos
ãgelos attinet dicendũ putaui: que huius ciuitatis & magna pars ẽ: & eo beatior
ꝙ nunq̃ peregrinata: que hinc diuina testimonia suppetant quantũ satis uidebit̃ deo
largiente explicare conabor. Vbi de mundi constitutione sacre littere loquuntur: nõ
euidenter dicitur utrum uel quo ordine creati sunt angeli: sed si pretermissi non sunt:
uel celi nomine ubi dictũ ẽ: in principio fecit deus celũ & terram: uel potius lucis huius
de qua loquitur: significati sunt. Non autem pretermissos esse hinc estimo: ꝙ scriptum
est requieuisse deum in die septimo ab omnibus operibus suis que fecit. cum liber ipse
ita sit exorsus. In principio fecit deus celum & terram: ut ante celũ & terrã nihil aliud
fecisse uideatur. Cum ergo a celo & terra ceperit: atq; ipsa terra quam primitus fecit:
sicut scriptura consequenter eloquitur: inuisibilis & incõposita nondumq; luce facta:
utiq; tenebre fuerint super abyssum: id est super quandam terre & aque indistinctam
confusionẽ. ubi enĩ lux nõ est: tenebre sint necesse est. deinde omnia creando disposita
sint que per sex dies cõsummata narrantur: quomodo angeli pretermitterentur tanq̃
non essent in operibus dei a quibus die septimo requieuit? Opus autẽ dei esse angelos:
hic quidem & si non pretermissum non tamen euidenter expressum est: sed alibi hoc
sancta scriptura clarissima uoce testatur. Nam & in hymno trium in camino uiroꝝ:
cum predictum esset benedicite omnia opera domini dominũ: in executione eorundẽ
operum etiam sancti angeli nominati sunt. Et in psalmo canitur. Laudate dominũ
de cælis: laudate eum in excelsis. laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes
uirtutes eius. laudate eũ sol & luna: laudate eum omnes stelle & lumen. laudate eum
celi celorum: & aque que super celos sunt laudent nomẽ domini. Quoniam ipse dixit
& facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Etiam hic apertissime a deo factos esse
angelos diuinitus dictum est: cum eis inter cetera cælestia commemoratis infertur ad
omnia: ipse dixit & facta sunt. Quis porro audebit opinari post omnia ista quæ sex
diebus enumerata sunt ãgelos factos? Sed et si qs q̃ ita desipit: redarguit istã uanitatẽ
illa scriptura paris autoritatis ubi deus dicit. Quando facta sunt sidera: laudauerunt
me uoce magna omnes ãgeli mei. Iam uero erant angeli quãdo facta sũt sidera. facta
sunt autem quarto die. Nunquid nam ergo die tertio factos esse dicemus? Absit. In
promptu est enim quid illo die factũ sit. Ab aquis utiq; terra discreta est. & distinctas
sui generis species duo ista elementa sumpserunt. & produxit terra quicqd ei radicitus
inheret. Nunquid nam secũdo? Nec hoc quidem. Tunc enim firmamentũ factum ẽ
inter aquas superiores & inferiores: celumq; appellatũ est. in quo firmamento quarto
die facta sunt sidera. Nimirum ergo si ad istorum dierum opera dei pertinent angeli:
ipsi sunt illa lux que diei nomen accepit: cuius unitas ut cõmendaretur non est dictus.
dies primus: sed dies unus. Nec alius est secundus aut tertius aut ceteri: sed idẽ ipse unus
ad implendum senarium uel septenarium numerum repetitus est. propter senariũ uel
septenariũ cognitionẽ. senariam scilicet operũ que fecit deus: & septenariũ quietis diei.
Cum enim dixit deus fiat lux & facta est lux: si recte in hac luce creatio intelligitur
angelorum: profecto facti sunt participes lucis æterne: quæ est ipsa incommutabilis
sapientia dei per quam facta sunt omnia: quem dicimus unigenitum dei filium: ut ea
luce illuminati qua creati fierent lux: & uocarentur dies participatione incõmutabilis
lucis & diei: quod est uerbum dei per quod & ipsi & omnia facta sunt. Lumen quippe
uerum quod illuminat omnem hominẽ uenientem in hunc mundum: hoc illuminat &
omnem angelum mundum: ut sit lux nõ in seipso sed in deo. a quo si auertitur angelus
fit immundus: sicut sunt omnes qui uocant̃ immundi spiritus: nec iam lux in domino:

sed in seipsis tenebre priuati participatione lucis æterne. Mali enim nulla natura est:
sed amissio boni mali nomen accepit.

De simplici & incommutabili trinitate patris & filii & spiritus sancti unius dei cui non est aliud qualitas aliud substantia. C.x.

EST itaq; bonum solum simplex: & ob hoc solum incõmutabile qđ est deus. Ab
hoc bono creata sunt omnia bona: sed nõ simplicia & ob hoc mutabilia. Creata
sane inq̃ id est facta nõ genita. Quod enĩ de simplici bono genitũ est pariter simplex
est. & hoc est quod illud de quo genitũ est. que duo patrem & filiũ dicimus. & utrunq;
hoc cũ sancto spiritu unus est deus. Qui spiritus patris & filii: spiritus sanctus propria
quadam notione huius nominis in sacris litteris nuncupatur. Alius autem est q̃ pater &
filius. quia nec pater est nec filius. Sed alius dixi nõ aliud: quia & hoc pariter simplex
pariterq; incõmutabile bonum est & coeternum. Et hec trinitas unus ẽ deus. nec ideo
nõ simplex: quia trinitas. Neq; enim ꝓpter hoc naturam istã boni simplicem dicimus:
quia pater in ea solus: aut solus filius: aut solus spiritus sanctus. aut uero quia sola ẽ
ista nominis trinitas sine subsistentia personarum: sicut Sabelliani heretici putauerũt.
Pater qui genuit simplex est: & filius qui genitus est pariter simplex est: & hoc est qđ
illud de quo genitus est. Sed ideo simplex dicitur quoniã qđ habet hoc est: excepto
ꝙ relatiue queq; persona ad alteram dicitur. Nam utiq; pater habet filium: nec tamẽ
ipse est filius. & filius habet patrem: nec tamẽ ipse est pater. In quo ergo ad semetipsũ
dicitur nõ ad alterũ: hoc est quod habet: sicut ad seipsum dicitur uiuens habẽdo utiq;
uitam: & eadem uita ipse est. Propter hoc itaq; natura dicit᷑ simplex: cui non sit aliud
habere qđ uel possit amittere: uel aliud sit habens aliud quod habet: sicut uas aliquem
liquorem: aut corpus colorem: aut aer lucem siue feruorem: aut anima sapientiam.
Nihil enim horum est id quod habet. Nam neq; uas liquor est: nec corpus color: nec
aer lux siue feruor: neq; anima sapientia ẽ. Hinc est ꝙ etiã priuari possunt rebus quas
habent: & in alios habitus uel qualitates uerti atq; mutari. ut & uas euacuetur humore
quo plenũ est: & corpus decoleret᷑: & aer tenebrescat: siue frigescat: & anima desipiat.
Sed & si sit corpus incorruptibile quale sanctis in resurrectiõe promittit᷑: habet quidẽ
ipsius incorruptionis inamissibilem qualitatem: sed manente substantia corporali: non
hoc est qđ ipsa incorruptio. Nam illa etiam per singulas partes corporis tota est: nec
alibi maior alibi minor. Neq; enim ulla pars est incorruptior q̃m altera. corpus uero
ipsum maius est in toto q̃ in parte. & cum alia pars est in ea amplior alia minor: nõ ea
quæ amplior est incorruptior q̃ ea que minor. Aliud est itaq; corpus quod non ubiq;
sui totum est: alia incorruptio que ubiq; eius tota est: quia omnis pars incorruptibilis
corporis: etiã ceteris inequalis equaliter ĩcorrupta est. Neq;. n. uerbi gratia qa digitus
minor est q̃ tota manus: ideo incorruptibilior manus q̃ digitus. Ita cum sint inequales
manus & digitus: equalis est tamen incorruptibilitas manus & digiti. Ac per hoc q̃uis a
corpore incorruptibili inseparabilis incorruptibilitas sit: aliud est tamen substantia q̃
corpus dicitur: aliud qualitas eius qua incorruptibile nuncupat᷑. Et ideo sic etiam non
hoc est quod habet anima quoq; ipsa: etiã si semper sit sapiens: sicut erit cũ a presenti
miseria liberabitur. quia licet tunc sapiens sit in eternum: participatione tamen incom-
mutabilis sapientiæ sapiens erit: quæ non est quod ipsa. Neq; enim si aer infusa luce
nunq̃ deseratur: ideo nõ aliud est ipse aliud lux qua illuminat᷑. Neq; hoc ita dixerim
quasi aer sit anima: quod putauerunt quidã qui non potuerunt incorporeã cogitare

naturam. Sed habent hec ad illa etiã in magna disparilitate: quandã similitudinem: ut non incõuenienter dicatur: sic illuminari animam incorpoream luce incorporea simplicis sapientie dei: sicut illuminat̃ aeris corpus luce corpea: & sicut aer tenebrascit ista luce desertus. Nam nihil sunt aliud que dicuntur locorum quorũcunq; corpaliũ tenebre: q̃ aer carens luce: ita tenebrascere animam sapientie luce priuatã. Secundum hoc ergo dicuntur illa simplicia: que principaliter uereq; diuina sunt: ꝙ non aliud est in eis qualitas: aliud substantia: nec aliorum participatione uel diuina: uel sapientia: uel beata sunt. Ceterum dictus est in scripturis sanctis spiritus sanctus sapientia mul/tiplex. eo ꝙ multa in se habeat. sed que habet: hec & est: & ea omnia unus est. Neq; enim multe sed una sapientia est: in qua sunt immensi quidam: atq; infiniti thesauri rerum intelligibilium: in quibus sunt omnes inuisibiles atq; incommutabiles rationes rerum: etiam uisibilium & mutabilium: que per ipsam facte sunt: quoniam deus non aliquid nesciens fecit. quod nec de quolibet homine artifice recte dici potest. Porro si sciens fecit omnia: ea utiq; fecit: que nouerat: ex quo occurrit aĩo quiddam mirũ: sed tamen uerũ: ꝙ iste mundus nobis notus esse nõ posset: nisi esset: deo aũt nisi notus esset: eẽ nõ posset.

¶ An eius beatitudinis quã sancti angeli ab initio sui semp habuerunt: etiã illos spiritus q̃ ĩ ueritate nõ steterũt: pticipes fuisse credẽdũ sit. ¶ .C. xi.

QVe cum ita sint: nullo quidem modo secundũ aliquot temporis spatium: prius erant spiritus illi tenebre: quos angelos dicimus: sed simul ut facti sũt: lux facti sunt. non tamen ita tantum creati: ut quoquomodo essent: & quoquomodo uiuerẽt: sed etiam illuminati: ut sapienter beateq; uiuerent. Ab hac illuminatione auersi quidã angeli: non solum non obtinuerunt excellentiã sapientis beateq; uite: que pculdubio non nisi eterna est certa atq; secura: sed & rationalem uitam licet insipientẽ sic habent: ut eam non possint amittere: nec si uelint. Quatenus autem anteq̃m peccassent illius sapientie fuerint participes: definire quis potest? In eius tamen participatione eq̃les fuisse istos illis: qui propterea uere pleneq; beati sunt: quoniã nequaq̃m de sue beati/tudinis eternitate falluntur: quomodo dicturi sumus: quando quidem si equales in ea fuissent: etiam isti in eius eternitate mansissent: pariter beati quia pariter certi? Neq; enim sicut uita quandiucunq; fuerit: ita eterna uita ueraciter dici poterit: si finem ha/bitura sit: siquidem uita tantũmodo uiuẽdo: eterna uero finem non habẽdo nomĩata est. Quapropter quamuis non quicquid eternum continuo beatum sit: dicitur enim etiam penalis ignis eternus: tamen si uere perfecteq; beata uita non nisi eterna est: nõ erat talis istorum uita beata: quia quandoq; desitura: & propterea non eterna siue id scirent siue nescientes aliud putarent. quia scientes timor: nescientes error: beatos esse utiq; non sinebat. Si autem hoc ita nesciebant: ut falsis incertisue nõ fiderent: sed utrũ sempiternum: an quandoq; finem habiturum esset bonum suum: in neutram partem firma ascensione ferrentur: ipsa de tanta felicitate cõtatio: eam beate uite plenitu/dinẽ: quã in sanctis angelis esse credimus: non habebant. Neq;. n. beate uite uocabulũ ita cõtrahimus ad quasdã significatiõis angustias: ut solũ deũ dicamus beatũ: q tñ ita uere beatus ẽ: ut maior beatitudo eẽ nõ possit. In cuius cõperatiõe ꝙ angeli beati sũt: sua quadam summa beatitudine: quanta esse in angelis potest: quid: aut quãtum est.

¶ De compatiõe beatitudinis iustorũ nec dũ tenentiũ pmissiõis diuine pmiũ: & primorum in paradiso hoĩm ante peccatum. ¶ C. xii.

NEc ipsos enim huic tante beatitudini cóparatos quod attinet ad rationalem uel intellectualē creaturā: beatos nūcupandos putamus. Quis. n. primos illos hoīes in paradiso negare audeat beatos fuisse: ante peccatū: quamuis de sua beatitudine q̄m diutīna: uel utrū eterna eēt incertos: eēt aūt eterna: nisi peccassent: cū hodie nó īpru/denter beatos uocemus: quos uidemus iuste: ac pie cū spe future īmortalitatis hāc uitā ducere: sine crimine uastante cóscientiā: facile impetrantes peccatis huius infirmitatis diuinā misericordiā: q licet de sue pseuerantie premio certe sint: de ipa tn̄ pseuerantia sua reperiuntur incerti? Quis enī hominū se in actione pfectuq; iusticie pseueraturū usq; in finem sciat: nisi aliqua reuelatiōe ab illo fiat certus: qui de hac re iusto latētiq; iudicio nó omnes instruit: sed neminem fallit? Quantū itaq; ptinet ad delectationē psentis boni: beatior erat primus homo in paradiso: q̄ qlibet iustus in hac infirmitate mortali. Quantum autē ad spem futuri boni: beatior qlibet in qbuslibet cruciatibus corporis: cui nó opinione sed certa ueritate manifestū est: sine fine se habiturū omni molestia carentem societatem angelorū in participatione summi dei: q̄ erat ille homo sui casus incertus in magna illa felicitate paradisi. Quocirca cuiuis iam non difficulter occurrit utroq; coniuncto effici beatitudinem: quam recto proposito intellectualis natura desiderat: hoc ē: ut & bono incómutabili qd̄ deus ē: sine ulla molestia pfruatᷣ & in eo se in eternum eē mansurū: nec ulla dubitatiōe contetᷣ: nec ullo errore fallatᷣ. Hāc habere angelos lucis pia fide credimus: hāc nec anteq̄ caderēt: habuisse angelos peccatores: qui sua prauitate illa luce puati sūt: cōsequēti ratiōe colligimus. Habuisse tn̄ aliquā: & si nó pscīētia beatitudinē: si uitā egerūt ante peccatū: pfecto credēdi sūt.

An ita unius felicitatis oēs angeli sint creati ut neq; lapsuros se possent nosse: qui lapsi sunt: & post ruinā labentium pseuerantie sue prescientiam acceperint: qui steterunt. C. xiii.

AVt si durū uidetᷣ: q̄ndo facti sūt angeli: alios credere ita factos: ut nó accipent prescīētiam: uel perseuerantie uel casus sui: alios autem ita factos: ut ueritate certissima eternitatem sue beatitudinis nossent: sed eq̄lis felicitatis oēs ab initio creati sunt: & ita fuerunt: donec isti qui nunc mali sunt: ab illo bonitatis lumine sua uolun/tate cecidissent: profecto multo est durius: nunc putare angelos sanctos eterne sue beatitudinis incertos: & ipos de semetipsis ignorare: qd̄ nos de illis per scripturas sāctas nosse potuimus. Quis enim Catholicus Cristianus ignorat: nullum nouum diabolum ex bonis angelis ulterius futurum: sicut nec istum in societatem bonorum angelorū ulterius rediturum? Veritas quippe in euangelio sanctis fidelibusq; promittit: q̄ erūt equales angelis dei: quibus etiam promittitur: q̄ ibunt in uitam eternam. Porro aūt si nos certi sumus nunquam nos ex illa immortali felicitate casuros: illi uero certi nó sunt: iam potiores: non equales eis erimus. Sed quia nequaquā ueritas fallit: & equales eis erimus: profecto etiam ipsi certi sunt sue felicitatis eterne. Cuius illi alii quia certi non fuerunt: non enī erat eorum eterna felicitas: cuius certi essent: que finem fuerat habitura: restat ut aut impares fuerint: aut si pares fuerūt: post istorū ruinā illis certa sciencia sue sempiterne felicitatis accesserit. Nisi forte quis dicat id: quod dominus ait de diabolo in euangelio: Ille homicida erat ab initio: & in ueritate non stetit: sic esse accipiendum ut non solum homicida fuerit ab initio: id est initio humani generis ex quo utiq; homo factus est: quem decipiendo posset occidere: uerum etiam ab initio sue conditionis in ueritate nó steterit: & ideo nunq̄ beatus cum sanctis angelis fuerit:

suo recusans esse subditus creatori: & superbia sua uelut priuata potestate elatus: ac per hoc falsus & fallax: quia neq; unq̃ potestatem omnipotentis euadit. Et qui per piam subiectionem noluit tenere quod uere est: affectat per superbam elationem si/mulare: quod non est: ut sic intelligatur etiam quod beatus apostolus Iohannes ait: ab initio diabolus peccat: hoc est: ex quo factus est: iusticiam recusauit: quam nisi pia deoq; subdita uoluntas habere non posset. Huic sententie quisquis acquiescit: non cũ illis hereticis sapit id est Manicheis: & si que alie pestes ita sentiunt: ꝙ suam quãdam propriam tanq̃ ex aduerso quodam ꝑncipio diabolus habeat naturam mali: q tãta uanitate desipiunt: ut cum uerba ista euangelica in autoritate nobiscum habeant: nõ attendant: non dixisse dominum a ueritate alienus fuit: sed in ueritate nõ stetit: ubi a ueritate lapsum intelligi uoluit: in qua utiq; si stetisset: eius particeps factus beatus cum sanctis angelis permaneret.

Quo genere loquutiõis dictũ sit de diabolo: ꝙ ĩ ueritate non steterit: quia ueritas non est in eo. C.xiiii.

Subiecit autem iudicium: quasi quesissemus: unde ostendatur ꝙ in ueritate non steterit: atq; ait quia non est ueritas in eo. Esset autem in eo si in illa stetisset. Locutione autem dictum est minus usitata. Sic enim uidetur sonare. In ueritate nõ stetit: quia non est ueritas in eo. tanq̃ ea sit causa ut in ueritate non steterit: ꝙ in eo ueritas non sit. cũ potius ea sit causa: ut in eo ueritas non sit: ꝙ in ueritate non stetit. Ista locutio est & in psalmo ubi ait. Ego clamaui quoniam exaudisti me deus. cum dicendum fuisse uideatur: exaudisti me deus: quoniam clamaui. Sed cũ dixisset: ego clamaui: tanq̃ ab eo quereret: ũde se clamasse mõstraret: ab effectu exauditiõis dei: clamoris sui ostẽdit affectũ. tanq̃ diceret. hinc ostẽdo clamasse me: q̃m exaudisti me.

Quid sentiendũ sit de eo qđ scriptũ est: ab initio diabolus peccat. C.xv.

Illud etiã qđ ait de diabolo Iohannes: ab initio diabolus peccat: non intelligunt qui inde uolũt asserere peccati naturam: cum naturale nullum sit oĩo peccatum. Sed quid respondetur ꝓpheticis testimoniis: siue qđ ait Esaias sub figurata persona principis babylonie diabolum notans: quomõ cecidit Lucifer qui mane oriebaẗ: siue quod Ezechiel: in deliciis paradisi dei fuisti: omĩ lapide ꝑcioso ornatus: ubi intelligiẗ fuisse aliquando sine peccato? Nam expressius ei paulopost dicitur. ambulasti in di/ebus tuis sine uitio. Que si aliter conuenientius intelligi nequeunt: oportet etiã illud quod dictum est in ueritate non stetit: sic accipiamus: ꝙ in ueritate fuerit: sed non permanserit. Et illud quod ab initio diabolus peccat: non ab initio ex quo creatus ẽ peccare putandus est: sed ab initio peccati quod ab ipsius superbia cepit esse peccatũ. Nec illud qđ scriptũ est in libro Iob cũ de diabolo sermo esset. Hoc ẽ initiũ figmẽti domini qđ fecit ad illudendũ ab angelis suis: cui cõsonare uideẗ & psalmus ubi legiẗ. Draco hic quẽ finxisti ad illudendũ ei. sic intelligendũ est: ut existimemus talem ab initio creatũ cui ab angelis illudereẗ: sed in hac pena post peccatũ ordinatũ. Initiũ ergo eius figmentũ est domini. Non enim est ulla natura etiam in extremis infimisq; bestiolis: quam non ille constituit a quo est omnis modus: omnis species: omnis ordo: sine quibus nihil rerũ inueniri uel cogitari potest. Quanto magis angelica creatura: que omnia cetera que deus cõdidit nature dignitate ꝑcedit.

De gradibus & differentiis creaturarum: q̄ aliter pendet utilitatis usus: aliter ordo rationis. C.XVI.

IN his enim que quoquomodo sunt: & non sunt: quod deus est: a quo facta sunt: preponuntur uiuentia: nō uiuentibus: sicut ea que habent uim gignendi: uel etiam appetendi: iis que isto motu carēt. Et in iis: que uiuunt preponuntur sentientia: nō sentientibus: sicut arboribus animalia. Et in iis: que sentiūt: preponuntur intelligētia non intelligentibus. sicut homines pecoribus. Et in iis: que intelligunt: preponuntur immortalia mortalibus: sicut angeli hominibus altioris preponuntur nature ordine. Est autem alius: atq; alius pro suo cuiusq; usu estimatiōis modus: quo fit ut quedam sensu carentia quibusdam sentientibus preponamus: in tantum: ut si potestas esset ea prorsus de natura rerum auferre uellemus: siue quem in ea locum habent ignorantes: siue etiam sciamus: nostris ea commodis postponentes. Quis enim non domi sue panē habere: q̄ mures: nummos: q̄ pulices: malit? Sed quid mirum: cū in ipsorū etiam hoīm estimatione: quoꝝ certe natura tante est dignitatis: plerunq; carius cōparetur equus: q̄ seruus: gemma: q̄ familia? Ita in tali libertate iudicandi plurimum distat ratio cō/siderantis: a necessitate indigentis: seu uoluptate cupientis: cum ista quid per seipsum in rerum gradibus pendat: necessitas autē quid: propter quid expetat: cogitet. & ista: quid uerum luci mentis appareat: uoluptas uero quid iucū dum corporis sensibus blā/diatur: exquirat. Sed tantum ualet in naturis rationalibus quoddam ueluti pondus uoluptatis: & amoris: ut cū ordine nature angeli hominibus: tamen lege iusticie boni homines malis angelis preferantur.

Vitium malicie non naturam esse. sed contra naturam: cui ad peccandum non conditor: causa est: sed uoluntas. C.XVII.

PRopter naturam igitur: non propter maliciā diaboli dictū recte intelligimus: Hoc est initium figmenti domini. quia sine dubio ubi est uitium malicie: natura non uiciata precessit. Vitium autem ita contra naturam est: ut nō possit nisi nocere nature. Non itaq; esset uitium recedere a deo: nisi nature: cuius id uitium est: potius competeret: esse cum deo. Quapropter etiam uoluntas mala grande testimonium ē nature bone. Sed deus sicut naturarum bonarum optimus creator est: ita malarum uoluntatum iustissimus ordinator. ut cum male ille utuntur naturis bonis: ipse bene utatur etiam uoluntatibus malis. Itaq; fecit ut diabolus institutione illius bonus: uo/luntate sua malus: in inferioribus ordinatus illuderetur ab angelis eius: id est ut ꝓsint temptationes eius sanctis: quibus eas obesse desiderat. Et quoniam deus cum eum cō/deret future malignitatis eius nō erat utiq; ignarus: & preuidebat: que bona de malis eius esset ipse facturus: propterea psalmus ait: Draco hic quē finxisti ad illudendum ei. ut in eo ipso q̄ eū finxit: licet per suam bonitatem bonum: iam per suā prescientiā preparasse intelligatur: quomō illo uteretur in malo.

De pulchritudine uniuersitatis que per ordinationem dei etiam ex contrariorum fit oppositione lucentior. C.XVIII.

NEq; enim deus ullum: non dico angelorū: sed uel hominum crearet: quē malū futurum esse prescisset: nisi pariter nosset quibus eos bonorū usibus cōmodaret: atq; ita ordinem seculorum: tanq̄ pulcherrimū carmen etiā ex qbusdā q̄si antithetis honestaret. Antitheta enī: que appellantur: in ornamentis elocutiōis: sūt decētissima:

que latine appellantur opposita: uel quod expressius dicitur contraposita. Non est apud nos huius uocabuli consuetudo: cũ tamen eisdẽ ornamentis locutiõis etiã sermo latinus utatur: immo lingue oĩm gentiũ his antithetis. & Paulus apostolus in secũda ad corinthios epistola illum locum suauiter explicat: ubi dicit. Per arma iusticie a dextris: & a sinistris: per gloriam & ignobilitatem: per infamiam: & bonã famam: ut seductores: & ueraces: ut qui ignoramur: & cognoscimur: quasi morientes: & ecce ui/uimus: ut coerciti: & non mortificati: ut tristes: semper autem gaudentes: sicut egeni: multos aũt ditantes: tanq̃ nihil habẽtes: & omnia possidẽtes. Sicut ergo ista cõtraria contrariis opposita sermonis pulchritudinem reddunt: ita quadam non uerborũ sed rerum eloquentia cõtrariorum oppositione seculi pulchritudo componit͛. Aptissime hoc positum est in libro ecclesiastico hoc modo. Contra malum bonum ẽ: & contra mortem uita. sic cõtra piũ peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi. bina cõtra bina: unum contra unum.

Quid sentiendũ uideat͛: diuisit deus inter lucẽ & tenebras. C.xix.

Q Vanuis itaq; diuini sermonis obscuritas etiã ad hoc sit utilis: ꝙ plures sentẽtias ueritatis parit: & in lucem notitie producit: dum alius eũ sic: alius sic intelligit: ita tamen ut quod in obscuro loco intelligitur: uel attestatiõe rerũ manifestarũ: uel aliis locis minime dubiis asseratur: siue cum multa tractantur ad id quoq; perueniatur qđ sensit ille: qui scripsit: siue id lateat: sed ex occasione tractãde ꝓfunde obscuritatis alia quedam uera dicantur. non mihi uidetur ab operibus dei absurda sententia: si cũ lux illa prima est facta: angeli creati intelliguntur: & inter sanctos angelos & im/mundos fuisse discretum: ubi dictum est. Et diuisit deus inter lucem & tenebras: et uocauit deus lucem diem: & tenebras uocauit noctem. Solus qppe ille ista discernere potuit: qui potuit etiam prius q̃ caderent prescire casuros: & lumine ꝑuatos ueritatis in tenebrosa superbia remansuros. Nam inter istum nobis notissimũ diẽ: & noctem: id est inter hanc lucem: & has tenebras uulgatissimas sensibus nostris: luminaria celi ut diuiderent imperauit. Fiant inqt luminaria in firmamento celi ut luceant super ter/ram: & diuidant inter diem & noctẽ. Et paulopost. Et fecit inquit deus duo lũiaria magna: luminare maius in principio diei: & luminare minus in principio noctis. Et stellas. & posuit illas deus in firmamento celi lucere super terrã: & ꝑesse diei & nocti: & diuidere inter lucem & tenebras. Inter illã uero lucẽ que sancta societas angelorũ est illustratione ueritatis intelligibiliter fulgens: & ei cõtrarias tenebras id est malorũ angelorum auersorum a luce iusticie teterrimas mentes: ipse diuidere potuit: cui etiã futurum non nature sed uoluntatis malum occultum aut incertum esse nó potuit.

De eo quod post discretionẽ lucis: atq; tenabrarũ dictũ est: & uidit deus lucẽ quia bona est. C.xx.

D Eniq; nec illud est pretereundum silentio: ꝙ ubi dixit deus fiat lux: & facta ẽ lux: cõtinuo snbiunctum est: & uidit deus lucem: quia bona est. Nam postea q̃ separauit inter lucem & tenebras. & uocauit lucẽ diem: & tenebras noctẽ: ne simul cũ luce etiam talibus tenebris testimonium placiti sui ꝓhibuisse uideret͛: nã ubi tenebre inculpabiles sunt: inter quas & lucẽ istam his oculis conspicuã luminaria celi diuidũt: non ante sed post infert͛. Et uidit deus qa bonum ẽ. & posuit inqt illa in firmamẽto celi. lucere super terram: & preesse diei & nocti: & separare inter lucem & tenebras. Et

uidit deus quia bonū est. Verunq; placuit: qa utrūq; sine peccato est. Vbi aūt dixit
deus: fiat lux & facta est lux: & uidit deus lucē qa bona est: & postmodum infertur:
& separauit deus inter lucem & tenebras: uocauitq; deus lucem diē & tenebras uocauit
noctem: non hoc loco additum est: & uidit deus quia bonū est: ne utrūq; appellaret
bonū: cum esset hoꝝ alteꝝ malū uitio ꝓprio: non natura. Et ideo sola ibi lux placuit
conditori: tenebre aūt angelice: & si fuerant ordinande: nō tn̄ fuerant approbande.

De eterna & incōmutabili sciētia dei: ac uolūtate: quia semper illi uniuersa que fecit: sic placuerunt facienda: quemadmodum facta. C.xxi.

Quid est enī aliud intelligēdum in eo: ꝙ per omnia dicitur: uidit deus qa bonū
est: nisi operis approbatio secundum artem facti: que sapientia dei est? Deus
autem non usq; adeo cum dicit: factum est: tunc didicit bonū: ut nihil eorum fieret:
si ei fuisset incognitum. Dum ergo uidit quia bonum est: quod nisi uidisset: antequā
fieret: non utiq; fieret: docet bonū eē: nō discit. Et Plato quidem plus ausus ē dicere.
elatum esse scilicet deum gaudio: mundi uniuersitate perfecta. Vbi & ipse non usq;
adeo desipiebat: ut putaret deum sui operis nouitate factū beatiorē: sed sic ostēdere
uoluit artifici suo placuisse iam factum: qd̄ placuerat in arte faciendum: non ꝙ ullo
modo dei scientia uarietur: ut aliud in eo faciant: que nondum sunt: aliud que iā sūt:
aliud que fuerunt. Non enim more nostro ille: uel qd̄ futurum est: prospicit: uel qd̄
presens est: aspicit: uel qd̄ preteritum est: respicit: sed alio modo quodam a nostrarū
consuetudine cogitationum lōge alteq; diuerso. Ille quippe non ex hoc in illud co-
gitatiōe mutata: sed omnino incommutabiliter uidet: ita ut illa quidē que tēpaliter
fiunt: & futura nondum sint: & presentia iā sint: & preterita iā non sint. ipe uero hec
omnia stabili ac sempiterna presentia comprehendat: nec aliter oculis: aliter mente:
non enim ex animo cōstat et corpore. Nec aliter nunc: aliter antea: et aliter postea:
quoniam non sicut nostra ita quoq; eius scientia trium temporum: presentis uidelicet
et preteriti uel futuri uarietate mutatur: apud quem nō est immutatio nec momēti
obumbratio. Neq; enim eius intentio de cogitatione: in cogitationē transit: in cuius
incorporeo contuitu simul adsunt cuncta: que nouit. Quoniam tempora ita nouit
nullis suis temporibus quēadmodum temporalia mouet nullis suis temporalibus mo-
tibus. Ibi ergo uidit bonum esse quod fecit: ubi bonum esse uidit: ut faceret. Nec qa
factum uidit: scientiam duplicauit: uel ex aliqua parte auxit: tanq̄m minoris sciētie
fuerit prius q̄ faceret quod uideret: qui tam perfecte non operaretur: nisi tā pfecta
scientia: cui nihil ex eius operibus adderetur. Quapropter si tantummodo nobis in-
sinuandum esset: quis fecerit lucem: sufficeret dicere fecit deus lucem. Si autem nō solū
quis fecerit: uerum etiam per quid fecerit: satis esset ita enūtiari. et dixit deus fiat lux:
et facta est lux. ut non tantum deum: sed etiam per uerbum lucem fecisse nossemus.
Quia uero tria quedam maxime scienda de creatura nobis intimari oportuit: quis eā
fecerit: per quid fecerit. q̄re fecerit: deus dixit inquit fiat lux: et facta est lux. et uidit
deus lucem quia bona est. Si ergo querimus quis fecerit: deus est. Si per quid fecerit:
dixit fiat: et facta est. Si quare fecerit: qa bona est. Nec autor est excellētior deo:
nec ars efficatior dei uerbo: nec causa melior: q̄ ut bonū crearetur a bono deo. Hāc
etiam Plato cām cōdendi mundi iustissimā dicit: ut a bono deo bona opa fierēt: siue
ista legerit: siue ab his q legerāt forte cognouerit: siue acerrimo ingenio inuisibilia dei

p ea que facta sūt intellecta cōspexerit: siue ab his q ista cōspexerāt & ipe didicerit.

¶De iis quibus in uniuersitate rerum a bono
creatore bene cōditarū: quedam displicēt:
& putant nullā malā esse naturam. ¶C.xxii.

HAnc tamen causam id est ad bona creanda dicit bonitatē dei: hanc inq̄ causam tam iustam atq; idoneam: que diligenter considerata & pie cogitata: omnes cō/trouersias querentium mundi originem terminat: Quidam heretici non uiderūt: qa egenam carnis huius fragilemq; mortalitatem: iam de iusto supplicio uenientem dum ei non conueniunt: plurima offendunt: sicut ignis: aut frigus: aut fera bestia: uel quid eiusmodi. Nec attendunt q̄m uel in suis locis naturisq; uigeāt: pulchroq; ordine dis/ponantur: quantūq; uniuersitati rerū pro suis portionibus decoris: tanq̄ in cōmunē rempublicā cōferant: uel nobisipsis: si eis cōgruēter atq; scienter utamur: cōmoditatis attribuant. ita ut uenena ipsa: que per inconuenientiā perniciosa sunt: conuenienter adhibita in salubria medicamenta uertantur. q̄q̄ a cōtrario etiā hec qbus delectāt: sicut cibus: & potus: & ista lux immoderato & importuno usu noxia sentiāt. Unde nos admonet diuina prouidentia non res insipienter uituperare: sed utilitatē rerum diligēter inqrere. & ubi nostrū ingenium uel infirmitas deficit: ita credere occultam sicut erāt quedā: que uix potuimus inuenire. qa & ipsa utilitatis occultatio: aut hu/militatis exercitatio est: aut elationis attritio: cū oīo natura nulla sit malū: nomēq; hoc non sit nisi priuationis boni. sed a terrenis usq; ad celestia: & a uisibilibus usq; ad inuisibilia: sunt aliis alia bona: aliis alia meliora: ad hoc ineq̄lia ut essent omnia. Deus autē ita est artifex magnus in magnis: ut minor non sit in paruis: Que pua non sua grāditate: nā pena nulla ē: sed artificis sapientia metiēda sunt: sicut in specie uisibili hominis: si unum radatur supciliū: q̄ppe modū nihil corpori & q̄m multum detrahitur pulchritudini. quoniā nō mole constat: sed distat a parilitate: ac dimēsione mēbrorum. Nec sane multū mirandū est: q hi qui nonnullā malā putāt esse naturam: suo quodā pprio exortā ppagatāq; principio: nolunt accipere istam causam creationis rerū: ut bonus deus conderet bona: credentes eū potius ad hec mundana molimina rebellātis aduersum se mali repellendi: extrema necessitate perductum suāq; naturam bonam malo coercēdo supandoq; miscuisse. quā turpissime pollutā & crudelissime captiuatā & oppssam labore magno uix mundet ac liberet: nō totā tn̄: sed qđ eius nō potuerit ab illa inquinatione purgari: tegmen ac uinculū futurum hostis uicti & inclusi. Sic autem Manichei nō desiperent uel potius insanirēt: si dei naturā sicuti ē incommu/tabilem atq; oīo incorruptibilē crederēt. cui nocere nulla res possit. animā uero que uolūtate mutari i deterius & peccato corrūpi potuit: atq; ita incō mutabilis ueritatis luce priuari nō dei partē nec eius nature que dei ē: sed ab illo cōditā longe imparē cōditori: cristiana sanitate sentirent.

¶De errore in quo Origenis doctrina inculpat. ¶C.xxiii.

SEd multo est mirandū amplius: q etiā qdam q unum nobiscū credūt omnium rerū eē principiū: nullāq; naturā: que nō est: qđ deus est: nisi ab illo conditore esse non posse: noluerūt tn̄ istā causā fabricandi mūdi tā bonam ac simplicē bene ac simpliciter credere: ut deus bonus conderet bona: & essent post deum: que nō eēnt qđ est deus: bona tn̄ que nō faceret nisi bonus deus. Sed animas dicūt nō qdē ptes dei sed

factas a deo: peccasse a deo conditore recedendo: & diuersis ꝑgressibus ꝑ diuersitate peccatorũ: a celis usq; ad terras diuersa corpora q̃si uincula meruisse. & hũc esse mũdũ eamq; causam mundi fuisse faciendi: nõ ut cõderent̃ bona: sed ut mala cohiberentur. Hic Origenes iure culpatur. In libris eni͂ quos appellat periarchon id est de ꝓncipiis hoc sensit: hoc scripsit. Vbi plus q̃m dici potest miror hominem in ecclesiasticis litteris tam doctũ: & exercitatũ: nõ attendisse primum q̃ hoc esset contrariũ scripture huius tante autoritatis intẽtioni: que ꝑ omnia opera dei subiũgens: & uidit deus qa bonũ ẽ: completisq; omnibus inferens: & uidit deus oĩa que fecit: & ecce bona ualde. nullam aliam causam faciendi mundi intelligi uoluit: nisi ut bona fierent a bono deo. Vbi si nemo peccasset: tantummodo naturis bonis esset mundus ornatus: & plenus. Et quia peccatum est: non ideo cuncta sunt impleta peccatis: cum bonorum lõge maior numerus in celestibus sue nature ordinem seruet. Nec mala uolũtas quia nature ordinẽ seruare noluit: ideo iusti dei leges omnia bene ordinãtis: effugit. quoniã sicut pictura cum colore nigro loco suo posita: ita uniuersitas rerũ: si quis possit intueri: etiam cum peccatoribus pulchra est: q̃uis per seipsos consideratos sua deformitas turpet. Deinde uidere debuit Origenes: & quicunq; ista sapiunt: si hec opinio uera esset: mundũ ideo factum: ut aĩe ꝓ meritis peccatoꝝ suoꝝ tanq̃ ergastula qbus penaliter includerẽt corpa acciperent: supiora & leuiora que minus: inferiora uero & grauiora que ãplius peccauerunt: demones quibus deterius nihil est: terrena corpa qbus inferius & grauius nihil ẽ: potius q̃ homines etiã bonos: potius etiam q̃ malos habere debuisse. Nũc uero ut intelligeremus animaꝝ merita nõ q̃litatibus corpoꝝ eẽ pensanda: aereum possidet pessimus demon: homo autem & nunc licet malus longe minoris: mitiorisq; malitie: & certe ante peccatũ tñ luteum corpus accepit. Quid aũt stultius potest dici: q̃ istũ solẽ ut in uno mundo unus esset: non decori pulchritudinum: uel etiã saluti rerũ corpaliũ consuluisse artificem deũ: sed hoc potius euenisse qa una anima sic peccauerat: ut tali corpore mereret̃ includi? Ac per hoc si cõtigisset: ut non una sed due: immo non due sed decem uel centum: similiter equaliterq; peccassent: centum soles haberet hic mũdus. Quod ut non fieret: non opificis ꝓuisione mirabili ad rerũ corpaliũ salutẽ decorẽq; consultum est: sed contigit potius tanta unius anime progressione peccantis: ut sola corpus tale mereretur. Non plane animaꝝ de qbus nesciunt: quid loquant̃: sed eorũ ipsorum: qui talia sapiũt: multũ longe a ueritate & merito est coercenda progressio. Hec ergo tria: que superius cõmendaui cum in unaquaq; creatura requirunt̃: quis eã fecerit: per quid fecerit: quare fecerit: ut respondeat̃ deus per uerbũ suũ: qa bona est: utrum altitudine mystica nobis ipsa trinitas intimet̃: hoc est pater & filius & spiritus sanctus: an aliquid occurrat quod hoc loco scripturarum id accipiendũ esse ꝓhibeat: multi sermonis est questio: nec omnia uno uolumine ut explicemus: urgendum est.

De trinitate diuina que per omnia opera sua significationis sue sparsit indicia. C. xxiiii.

CRedimus: & tenemus: & fideliter predicamus: ꝙ pater genuerit uerbum: hoc est sapientiã: ꝑ quã facta sũt oĩa: unigenitũ filiũ: unus unũ: eternus coeternum: sũme bonus eq̃liter bonũ: & ꝙ spiritus sanctus simul & patris & filii sit spiritus: & ipse consubstantialis & coeternus ambobus: atq; hoc totũ & trinitas sit ꝓpter ꝓprietatem personaꝝ: & unus deus ꝓpter inseparabilem diuinitatẽ: sicut unus omnipotens ꝓpter inseparabilem omnipotentiã: ita tñ ut etiã cum de singulis queritur: unusq́q; eorum

& deus & omnipotens esse respondeatur: cum uero de omnibus simul: non tres dii uel tres omnipotentes: sed unus deus omnipotẽs: tãta ibi est in tribus inseparabilis unitas: que sic se uoluit predicari. Utrum autẽ boni patris: & boni filii: spiritus sanctus: quia cõmunis ambobus ẽ: recte bonitas dici possit amboꝝ: nõ audeo temerariã ꝑcipitare sententiã. uerũtamen amboꝝ eum dicere sanctitatẽ facilius ausus fuero: nõ amborũ quasi q̃litatẽ: sed ipsã quoq; substantiã: & tertiam in trinitate personã. Ad hoc enim me ꝓbabilius ducit: ꝙ cũ sit & pater spiritus: & filius spiritus: & pater sanctus & filius sãctus: ꝓprie tñ ipse uocat̃ spiritus sãctus: tanq̃ sãctitas substãtialis & cõsubstãtialis amborum. Sed si nihil est aliud bonitas diuina q̃ sanctitas: profecto & illa diligentia ratiõis est: non ꝑsumptiõis audacia: ut in opibus dei secreto quodã loquendi mõ quo nostra exerceat̃ intẽtio: eadẽ nobis insinuata intelligat̃ trinitas: unãquãq; creaturã quis fecerit: ꝑ quid fecerit: ꝓpter qd fecerit. Pater quippe intelligit̃ uerbi: q dixit: ut fiat: qđ autẽ illo dicente factũ est: proculdubio per uerbũ factũ est. In eo uero qđ dicitur: uidit deus qa bonum ẽ: satis significat̃ deũ nulla necessitate: nulla sue cuius q̃ utilitatis indigentia: sed sola bonitate fecisse: qđ factum est: id est qa eq̃liter bonum: & ꝙ spiritus sanctus simul & patris & filii bonum est. Quod ideo postea q̃m factum est dicitur: ut res que facta est: congruere bonitati: propter quã facta est indicetur. Que bonitas si spiritus sanctus recte intelligit̃: uniuersa nobis trinitas in suis opibus intimat̃. Inde est ciuitatis sancte que in sanctis angelis sursum est: & origo: & infor/matio: & beatitudo. Nam si queratur unde sit: deus eam condidit. Si unde sit sapiẽs: a deo illuminatur. Si unde sit felix: deo fruitur: subsistens modificatur: contemplãs illustratur: inherens iucundatur: est: uidet: amat: in eternitate dei uiget: in ueritate dei lucet: in bonitate dei gaudet.

De tripartita totius philosophie disciplina. C.xxv.

Quantũ intelligi dat̃ hinc philosophi sapiẽtie disciplinã tripartitã eẽ uoluerũt: immo uero triptitã eẽ animaduertere potuerũt. Neq;. n. ipsi instituerũt: ut ita esset: sed ita esse potius inuenerunt. cuius una pars appellaret̃ physica: altera logica: tertia ethica. Quarum nomina latina iã multoꝝ litteris frequẽtata sũt ut naturalis: rationalis: moralisq; uocarẽtur. quas etiã in octauo libro breuiter strinximus. Non quo sit consequens ut isti in his tribus aliquid secundũ deũ de trinitate cogitauerint. Quãuis Plato primus istam distributionem repperisse & cõmentasse dicat̃: cui neq; naturaꝝ omnium: autor nisi deus uisus est: neq; intelligentie dator: neq; amoris: quo bene beateq; uiuat̃: inspirator. Sed certe cũ de natura rerum: & de ratione indagãde ueritatis: & de fine boni ad quẽ cuncta que agimus referre debemus: diuersi diuersa sentiant: in his tamen tribus magnis: & generalibus questionibus omnis eorum uersat̃ intentio. Ita ut cum in unaquaq; eaꝝ quid quisq; sectetur: multiplex sit discrepãtia opinionum: esse tamen aliquam nature causã: scientie formam uite summam nemo contetur. Tria enim sunt que in unoquoq; hoĩe artifice spectant̃: ut aliqd efficiat: natura: doctrina: usus. Natura ingenio: doctrina scientia: usus fructu: diiudicandus est. Nec ignoro ꝙ proprie fructus fruentis: usus uero utentis sit. atq; hoc interesse uideatur: ꝙ ea re frui dicimur: que nos non ad aliud referenda: per seipsam delectat. Uti uero ea re: quam propter aliud querimus. unde temporalibus magis utendum est q̃ fruendum: ut frui mereamur eternis. Non sicut peruersi qui frui uolũt nũmo: uti autem deo. quoniã nõ nummũ ꝓpter deũ impedũt: sed deũ ꝓpter nummum colunt. Ueruntamen eo loquendi mõ: quẽ plus obtinuit consuetudo: & fructibus utimur:

& usibus fruimur. Nam & fructus iam proprie dicunt̃ agrorum: quibus utiq; omnes tempaliter utimur. Hoc itaq; more usum dixerim: in his tribus que in hoĩe spectãda commonui. que sunt natura: doctrina: usus. Ex his propter obtinendã beatã uitam: tripartita ut dixi a philosophis inuenta ẽ disciplina. naturalis ꝑpter naturã: ratiõalis propter doctrinã: moralis propter usũ. Si ergo natura nostra esset a nobis: ꝑfecto & nostram nos genuissemus sapientiã: nec eam ex doctrina: id est aliunde discendo percipere curaremus. & noster amor a nobis profectus: & ad nos relatus ad beate ui/uẽdum sufficeret: nec bono alio: quo frueremur: ullo indigeret. Nũc uero q̃a natura nostra ut esset: deum habet autorem: proculdubio ut uera sapiamus ipsum debemus habere doctorem: ipsum etiam ut beati simus: suauitatis intime largitorem.

De imagine summe trinitatis que secundũ quendã modũ in natura est: nec dum beatificati hominis. C.xxvi.

Et nos quidem in nobis: tam& si non equalem: immo ual de longeq; distantem: neq; coeternam: & quo breuius totum dicitur: non eiusdem substantie cuius est deus: tamen qua deo nihil sit ĩ rebus ab eo factis natura propinquius: imaginem dei: hoc est summe illius trinitatis agnoscimus: ad hoc reformatione perficiendam: ut sit etiam similitudine proxima. Nam & sumus: & nos esse nouimus: & nostrum esse ac nosse diligimus. In his autem tribus que dixi: nulla nos falsitas uerisimilis turbat. Nõ enim ea: sicut illa: que foris sunt ullo sensu corporis tangimus: uelut colores uidendo: sonos audiendo: odores olfaciendo: sapores gustando: dura & mollia contrectando sentimus. quorum sensibiliũ etiã imagines eis simillimas nec iam corporeas cogitatiõe uersamus: memoria tenemus: & per ipsas in istorum desideria cõcitamur: sed sine ulla phantasiarum uel phantasmatum imaginatione ludificatoria: me esse me: idq; nosse: & amare certissimũ est. Nulla in his ueris academicoꝝ argumenta formido: dicẽtiũ: Quid si falleris? Si enim fallor: sum. Nam qui non est: utiq; nec falli potest. ac ꝑ hoc sum: si fallor. Quia ergo sum: qui fallor: quomodo esse me fallor: quando certum est me esse: si fallor? Quia igitur essem: qui fallerer: etiam si fallar: proculdubio in eo: ꝙ me noui esse: non fallor. Consequens est autem ut etiam in eo: ꝙ me noui nosse: non fallar. Sicut enim noui me esse: ita noui etiã hoc ipsum nosse me. Eaq; duo cũ amo: eundem quoq; amorẽ quiddã tertium: nec imparis estimationis eis: quas noui: rebus adiungo. Neq; enim fallor amare me: cum in his que amo: nõ fallar. Quanq̃ & si illa falsa essent: falsa me amare uerũ esset. Nam quo pacto recte reprehenderer: & recte prohiberer ab amore falsorũ: si me illa amare falsum esset? Cum uero & illa uera atq; certa sint: q̃s dubitet: ꝙ eoꝝ que amãt̃ & ipse amor uerus & certus ẽ? tã porro nemo est q eẽ se nolit: q̃ nemo ẽ q nõ eẽ beatus uelit. Quõ.n. potest beatus eẽ: si nihil sit?

De essentia & scientia: & utriusq; amore. C.xxvii.

Ita uero ui quadã naturali ipsum esse iucundum est: ut non ob aliud: & hi q miseri sunt: nolint interire. Et cum se miseros esse sentiant: non se ipsos de rebus: sed mi/seriam potius auferri uelint. Illis etiã qui & sibi miserrimi apparent: & plane sunt: et non solum a sapientibus quoniã stulti: uerũ etiã ab is qui beatos se putant: miseri iu/dicantur: quia pauperes atq; mendici sunt: si quis immortalitatem daret: qua nec ipsa miseria moreretur: ꝓposito sibi ꝙ si in eadem miseria semper esse nollẽt: nulli & nusq̃

essent futuri: sed omnimodo perituri: profecto exultaret leticia: & sic semp eligeret esse: q̃ omnino non esse. Huius rei testis est notissimus sensus eorum. Unde eni mori metuūt: & malunt in illa erumna uiuere: q̃ eam morte finire: nisi quia satis apparet: q̃m refugiat natura non esse? Atq; ideo cum se nouerint esse morituros: pro magno beneficio sibi hanc impendi misericordiam desiderant: ut aliq̃nto productius in eadē miseria uiuant: tardiusq; moriantur. Proculdubio ergo indicāt: immortalitatē saltē talem: que nō habeat finē mēdicitatis: quanta gratulatione susciperent. Quid animalia omnia etiā irrationabilia: quibus datum non est ista cogitare: ab immēsis dracōibus usq; ad exiguos uermiculos? Nonne se eē uelle: atq; ob hoc interitū fugere: oīibus quibus possunt motibus: indicant? Quid arbusta omnesq; frutices: quibus nullus est sensus ad uitandam manifesta motiōe perniciem? Nonne ut in auras tutū culminis germen emittant: altius terre radices affigunt: quo alimentum trahant: atq; ita suum quodammodo esse conseruent? Ipsa postremo corpora quibus non solum sensus: sed nec ulla saltem seminalis est uita: ita tamen uel exiliunt in superna: uel in ima descē/dunt: uel librantur in mediis: ut essentiam suam ubi secundum naturam possunt esse custodiant. Iam uero nosse quantum ametur: quanq; falli nolit natura humana: uel hinc intelligi potest: q lamentari quisq; sana mēte mauult: q̃ letari in amentia. Que uis magna & mirabilis: mortalibus preter homini animantibus nulla est. licet eorum quibusdā ad istam lucem contuendā: multo q̃ nobis sit acrior sensus oculorū: sed lucē illam incorpoream contingere nequeunt: qua mens nostra quodāmodo radiatur: ut de his omnibus recte iudicare possimus. Nam in quantū eam capimus: in tantum id possumus. Verūtamen inest sensibus irrationalium animaliū: & si scientia nullo mō: at certe quedam sciētie similitudo. Cetera autem rerū corporalium. nō quia sentiūt: sed q̃a sentiuntur sensibilia nuncupata sunt. Quorū in arbustis hoc simile est sēsibus: q alunt & gignunt. Veruntamen & hec omnia corporalia latentes in natura causas habent: sed formas suas quibus mundi huius uisibilis structura formosa est: sentiendas sensibus prebent: ut pro eo: q nosse nō possunt: quasi innotescere uelle uideant. Sed nos ea sensu corporis ita capimus: ut de is nō sensu corporis iudicemus. Habemus. n. alium interioris hominis sensum isto longe prestantiorem: quo iusta & iniusta sen/timus. iusta per intelligibilē speciem: iniusta sentimus per eius priuationem. Ad huius sensus officiū nō acies pupille: nō foramen auricule: non spiramēta nariū: nō gustus fauciū: nō ullus corporeus tactus accedit. Ibi me & eē: & hoc nosse certus sum: & hoc amo: atq; amare me similiter certus sum.

¶ An etiam ipsum amorem quo & esse: & scire diligimus diligere debeamus: quo magis diuine trinitatis imagini ppinquamus. ¶ C. xxviii.

Sed de duobus illis essentia scilicet & notitia: quātum amentur in nobis: & quē/admodum etiam in ceteris rebus: que infra sunt: eorum reperiatur & si differēs quedam tamen similitudo: q̃ntum suscepti huius operis ratio uisa est postulare: satis diximus. De amore autem quo amantur: utrum & ipse amor ametur: non dictum ē. Amatur autem. Et hinc probamus: q in hominibus qui rectius amantur: ipse magis ametur. Neq; enim uir bonus merito dicitur: qui scit: qđ bonum est: sed qui diligit. Cur ergo & in nobisipsis non & ipsum amorem nos amare sentimus: quo amamus quicquid boni amamus? Est enim & amor quo amatur: & quod amandum non est. Et istum amorem odit in se: qui illum diligit. quo id amat: quod amandū ē. Possunt

enim ambo esse in uno homine: & hoc bonũ est homini: ut illo proficiente: quo bene uiuimus: iste deficiat: quo male uiuimus: donec ad perfectum sanetur: & in bonum cõmutetur omne: ꝙ uiuimus. Si enim pecora essemus: carnalem uitam: & qđ secũdũ sensum eiusdem est: amaremus: idq; esset sufficiens bonum nostrum: & secundum hoc cum esset nobis bene: nihil aliud quereremus. Item si arbores essemus: nihil quidẽ sen/tiente motu amare possemus: ueruntamen id quasi appetere uideremur: quo feracius essemus: uberiusq; fructuose. Si essemus lapides: aut fluctus: aut uentus: aut flamma: uel quid eiusmodi: sine ullo quidem sensu atq; uita: non tamen nobis deesset q̃si qdam nostrorum locorum: atq; ordinis appetitus. Nam uelut amores corporum momenta sunt ponderũ: siue deorsum grauitate: siue sursum leuitate nitantur: ita enim corpus pondere: sicut animus amore fertur: quocunq; fertur. Quoniam igitur hoĩes sumus ad nostri creatoris imaginem creati: cuius est uera eternitas: eterna ueritas: eterna et uera caritas: estq; ipse eterna & uera & cara trinitas: neq; confusa neq; separata: in iis quidem rebus: que infra nos sunt. quoniam & ipsa nec aliquo modo essent nec aliqua specie continerentur: nec aliquem ordinem uel appeterent: uel tenerent: nisi ab illo facta essent: qui summe est: qui summe sapiens est: qui summe bonus est: tanquã per omnia que fecit: mirabili stabilitate currentes: q̃si quedã eius alibi magis alibi minus impressa uestigia colligamus. in nobis autem ipsis eius imaginem contuentes: tanquã minor ille euangelicus filius ad nosmetipsos reuersi surgamus: & ad illum redeamus: a quo peccando recesseramus. Ibi esse nostrum non habebit mortem: ibi nosse nostrũ non habebit errorem: ibi amare nostrum non habebit offensionem. Nunc autẽ ista tria nostra quamuis certa teneamus: nec aliis ea credamus testibus: sed nos ip̃i presentia sentiamus: atq; interiore ueracissimo cernamus aspectu: tamen q̃ndiu futura: uel utrũ nunq̃ de futura: & quo si male: quo autem si bene agantur: peruentura sint: quoniã per nosipsos nosse non possumus: alios hinc testes uel querimus: uel habemus: de quorũ fide cur nulla debeat esse dubitatio: non est iste sed posterior erit diligentius disserẽdi locus. In hoc aũt libro de ciuitate dei: que nõ pegrinat͛ in huius uite mortalitate: sed immortalis semp in celis ẽ: id ẽ de angelis sanctis deo coherẽtibus. q nec fuerunt unq̃: nec futuri sũt desertores: iter quos & illos q eternã lucẽ deserẽtes tenebre facti sũt: deũ p̃mitus diuisisse iam diximus: illo adiuuãte: quo & cepimus ut possumus: explicemus.

De sanctorum angelorum scientia qua trinitatem in ipsa eius deitate nouerunt: qua operum causas prius in opante arte: q̃ in ipsis operibus artificis intuentur. C. xxix.

Illi quippe angeli sancti non per uerba sonantia deum discunt: sed per ipsam p̃/sentiam immutabilis ueritatis: hoc est uerbum eius unigenitum. Et ipsum uerbum & patrem & eorum spiritum sanctum: eamq; esse inseparabilem trinitatem: singulasq; in ea personas unam esse substantiam: & tamen omnes non tres deos esse sed unũ deũ ita nouerunt: ut eis magis ista sit nota: q̃m nosipsi nobis cogniti sumus. ipsam quoq; creaturam melius ibi: hoc est in sapientia dei tanq̃ in arte qua facta est: q̃ in ea ip̃a sciunt. ac per hoc & seipsos ibi melius q̃ in seipsis: ueruntamen & in seipsis: facti sunt enim: & aliud sunt: q̃ ille qui fecit. Ibi ergo tanq̃ in cognitione diurna: in seipsis autẽ tanq̃ in uespertina: sicut supra iam diximus. Multum autẽ differt utrũ in ea ratione cognoscatur aliquid secũdum quã factum est: an in seipso. sicut aliter sciẽ rectitudo linearum: seu ueritas figurarũ cũ intellecta cõspicitur: aliter cum in puluere scribit͛:

& aliter iusticia describitur in ueritate incommutabili: aliter in anima iusti sic deinde cetera: sicut firmamentum inter aquas superiores & inferiores: quod celum uocatum est: sicut deorsum aquarum congeries terreq; nudatio & herbarum institutio atq; lignorum sicut solis ac lune stellarumq; conditio: sicut ex aquis animalium uolucrum. s. atq; piscium beluarumq; natantium: sicut quoruncunq; in terra gradiẽtium atq; repentium: & ipsius hominis: qui cunctis in terra rebus excelleret. Omnia hec aliter in uerbo dei cognoscuntur ab angelis: ubi habent causas rationesq; suas: id est secundũ q̃s facta sũt incõmutabiliter permanentes: aliter in seipsis: illic clariore: hic obscuriore cognitione uelut artis atq; operum. Que tamen opera cum ad ipsius creatoris laudem uenerationemq; referuntur: tanq̃ mane lucescit in mentibus contemplantium.

¶ De senarii numeri perfectione: qui partium suarum quantitate completur. ¶ C.xxx.

HEc autem propter senarii numeri perfectiõem: eodem die sexies repetito sex diebus perfecta narrantur. nõ quia deo necessaria fuerit mora temporũ: quasi q̃ nõ potuerit creare omnia simul: que deinceps congruis motibus peragerẽt tempa: sed quia per senarium numerum est operum signata perfectio. Numerus quippe senarius: primus completur suis partibus: id est sexta sui parte & tertia & dimidia: que sunt unum & duo & tria. que in summam ducta sex fiunt. Partes autem in hac consideratione numerorũ: ille intelligende sunt: que quote sint dici potest. sicut dimidia: tertia: quarta: & deinceps ab aliquo numero denominate. Neq; enim exẽpli gratia: quia in nouenario numero quattuor pars aliq̃ eius est: ideo dici potest quota eius sit: unum autẽ potest: nam nona eius est: & tria potest: nam tertia est eius. Cõiuncte uero iste due partes eius: nona scilicet atq; tertia: id est unum & tria: longe sũt a tota summa eius: quod est nouem. Itemq; in denario quaternarius est aliqua pars eius sed quota sit dici non potest. unum aũt potest: nam decima pars eius est. Habet & q̃ntã que sunt duo. habet & dimidiam que sunt quinq;. Sed he tres partes eius: decima et quinta & dimidia: id est unum & duo & quinq; simul ducte non cõplent decem: sũt enim octo. Duodenarii uero partes numeri in summã ducte transeunt eũ. Habet enim duodecimam quod est unum: habet sextam que duo sunt: habet quartam que sunt tria: habet tertiam que sunt quattuor: habet & dimidiam: que sunt sex: unũ aũt & duo & tria & quattuor & sex nõ duodecim sed amplius: id est sexdecim: fiũt. Hoc breuiter commemorandum putaui: ad commendandam senarii numeri perfectionẽ: qui primus ut dixi partibus suis: in summam redactis: ipse perficitur: in quo perfecit deus opera sua. Vnde ratio numeri contemnenda non est: que in multis sanctarum scripturarum locis q̃ magni estimanda sit: elucet: diligenter intuentibus. Nec frustra in laudibus dei dictum est: omnia in mensura: & numero: & pondere disposuisti.

¶ De die septimo in quo plenitudo: & reqes cõmendaẽ. ¶ C.xxxi.

IN septimo autem die: id est eodem die septies repetito: q numerus etiam ipse alia ratione perfectus est: dei reqes commendatur. in qua primũ sanctificatio sonat. Ita deus uoluit istum diem ĩ illis suis operibus sanctificare: sed in requie sua: que nõ habet uesperam. Neq; enim ulla creatura est: ut etiam ipsa aliter in dei uerbo: aliter in se cognita: faciat aliã uelut diurnã: aliam uelut uespertinã noticiã. De septenarii

porro numeri perfectione dici quidem plura possunt: sed liber iste iam prolixus est: et uereor ne occasione comperta scientiolã nostram leuiter magis: q̃ utiliter iactare uelle uideamur. habenda est itaq; ratio moderationis atq; grauitatis: ne forte cum de numero multum loquimur: mẽsuram & pondus negligere iudicemur. Hoc itaq; satis sit admonere: ꝙ totus impar ꝑmus numerus ternarius est: totus per quaternarius: ex quibus duobus septenarius constat. Ideo pro uniuerso sepe ponitur. sicuti est septies cadet iustus: & resurget. id est quotienscunq; ceciderit: non peribit. quod non de ini/quitatibus sed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi uoluit. Et septies in die laudabo te. quod alibi alio modo dictum est. semper laus eius ĩ ore meo. Et multa huiusmodi in diuinis autoritatibus reperiuntur: in quibus septenarius nu/merus: ut dixi: pro cuiusq; rei uniuersitate poni solet. Propter hoc eodẽ sepenumero signatur spiritus sanctus de quo dominus ait. Docebit uos omnem ueritatẽ ibi requies dei: qua requiescitur in deo. In toto quippe id est plena perfectiõe requies: in parte autem labor. Ideo laboramus q̃diu ex parte scimus: sed cum uenerit: ꝙ perfectũ est: quod ex parte est: euacuabitur. Hinc est ꝙ etiam scripturas istas cũ labore rimamur: sancti uero angeli quorum societati & congregationi in hac peregrinatiõe laborio/sissima suspiramus: sicut habent permanendi eternitatem: ita cognoscendi facilitatẽ: & requiescendi felicitatẽ. Sine difficultate qppe nos adiuuant: quoniã spiritualibus motibus puris & liberis non laborant.

De opinione eorum: qui angelorum creationem anteriorem uolunt esse q̃ mundi. C. xxxii.

Ne quis autem contendat: & dicat: non sanctos angelos esse signatos in eo ꝙ scriptum est: fiat lux: & facta est lux: sed quanlibet lucem tunc primum factã esse corpoream: aut opinetur: aut doceat: angelos autem prius esse factos: nõ tantũ ante firmamentum: quod inter aquas & aquas factum: appellatum est celum: sed ãn illud: quod dictum est: in principio fecit deus celum & terram: atq; illud quod dictũ est in principio: non ita dictum tanquam primum hoc factum sit: cum ante fecerit angelos. sed quia omnia in sapientia fecit: qđ est uerbum eius: & ipsum scriptura ꝑn/cipiũ nominauit: sicut ipe in euangelio: Iudeis querẽtibus quis esset: respondit: se esse principium: non e contrario referam contentionem: maxime quia hoc me delectat plurimum: ꝙ etiam in summo exordio sancti libri geneseos trinitas commendatur. Cum enim ita dicitur: in principio fecit deus celum & terram: atq; pater intelligatur fecisse in filio: sicut attestat̃ psalmus: ubi legitur. q̃ magnificata sunt opera tua domĩe omnia in sapientia fecisti: conuenientissime paulopost commemoratur etiam spiritus sanctus. Cum enim dictum esset: qualem terram deus primitus fecerit: uel quã molẽ materiãue future constructionis mundi: celi & terre nomine nuncupauerit: subiici/endo: & addendo: terra autem erat inuisibilis & incomposita: & tenebre erant super abyssum: mox ut trinitatis commemoratio compleretur: & spiritus inquit dei super/ferebat̃ sup aquas. Proinde ut uolet unusquisq; accipiat: qđ ita profundũ est: ut ad exercitationẽ legentiũ a fidei regula nõ aberrãtes: plures possit generare sentẽtias: dũ tñ ãgelos sãctos ĩ sublimibus celi sedibus nõ qdẽ deo coeternos: sed tñ de sua sẽpi/terna & uera felicitate securos: & certos: esse nemo ãbigat. Ad quoꝝ societatẽ ꝑtinere paruulos suos dominus docens: nõ solũ illud ait: erũt eq̃les angelis dei: uerũ ipsi quoq; ãgeli: q̃ cõtẽplatiõe fruent̃: ostẽdit: ubi ait. uidete ne contẽnatis unũ ex his pusillis. Dico enim uobis: qa angeli eorum in celis semp uidẽt faciem patris mei: q in celis est.

De duabus angelorum societatibus diuersis: atq; disparibus. que non incongrue intelliguntur lucis & tenebraꝝ nominibus nūcupate. C.xxxiii.

PEccasse autem quosdam angelos: & in huius mundi ima detrusos. qui eis uelut carcer est: usq; ad futuram in die iudicii ultimā damnationē: Apostolus Petrus apertissime ostendit: dicens: q deus angelis peccantibus non pepercit: sed carceribus caliginis inferi detrudens in iudicio puniendos tradiderit reseruari. Inter hos ergo & illos deum uel prescientia uel opere diuisisse quis dubitet? Illosq; lucem merito appellari: quis contradicat? Quando quidē nos adhuc in fide uiuentes: & eoꝝ eq̄litatem adhuc sperantes: utiq; nondum tenentes: iam lux dicti ab apostolo sumus? Fuistis enim inquit aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Istos uero desertores: tenebras apertissime nuncupari: profecto aduertunt qui peiores esse eos hominibus infidelibus siue intelligunt: siue credunt. Quapropter & si alia lux in isto huius libri loco intelligenda est: ubi legimus: dixit deus fiat lux: & alie tenebre signate sunt in eo: qđ scriptum est: diuisit deus inter lucem & tenebras: nos tamen istas duas angelicas societates: unam fruentem deo: alteram tumentem superbie typo: unam cui dicitur: adorate eum omnes angeli eius: aliam: cuius princeps dicit: hec omnia tibi dabo: si prostratus adoraueris me: unam dei sancto amore flagrantem: alteram ꝓprie celsitudīs immundo amore fumātem: & quoniam sicut scriptum est: deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam: Illam in celis celorum habitantem: istam inde deiectam: in hoc infimo aereo celo tumultuantem. Illam illuminosa pietate tranquillā: istam tenebrosis cupiditatibus turbulentam. Illam dei nutu clementer subuenientem: iuste ulciscentem: istam suo fastu dominandi: & nocendi libidine exestuantem. Illam: ut quantum uult: consulat: dei bonitatis ministram: istam ne quantum uult: noceat: dei potestate frenatam. Illam huic illudentem: ut nolens prosit persecutionibus suis: hāc illi inuidentem cum peregrinos colligit suos. Nos ergo has duas societates angelicas inter se dispares: atq; contrarias: unam & natura bonam: & uoluntate rectam: aliam uero natura bonam: sed uoluntate peruersam: aliis manifestioribus diuinarū scripturarum testimoniis declaratas: quod etiam in hoc libro: cui nomen est genesis: lucis tenebrarumq; uocabulis signatas existimauimus: etiam si aliud sensit hoc loco forte: qui scripsit: non est inutiliter obscuritas huius pertractata sententie. Quia & si uoluntatem autoris libri huius indagare nequiuimus: a regula tamen fidei: que per alias eiusdem autoritatis sacras litteras satis fidelibus nota est: non aberrauimus. Etsi enim corporalia hec commemorata sunt opera dei: habent proculdubio nonnullam similitudinem spiritualium: secūdum qđ dicit Apostolus. Omnes enim uos filii lucis estis: & filii diei: non sumus noctis: neq; tenebrarum. Si autem hoc sensit etiam ille: q scripsit: ad perfectiorem disputationis finem nostra peruenit intentio. ut homo dei tā eximie diuineq; sapientie: imo per eum spiritus dei in commemorandis operibus dei: que omnia sexto die dicit esse perfecta: nullo modo angelos pretermisisse credatur: siue in principio quia primo fecit: siue quod conuenientius intelligitur: in principio: quia in uerbo unigenito fecit: scriptum sit: in principio fecit deus celum et terram. quibus nominibus uniuersalis est signata creatura. uel spiritualis: & corporalis: quod est credibilius: uel magne due mundi partes: quibus omnia: que creata sunt continētur. ut primitus eam totam proponeret: ac deinde partes eius: secundum mysticum dierum numerum exequeretur.

De eo ꝙ quidam putant in conditore firmamenti aquarum discretarum nomine ãgelos signatos: & ꝙ quidam aquas existimant non creatas. C.xxxiiii.

QVanquã nonnulli putauerunt aquarũ nomine signatos quodammõ populos angelorum: & hoc esse: quod dictum est: Fiat firmamentum inter aquam & aquam. ut supra firmamentum angeli intelligãtur: infra uero uel aque iste uisibiles: uel malorum angelorum multitudo: uel omnium hominum gentes. Quod si ita est: non illic apparet ubi facti sunt angeli: sed ubi discreti. Quanuis & aquas quod per/uersissime atq; impie uanitatis est: negent quidem factas a deo: quoniã nusq̃ scriptũ est: dixit deus fiant aque. Quod possunt simili uanitate etiam de terra dicere. Nusq̃ enim legitur. dixit deus fiat terra. Sed inquiunt. scriptum est in principio fecit deus celum & terram. illic ergo & aqua intelligenda est. Vno enim nomine utrunq; com/prehensum est. Nam ipsius est mare sicut in psalmo legitur: & ipse fecit illud. & aridã manus eius finxerunt. Sed ii qui in nomine aquarum: que super celos sunt: angelos intelligi uolunt: ponderibus elementorum mouentur: & ideo non putant aquarum fluidam grauemq; naturam: in superioribus mundi locis potuisse constitui. q secundũ rationes suas: si ipsi hominem facere potuissent: non ei pituitam: quod grece fleuma dicitur: & tanq̃ in elementis corporis nostri aquarũ uicem obtinet: in capite ponerẽt. Ibi enim sedes est fleumatis: secundum dei opus utiq; aptissime: secundum istoꝝ autẽ cõiecturam tam absurde: ut si hoc nesciremus: & in hoc libro similiter scriptum esset: ꝙ deus humorẽ fluidum & frigidum ac per hoc grauem: in superiore oĩbus ceteris humani corporis parte posuerit: isti trutinatores elementorũ nequaq̃ crederent. Etsi autoritati eiusdem scripture subditi essent: aliquid aliud ex hoc intelligendum eẽ cẽ/serent. Sed quoniã si diligenter singula scrutemur: atq; tractemus: que in illo diuino libro de constitutione mundi scripta sunt: & multa dicenda: & a proposito instituti operis longe digrediendum est. Iamq; de duabus istis diuersis inter se atq; contrariis societatibus angelorũ: in quibus sunt quedã exordia duarum etiam in rebus humãis ciuitatum: de quibus deinceps dicere institui: q̃ntum satis eẽ uisum est: disputauimus. hunc quoq; librum aliquando claudamus.

Aurelii Augustini Hipponeñ Epi de ciuitate dei liber. xii. De una bonoꝝ maloꝝq; angeloꝝ natura. C. primum.

ANteq̃ de institutione hominis dicam: ubi duarũ ciuitatũ: q̃ntũ ad rationalium mortaliumq; genus attinet: apparebit exortus: sicut superiore libro apparuisse in angelis iam uidetur: ꝓus mihi quedam de ipsis angelis uideo esse dicenda: quibus demonstretur: quantum a nobis potest: q̃ nõ inconueniens neq; incõgrua dicatẽ esse hominibus angelisq; societas: ut nõ quattuor: due scilicet an/gelorũ: totidẽq; hoĩm: sed due potius ciuitates: hoc est societates: merito esse dicantur: una in bonis: altera in malis: non solum angelis uerum etiã ho/minibus constitute. Angelorum bonorum & malorum inter se contrarios appetitus: non naturis principiisq; diuersis: cũ deus omniũ substantiarũ bonus autor & cõditor utrosq; creauerit: sed uoluntatibus: & cupiditatibus extitisse: dubitare fas non ẽ: dũ alii constantes in cõmuni omnibus bono: qđ ipse illis deus est: atq; in eius eternitate: ueritate: caritate: persistunt. Alii sua potestate potius delectati: uelut suum bonum

sibiipsi essent: a superiore communi omnium beatifico bono ad propria defluxerũt. & habentes elationis fastum: pro excellentissima eternitate: uanitatis astutiam: pro certissima ueritate: studia partiũ: ꝓ indiuidua caritate: superbi fallaces inuidi effecti sunt. Beatitudinis igitur illorum causa est: adherere deo. quocirca istoꝝ miserie causa ex contrario e st intelligenda: qđ est: non adherere deo. Quãobrẽ si cũ querit̃ q̃re illi beati sint: recte respondetur: qa adherent deo. Et cũ queritur cur isti sunt miseri: recte respõdetur: quia non adherent deo. Non est creature rationalis uel intellec-tualis bonũ: quo beata sit: nisi deus. Ita quamuis non omnis beata possit eẽ creatura: neq; enim hoc munus adipiscuntur: aut capiunt fere ligna: saxa: & siquid huiusmõi est: ea tamen que potest non ex seipsa potest: quia ex nihilo creata est: sed ex illo a quo creata est. Hoc enim adepto beata est: quo amisso misera est . Ille uero qui nõ alio: sed seipso beatus est: ideo miser non potest esse: quia non se potest amittere. Di-cimus itaq; immutabile bonum nõ esse nisi unũ uerum deum beatum. ea uero que fecit: bona quidem esse: ꝙ ab illo: ueruntamen mutabilia: ꝙ non de illo: sed de nihilo facta sunt. Quãq̃ ergo summa non sint: quibus est deus maius bonum: magna sunt tamẽ ea mutabilia bona: que adherere possunt: ut beata sint: immutabili bono: quod usq; adeo bonum est eorum: ut sine illo misera necesse esse sit. Nec ideo cetera in hac creature uniuersitate meliora sunt: quia misera esse non possunt: neq; enim membra cetera corporis nostri ideo dicendum est oculis esse meliora: quia ceca eẽ nõ possunt. Sicut autem melior est natura sentiens: & cum dolet: q̃ lapis: qui dolere nullo modo potest: ita rationalis natura prestãtior est etiam misera: q̃ illa: que rationis uel sẽsus est expers: & ideo in eam non cadit miseria. Quod cum ita sit: huic nature: que in tanta excellentia creata est: ut licet sit ipsa mutabilis: inherendo tamẽ incõmutabili bono: id est summo deo beatitudinem consequatur: nec expleat indigentiam suam: nisi utiq; beata sit: eiq; explende nõ sufficiat nisi deus: ꝑfecto non illi adherere uitiũ est. omne autem uitium nature nocet: ac per hoc contra naturam est. Ab illa igitur que adheret deo: non natura differt ista: sed uitio: quo tamẽ uitio etiã ualde magna multumq; laudabilis ostenditur ipsa natura. Cuius enim recte uituperatur uitium: proculdubio natura laudatur. Nam recta uitii uituperatio est. ꝙ illo dehonestatur natura laudabilis. Sicut ergo cum uitium oculorum dicitur cecitas: id ostenditur: ꝙ ad naturam oculorum pertinet uisus. & cum uitium aurium dicitur surditas: ad eaꝝ naturam pertinere demonstratur auditus. Ita cum uitium creature angelice dicitur: ꝙ nõ adheret deo: hinc apertissime declarat̃ eius nature: ut deo adhereat: cõuenire. Quã porro magna sit laus adherere deo: ut ei uiuat: inde sapiat: illo gaudeat: tãtoq; bono sine morte: sine errore: sine molestia perfruatur: quis cogitare digne possit: aut eloqui? Quapropter etiam uitio maloꝝ angelorum quo nõ adherent deo: quoniã omne uitium nature nocet: satis mãifestatur deum tam bonam eoꝝ creasse naturã: cui noxium sit: non esse cum deo.

Nullam essentiam deo esse contrariam: quia ab eo qui summe est: & semper ẽ: hoc totũ uidetur diuersum esse: quod non est. C. ii.

Hec dicta sint: ne quisquam cum de angelis apostaticis loquimur: existimet eos aliã: uel ex alio principio habere potuisse naturam: nec eoꝝ nature autorẽ deum. Cuius erroris impietate: tanto quisq; carebit expeditius: & facilius: quanto ꝑ-spicacius intelligere potuerit: quod per angelum dixit deus: quãdo Moysẽ mittebat

ad filios israel: ego sum: qui sum. Cum enim deus summa essentia sit: hoc est summe sit: & ideo immutabilis sit: rebus quas ex nihilo creauit: esse dedit: sed nõ summe eẽ: sicut ipse est: & aliis dedit esse amplius: aliis minus: atq; ita naturas essentiarũ gradibus or/dinauit. Sicut enim ab eo: qđ est sapere: uocatur sapientia: sic ab eo qđ est eẽ: uocatᷓ essentia: nouo quidem nomine quo usi ueteres non sunt: latini sermonis autores: sed iã nostris tẽporibus usitato: ne deesset etiam lingue nostre quod greci appellant usiam. Hoc enim uerbũ e uerbo expressum est: ut diceretᷓ essentia. Ac per hoc ei nature: que summe est: qua faciente sunt: quecunq; sunt: contraria natura non est: nisi que non est. Ei quippe quod est: non esse contrarium est. Et propterea deo: id est summe essentie: & autori omnium qualiumcunq; essentiarum: essentia nulla contraria est.

De inimicis dei non per naturam: sed per cõtrariã uolũtatem que cum ipsis nocet: bone utiq; nature nocet: quia uitium si non nocet: non est. C. iii.

Dicuntur autem in scripturis inimici dei: qui non natura: sed uitiis aduersantur eius imperio: nihil ei ualentes nocere: sed sibi. Inimici enim sunt resistendi uo/luntate: non potestate: ledẽdi. Deus nãq; immutabilis ẽ: & omini mõ incorruptibilis. Idcirco uitium quo resistunt deo: qui eius appellantur inimici: non est deo: sed ipsis: malum. neq; hoc ob aliud: nisi quia corrumpit in eis nature bonum. Natura igitur contraria nõ est deo: sed uitium. quia quod malum est: contrariũ est bono. Quis aũt neget deum summe bonum? Vitium ergo contrariũ est deo: tanquã malum bono. Porro autem bonum est: & natura quam uitiat: unde & huic bono utiq; contrarium est. Sed deo tantummodo tanquã bono malum: nature uero quam uitiat: nõ tantũ malũ: sed etiã noxiũ. Nulla qppe mala deo noxia: sed mutabilibus corruptibilibusq; naturis: bonis tamẽ ipsoꝝ quoq; testimonio uitioꝝ. Si enim bone nõ essent: eis uitia nocere non possent. Nã qđ eis nocendo faciunt: nisi adimunt integritatẽ: pulchri/tudinem: salutem: uirtutem: & quicquid boni nature per uitium detrahi siue minui consueuit? Quod si omnino desit: nihil boni adimendo non nocet: ac per hoc nec uitium est. Nam esse uitium: & non nocere non potest. unde colligitur quanuis nõ possit uitium nocere incõmutabili bono: non tamen posse nocere: nisi bono: quia nõ inest nisi ubi nocet. Hoc etiam isto modo dici potest: uitium eẽ nec in summo posse bono: nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi esse possunt: sola mala nusq̃: quoniam etiam ille: que ex male uoluntatis uitio uitiate sunt: in quantum uitiate sunt male sunt: in quantum autẽ nature sunt: bone sunt. Et cum in penis est natura uitiosa: excepto eo: ꝙ natura est: etiam hoc ibi bonum est: ꝙ impunita non est. Hoc enim est iustũ. & omne iustũ ꝓculdubio bonũ. Nõ. n. quisquã de uitiis naturalibus: sed de uoluntariis penas luit. Nam etiam ꝙ uitium cõsuetudine: nimioue progressu roboratũ uelut naturaliter inoleuit: a uolũtate sũpsit exordiũ. De uitiis qppe nũc loqmur eius nature cui mẽs inest capax ĩtelligibilis lucis: q̃ discernitᷓ iustũ ab iniusto.

De natura irrationaliũ: aut uita carentiũ: que in suo genere atq; ordine ab uniuersitatis decore non discrepat. C. iiii.

Ceterum uitia pecorum & arboꝝ: aliarumq; rerum mutabilium: atq; mortaliũ: uel intellectu: uel sensu: uel uita omnino carentium: quibus eorum dissolubilis

natura corrumpitur: damnabilia putare: ridiculum est. cum iste creature eũ modum nutu creatoris acceperit: ut cedendo: ac succedendo peragant infimã pulchritudinẽ temporum in genere suo: istius mundi partibus congruentem. Neq; enim celestibus fuerant terrena coequanda. aut ideo uniuersitati deesse ista debuerunt: qnoniã sũt illa meliora. Cum ergo in his locis ubi esse talia: competebat: aliis alia deficientibus: oriuntur: & succumbũt minora maioribus: & in qualitates superantiũ superata uer/tuntur: rerum est ordo transeũtium. Cuius ordinis decus nos propterea nõ delectat: quoniam parti eius pro conditione nostre mortalitatis intexti: uniuersũ cui ꝑticule que nos offendũt: satis apte decenterq; cõueniunt: sentire nõ possumus. Vnde nobis in quibus eam cõtemplari minus idonei sumus: rectissime credenda precipitur pro/uidentia conditoris: ne tanti artificis opus in aliquo reprehendere uanitate humane temeritatis audeamus. Quanq̃ & uitia rerũ terrenarũ non uoluntaria: neq; penalia: naturas ipsas: quarũ nulla omnino est: cuius non sit autor & conditor deus: si pru/denter attendamus: eadem ratione commendant. quia & in eis: hoc nobis per uitium tolli displicet: quod in natura placet. nisi quia hominibus etiam ipse nature plerũq; displicent: cum eis fiunt noxie: non eas cõsiderantibus sed utilitatem suam. sicut illa animalia quorum abundantia egyptiorum superbia uapulauit. Sed isto mõ possũt ipsi & solem uituperare: quoniam quidam peccantes: uel debita non reddentes: poni a iudicibus iubentur ad solem. Non itaq; ex commodo uel incommodo nostro: sed per seipsa cõsiderata natura: dat artifici suo gloriã. Sic est & natura ignis eterni sine ulla dubitatione laudabilis: quanuis damnatis impiis futura penalis. Quid enim est igne flãmante: uigente: atq; lucente pulchrius? Quid calefaciente: curante: coquẽte utilius q̃uis eo nihil sit urẽte molestius? Idẽ igitur ipse penaliter appositus ꝑniciosus est: qui conuenienter adhibitus cõmodissimus inuenitur. Nã eius in uniuerso mũdo utilitates uerbis explicare quis possit? Nec audiendi sunt: qui laudant in igne lucẽ: ardorem autem uituperant uidelicet nõ ex sui natura: sed ex suo commodo uel in/commodo. Videre enim uolunt: ardere nolunt. Sed parum attendunt: eam ipsam lucem: que certe & illis placet: oculis infirmis per inconuenientiam nocere: & in illo ardore qui eis displicet: nonnulla animalia per conuenientiam salubriter uiuere.

Quod in omni natura specie: ac modo: laudabilis sit creator: C. quintum.

NAture igitur omnes quoniam sunt: & ideo habent modum suum speciem suã: & quandam secum pacem suam: profecto bone sunt. Et cum ibi sunt: ubi esse per nature ordinem debent: quantum acceperunt: suum esse custodiunt: & que semꝑ esse nõ acceperunt: pro casu motuq; rerum quibus creatoris legi subdunt: in melius deteriusue mutantur: in eum diuina prouidentia tendentes exitum: quem ratio gu/bernande uniuersitatis includit. ita ut hec tanta corruptio: quanta usq; ad interitũ naturas mutabiles mortalesq; ꝑducit: sic faciat nõ eẽ qđ erat: ut nõ inde fiat con/sequẽter: qđ eẽ debebat. Que cũ ita sint: deus q sũme est: atq; ob hoc ab illo facta ẽ omnis essentia: que nõ sũme est: qa neq; illi eq̃lis eẽ deberet: que de nihilo facta eẽt: neq; ullo mõ esse posset: si ab illo facta non esset: nec ullorum uitiorum offensione uituperandus: sed oĩm naturaꝝ consideratiõe laudãdus est.

Que causa sit beatitudinis angelorum bonorum & que sit cã sit miserie angeloꝝ maloꝝ. C. VI.

PRoinde causa beatitudinis angelorum bonorum ea uerissima reperitur: q̄ ei adherēt qui summe est. Cum uero causa miserie malorum angelorum querit: ea merito occurrit: q̄ ab illo: qui summe est auersi: ad seipsos conuersi sunt: qui non summe sunt. & hoc uitium quid aliud: q̄ superbia nuncupatur? Initium quippe om̄is peccati superbia. Noluerunt ergo ad illum custodire fortitudinem suam. & q̄ magis essent: si ei qui summe est: adhererent: se illi preferendo: id quod minus est: p̄tulerunt. Hic primus defectus & prima inopia: primumq; uitium eius nature que ita creata est: ut nec summe esset: & tamen ad beatitudinem habendam eo qui summe est: frui posset. a quo auersa: non quidē nulla: sed tamē minus esset: atq; ob hoc misera fieret. Huius porro male uoluntatis causa efficiens si queratur nihil inuenitur. Quid est. n. quod facit uoluntatem malam: cum ipsa faciat opus malū? Ac per hoc mala uolūtas efficiens est operis mali: male autem uoluntatis efficiens nihil est. Quoniam si res aliq̄ est: aut habet: aut nō habet aliquam uolūtatem. si habet: aut bonā profecto habet: aut malam. Si bonam: quis ita desipiat: ut dicat: q̄ bona uoluntas faciat uoluntatē malam? Erit enim: si ita est: bona uoluntas causa peccati: quo absurdius putari nihil potest. Si autem res ista: que putatur facere uolūtatem malam: ipsa quoq; habet uo/luntatem malam: etiam eam: que fecerit res: consequēter interrogo. Atq; ut sit aliq̄s inquirēdi modus: causam prime uoluntatis male inquiro. Non est. n. prima uolūtas mala: quam nulla facit uoluntas etiam mala: sed illa prima est: quam nulla facit. Nā si precessit a qua fieret: illa prior est: que alteram fecit. Si respondeatur q̄ eam nulla res fecerit: & ideo semper fuerit: quero utrum in aliqua natura fuerit. Si enī in nulla fuit: omnino nō fuit. Si aūt in aliqua: uitiabat eam: & corrūpebat: eratq; illi noxia: ac per hoc bono priuabat. Et ideo in mala natura uoluntas mala esse non poterat: sed in bona mutabili tamen cui uitium hoc posset nocere. Si enim non nocuit: non utiq; uitium fuit. Ac per hoc nec uoluntas mala fuisse: dicenda est. Porro si nocuit: bonum auferendo uel minuendo: utiq; nocuit. Non igitur esse potuit sempiterna uolūtas mala in ea re: in qua bonū naturale precesserat: quod mala uoluntas nocēdo posset adimere. Si ergo nō erat sempiterna: quis eam fecerit: quero. Restat ut dicat: q̄ ea res fecerit malam uoluntatem: in qua nulla uoluntas fuit. Hec utrū superior sit requiro: an inferior: an equalis. Sed si superior: utiq; melior. Quomō ergo nullius ac non potius bone uolūtatis? Hoc idem profecto & equalis si fuerit: dici pōt. Duo quippe quandiu sunt pariter uoluntatis bone: non facit alter in altero uoluntatem malam. Relinquitur ut inferior res: cui nulla uoluntas est: fecerit angelice nature: que prima peccauit uolūtatem malam. Sed etiam res ipsa quecunq; est inferior usq; ad infimam terram: quoniam natura & essentia est: proculdubio bona est: habens modum & speciem suam in genere: atq; ordine suo. Quomodo ergo res bona efficiēs est uoluntatis male? Quomodo inq̄m bonum est causa mali? Cum enim se uoluntas relicto superiore ad inferiora conuertit: efficitur mala. Non quia malum est: quo se conuertit: sed q̄a peruersa est ipsa conuersio. Idcirco non res inferior uoluntatē malam fecit: sed q̄a rem inferiorē praue atq; inordinate ipsa que facta ē appetiuit: Si enim aliq̄ duo eq̄liter affecti in animo & corpore: uideant unius corporis pulch/ritudinem: qua uisa unus eoꝝ ad illicite fruendū moueatur: alter in uolūtate pudica stabilis perseueret: q̄d putamus eē cause ut in illo fiat: in illo non fiat uoluntas mala: quam illa res fecit: in qua facta est? Neq; enim pulchritudo illa corporis. eam non fecit in ambobus quando quidem amborum non dispariliter occurrit aspectibus. An caro intuentis in cā est? Cur non & illius? An uero animus? Cur non utriusq;? ābos

enim & aĩmo & corpore equaliter affectos fuisse prediximus. An dicendũ ẽ alterꝫ eorum: occulta maligni spiritus suggestione temptatũ: quasi nõ eidem suggestiõi: & qualicunq; suasioni propria uoluntate consenserit? Hanc igitur consensionem: hanc malam: quã male suadenti adhibuit uoluntatẽ: que in eo res fecerit: querimus. Nam ut hoc quoq; impedimentum ab ista questione tollatur: si eadem temptatiõe ambo temptentur: & unus ei cedat atq; consentiat: alter uero idem: qui fuerit: pse/ueret: quid aliud apparet nisi unum uoluisse: alterum noluisse a castitate deficere? Vnde nisi propria uolũtate: ubi eadem fuerat in utroq; corporis & animi affectio? Amborum oculis pariter uisa est eadẽ pulchritudo: ambobus pariter institit occulta temptatio. Propriam igitur in uno eorũ uoluntatem: que res fecerit scire uolẽtibus si bene intueantur: nihil occurrit. Si enim dixerimus: ꝙ ipse eam fecerit: quid erat ipe ante uoluntatem malam: nisi natura bona: cuius autor bonus deus: qui est incõ/mutabile bonum? Qui ergo dicit eum qui consensit temptãti: atq; suadenti: cui nõ consensit alius: ad illicite utendum pulchro corpore: qđ uidendum ambobus pariter affuit: cum ante illam uisionem ac temptationẽ similes ambo animo: & corpore fu/erint: ipsum sibi fecisse uoluntatem malam: qui utiq; bonus ante uoluntatem malam fuerit: querat cur eam fecerit: utrum quia natura est: an quia ex nihilo facta est: et inueniet uoluntatem malam nõ ex eo esse incipere: quia natura est: sed ex eo: ꝙ de nihilo facta natura est. Nam si natura causa est uolũtatis male: quid aliud cogimur dicere: nisi a bono fieri malum: & bonum esse causam mali: siquidem a natura bona: fit uoluntas mala? Quod unde fieri potest: ut natura bona quamuis mutabilis anteq̃ habeat uoluntatem malam: faciat aliquid mali: hoc est ipsam uoluntatem malam?

¶ Causã efficientẽ male uolũtatis: nõ eẽ querendã. ¶ C. VII.

NEmo igitur querat efficientem causam male uolũtatis. Non enim ẽ efficiẽs sed deficiens: quia nec illa effectio sed defectio. Deficere nanq; ab eo qđ sũme est: ad id quod minus est: hoc est incipere habere uoluntatem malam. Causas porro defectionum istarum cum efficientes non sint ut dixi sed deficientes: uelle inuenire tale est: ac si quisquam uellet uidere tenebras: uel audire silentium. Quod tñ utrũq; nobis notum est. neq; illud nisi per oculos: neq; hoc nisi per aures. non sane in specie sed in speciei priuatione. Nemo ergo ex me scire querat: quod me nescire scio: nisi forte: ut nescire discat: quod sciri nõ posse: sciendũ est. Ea quippe que nõ in specie sed in eius priuatione sciuntur: si dici: aut intelligi potest: quodammodo nesciendo sciuntur. ut sciendo. nesciantur. Cum enim acies etiã oculi corporalis currit ꝑ species corporales: nusquam tenebras uidet: nisi ubi ceperit non uidere. Ita etiã nõ ad alium aliquem sensum: sed ad solas aures pertinet sentire silentium: quod tamen nullo mõ nisi non audiendo sentitur. Sic species intelligibiles mens quidem nostra intelligẽdo conspicit: sed ubi deficiunt: nesciendo condiscit. Delicta enim quis intelligit? Hoc scio: naturam dei nunq̃. nusquam: nulla ex parte posse deficere: & ea posse deficere que ex nihilo facta sunt. Que tamen quanto magis sunt: & bona faciunt. tunc enim aliquid faciunt: cum causas habent efficientes. in quantum autem deficiunt: et ex hoc mala faciunt: quid enim tunc faciunt: nisi uana? Causas habent deficientes.

¶ De amore peruerso quo uoluntas ab in cõmutabili bono: ad bonum mutabile deficit. ¶ C. VIII.

ITem scio in quo fit mala uolútas: id in eo fieri: quod si nollet: nó fieret: & ideo non necessarios sed uoluntarios defectus iusta pena consequitur. Deficitur ení non ad mala: sed male: id est non ad malas naturas: sed ideo male quia contra ordiné naturarum ab eo quod summe est: ad id quod minus est. Neq; enim auri uitium est auaricia: uel cupiditas: sed hominis peruerse amantis aurum iusticia derelicta: que in/comparabiliter auro debuit anteponi. Nec luxuria est uitium pulchrorú suauiumq; corporum: sed anime peruerse amantis corporeas uoluptates: neglecta temperantia qua rebus spiritaliter pulchrioribus & incorruptibiliter suauioribus coaptamur. Nec iactantia uitium est laudis humane: sed anime peruerse amantis laudari ab hoíbus: spreto testimonio conscientie. Nec superbia uitium est dantis potestatem: uel ipsius etiam potestatis: sed anime peruerse amantis potestatem suam: potentioris iusticia contempta. Ac per hoc qui peruerse amat cuiuslibet nature bonú: etiá si adipiscatur: ipse fit in bono malus: & miser meliore priuatus.

¶ An sancti angeli: qué habent creatorem nature: eundem habeant bone uoluntatis autoré: per spiritum sanctum in eis caritate diffusa semper fuisse existiment. ¶ C. viiii.

CVm ergo male uoluntatis efficiens naturalis uel si dici potest essentialis nulla sit causa: ab ipsa quippe incipit spirituum mutabilium malum: quo minuitur atq; deprauatur nature bonum: nec talem uoluntatem facit nisi defectio: q̃ deseritur deus: cuius defectionis etiam causa utiq; deficit: si dixerimus nullam esse efficientem causam: etiam uoluntatis bone: cauendum est: ne uoluntas bonorum angelorum nó facta: sed deo coeterna esse credatur. Cum enim ipsi facti sunt: quomodo illa non eé facta dicetur? Porro quia facta est: utrum cum ipsis facta est: an sine illa fuerunt prius? Sed si cum ipsis: non dubium: quod ab illo facta sit: a quo & ipsi. simulq; ut facti sunt: ei a quo facti sunt: amore cú quo facti sunt: adheserút. Eoq; sunt isti ab illorú societate discreti: quod illi in eadem bona uoluntate manserunt: illi ab ea deficiédo mu/tati sunt: mala scilicet uoluntate: hoc ipso: quod a bono defecerút: a quo non defecissét: si utiq; uoluissent. Si autem boni angeli fuerunt prius sine bona uoluntate: eamq; in seipsis deo non operante fecerunt: ergo meliores a seipsis q̃m ab illo facti sunt. Absit. Quid enim erant sine bona uoluntate: nisi mali? Aut si propterea non mali: quia nec mala uoluntas eis inerat: neq; enim ab ea quam nondum ceperant habere: defecerát: certe nondum tales: nondum tam boni: q̃ esse cum bona uoluntate ceperunt. Aut si non potuerunt seipsos facere meliores: q̃ eos ille fecerat: quo nemo melius quicquam facit: profecto & bonam uoluntatem: qua meliores essent nisi operante adiutorio creatoris habere non possent. Et cum id egit eorú uoluntas bona: ut nó ad seipsos qui minus erant: sed ad illú qui summe est: conuerterenť: eiq; adherétes magis eént: eiusq; participatione sapienter beateq; uiuerent: quid aliud osténditur nisi uoluntaté quamlibet bonam: inopem fuisse in solo desiderio remansuram: nisi ille: qui bonam naturam ex nihilo sui capacé fecerat: ex seipso faceret implendo meliorem: prius faciés excitando auidiorem? Nam & hoc discutiendum est. si boni angeli ipsi in se fecerunt uoluntatem bonam: utrum aliqua eá: an nulla uoluntate fecerunt. si nulla: utiq; nec fecerunt: si aliqua: utrum mala: an bona. Si mala: quomodo potuit eé mala uolútas bone uoluntatis effectrix? Si bona: iam ergo habebant. Et istam quis fecerat: nisi ille: qui eos cum bona uoluntate: id est cum amore casto quo illi adhererét creauit: simul in eis & condens naturam: & largiens gratiam? Vnde sine bona uolútate: hoc est dei

amore: nunq̃ sanctos angelos fuisse credendum est. Isti autem: qui cum boni creati essent: tamen mali sunt. mala propria uolútate quam bona natura non fecit: nisi cú a bono sponte defecit: ut mali causa non sit bonum sed defectus a bono: aut minoré acceperunt amoris diuini gratiam: q̃ illi qui in eadem persliterunt: aut si utriq; boni equaliter creati sunt: istis mala uoluntate cadentibus: illi amplius adiuti ad eam bea/titudinis plenitudinem: unde se nunquã casuros certissimi fierent: peruenerunt. sicut iam etiam in libro quem sequitur iste: tractauimus. Confitendum est igit᷑: cú debita laude creatoris: nó ad solos sanctos homines pertinere: uerú etiam de sanctis ãgelis posse dici: ꝙ caritas dei diffusa sit in eis per spiritú sanctum: q datus est eis. nec tantú hominum sed primitus: precipueq; angelorum: bonum esse: quod scriptum est: mihi autem adherere deo bonum est. Hoc bonum quibus commune est: habent & cum illo cui adherent: & inter se societatem sanctam: & sunt una ciuitas dei: eadéq; uiuum sacrificium eius: uiuumq; templum eius. Cuius pars que coniungenda immortalibus angelis ex mortalibus hominibus congregatur: & nunc mortaliter peregrinatur in terris: uel in eis qui morte obierunt secretis animarum receptaculis sedibusq; requiescit: eodem deo creãte quemadmodum exorta sit: sicut de angelis dictum est: iam uideo esse dicendum. Ex uno quippe homine: quem deus primum condidit: genus humanú sumpsit exordium. secundum sancte scripture fidem: que mirabilem autoritaté nó immerito habet in orbe terrarum atq; in omnibus gentibus: quas sibi esse crediturãs inter cetera uera que dixit: uera diuinitate predixit. Omittamus igitur cóiecturas hominum: nescientium quid loquantur de natura uel institutione generis humani. Alii nanq; sicut de ipso mundo crediderút: semper fuisse homines opinantur. Vnde ait & Apuleius cum hoc animantium genus describeret: singillatim inquit mortales cuncti: tamen uniuerso genere perpetui. Et cum illis dictum fuerit: si semp fuit hu/manum genus: quo nam modo uerum eorum loquatur historia: narrans: q fuerint quarumcunq; rerum inuentores: qui primi liberalium disciplinarum: aliarumq; artiú institutores: uel a quibus primú illa uel illa regio pars q; terrarum illa atq; illa insula incoli ceperit. Respondent: diluuiis & conflagrationibus per certa interualla tẽpoꝝ non quidem omnia: sed plurima terrarú ita uastari: ut redigantur homines ad exi/guam paucitatem. ex quorum progenie rursus multitudo pristina reparetur. ac sic identidé reparari & institui quasi prima restituantur: potius que fuerant illis nimiis uastationibus interrupta & extincta. Ceterum hominem nisi ex homine existere omnino nó posse. Dicunt aút q᷑ putát: nó q᷑ sciút.

De falsitate eius historie: que multa milia annoꝝ preteritis tẽporibus ascribit. C.x.

Hallunt etiam eos quedam mendacissime littere: quas perhibent in historia tẽ/porum multa annorum milia continere: cum ex litteris sacris ab institutione hominis nódum completa annoꝝ sex milia computemus. Vnde ne multa disputem: quemadmodum illarum litterarum in quibus longe plura annorum milia referunt uanitas refellatur: & nulla in illis rei huius idonea reperiatur autoritas: illa epistola Alexandri magni ad Olympiadem matrem suam quam scripsit narrationé cuiusdã Egyptii sacerdotis insinuans: quam protulit ex litteris que sacre apud illos habent: continet etiam regna: que greca quoq; nouit historia. In quibus regnum Assyriorú in eadem epistola Alexandri quinq; milia excedit annorum. In greca uero historia mille ferme & trecentos habet ab ipsius Beli principatu: qué regem & ille Egyptius

in eiusdem regni ponit exordio. Persarum autem & Macedonum imperium usq; ad ipsum Alexandrum cui loquebatur: plus q̃ octo annorum milia ille constituit: cum apud Grecos Macedonum usq; ad mortem Alexandri q̃dringenti octogintaquinq; reperiantur. Persarum uero donec ipsius Alexandri uictoria finiretur: ducẽti & triginta tres computẽtur. Longe itaq; hi numeri annorum illis Egyptiis sunt minores: nec eis etiã si ter tantũ computarent̃: equarent̃. Perhibentur enĩ egyptii quondam tam breues annos habuisse: ut quaternis mensibus finirentur. Vnde annus plenior & uerior qualis nũc: & nobis & illis est: tres eorum annos complectebatur antiquos. Sed nec sic quidem ut dixi: Greca Egyptie numero temporum concordat historia. Et ideo grece potius fides habẽda est: quia ueritatem non excedit annorum: qui litteris nostris que uere sacre sunt continet̃. Porro si hec epistola Alexãdri que maxĩe innotuit: multum abhorret in spaciis temporum a probabili fide rerum: q̃nto minus credẽdum est illis litteris quas plenas fabulosis uelut antiquitatibus preferre uoluerũt: contra autoritatem notissimorum diuinorumq; librorum: que totum orbem sibi crediturũ esse p̃dixit: & cui totus orbis sicut ab ea predictum est: credidit: que uera se narrasse preterita: ex iis que futura p̃nunciauit: cum tãta ueritate implent̃: ostẽdit?

De iis qui hunc quidem mundũ nõ sempiternũ putant: sed aut innumerabiles: aut eundem unum certa cõclusiõe seculorum semper nasci: & resolui opinantur. C. xi.

Alii uero qui mundum istum non existimant sempiternum: siue non eum solũ sed innumerabiles opinentur: siue solum quidẽ eẽ: sed certis seculoꝝ interuallis innumerabiliter oriri & occidere: necesse est fateãtur hominum genus prius sine hominibus gignentibus extitisse. Neq; enim ut alluuionibus incendiisq; terrarum quas illi non putant toto prorsus orbe contingere: & ideo paucos homines ex quibus reparetur multitudo pristina: semper remanere contendunt: ita et hi possunt putare ꝙ aliquid hominum pereunte mundo relinquatur in mundo: sed sicut ipsum mundum ex materia sua renasci existimant: ita in illo ex elementis eius genus humanum: ac deinde a parentibus progeniem pullulare mortalium: sicut aliorum animalium.

Quid respondendum sit iis: qui primam conditionem hominis tardam esse causantur. C. xii.

Quod autem respondimus cum de mũdi origine questio uerteretur: eisq nolũt credere non eũ semper fuisse sed esse cepisse: sicut etiã Plato apertissime cõfitet̃: quamuis a nonnullis contra quam loquit̃: sensisse credatur: hoc etiam de prima hoĩs conditione responderim: propter eos: q similiter mouent̃: cur homo p innumerabilia atq; infinita retro tẽpora creatus non sit: tamq; sero sit conditus: ut minus q̃ sex milia sint annorum ex quo esse cepisse in sacris litteris inuenitur? Si enim breuitas eos offendit temporis: ꝙ tam pauci eis uidentur anni: ex quo institutus homo in nostris autoritatibus legitur: considerent nihil esse diuturnum in quo est aliquid extremũ: & omnia seculorum spatia definita: si eternitati interminate comparent̃: nõ exigua existimanda esse: sed nulla. Ac per hoc: si non quinq; uel sex: uerum etiam sexaginta milia siue sexcenta aut sexagies aut sexcenties milia dicerentur annorum: aut itidem per totidem totiens multiplicaret̃ hec sũma: ubi iam nullũ numeri nomẽ haberemus

ex quo deus hominem fecit: similiter queri posset: cur ante nō fecerit. Dei quippe ab hominis creatione cessatio retrorsus eterna sine initio tanta est: ut si ei conferatur quālibet magna & ineffabilis numerositas temporū: que tamen fine conclusa certis spatiis terminatur: nec saltem tanta uideri debeat: quāta si humoris breuissimā guttā uniuerso mari etiam quantum oceanus circumfluit: comparemus. quoniam istorum duorum unum quidē perexiguum est. alterū incomparabiliter magnū: sed utrūq; finitum. Illud uero temporis spatium qđ ab initio aliquo progreditur: & aliquo termino coercetur: magnitudine quantacūq; tendatur: comparatum illi: quod initium non habet: nescio utrum pro minimo an potius pro nullo deputandum est. Huic. n. si a fine uel breuissima singillatim momenta detrahantur: decrescente numero licet tam ingenti ut uocabulum non inueniat retrorsum redeundo: tanq̄ si hominis dies ab illo: in quo nūc uiuit: usq; ad illum in quo natus est detrahas: quandoq; ad initiū illa detractio perducetur. Si autem detrahantur retrorsus in spatio quod a nullo cepit exordio: non dico singillatim minuta momenta uel horarum: aut dierum: aut mensium: aut annorum etiam quantitates: sed tam magna spatia: quanta illa summa comprehendit annorum: que iam dici a quibuslibet cōputatoribus non potest: que tamen momentorum minutatim detractione consumitur: & detrahantur hec tanta spatia: non semel atq; iterum sepiusq; sed semper: quid fit: quid agitur: quando nunq̄ ad initiū qđ oīo nullū est: peruenit? q̄propter qđ nos mō querimus post qnq; milia & qđ āplius excurrit annoꝝ: posset & posteri etiam post annorum sexcēties milies eadem curiositate requirere si in tantū hec mortalitas hoīm exoriendo & occūbēdo & imperita perseueraret infirmitas. Potuerunt & qui fuerunt ante nos ipsis recētibus hominis creati temporibus istam mouere questionem. Ipse deniq; primus homo uel postridie uel eodem die posteaq̄ factus est: potuit inqrere cur non añ sit factus. Et quandocūq; antea factus eēt: non uires tūc alias & alias nūc uel etiā postea istam de initio reꝝ tempaliū controuersiā repiret.

De reuolutione seculorum quibus certo fine cōclusis uniuersa semper in eundem ordinem eādemq; speciem reditura quidam philosophi crediderunt. C.xiii.

HAnc autem se philosophi mundi huius non aliter putauerunt posse uel debere dissoluere: nisi ut circuitus temporū inducerent: quibus eadem semper fuissēt: renouata atq; repetita in rerum natura: atq; ita deinceps fore sine cessatione asseuerarent uolumina uenītium pretereuntiumq; seculorum: siue in mundo permanēte isti circuitus fierent: siue certis interuallis oriens & occidens mundus eadem semper q̄si noua que transacta & uentura sunt: exhiberet. A quo ludibrio prorsus immortalem animam etiam cum sapientiam perceperit: liberare non possunt: euntē sine cessatiōe ad falsam beatitudinem: & ad ueram miseriam sine cessatione redeuntem. Quomodo enim uera beatitudo est: de cuius nunq̄ eternitate confiditur: dum anima uenturam miseriam aut in peritissima ueritate nescit: aut infelicissima inbeatitudīe ptimescit? At si ad miserias nunq̄ ulterius reditura ex his ad beatitudinem pergit: fit ergo aliqd noui in tempore quod finem non habet temporis: cur non ergo & mundus: cur non & homo factus in mundo: ut illi nescioq falsi circuitus a falsis sapiētibus fallacibusq; comperti insana doctrina tramite recti itineris euitētur? Nam quidam & illud qđ legitur in libro Salomonis: qui uocatur ecclesiastes: quid est: quod fuit? ipsum quod erit: & quid est: quod factū est? ipsum quod fiet. & non est omne recens sub sole: nec

quisquam loquitur: & dicit hoc nouum est: iam fuit in seculis que fuerunt ante nos: propter hos circuitus in eadē redeuntes: & in eadē cuncta reuocantes: dictū intelligi uolunt: quod ille aut de iis rebus dixit: de quibus superius loquebatur: hoc est de generationibus aliis euntibus: aliis uenientibus: de solis anfractibus: de torrentiū lapsibus: aut certe de omnium rerum generibus que oriuntur: atq; occidunt. Fuerunt enim homines ante nos: sunt & nobiscū: erūt & post nos: ita quoq; animantia uel arbusta. Monstra quoq; ipsa que inusitata nascuntur: quamuis inter se diuersa sint: & quedā eorum semel facta narrentur: tamen secundum id q̄ generaliter miracula & mōstra sunt: utiq; & fuerunt: & erunt: nec recens & nouum est: ut mōstrum sub sole nascat̄. Quāuis hec uerba quidam sic intellexerint: tanq̄ in predestinatione dei iam facta fuisse omnia: sapiens ille uoluisset intelligi: & ideo nihil recens esse sub sole. Absit autē a recta fide: ut his Salomonis uerbis illos circuitus significatos esse credamus: quibus illi putant sic eadem temporum temporaliūq; rerum uolumina repeti: ut uerbi gratia sicut in isto seculo Plato philosophus in urbe Atheniensi: & in ea schola que Academica dicta est: discipulos docuit: ita per innumerabilia retro secula multum prolixis quidem interuallis sed tamen certis: & idem Plato & eadē ciuitas: eademq; schola idēq; discipuli repetiti: & per innumerabilia deinde secula repetendi sint. Absit inquam: ut nos ista credamus. Semel enim Christus mortuus est pro peccatis nostris. surgens autē a mortuis iam non moritur: & mors ei ultra nō dominabitur: & nos post resurrectionem semper cum domino erimus: cui mō dicimus: quod sacer admonet psalmus. Tu domine seruabis nos: & custodies nos a generatione hac in eternum. Satis autem istis existimo cōuenire: qđ sequit̄. In circuitu impii ambulāt. nō q̄a p̄ circulos quos opinant̄ eorū uita est recursura: sed q̄a mō talis ē erroris eoꝝ uia: id est falsa doctrina.

De tempali cōditione generis humani: quā deus nec nouo consilio constituerit: nec mutabili uoluntate. C.xiiii.

QVid autem mirū est: si ĩ his circuitibus errantes nec aditum nec exitū inueniūt: qui genus humanum atq; ista nostra mortalitas nec quo initio cepta sit: sciunt: nec quo fine claudatur. quandoquidem altitudinem dei penetrare nō possunt. quia cum ipse sit eternus & sine initio: ab aliquo tamen initio exorsus est tempora: & hominem quem nunq̄ ante fecerat: fecit in tempore: non tamen nouo & repentino sed immutabili eternoq; consilio. Quis hanc ualeat altitudinē inuestigabilē inuestigare: & inscrutabilem perscrutari: secundum quam deus hominem temporalem ante quē nemo unq̄ hominum fuit: non mutabili uoluntate in tempore condidit: & genus humanū ex uno multiplicauit? quandoquidē psalmus ipse cū premisisset: atq; dixisset: tu domine seruabis nos & custodies nos a generatione hac in eternum: ac deinde repercussisset eos in quorum stulta impiaq; doctrina nulla liberatiōis & beatitudinis anime seruatur eternitas: continuo subiiciens in circuitu impii ambulant? Tanquam ei diceretur. Quid ergo tu credis: sentis: intelligis? Nunquid nam existimandum est subito deo placuisse hominē facere: quē nunq̄ antea infinita retro eternitate fecisset: cui nihil noui accidere potest: in quo mutabile aliquid non est? Et ne nos hec audientes aliqua forte turbaret ambiguitas: continuo respondit ad ipsum deum loquens: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum: Sentiant inquit hoīes: quod putant: & quod eis placet: opinentur: & disputent: secundum altitudinem tuā quam nullus potest nosse hoīm: multiplicasti filios hoīm. Valde quippe altum est: et

ſemper deum fuiſſe: & hominē quem nunquā fecerat: ex aliquo tempe primū facere uoluiſſe: nec conſilium uoluntateq; mutaſſe.

An ut deuſ ſemp etiā dominuſ fuiſſe: ſemp intelligatˀ credendū ſit: creaturam quoq; nunq̄ defuiſſe. cui dominaretˀ: et quomō dicatˀ ſemp creatū: qđ dici non poteſt coeternū. C. xv.

EGo quidem ſicut dominum deum aliquando dominum non fuiſſe dicere non audeo: ita hominem nunq̄ antea fuiſſe: & ex quodam tempore pmū hominē creatum eſſe: dubitare non debeo. Sed cum cogito cuiuſ rei dominuſ ſemper fuerit: ſi ſemper creatura non fuit: affirmare aliquid pertimeſco: qui & meipſum intueor: & ſcriptum eſſe recolo. Quiſ hominum poteſt ſcire conſilium dei? aut quiſ poterit cogitare qd uelit dominuſ? Cogitationeſ enim mortaliū timide: & incerte adinuētiōeſ noſtre. Corruptibile enim corpuſ aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantē. Ex iiſ igitˀ: que in hac terrena inhabitatione multa cogito: deprimunt me ideo utiq; multa: quia unū qđ ex illiſ uel pter illa qđ forte nō cogito: uerum eſt: inuenire non poſſum. Si dixero ſemper fuiſſe creaturam: cuiuſ dominuſ eſſet: qui dominuſ ſemper eſt: nec dominuſ unq̄ non fuit: ſed nunc illam nunc aliam per alia atq; alia temporum ſpatia. nec aliquam creatori coeternam eſſe dicamuſ: qđ fideſ ratioq; ſana condemnat: cauēdum eſt: ne ſit abſurdum & a luce ueritatiſ alienū: mortalem quidem aliam per uiceſ temporum cedentem: aliam ſuccedentē: immortalē uero nō eſſe: cepiſſe niſi cū ad noſtrum ſeculum uentum eſt: quando & angeli creati ſunt: ſi eoſ recte lux illa primū facta ſignificat: aut illud potiuſ celum de quo dictū eſt: in principio creauit deuſ celum & terram: cum tamen non fuerint: anteq̄ fierēt: ne immortaleſ ſi ſemper fuiſſe dicantur: deo coeterni eſſe credantur. Si autē dixero non in tempore creatoſ eſſe angeloſ: ſed ante omnia tempora & ipſoſ fuiſſe: quorū deuſ dominuſ eſſet: qui nunquā niſi dominuſ fuit: queritur a me etiam ſi ante omnia tempora facti ſunt: utrum ſemper potuerunt eſſe: qui facti ſunt. Hic reſpondendum forte uideatur: ꝙ quodammodo non inconuenienter ſemper eſſe dicatur. Vſq; adeo autem iſti omni tempore fuerunt: ut etiam ante omnia tempora facti ſint: ſi tamen a celo cepta ſunt tempora: & illi iam erant ante celum. At ſi tempuſ nō a celo uerum & ante celum fuit: non quidem in horiſ: & diebuſ: & menſibuſ: & anniſ: nam iſte dimenſioneſ temporalium ſpatiorum que uſitate ac proprie dicuntˀ tempa: manifeſtū eſt: ꝙ a motu ſiderum ceperint: unde & deuſ cum hec inſtitueret: dixit: & ſint īſigna: & in tempora: et in dieſ: et in annoſ: ſed in aliquo mutabili motu: cuiuſ aliud anteriuſ preterierit: aliud poſteriuſ ſucceſſerit: eo ꝙ ſimul eſſe non poſſunt. Si ergo ante celū in angelicis motibuſ tale aliquid fuit: et ideo tēpuſ iam fuit: atq; angeli ex quo facti ſunt: temporaliter mouebātur: etiam ſic omni tempore fuerunt. quandoquidem cum illiſ facta ſunt tempora. Quiſ autē dicat: non ſemper fuit quod omni tempore fuit? Sed ſi hoc reſpondero: dicetur mihi. Quomodo ergo non ſunt coeterni creatori: ſi ſemper ille ſemper illi fuerunt? Quomodo etiam creati dicendi ſunt: ſi ſemper fuiſſe intelliguntur? Ad hoc quid reſpōdebitur? An dicendum et ſemper eoſ fuiſſe quoniā omni tempore fuerunt: qui cum tempore facti ſunt: facti ſunt autē cum qbuſ facta ſunt tempora: et tamen creatoſ? Neq; enim et ipſa tempora creata eſſe negabimuſ: quiſ omni tempore tempuſ fuiſſe nemo ambigat. Nam et ſi non omni tempore fuit tempuſ: erat ergo tempuſ quando nullum erat tempuſ. Quiſ hoc ſtultiſſimuſ dixerit? Poſſumuſ enim recte dicere: erat tempuſ quando nō erat Roma: erat tempuſ q̄ndo

non erat Hierusalem: erat tempus quando nõ erat Abraam: erat tempus quando nõ erat homo: & siquid huiusmodi. Postremo si non cum initio temporis: sed post aliqđ tempus factus est mundus: possumus dicere erat tempus: quando nõ erat mundus. At uero erat tempus quando nullũ erat tempus: tam inconuenienter dicimus: ac si qsquã dicat: erat homo: quando nullus erat homo: aut erat iste mundus: quando iste non erat mundus. Si enim de alio atq; alio intelligatur: potest dici aliquo modo: hoc est: erat alius homo: quando non erat iste homo. Sic ergo erat aliud tempus: quãdo nõ erat hoc tempus: recte possumus dicere. At uero erat tempus: q̃ndo nullũ erat tẽpus: quis uel insipientissimus dixerit? Sicut ergo dicimus creatum tempus: cum ideo semper fuisse dicatur quia omni tempore tempus fuit: ita non est cõsequens: ut si semper fuerunt angeli: ideo non sint creati: ut propterea semper fuisse dicãtur: qa omni tempe fuerunt: & propterea omni tempore fuerunt: quia nullo modo sine his tempora esse potuerũt. Vbi enim nulla creatura est cuius mutabilibus motibus tempora pagãt: tempora omnino esse non possunt. Ac per hoc: & si semper fuerunt: creati sunt. Nec si semper fuerunt: ideo creatori coeterni sunt. ille enim semper fuit eternitate immutabili: isti autem facti sunt. Sed ideo semper fuisse dicuntur: qa omni tempe fuerũt: sine quibus tempora nullo modo esse potuerũt. Tempus autem quoniã mutabilitate transcurrit: eternitati immutabili non potest esse coeternum. Ac per hoc etiã si immortalitas angelorum non transit in tempore: nec preterita est: quasi iam nõ sit: nec futura quasi nondum sit: tamen eorũ motus quibus tempora peraguntur: ex futuro in preteritum transeunt: & ideo creatori in cuius motu dicendũ non est uel fuisse qđ iam non sit: uel futurum esse: quod nondũ sit: coeterni esse non possũt. Quapropter si deus semper dominus fuit: semper habuit creaturam suo dominatui seruientẽ: uerũ tamen non de ipso genitam: sed ab ipõ de nihilo factã. nec ei coeternam. Erat qppe ante illam q̃uis nullo tempore sine illa: non eam spatio transcurrente: sed manente perpetuitate p̃cedens. Sed hoc si respondero eis qui requirunt quomodo semp creator semper fuit dominus. si creatura seruiens non semper fuit: aut quomodo creatura creata est: & non potius creatori coeterna est: si semper fuit? Vereor ne facilius iudicer affirmare: quod nescio: q̃ docere: quod scio. Redeo igitur ad id: quod creator noster scire nos uoluit: illa uero uel sapientioribus in hac uita scire permisit: uel oĩo pfectis in alia uita scienda seruauit: ultra uires meas esse ꝓfiteor. Sed ideo putaui sine affirmatione tractanda: ut qui hec legunt uideãt: a quibus questionum periculis debeãt temperare. nec ad omnia se idoneos arbitrentur. potiusq; intelligant q̃m sit Apostolo obtemperandum precipienti salubriter ubi ait. Dico autem per gratiam dei que data est mihi omnibus qui sunt in uobis: non plus sapere: q̃m oportet sapere: sed sapere ad tẽperantiã: unicuiq; sicut deus partitus ẽ mensurã fidei. Si.n. ꝓ uiribus suis alat̃ infãs: fiet ut crescẽdo plus capiat. si aũt uires sue capacitatis excedat: deficiet: anteq̃ crescat.

Quomodo intelligendum sit promissa homini a deo uita eterna: aut tempora eterna. C.XVI.

Que secula p̃terierint anteq̃ genus institueretur humanũ me fateor ignorare. Non tamẽ dubito: nihil omnino creature creatori esse coeternum. Dicit etiã Apostolus: tempora eterna: nec ea futura: sed qđ magis est mirandum: preterita. Sic enim ait. In spem uite eterne quam promisit nõ mendax deus ante tempora eterna. Manifestauit autẽ temporibus suis uerbum suum. Ecce dixit retro ꝙ fuerint tempa

eterna: que tamẽ non fuerunt deo coeterna. Siquidem ille ante tempora eterna nõ solum erat: uerum etiam promisit uitam eternam: quã manifestauit temporibus suis: id est congruis. Quid aliud q̃ uerbum suum? Hoc est enim uita eterna. Quomodo autem promisit cum hominibus utiq; ꝓmiserit: qui nõdũ erant ante tempora eterna: nisi quia in ipsius eternitate: atq; in ipo eius uerbo eidem coeterno iã predestinatiõe fixum erat: qđ suo tempe futurũ erat?

¶ Quod de immutabili cõsilio aut uolũtate: fides sana descẽdat: cõtra ratiotinatiões eoꝝ: q opa ex eternitate repetita: per eosdẽ semper uolunt seculorum redire circuitus. ¶ C. XVII.

ILlud quoq; non dubito: anteq̃ primus homo creatus esset: nunq̃ quenq̃ hominẽ fuisse: nec eundem ipsum nescio quibus circuitibus: nescio quotiens reuolutum: nec alium aliquem natura similem. neq; ab hac fide me philosophoꝝ argumẽta deterrẽt. quorum acutissimum illud putatur: quod dicunt: nulla infinita ulla sciẽtia posse cõprehendi. Ac per hoc deus inquiunt rerum quas fecit omnium finitarũ omẽs finitas apud se rationes habet. bonitas aũt eius nunq̃ uacua fuisse credenda est: ne sit tẽporalis eius operatio: cuius retro fuerit eterna cessatio: quasi penituerit eum prioris sine initio uacationis: ac propterea sit operis aggressus initium. Et ideo necesse est inqũt: eadem semper repeti: eademq; semꝑ repetenda transcurrere: uel manente mũdo mutabiliter: q licet nunq̃ non fuerit: & sine initio temporis tñ factus est: uel eius quoq; ortu: & occasu semper illis circuitibus repetito semperq; repetẽdo: ne uidelicet si aliquando primum dei opera cepta dicuntur: priorem suam sine initio uacationẽ tanq̃ inertem ac desidiosam: & ideo sibi displicentem damnasse quodammodo: atq; ob hoc mutasse: credatur. Si autem semper quidem temporalia sed alia atq; alia perhibetur operatus: ac sic aliquando etiam ad hominem faciendum quem nunq̃ antea fecerat: peruenisse: non scientia qua putant non posse quecunq; infinita comprehendi: sed q̃si ad horam sicut ueniebat in mentem fortuita quadam inconstantia uideat fecisse: que fecit. Porro si illi circuitus admittantur inquiunt: qbus uel manente mundo: uel ipso quoq; reuolubiles ortus suos & occasus eisdẽ circuitibus inserente: eadẽ tempalia repetuntur: nec ignauum otiũ presertim tam longe sine initio diuturnitatis deo tribuitur: nec improuida temeritas operum suorum. Quoniam si non eadem repetantꝛ: non possunt infinita diuersitate uariata ulla eius sciẽtia uel prescientia compꝛhendi. Has argumẽtationes quibus impii nostram simplicem pietatem: ut cũ illis in circuitu ambulemus: de uia recta conãtur auertere: si ratio refutare non posset: fides irridere deberet. Huc accedit ꝙ in adiutorio domini dei nostri hos circulos uolubiles: quos opinio confingit: ratio manifesta confringit. Hinc enim maxime isti errant: ut in circuitu falso ambulare: q̃ uero & recto itinere malint: ꝙ mentem diuinam omnino immutabilem cuiuslibet infinitatis capacem: & innumera omnia sine cogitatiõis alternatione numerantem: de sua humana mutabili angustaq; metiuntur. Et fit illis quod ait Apostolus: Comparantes enim semetipsos sibimetipsis nõ intelligunt. Nam quia illis quicquid noui faciendum uenit in mentem: nouo cõsilio faciunt. mutabiles quippe mentes gerunt: ꝓfecto nõ deum quem cogitare non possunt: sed semetipsos pro illo cogitantes: non illũ sed seipsos: nec illi sed sibi cõparant. Nobis autem fas nõ est credere aliter affici deum cum uacat: aliter cum operatur: quia nec affici dicẽdus est: tanq̃ in eius natura fiat aliquid: quod ante non fuerit. Patitur quippe: q afficitꝛ: & mutabile est omne: quod aliquid patitur. Non itaq; in eius uacatione cogitetur

ignauia: desidia: inertia: sicut nec in eius ope labor: conatus: industria. Nouit quiescens agere: & agens quiescere. Potest ad opus nouũ non nouum sed sempiternũ adhibere consilium. nec penitendo quia prius cessauerat: cepit facere: quod non fecerat. Sed et si prius cessauit: & posterius operatus est: quod nescio quemadmodum ab homine possit intelligi: hoc proculdubio quod dicitur prius: & posterius: in rebus prius nõ existentibus & posterius existentibus fuit. In illo autem non alteram precedentẽ altera subsequẽs mutauit: aut abstulit uolũtatẽ: sed una eademq; sempiterna & immutabili uolũtate: res quas condidit & ut prius non essent: egit: quandiu non fuerunt: & ut posterius essent: quando esse ceperunt. Hinc eis qui talia uidere possunt: mirabiliter fortassis ostendens: quoniam non eis indiguerit: sed eas gratuita bonitate condiderit: cum sine illis ex eternitate initio carẽte: in nõ minore beatitudine permansit.

Contra eos qui dicunt ea que infinita sunt: nec dei posse scientia cõprehendi. C.xviii.

Illud autem aliud quod dicunt: nec dei sciẽtia que infinita sunt: posse cõprehẽdi: restat eis: ut dicere audeant: atq; huic se uoragini profũde impietatis immergãt: quod non omnes numeros deus nouerit. Eos quippe infinitos eẽ certissimũ est. quoniam in quocunq; numero finem faciendum putaueris: idem ipse non dico uno addito augeri: sed quamlibet sit magnus & quamlibet ingentem multitudinẽ continens: in ipsa ratione atq; scientia numerorum: non solum duplicari uerum etiã multiplicari pot. Ita uero suis quisq; numerus proprietatibus terminatur: ut nullus eorũ par esse cuiquam alteri possit. Ergo & dispares inter se atq; diuersi sunt: & singuli quiq; finiti sunt: et omnes infiniti sunt. Ita nec numeros propter infinitatem nescit omnipotens deus: & si usq; ad quandam summam numerorum scientia dei peruenit: & ceteros ignorat: quis hoc uel dementissimus dixerit? Nec audebunt isti contendere: & numeros eos dicere ad dei scientiam non pertinere: apud quos Plato deum magna autoritate cõmendat mundum numeris fabricantem: & apud nos deo dictum legitur: omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. De quo & Propheta dicit. qui profert numero seculũ. Et Saluator in Euangelio. Capilli inquit uestri omnes numerati sunt. Absit itaq; ut dubitemus: quod ei notus nõ sit omnis numerus: cuius intelligẽtie: sicut in psalmo canitur: nõ est numerus. Infinitas itaq; numeri: quamuis infinitorum numerorum nullus sit numerus: non est tamen incomprehensibilis ei cuius intelligentie nõ est numerus. quapropter si quicquid scientia comprehenditur scientis compresione finitur: profecto & omnis infinitas quodã ineffabili modo deo finita est: quia scientia eius ipsi incomprehẽsibilis non est. Quare si infinitas numerorum scientie dei qua comprehenditur eẽ nõ potest infinita: qui tandem nos sumus homunculi: qui eius scientie limitẽ figere presumamus: dicentes quod nisi eisdem circuitibus temporum eadem temporalia repetantur: nõ potest deus cuncta que fecit uel prescire ut faciat: uel scire: cũ fecerit. cuius sapiẽtia simpliciter multiplex: & uniformiter multiformis: tã incõprehensibili comprehẽsiõe omnia incomprehensibilia cõprehendit: ut quecũq; noua & dissimilia cõsequentia precedẽtibus: si semper facere uellet: inordinata & improuisa habere nõ posset: nec ea prouideret ex primo tempore: sed eterna prescientia cõtineret?

De seculis seculorum. C.xix.

Quod utrum ita faciat: & continuata sibi connexione copulentur: que appellantur secula seculorum: alia tamẽ atq; alia ordinata dissimilitudine procurrentia: eis

dumtaxat: q ex miseria liberantur: in sua beata immortalitate sine fine manētibus:
an ita dicantur secula seculorum: ut intelligantur secula in sapientia dei inconcussa
stabilitate manentia: istorum que cum tempore transeunt tanq̃ efficientia seculoꝝ:
definire non audeo. Fortassis enim possit dici seculum que sunt secula: ut nihil aliud
dicatur seculum seculi q̃m secula seculorum: sicut nihil aliud dicitur celum celi q̃m celi
celorum. Nam celum deus uocauit firmamentum: super quod sunt aque: & tamen in
psalmo & aque inquit que super celos sunt laudent nomē domini. Quid ergo istorū
duum sit: an preter hec duo aliquid aliud de seculis seculorum possit intelligi: ꝓfun/
dissima questio est. Neq; hoc qđ nūc agimus impedit: si indiscussa interim differatꝰ:
siue aliqd in ea definire ualeamus: siue nos faciat cautiores diligentior ipa tractatio:
ne in tanta obscuritate rerum affirmare temere aliquid audeamus. Nunc enim cōtra
opinionem disputamus: qua illi circuitus asserūtur: quibus semper eadem ꝑ interualla
temporum necesse esse repeti existimantur. Quelibet autem illarum sententiarum de
seculis seculorum uera sit: ad hos circuitus nihil pertinet. quoniam siue secula seculoꝝ
sint: non eadem repetita sed alterum ex altero connexiōe ordinatissima ꝓcurrētia:
liberatorum beatitudine sine ullo recursu miseriarum certissima permanēte: siue se/
cula seculorum eterna sint temporalium tanquā dominantia subditorū circuitus illi
eadem reuoluentes locum non habent: quos maxime refellit eterna uita sanctorū.

De impietate eorum qui asserunt animas summe uereq; beatitudīs participes iterū atq; iterū ꝑ circuitus tēporū ad easdem miserias laboresq; redituras. C.xx.

QVorum enim aures piorū ferant post emersam tot tantisq; calamitatibus uitā:
si tamen uita ista dicēda est: que potius mors est: ita grauis ut mors que ab hac
liberat mortis huius amore timeatur: post tam magna mala tāq; multa & horrēda:
tandem aliquando per ueram religionem atq; sapientiam expiata atq; finita ita per/
uenire ad conspectum dei: atq; ita fieri beatum contemplatione incorporee lucis: ꝑ
participatiōem incommutabilis immortalitatis eius: cuius adipiscende amore flagra/
mus: ut eam quandoq; necesse sit deseri: & eos qui deserunt ab illa eternitate: ueritate
felicitate deiectos: tartaree mortalitati: turpi stulticie: miseriis execrabilibus īplicari.
ubi deus amittatur: ubi odio ueritas habeatur: ubi per immundas neq̃cias beatitudo
queratur: & hoc idem atq; idem sine ullo fine priorū & posteriorum: certis interuallis
& dimēsionibus seculorum factum esse & futurum: & hoc propterea ut possint deo
circuitibus definitis euntibus semper atq; redeuntibus: per nostras falsas beatitudines
& ueras miserias alternatim quidem sed in reuolutiōe incessabili sempiternas: nota eē
opera sua: quoniam neq; a faciendo quiescere nec quiescendo possit que infinita sunt
indagare? Quis hec audiat: quis credat: quis ferat? Que si uera essēt: nō solū tacerēt
prudentius. uerum etiam ut quomodo ualeo: dicam quod uolo: doctius nescirentur.
Nam si hec illic in memoria non habuerimus: & ideo beati erimus: cur hic per eorum
scientiam grauatur amplius nostra miseria? Si autem ibi ea necessario scituri sumus:
hic saltem nesciamus: ut hic felicior sit expectatio: q̃ illic adeptio summi boni. quādo
hic eterna uita consequenda expectatur: ibi aūt beata sed non eterna q̃ndoq; amit/
tenda cognoscitur. Si autem dicunt neminem posse ad illam beatitudinē peruenire:
nisi hos circuitus ubi beatitudo & miseria uicissim alternant in huius uite eruditione
cognouerit: quomodo ergo fatentur quanto plus quisq; amauerit deum: tanto eum

facilius ad beatitudinem peruenturũ: qui ea docent: quibus amor ipse torpescat? Nã
quis non remissius et tepidius amet eum: quem se cogitat necessario deserturum: et
contra eius ueritatem sapientiamq; sensurum: & hoc cum ad eius plenam p sua capa/
citate noticiam beatitudinis perfectione peruenerit: quando nec hominem amicum
possit quisq; amare fideliter: cui se futurum nouit inimicum? Sed absit: ut uera sint:
que nobis minantur ueram miseriam nunq̃ finiendam: sed interpositione false beati/
tudinis sepe ac sine fine rumpẽdam. Quid enim illa beatitudine falsius atq; fallacius:
ubi nos futuros miseros: aut in tanta ueritatis luce nesciamus: aut in summa felicitatis
arce timeamus? Si enĩ futuram ibi calamitatẽ ignoraturi sumus: peritior ẽ hic nostra
miseria: ubi futuram beatitudinem nouimus. Si autem nos illic clades imminens non
latebit: beatius tẽpora trãsigit aĩma misera: qbus transactis ad beatitudinẽ subleuet:
q̃ beata qbus transactis in miseriã reuoluat. Atq; ita spes nostre infelicitatis est felix:
& felicitatis infelix. Vnde fit: ut quia hic mala presentia patimur ubi metuimus im/
minentia: uerius semper miseri: q̃ beati aliquando esse possimus. Sed quoniã hec falsa
sunt clamante pietate: conuincente ueritate: illa enim nobis ueraciter promittit̃ uera
felicitas: cuius erit semper retinenda: & nulla infelicitate rumpẽda certa securitas: uiã
rectam sequentes: que nobis est Christus: eo duce ac Saluatore: a uano & inepto im/
pioꝝ circuitu iter fidei mẽtemq; auertamus. Si enĩ de istis circuitibus & sine cessatiõe
alternantibus itionibus: & reditionibus animarum: Porphyrius platonicus suorum
opinionem sequi noluit: siue ipsius rei uanitate permotus: siue iam tempora Xpiana
reueritus: & quod in libro decimo cõmemoraui dicere maluit: animam propter cog/
noscenda mala traditã mundo: ut ab eis liberata: atq; purgata: cum ad patrẽ redierit
nihil ulterius tale patiatur: quanto magis nos istam inimicam Xpiane fidei falsitatem
detestari ac deuitare debemus? His autem circuitibus euacuatis atq; frustratis: nulla
necessitas nos compellet ideo putare non habere initium temporis ex quo ceperit esse
genus humanum: quia nescio p quos circuitus nihil sit ĩ rebus noui: quod nõ & antea
certis interuallis temporum fuerit: & postea sit futurum. Si enim liberatur anima nõ
reditura ad miserias: sicut nunq̃ antea liberata est: fit ĩ illa aliquid: quod antea nunq̃
factum est: & hoc quidem ualde magnũ: id est que nunq̃ ei desinat eterna felicitas.
Si autem in natura immortali fit tanta nouitas: nullo repetita nullo repetenda cir/
cuitu: cur in rebus mortalibus fieri non posse cõtenditur? Si dicunt non fieri in aĩma
beatitudinis nouitatem: quoniam ad eam reuertitur: in qua semper fuit: ipsa certe li/
beratio noua fit: cum de miseria liberatur: in qua nunq̃ fuit: & ipsa miserie nouitas in
ea facta est: que nunq̃ fuit. Hec autem nouitas si non in rebus que diuina pͥuidentia
gubernant̃: ordine sed casu potius uenit: ubi sunt illi determinati: dimensiq; circuitus
in quibus nulla noua fiunt: sed repetuntur eadem: que fuerunt? Si autem & hec no/
uitas ab ordinatiõe diuine pͥuidentie non excluditur: siue elata sit anima: siue lapsa
sit: possunt fieri noua que neq; antea facta sint: nec tamẽ a rerũ ordine aliena sint.
Et si potuit anima p imprudẽtiã facere sibi nouã miseriam: que nõ esset improuisa
diuine prouidentie: ut hanc quoq; in rerum ordinem includeret: & ab hac eam non
improuide liberaret: qua tandem temeritate humane uanitatis audemus negare: diui/
nitatem facere posse res non sibi sed mundo nouas: quas neq; antea fecerit: nec unq̃m
habuerit improuisas? Si autẽ dicunt liberatas qdem animas ad miseriã nõ reuersuras:
sed cum hoc fit in rebus nihil noui fieri: quoniam semper alie atq; alie liberate sunt:
& liberantur: & liberabuntur: hoc certe concedunt si ita est: nouas animas fieri: qbus
fit & noua miseria & noua liberatio. Nã si antiq̃s eas dicũt eẽ & retrorsũ sẽpiternas:

& ex quibus quotidie noui fiant homines: de quorũ corporibus: si sapiẽter uixerint: ita liberentur ut nunq̃ ad miserias reuoluantur: consequenter dicturi sunt infinitas. Quantus libet nanq; finitus numerus fuisset animarum: infinitis retro seculis sufficere non ualeret: ut ex illo semper homines fierent: quorum essent anime ab ista semper mortalitate liberande: nunq̃ ad eam deinceps rediture. Nec ullo modo explicabunt quomodo in rebus quas deo notas esse: eo ꝙ sint infinite: non uolunt: infinitus sit numerus animarum. Quapropter quoniam circuitus illi iam explosi sunt: quibus ad easdem miserias necessario putabatur anima reditura: quid restat conuenientius pietati: q̃m credere non esse impossibile deo: & ea que nunquam fecerit: noua facere: & ineffabili prescíẽtia uoluntatem mutabilẽ non habere? Porro autem utrũ animarũ liberatarum: nec ulterius ad miserias rediturarum: numerus possit semper augeri: ipsi uiderint qui de rerum nouitate cohibenda tam subtiliter disputant: nos uero ratiocinationẽ nostram ex utroq; latere terminamus. Si.n. potest: quid cause est: ut negetur creari potuisse quod nunq̃ antea creatum esset? si liberatarum animarum numerus qui nunq̃ antea fuit: nõ solũ factus est semel: sed fieri nunq̃ desinet? Si aũt oportet ut certus sit liberatarum aliquis numerus animarum: que ad miseriam nunq̃ redeãt: neq; iste numerus ulterius augeatur: etiam ipse sine dubio qcunq; erit ante utiq; nũq̃ fuit: qui profecto crescere & ad sue quantitatis terminum peruenire sine aliquo non posset initio. Quod initium quoniam antea nũq̃m fuit: hoc ergo ut esset: creatus est homo: ante quem nullus fuit.

De conditione unius primi hominis atq; in eo generis humani. C.xxi.

Hac igitur questiõe difficillima propter eternitatem dei noua creantis: sine nouitate aliqua uoluntatis: quantum potuimus explicata: non est arduum uidere: multo fuisse melius: quod factum est: ut ex uno homine quem primũ condidit: multiplicaret genus humanum: q̃m si id inchoasset a pluribus. Nam cum animantes alias solitarias: & quodammõ soliuagas: id ẽ que solitudinẽ magis appetãt: sicuti sũt aqle: milui: leones: lupi: & quecũq; alia ita sũt: alias uero gregales istituerit: que cõgregate atq; i gregibus malint uiuere: ut sũt colũbe: sturni: cerui: damule: & cetera huiusmõi: utrũq; tñ genus non ex singulis ꝑpagauit: sed plura simul iussit existere. Hominem uero cuius naturã qdãmõ mediã íter ãgelos bestiasq; cõdebat: ut si creatori suo tãq̃ uero dño subditus ꝑceptũ eius pia obedientia custodiret: í cõsortiũ trãsiret ãgelicũ: sine morte media btãm immortalitatẽ sine ullo termĩo cõsecutus. si aũt dominũ deũ suũ libera uolũtate suꝑbe ac inobedienter usus offenderet: morti addictus bestialiter uiueret libidĩs seruus: eternoq; post mortẽ supplicio destinatus: unũ ac sĩgulũ creauit nõ utiq; solũ: sine humana societate deserẽdũ: sed ut eo mõ uehemẽtius ei cõmẽdaret ipsius societatis unitas: uinculũq; cõcordie: si nõ tm̃ inter se nature similitudine: uerũ etiã cognationis affectu hoĩes necterẽt: q̃ndo nec ipsã qdẽ feminã copulãdam uiro sicut ipsũ creare illi placuit: sed ex ipo: ut oẽ ex hoĩe uno diffũderet genus hũanũ.

Quod ꝑsciuerit hominem deus quem primum condidit: peccaturũ. simulq; preuiderit q̃ntũ piorũ populorũ ex eius genere in angelicũ consortiũ sua eẽt gratia trãslaturus. C.xxii.

NEc ignorabat deus hominem peccaturum: & morti iam obnoxium: morituros ꝓpagaturum: eoq; ꝓgressuros peccati īmanitate mortales: ut tutius atq; pacatius inter se rationalis uoluntatis expertes bestie sui generis uiuerent: quarū ex aq̄s & terris plurimū pullulauit exordiū: q̄ hoīes quorum genus ex uno est ad cōmendandā cōcordiā ꝓpagatū. Neq; n. unq̄ inter se leones aut inter se dracōes: q̄lia hoīes bella īter se gesserunt. Sed ꝓuidebat etiā deus gratia sua populū pioꝝ in adoptionē uocandū: remissisq; peccatis iustificatū spū sācto sāctis āgelis ī eterna pace sotiādū: nouissima īimica morte destructa: cui populo eēt huius rei cōsideratō ꝓfutura: ꝙ ex uno hoīe deus ad cōmēdādū hoībus q̄ ei grata sit etiā ī pluribus unitas: genus īstituisset hūanū.

De natura humane aīme create ad imaginē dei. C. xxiii.

FEcit ergo deus hominem ad imaginem: & similitudinem suam. Talem quippe illi animam creauit: qua per rationem atq; intelligentiam omnibus eēt prestantior animalibus terrestribus: & natatilibus: & uolatilibus: que mentē huiusmōi nō haberēt. Et cum uirum terreno formasset ex puluere: eiq; animam qualem dixi: siue quā iā fecerat sufflando indidisset: siue potius sufflando fecisset: eumq; flatum quē sufflādo fecit: nam quid est aliud sufflare: q̄ flatum facere: animam hominis eē uoluisset: etiam coniugem illi in adiutoriū generandi: ex eius latere osse detracto fecit ut deus. Neq; enim hec carnali consuetudine cogitanda sunt: ut uidere solemus opifices ex materia q̄cūq; terrena corꝑalibus membris: ꝙ artis industria potuerūt: fabricātes. Manus dei potentia dei est: q etiā uisibilia inuisibiliter opaꝫ. Sed hec fabulosa potius q̄ uera eē arbitrantꝰ: q uirtutē & sapientiā dei: q̄ nouit & pōt etiā sine seībus ipa certa facere semina ex his usitatis & quottidiāis metiūtꝰ opibus: ea uero que ꝑmitus instituta sūt: quoniā nō nouerūt: infideliter cogitāt: q̄si nō hec ipsa que nouerūt: de humanis cōceptibus atq; partubus: si etiā inexpertis narrarētꝰ: incredibiliora uiderentꝰ. q̄uis & ea ipsa pleriq; magis nature corporalibus causis: q̄ opibus diuine mentis assignent.

An ullius uel minime creature possint dici angeli creatores. C. xxiiii.

SEd cum his nullū nobis ē in his libris negotiū: q diuinā mentē facere: uel curare ista nō credūt. Illi aūt qui Platōi suo credūt: nō ab illo sūmo deo: q fabricatus est mūdū: sed ab aliis minoribus quos q̄dē ipe creauerit: ꝑmissu siue iussu eius aīmalia facta eē cuncta mortalia: in q̄bus homo ꝑcipuū diisq; ipsis cognitū teneret locum: si superstitione careant: qua querunt unde iuste uideantꝰ sacra & sacrifitia facere quasi conditoribus suis: facile carebunt etiam huius opinationis errore. Neq; enim fas est ullius nature quamlibet minime mortalisq; creatorem suum nisi deum credere: ac dicere: & antequam possit intelligi. Angeli autem quos illi deos libētius appellant: etiā si adhibent uel iussi uel permisi operationem suam rebus que gignuntur in mundo tā non eos dicimus creatores animalium: q̄ nec agricolas frugum: atq; arborum.

Omnium naturam & omnium speciem uniuerse creature non nisi opere dei formari. C. xxv.

QVm enim alia sit species que adhibetur extrinsecus cuicūq; materie corporali: sicut operantur homines figuli & fabri: atq; id genus opifices: qui etiā pingūt:

& effingunt formas similes corporibus animalium: alia uero que intrinsecus efficiẽtes causas habet de secreto & occulto nature uiuentis: atq; intelligentis arbitrio: que nõ solum naturales corporum species: uerum etiam ipsas animantium animas dum non sint facit: supradicta illa species artificibus quibusq; tribuatur: hec autem altera non nisi uni artifici creatori & cõditori deo: q mundũ ipsum & angelos sine ullo mũdo: & sine ullis angelis fecit. Ab illa enim ui diuina que omnium rerum diuisiua: & ut ita dicam effectiua est: que fieri nescit: sed facere: a qua accepit speciem cũ mũdus fieret: & rotunditas celi: & rotunditas solis: eadem ui diuina & effectiua que fieri nescit: sed facere: accepit speciem rotunditas oculi: & rotunditas pomi: & cetere figure naturales quas uidemus in rebus quibusq; nascentibus: non extrinsecus adhiberi: sed intima cre/atoris potentia qui dixit: celũ & terram ego impleo: & cuius sapiẽtia est: que attingit a fine usq; ad finẽ fortiter: & disponit omnia suauiter. Proinde facti primitus ãgeli si huiusmodi ministerium prebuerunt creatori cetera facienti: nescio nec tribuere illis audeo quod forte non possunt: nec debeo derogare: quod possunt. Creationẽ tamen conditionemq; omniũ naturarum: qua fit ut omnino nature sint eis quoq; fauẽtibus non facientibus: illi deo tribuo cui se etiam ipsi debere q sunt: cum gratiarũ actiõe nouerunt. Non solũ igitur agricolas non dicimus fructuum quorumq; creatores: cũ legamus: neq; qui plantat: est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus: sed ne ipsam quidem terram q̃uis mater omnium fecunda uideatur: que germinibus erumpentia promouet: & fixa radicibus continet: cum ibidem legamus deus illi dat corpus quomodo uoluerit: & unicuiq; seminum proprium corpus. Ita nec feminam sui puerperii creatricem appellare debemus: sed potius illum qui cuidam suo famulo dixit: prius q̃ te formarẽ in utero noui te. Et q̃uis anima sic uel sic affecta pregnãtis ualeat aliquibus uelut induere qualitatibus fetum: sicut de uirgis uariatis fecit Iacob ut pecora colore uario gignerentur: natura tamẽ illa que gignitur: tam ipa nõ fecit: q̃ nec ipsa se fecit. Quelibet igitur corporales uel seminales cause gignẽdis rebus ad/hibeantur siue operationibus angelorum aut hominum aut quorumcũq; animaliũ: siue marium feminarumq; mixtiõibus: quelibet etiam desideria motusue aĩme matris ualeant aliquid liniamẽtorum aut colorum aspergere teneris mollibusq; cõceptibus: ipsas omnino naturas: que sic uel sic in suo genere afficiantur: non facit nisi summus deus: cuius occulta potentia cuncta penetrans: incõmutabili presentia facit esse qcqd aliquo modo est: inquantumcũq; est. quia nisi faciente illo: ut tale uel tale eẽt: prsus esse nõ posset. Quapropter si in illa specie quã: forinsecus corporalibus artifices rebus imponunt: urbem Romam: & urbem Alexandriam: non fabros & architectos sed reges quoꝝ uoluntate consilio & imperio fabricate sunt. illam Romulũ illã Alexã/drum habuisse dicimus cõditores: q̃nto potius nõ nisi deũ debemus cõditorem dicere naturarũ: q neq; ex ea materia facit aliquid: quã ipse non fecerit: nec oparios habet: nisi quos ipse creauerit: & si potentiã suam: ut ita dicã: fabricatoriã rebus subtrahat: qs. n. ita nõ erũt: sicut antea q̃ fierẽt: nõ fuerũt? Sed ante dico: eternitate nõ tempe alius creator ẽ temporꝝ: nisi q fecit ea: quoꝝ motibus currerẽt tpa.

De platonicorum opinione qua putauerunt angelos quidem a deo conditos: sed ipsos esse humanorum corpoꝝ conditores. C. xxvi.

ITa sane Plato minores & a sũmo deo factos deos effectores esse uoluit animalium ceterorum: ut immortalem partem ab ipso sumerent: ipsi uero mortalẽ attexerẽt.

Proinde animarum nostrarum eos creatores eẽ noluit sed corporum. Unde quoniã Porphyrius propter anime purgationem dicit omne corpus fugiendum: simulq; cum suo Platone aliisq; platonicis sentit: eos q immoderate ac inhoneste uixerint ꝓpter luẽdas penas ad corpora redire mortalia: Plato quidem etiã bestiarum: Porphyrius tantummodo ad hominum: sequitur eos ut dicant deos istos: quos a nobis uolunt q̃si parentes & conditores nostros coli: nihil esse aliud: q̃m fabros compedum carcerumue nostrorũ: nec institutores sed inclusores alligatoresq; nostros ergastulis erumnosis et grauissimis uinculis. Aut ergo desinant platonici penas animarum ex istis corpibus comminari: aut eos nobis deos colendos non predicent: quorum in nobis operationẽ: ut quantum possumus: fugiamus: & euadamus: hortantur. cum tamen sit utrũq; fal/sissimum. Nam neq; ita luunt penas anime cũ ad istã uitã penalẽ denuo reuoluunt: & omnium uiuentium siue in celo: siue in terra nullus est conditor: nisi a quo facta sunt celum & terra. Nam si nulla causa est uiuẽdi in hoc corpore: nisi ꝓpter pendẽda supplicia: quomodo dicit idem Plato aliter mundum fieri non potuisse pulcherrimũ atq; optimum: nisi omnium animalium: id est immortalium & mortalium generibus impleretur? Si autem nostra institutio q̃ uel mortales conditi sumus: diuinũ munus est: quomodo pena est: ad ista corpora id ẽ ad diuina beneficia remeare? Et si deus quod assidue Plato commemorat: sicut uniuersi mundi ita omnium animaliũ species eterna intelligentia continebat: quomodo non ipse cuncta condebat? An aliquorũ esse artifex nollet: quorum efficiẽdorum artem ineffabilis eius & ineffabiliter lauda/bilis mens haberet? Merito igitur uera est religio: que mundi uniuersi eum animaliũ quoq; uniuersorum hoc est & animarum & corpoꝝ conditorem agnoscit: & p̄dicat. In quibus terrenis precipuus ab illo ad eius imaginem homo propter eam causã quã dixi: & siqua forte alia maior latet factus est unus: sed non relictus solus. Nihil enĩ est q̃ hoc genus tam discordiosum uitio: tam sotiale natura. Neq; commodius contra uitium discordie uel cauendum: cum nondum existeret: uel sanandum: cũ extitisset: natura loqueretur humana: q̃m recordationem illius parentis: quem propterea deus creare uoluit unũ: de quo multitudo ꝓpagaretur: ut hac admonitione etiã in multis concors unitas seruaret̃. Quod uero femina illi ex eius latere facta ẽ: etiã hinc satis significatũ est: q̃ cara mariti & uxoris debeat eẽ cõiunctio. Hec opa dei ꝓpterea sũt utiq; inusitata: qa prima. q aũt ista non credunt: nulla facta ꝓdigia debent credere. Neq;. n. & ipa si usitato nature curriculo gignerentur: ꝓdigia dicerent̃. Quid aũt tã sub gubernatione diuine ꝓuidentie: q̃uis eoꝝ causa lateat: q̃ mõstra gignũt̃. Ait qdã psalmus sacer. Uenite & uidete opa domini que posuit ꝓdigia super terram. Cur ergo ex latere uiri femina facta sit: & hoc primũ quodammõ prodigiũ qd p̄figurauerit: alio loco quantũ me deus adiuuerit: dicam.

In p̄mo hoĩe ortã fuisse omnẽ plenitudinẽ generis humani: in qua preuidit deus: que pars honoranda esset premio: que damnanda supplitio. C. xxvii.

Nunc quoniã liber iste claudendus ẽ: in hoc p̄mo hoĩe q p̄mitus factus ẽ: nõdũ qdẽ secundũ euidentiam: iam tamen secundum dei prescientiam exortas fuisse existimemus in genere humano sotietates tanquam ciuitates duas. Ex illo. n. futuri erant homines: alii malis angelis in supplicio: alii bonis in premio sotiandi: quamuis occulto dei iudicio: sed tñ iusto. Cum. n. scriptũ sit: uniuerse uie domini misericordia & ueritas: nec iniusta eius gratia: nec crudelis põt eẽ iusticia.

Aurelii Augustini Hippoñ Epi de Ciuitate dei Liber tertiusdecimus.
De lapsu primorum hominũ per quem est contracta mortalitas. C. i.

EXpeditis de nostri seculi exortu: & de initio generis humani difficillimis questionibus: nunc iam de lapsu primi hoĩs immo ꝓmorum hominũ: & de origine ac ꝓpagine mortis humãe disputationẽ a nobis institutam: rerum ordo deposcit. Non enim eo modo quo angelos condiderat deus: ita condidit & homines: ut etiam si peccassent: mori omnino nõ possent: sed ita ut ꝑfunctos obediẽtie munere: sine interuentu mortis angelica immortalitas & beata eternitas sequeretur: inobedientes autem mors plecteret damnatione iustissima: qđ etiam in libro superiore iam diximus.

De ea morte: que anime semper victuri utrunq; accidere potest. & ea cui corpus obnoxiũ est. C. ii.

SEd de ipso genere mortis uideo mihi paulo diligentius differendum. Quãuis.n. humana anima ueraciter immortalis perhibeať: habet tamen quandã etiã ipa mortem suam. Nam ideo dicitur immortalis: qa mõ quodã q̃ntulocũq; non desinit uiuere: atq; sentire. Corpus autem ideo est mortale: quoniã a uita: quã habet: deseri potest: nec per seipsum aliquatenus uiuit. Mors igitur anime fit: cũ eam deserit deus: sicut corporis: cum id deserit anima. Ergo utriusq; rei: id est totius hominis mors est: cum anima a deo deserta: deserit corpus. Ita enĩ nec ex deo uiuit ipsa: nec corpus ex anima. Huiusmodi autem totius hominis mortem: illa sequitur: quã secundã mortem diuinorũ eloqorum appellat autoritas. Hãc saluator significauit: ubi ait. Eũ timete qui habet potestatem & corpus & animã perdere in gehennam. Quod cũ non antea fiat: q̃ cum anima corpori sic fuerit copulata: ut nulla direptione separentur: mirum uideri potest: quomodo corpus ea morte dicatur occidi: qua non ab anima deseritur: sed animatum sentiensq; cruciatur. Nam illa pena ultima ac sempiterna: de qua suo loco diligẽtius differendũ est: recte mors anime dicit̃: qa nõ uiuit ex deo: mors autem corporis quo nam modo: cum uiuat ex anima? Nõ enim aliter possunt ipa corꝑalia que post resurectionẽ futura sunt: sentire tormẽta. An quia uita q̃liscunq; aliquod bonũ est: dolor aũt malũ: ideo nec uiuere corpus dicendũ est: in quo aĩma nõ uiuẽdi causa est: sed dolẽdi? Viuit itaq; anima ex deo: cũ uiuit bene. nõ.n. põt bene uiuere: nisi deo operante in se: qđ bonum est. Viuit aũt corpus ex anima: cũ anima uiuit in corꝑe: seu uiuat ipsa: seu nõ uiuat ex deo. Impiorum nãq; ĩ corꝑibus uita: nõ animarum: sed corporum uita ẽ: quã possunt eis aĩme etiã mortue hoc ẽ a deo deserte q̃ntulacũq; propria uita ex qua etiã immortales sunt: nõ desistente cõferre. Verum in damnatiõe nouissima q̃uis homo sentire non desinat: tñ qa sensus ipse nec uoluptate suauis: nec quiete salubris: sed dolore penalis est: nõ immerito mors est potius appellata: q̃ uita. Ideo aũt secunda: qa post illã primã est: q̃ fit coherentiũ direptio naturarum: siue dei & anime: siue aĩme & corꝑis. De prima igiť corꝑis morte dici põt: ꝙ bonis bona sit: malis mala: secunda uero sine dubio sicut nullorum bonorum est: ita nulli bona.

Vtrum mors que per peccatum primorum hoĩm in omnes hoĩes pertransiit: etiam sanctis pena peccati sit. C. iii.

Non autem dissimulanda nascitur questio. Verum reuera mors: qua separantur anima & corpus bonis sit bona. Quia si ita ē: quomodo poterit obtinere: q etiā ipsa sit pena peccati. Hanc enim primi homines nisi peccauissent: perpessi utiq; non fuissent. Quo igitur pacto bona esse possit bonis: que accidere nō posset nisi malis? Sed rursus si non nisi malis posset accidere: nō deberet bonis bona esse sed nulla. Cur enim esset ulla pena: in quibus non essent ulla punienda? Quapropter fatendum est: primos quidem homines ita fuisse institutos: ut si nō peccauissent: nullum mortis experirentur genus: sed eosdem primos peccatores ita fuisse multatos: ut etiam quicquid eo⁊ stirpe eēt exortū: eadē pena teneret̄ obnoxiū.

¶ Cur ab his q p gratiā regenerationis sunt absoluti a peccato: non auferatur mors. id est pena peccati. ¶ C. iiii.

Non enim aliud ex eis: q̄ quod ipsi fuerant: nasceretur. Pro magnitudie quippe culpe illius: naturam damnatio mutauit in peius. ut quod penaliter precessit in peccātibus hominibus primis: etiā naturaliter sequeretur in nascentibus ceteris. Neq; enim homo ita ex homine: sicut homo ex puluere. Puluis nāq; homini faciēdo materies fuit: homo autem homini gignendo parens. Proinde quod est terra: non hoc ē caro: q̄uis ex terra facta sit caro. Quod est autem parēs homo: hoc est & ples homo. In primo igitur homine per feminam in progeniem transiturum uniuersum genus humanum fuit: quando illa coniugum copula diuinam sententiam sue damnationis excepit. Et quod homo factus est: non cum crearetur: sed cum peccaret: ut puniretur: hoc genuit: quātum quidem attinet ad peccati & mortis originem. Non enim ad infantilem hebetudinem & infirmitatē animi & corporis quam uidemus in paruulis: peccato uel pena ille redactus est: que deus uoluit eē tanq̄ primordia catulo⁊: quo⁊ parētes in bestialem uitam mortemq; deiecerat. sicut scriptū est. Homo cū in honore esset non intellexit: comparatus est pecoribus non intelligentibus: & similis factus est illis. Nisi q infantes infirmiores etiam cernimus in usu: motuq; membrorum: & sensu appetendi atq; uitandi: q̄ sunt aliorum tenerrimi fetus animalium. tanquam se tanto attollat excellentius supra cetera animantia uis humana: quanto magis impetū suum uelut sagitta cum arcus extenditur retrorsum reducta distulerit. Non ergo ad ista infantilia rudimenta p̄sumptione illicita & damnatione iusta prolapsus uel impulsus est primus homo: sed hactenus in eo natura humana uitiata atq; mutata est: ut repugnantem pateretur in membris inobedientiam concupiscendi. & ob id obstringeretur necessitate moriendi. atq; ita id quod uitio penaq; factus est: id est obnoxios peccato mortiq; generaret. A quo peccati uinculo si per mediatoris Christi gratiam soluuntur infantes: hanc solam mortem ppeti possunt: que animam seiūgit a corpore: in secundam uero illam sine fine penalem: liberati a peccati obligatione nō trāseūt. Si quem uero mouet: cur uel ipsam patiantur: si & ipsa peccati pena est: quorum per gratiā reatus aboletur: iam ista questio in alio nostro opere: qd̄ scripsimus de baptismo paruulorum: tractata & absoluta est. Ubi dictum est: ad hoc relinqui anime experimentum separationis a corpore: quāuis ablato iam criminis nexu: quoniam si regenerationis sacramentum continuo sequeretur immortalitas corporis: ipsa fides eneruaretur: que tunc est fides: quando expectatur in spe: quod in re nondū uidet̄. Fidei autem robore: atq; certamine: in maioribus duntaxat etatibus etiam mortis fuerat superandus timor: quod in sanctis martyribus maxime eminuit: cuius pfecto certaminis esset nulla uictoria: nulla gloria: qa nec ipsū omnino posset eē certamē:

ſi poſt lauacrum regenerationiſ iam ſancti non poſſent mortem perpeti corporalẽ. Cum paruuliſ autem baptiſandiſ quiſ non ad Chriſti gratiam propterea potiuſ curreret: ne a corpore ſolueretur? Atq; ita non inuiſibili premio probaretur fideſ: ſed iã nec fideſ eſſet: cõfeſtim ſui operiſ querendo: & ſumẽdo mercedẽ. Nunc uero maiore & mirabiliore gratia ſaluatoriſ: in uſuſ iuſticie peccati pena conuerſa eſt. Tunc enim dictum eſt homini morieriſ ſi peccaueriſ: nũc dicitur martyri morere ne pecceſ. Tũc dictum eſt ſi mandatum tranſgreſſi fueritiſ: morte moriemini: nunc dicitur ſi mortẽ recuſaueritiſ mandatum tranſgrediemini. Quod tunc metuendum fuerat: ut nõ peccaretur: nunc ſuſcipiẽdum eſt: ne peccetur. Sic ꝑ ineffabilem dei miſericordiã: & ipſa pena uitiorum tranſit in arma uirtutiſ: & fit iuſti meritũ etiam ſuppliciũ peccatoriſ. Tunc enim morſ eſt acquiſita peccando: nunc impletur iuſticia moriendo. Verũ hoc in ſanctiſ martyribuſ: quibuſ alterutrum a perſecutore proponitur: ut aut deſerant fidem: aut ſufferant mortem. Iuſti enim malunt credendo perpeti: quod ſunt primi iniqui non credendo perpeſſi. Niſi enim peccaſſent illi non morerentur: peccabunt autem iſti: niſi moriantur. Mortui ſunt ergo illi: quia peccauerunt: nõ peccant iſti: qa moriunť. Factum eſt per illorũ culpã: ut uenireť in penã: fit per iſtoꝝ penã ne ueniať in culpã. nõ qa morſ bonũ aliqđ facta eſt: que antea malum fuit: ſed tantam deuſ fidei preſtitit gratiam: ut morſ quam uite conſtat eſſe contrariã: inſtrumentum fieret: per quod tranſiretur in uitam.

¶ Quod ſicut iniqui male utunť lege: que bona eſt: ita iuſti bene utunť morte: que mala eſt. ¶ C.V.

APoſtoluſ enim cum uellet oſtendere: q̃ntũ peccatũ gratia non ſubueniente ad nocendum ualeret: etiam ipſam legẽ q̃ prohibeť peccatũ: non dubitauit dicere uirtutẽ eẽ peccati. Aculeuſ inquit mortiſ eſt peccatũ: uirtuſ aut peccati lex. ueriſſime omnino. Auget enim ꝓhibitio deſiderium operiſ illiciti: quãdo iuſticia nõ ſic diligiť: ut peccandi cupiditaſ eiuſ dilectiõe uincať. Vt aũt diligať: & delectet uera iuſticia: non niſi diuina ſubuenit gratia. Sed ne ꝓpterea lex putareť malũ: quoniã uirtuſ ẽ dicta peccati: ideo ipſe alio loco uerſanſ huiuſmodi queſtionem ita inquit: Lex qdẽ ſancta: & mandatum iuſtũ & ſanctũ & bonũ. Quod ergo bonũ inqť: mihi factũ eſt morſ? Abſit. ſed peccatũ ut appareat peccatũ: per bonũ mihi operatũ ẽ mortem: ut fiat ſupra modũ peccanſ peccatũ ꝑ mandatũ. Supra modũ dixit. qa etiã ꝑuaricatio additur: cũ peccandi aucta libidine etiã lex ipſa contemniť. Cur hoc cõmemorandũ putauerimuſ? Quia ſcilicet: ſicut lex nõ eſt malũ: q̃ndo auget peccãtiũ cõcupiſcẽtiã: ita nec morſ bonum eſt: q̃ndo auget patientiũ gloriã. cũ uel illa ꝓ iniqtate deſeriť: & efficit preuaricatoreſ: uel iſta ꝓ ueritate ſuſcipiť: & efficit martyreſ. Ac per hoc lex qdẽ bona eſt: qa ꝓhibitio ẽ peccati: morſ aũt mala: qa ſtipendiũ eſt peccati. Sed quẽadmodum iniuſti male utũť: nõ tantũ maliſ uerũ etiã boniſ: ita iuſti bene nõ tantũ boniſ ſed etiam maliſ. Hinc fit: ut & mali male lege utanť: q̃uiſ ſit lex bonũ: & boni bene moriantur: q̃uiſ ſit morſ malũ.

¶ De generaliſ mortiſ malo: quo anime & corporiſ ſocietaſ ſeparatur. ¶ C.VI.

QVapropter qđ attinet ad corporiſ mortem id eſt ſeparationẽ anime a corpore: cum eam patiuntur qui morienteſ appellantur: nulli bona eſt. habet. n. aſperũ ſenſum & cõtra naturam: uiſ ipſa qua utrunq; diuellitur: quod fuerat in uiuente cõiunctum atq; conſertum: q̃ndiu moratur: donec omniſ adimatur ſenſuſ: qui ex ipſo

inerat anime carnisq; complexu. quā totam molestiam nonnunq̄ unus ictus corporis uel anime raptus intercipit: nec eam sentiri preueniente celeritate permittit. Quicqd tamen illud est in morientibus: quod cum graui sensu adimit sensum: pie fideliterq; tolerando auget meritū patiētia: nō auffert uocabulū pene. Ita cum ex hoīs p̄mi perpetuata ꝓpagine ꝓculdubio sit mors pena nascētis: tamen si pro iusticia pietateq; pendatur fit gloria renascētis: & cum sit mors peccati retributio: aliquādo impetrat: ut nil retribuatur peccato.

De morte: quā non regenerati per Christi confessionē suscipiunt. C. VII.

Nam quicūq; etiam non percepto regenerationis lauacro pro Xp̄i confessione moriuntur: tantum eis ualet ad dimittenda peccata: quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis. Qui enim dixit: si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnum celorum: alia sententia istos fecit exceptos ubi non minus generaliter ait: qui me confessus fuerit coram hominibus. confitebor & ego eū coram patre meo qui in celis est. Et alio loco qui perdiderit animam suam ꝓpter me: inueniet eam. Hinc est qđ scriptum est. Preciosa in cōspectu domini mors sanctoꝝ eius. Quid enim preciosius q̄ mors: per quam fit: ut etiam delicta omnia dimittantur: & merita cumulatius augeantur? Neq; enim tanti sunt meriti: qui cū mortē differre non possent: baptizati sunt: deletisq; omnibus peccatis ex hac uita emigrarūt: quāti sunt ii qui mortem differre cum possent ideo non distulerūt: quia maluerunt Xp̄m confitendo finire hanc uitam: q̄ eum negando ad eius baptismum peruenire. Quod utiq; si fecissent: etiam hoc eis in illo lauacro dimitteretur: ꝙ timore mortis negauerāt Christum: in quo lauacro etiam illis facinus tam immane dimissum est: q occiderant Christum: sed quando in abundantia gratie spiritus illius qui ubi uult spirat: tantum Christum amare possent: ut eum in tanto uite discrimine sub tanta spe uenie negare non possent. Mors igitur preciosa sanctorum: quibus cum tanta gratia est premissa & prerogata mors Christi: ut ad eum acquirendum suam nō cunctarentur impēdere animam: in eos usus redactum esse monstrauit: quod ad penā peccantis antea fuerat constitutum: ut inde iusticie fructus uberior nasceretur. Mors ergo non ideo bonū uideri debet: qa in tantam utilitatē non ui sua: sed diuina opitulatiōe conuersa ē: ut que tūc metuēda ꝓposita ē: ne peccatū cōmitteret̄: nūc suscipiēda ꝓponit̄: ut peccatū nō cōmittat̄: cōmissumq; deleatur: magneq; uictorie debita iusticie palma reddatur.

Quod in sanctis prime mortis pro ueritate susceptio: secūde sit mortis absolutio. C. VIII.

Si enim diligentius consideremus: etiam cum quisq; pro ueritate fideliter & laudabiliter morit̄: mors cauet̄. Ideo qppe aliqd eius suscipitur ne tota cōtingat: & secunda insuper que nunquā finiatur: accedat. Suscipitur enim anime a corpore separatio: ne deo ab anima separato etiam ipa separetur a corpore: ac sic totius hoīs prima morte completa secūda excipiatur sempiterna. Quocirca mors quidē: ut dixi: cum eam morientes patiuntur: cumq; in eis ut moriantur: facit: nemini bona est: sed laudabiliter toleratur ꝓ tenendo uel adipiscendo bono. Cum uero in ea sunt: qui iam mortui nuncupantur: non absurde dicit̄: & malis mala: & bonis bona. In requie enī sunt anime piorum a corpore separate: impiorum autem penas luūt: donec istarū ad eternam uitam: illarum uero ad eternam mortē: que secunda dicit̄: corpa reuiuiscāt.

¶ Tempus mortis quo uite sensus aufertur: in moriẽtibus an in mortuis eẽ: dicendũ ẽ. C.ix.

SEd id tẽpus quo anime a corpore separate aut in bonis sunt aut in malis: utrũ post mortem potius an in morte dicendum est: Si enim post mortem est: iã nõ ipa mors que transacta atq; preterita est: sed postea uita presens anime siue bona: seu mala est. Mors autem tunc eis mala erat: q̃ndo erat: hoc ẽ: q̃ndo eã patiebant̃: cum morerent̃: q̃m grauis & molestus eis inerat sensus: quo malo bene utũt̃ boni. Peracta autem mors: quo nam modo uel bona uel mala est: que iam non est? Porro si adhuc diligentius attendamus: nec illa mors esse apparebit: cuius grauem ac molestũ immorientibus diximus sensum. Quandiu enĩ sentiũt adhuc utiq; uiuũt: & si adhuc uiuũt: ante mortem: q̃ in morte potius esse dicendi sunt: quia illa cũ uenerit: aufert omnem corporis sensum: qui ea ꝓpinquante molestus ẽ. Ac per hoc quomõ moriẽtes dicamus eos: qui nõdũ mortui sunt: sed imminente morte iã extrema & mortifera afflictiõe iactant̃: explicare difficile est. ẽtiam si recte isti appellant̃ moriẽtes: quia cum mors que iam imminet aduenerit: non morientes: sed mortui nuncupantur. Nullus ẽ ergo moriens nisi uiuens: quoniam cum in tanta est extremitate uite: in quanta sũt quos agere animam dicimus: profecto qui nondũ anima caruit: adhuc uiuit. Idẽ ipse igit̃ simul & moriens est: & uiuens. sed morti accedens uita decedens: adhuc tñ in uita: quia inest anima corpori. nondum autem in morte: quia nondum abscessit a corpe. Sed si cum abscesserit: nec tunc in morte: sed post mortem potius erit: quãdo sit in morte: quis dixerit? Nam neq; ullus moriens erit: si moriẽs: & uiuẽs nullus esse potest simul. Quãdiu quippe anima in corpore est: non possumus negare uiuentẽ. Aut si moriẽs potius dicendus est: in cuius iam corpore agitur: ut moriatur: nec simul quisquã põt esse uiuẽs: & moriens: quãdo sit uiuens: nescio.

¶ De uita mortalium: que mors potius q̃ uita dicenda est. ¶ C.x.

EX quo enim quisq; in isto corpore morituro esse ceperit: nunq̃ in eo nõ agit̃: ut mors ueniat. Hoc enim agit eius mutabilitas toto tempore uite huius: si tñ uita dicenda est: ut ueniatur in mortem. Nemo quippe est: qui non ei post annum sit q̃ ante annum fuit: & cras: q̃ hodie: & hodie: q̃ heri: & paulopost: q̃ nũc: & nunc: q̃ pauloante morti propinquior. q̃m quicq̃d temporis uiuit̃ de spatio uiuendi demit̃: & quotidie fit minus: minusq; quod restat: ut omnino nihil sit aliud tẽpus uite huius: q̃ cursus ad mortem. In quo nemo uel paululum stare uel aliquanto tardius ire permittitur: sed urgentur omnes pari motu: nec diuerso impelluntur accessu. Neq; enim cui uita breuior fuit: celerius diem duxit: q̃ ille cui lõgior. sed cum equaliter & equalia momenta raperentur ambobus: alter habuit propius: alter remotius: quo nõ impari uelocitate ambo currebãt. Aliud est aũt amplius uiẽ peregisse: aliud tardius ãbulasse. Qui ergo usq; ad mortem productiora spatia temporis agit: non lentius pergit: sed plus itineris cõficit. Porro si ex illo quisq; incipit mori: hoc est esse in morte: ex quo in illo agi ceperit ipsa mors: id est uite detractio: quia cum detrahendo finita fuerit: post mortem iam erit non in morte: profecto ex quo esse incipit in hoc corpore: in morte est. Quid enim aliud diebus horis momentisq; singulis agitur: donec ea consummata mors: que agebatur: impleatur: & incipiat iam tempus esse post mortẽ: q̃d cum uita detraheretur erat in morte? Nunquam igitur in uita homo est: ex quo est in isto corpore moriente potius q̃ uiuente: si & in uita & in morte simul non potest

esse. an potius & in uita & in morte simul est: in uita scilicet: in qua uiuit: donec tota
detrahatur: in morte autem: quia iam moritur: cui uita detrahitur? Si enim non est
in uita: quid est quod detrahitur: donec eius fiat perfecta consumptio.

¶ An quis q̄ simul & uiuens possit esse: & mortuus. ¶ C. xi.

SI autem non est in morte: quid est uite ipa detractio? Non enim frustra cum
uita fuerit corpori tota detracta: post mortem iam dicitur: nisi quia mors erat
cum detraheretur. Nam si ea detracta nō est homo inmorte sed post mortē: q̄ndo
nisi cum detrahitur erit ī morte? Si autem absurdum est: ut hominem antequam ad
mortem perueniat iam esse dicamus in morte: cui enim propinquat peragendo uite
sue tempora: si iam in illa est: maxime quia nimis est insolens ut simul & uiuens eē di/
catur & moriens: cum uigilans & dormiens simul esse non possit: querēdum est: q̄ndo
erit moriens. Etenim anteq̄ mors ueniat: non est moriēs: sed uiuens: cum uero mors
uenerit: mortuus erit non moriens. Illud ergo est adhuc ante mortem: hoc iam post
mortem. Quando ergo in morte? Tunc enim est moriens: ut quēadmodum tria sūt
cum dicimus ante mortem: in morte: & post mortem: ita tria singulis singula: uiuens:
moriens: mortuusq; reddantur. Quando itaq; sit moriens id est in morte: ubi neq; sit
uiuens: quod est ante mortem: neq; mortuus: quod est post mortem: sed moriens: id ē
in morte: difficillime definitur. Quandiu quippe est anima in corpore: maxīe si etiā
sensus adsit: ꝓculdubio uiuit homo q cōstat ex anima & corpore: ac per hoc adhuc
ante mortem non in morte esse dicendus est. Cum uero anima abscesserit: omnemq;
abstulerit corporis sensum: iam post mortem mortuusq; perhibetur. Perit igit̄ inter
utrunq;: quo moriens uel in morte sit. Quoniā si adhuc uiuit: ante mortem est: si ui/
uere destitit: iā post mortem est. Nunq̄ ergo moriēs id est in morte eē cōprehēdit̄.
ita etiam in transcursu temporum querit̄ presens nec inuenitur: quia sine ullo spatio
est: per quod transitur ex futuro in preteritum. Nonne ergo uidendum est: ne ista
ratione mors corporalis nulla esse dicatur? Si enim est: quando est: que in nullo & in
qua ullus esse non potest: quādo qdem: si uiuitur adhuc non est: quia hoc ante mortē
non in morte? Sed rursus si nulla mors est: ante quid: uel post quid est: quod dicitur
ante mortē: siue post mortem? Nam & hoc inaniter dicitur: si mors nulla est. Atq;
utinam in paradiso bene uiuendo egissemus: ut reuera nulla esset mors. Nunc autem
non solum est: uerum etiam tam molesta est: ut nec ulla explicari locutiōe possit: nec
ulla ratione uitari. Loquamur ergo secundum consuetudinem: non enim aliter de/
bemus: & dicamus: ante mortem prius q̄ mors accedat: sicut scriptum est: ante mortem
ne laudes hominē quenq̄. Dicamus etiam cum accesserit. post mortem illius uel illius
factum est illud: uel illud. Dicamus & de presenti tempore ut possumus: uelut cū ita
loquimur: moriens ille testatus est: & illis atq; illis illud: atq; illud moriens dereliquit:
q̄uis hoc nisi uiuens omnino facere non posset: & potius hoc ante mortem fecerit nō
in morte. Loquamur etiam sicut loquitur scriptura diuina: que mortuos quoq; non
post mortem sed in morte esse non dubitat dicere. Hinc enim est illud. Quoniā non
est in morte qui memor sit tui. Donec enim reuiuiscant: recte esse dicūtur in morte:
sicut in somno esse quisq; donec euigilet: dicitur. Quāuis in somno positos dicamus
dormientes: non tamen eo modo possumus dicere eos: qui iam sunt mortui moriētes.
Non enim ad huc moriuntur: qui quantum attinet ad corporis mortem: de q̄ nunc
disserimus: iam sunt a corpibus separati. Sed hoc est: qd̄ dixi explicari aliq̄ locutiōe

nō posse: quomodo uel morientes dicantur uiuere: uel iam mortui etiam post mortē adhuc esse dicantur in morte. Quomō enim post mortem si adhuc in morte: ꝓsertim cum eos nec morientes dicamus: sicuti eos qui in somno sunt: dicimus dormientes: & q in languore languentes: & q in dolore utiq; dolentes: & qui in uita uiuentes? At uero mortui prius q̄ resurgāt esse dicunt̄ in morte: nec tamen possunt appellari moriētes. Unde non importune neq; incongrue arbitror accidisse: & si non humana industria iudicio forcasse diuino ut hoc uerbum: qđ est moritur: in latina lingua nec grāmatici declinare potuerint ea regula qua cetera talia declinantur. Nanq; ab eo qđ est orit̄ fit uerbum preteriti temporis ortus est: & si qua similia sunt que per temporis ꝑteriti participia declinantur. Ab eo uero quod est moritur: si queramus preteriti temporis uerbum: responderi solet mortuus est. u. littera geminata. Sic enim dicitur mortuus quomodo fatuus: arduus: carduus: cōspicuus: & si q̄ similia que nō sūt ꝑteriti tempis: sed quoniam nomina sunt sine tempe declinant̄. Illud aūt quasi ut declinetur quod declinari non potest: pro participio preteriti temporis ponitur nomen. Cōueniēter itaq; factum est: ut quemadmodum: id quod significat non potest agendo: ita ipsum uerbum non posset loquendo declinari. Agi tamē potest in adiutorio gratie redēp/toris nostri ut saltem secundam mortem declinare possimus. Illa enim est grauior et omnium malorum pessima: que non fit separatione anime & corporis: sed in eternā penam potius utriusq; complexu. Ibi econtrario nō erunt homines ante mortē: atq; post mortem: sed semper in morte: ac per hoc nunq̄ uiuentes: nunq̄ mortui: sed sine fine morientes. Nunq̄. n. erit homini peius in morte: q̄ ubi erit mors ipsa sine morte.

¶ Quam mortem primis hominibus deus: si mandatum eius transgrederentur: fuerit comminatus. ¶ C. xii.

QVm ergo requiritur: quam mortem deus primis hominibus fuerit comminatus si ab eo mandatum transgrederentur acceptum: nec obedientiam custodirent: utrum anime an corporis: an totius hominis: an illam que appellatur secunda. Re/spondendum est: omnes. Prima enim constat ex duabus: secunda ex omnibus tota. Sicut. n. uniuersa terra ex multis terris: & uniuersa ecclesia ex multis constat ecclesiis: sic uniuersa mors ex omnibus constat. quoniam prima ex duabus: una anime altera corporis: ut sit prima totius hominis mors: cum anima sine deo & sine corpe ad tēpus penas luit: secunda uero ubi anima sine deo cum corpore penas eternas luit. Quādo ergo dixit deus primo illi homini quē in paradiso constituerat: de cibo uetito: q̄cūq; die ederitis: ex eo morte moriemini: non tantum prime mortis partem priorem ubi anima priuatur deo: nec tantum posteriorem: ubi corpus priuatur anima: nec solam ipsā totā primā: ubi anima & a deo & a corpe sepata punit̄: sed quicqd mortis ē usq; ad nouissimā: que secunda dicitur: q̄ est nulla posterior cōminatio illa complexa est.

¶ Preuaricatio primorum hominum: quam primam senserit poenam. ¶ C. xiii.

NAm posteaq̄ precepti facta transgressio est: confestim gratia deserente diuina: de corporum suorum nuditate cōfusi sunt. unde etiam foliis ficulneis que forte a perturbatis prima comperta sunt pudenda texerunt. Que prius eadē mēbra erant: sed pudenda non erant: senserunt enim nouum motū inobedientis carnis sue tanquā

reciprocam penã inobedientie sue. Iam quippe anima libertate in peruersũ propria delectata: & deo dedignata seruire: pristino corporis seruitio destituebatur. Et quia supiorẽ dñm suo arbitrio deseruerat: inferiorẽ famulũ ad suũ arbitriũ nõ tenebat: nec omnimõ habebat subditam carnẽ sicut semper habere potuisset: si deo subdita ipa mãsisset. Tũc ergo caro cepit cõcupiscere aduersus spiritũ: & spiritus aduersus carnẽ. Cũ qua controuersia nati sumus: trahentes originẽ mortis in mẽbris nostris uitiatãq naturam: contentionem eius siue uictoriam de prima preuaricatione gestantes.

Qualis homo sit factus a deo: & in quam sortẽ deciderit sue uolũtatis arbitrio. C. xiii.

Deus enim creauit hominem rectum: naturarum autor non utiq uitiorũ: sed spõte deprauatus: iusteq damnatus: deprauatos damnatosq generauit. Omẽs enim fuimus in illo uno: quando omnes ille unus corrupit: qui per feminam lapsus est in peccatum: que de illo facta est ante peccatum. Notandum erat nobis singillatim creata & distributa forma in qua singuli uiueremus: sed iam natura erat seminalis ex qua purgaremur: qua scilicet propter peccatum uitiata: & uinculo mortis obstricta iusteq damnata: non alterius conditionis homo ex homine nasceretur: ac per hoc a liberi arbitrii malo usu series calamitatis huius exorta est: que humanũ genus origĩe deprauata uelut radice corrupta: usq ad secunde mortis exitium: que nõ habet finẽ: solis eis exceptis qui per dei gratiam liberantur: miseriarum connexione perducit.

Quod Adam peccans prius reliquerit deũ: q̃ relinqueretur a deo. & primã fuisse anime mortẽ: a deo recessisse. C. xiiii.

Quamobrem etiam in eo: quod dictum est: morte moriemini: quoniam non ẽ dictum mortibus: eam solam intelligamus que fit cũ anima deseritur sua uita: quod illi deus est: non enim deserta est: ut desereret: sed ut desereretur: deseruit. Ad malũ qppe eius prior est uolũtas eius: ad bonũ uero eius por est uoluntas creatoris eius: siue ut eam faceret: que nulla erat: siue ut reficiat: que lapsa perierat. etiã si hãc intelligamus deum denuntiasse mortẽ: in eo q ait: qua die ederitis ex illo: morte moriemini: tanq̃ diceret: qua die me deserueritis: per inobedientiã: deseram uos p iustitiã profecto in ea morte etiam cetere denũtiate sunt: que pculdubio fuerant secuture. Nam in eo q inobediens motus in carne ex motu anime inobedientis exortus est: propter quem pudenda texeruut: sensa est mors una in qua deseruit animam deus: ea significata est uerbis eius: quando timore deambulantis sese abscondenti homini dixit: Adam ubi es? Non utiq ignorando querens: sed increpando admonens: ut attenderet: ubi esset: in quo nõ esset deus. Cum uero iã corpus anima ipsa deseruit etate corruptum & senectute confectum: uenit in experimentum mors altera: de q̃ deus peccatum adhuc puniens homini dixerat: Terra es & in terram ibis. ut ex his duabus mors illa primo que totius est hominis compleretur: quam secunda in ultimo seqtur: nisi homo per gratiam liberetur. Neq enim corpus qđ de terra est: rediret in terram: nisi sua morte: que illi accidit: cum deseritur sua uita id est anima. Vnde constat inter xpianos ueraciter catholicam tenentes fidem: etiam ipam nobis corporis mortem nõ lege nature: qua nullam mortem homini deus fecit: sed merito inflictam esse peccati: qm peccatũ uindicãs deus dixit homini in quo tũc omẽs eramus: terra es: & ĩ terrã ibis.

De philosophis q animẽ separationẽ a corꝑe non putant eẽ penalem: cum Plato inducat summum deum minoribus ꝑmittentẽ: ꝙ nunq̃ sint corporibus exuendi. C. xv.

Sed philosophi: contra quorum calumnias defendimus ciuitatem dei: hoc ẽ eius ecclesiam: sapienter sibi uidentur irridere: ꝙ dicimus: anime a corꝑe separationẽ inter penas eius esse deputandam: quia uidelicet eius perfectam beatitudinem tunc illi fieri existimant: cum omni prorsus corpore exuta ad deũ simplex & sola & quodammodo nuda redierit. Vbi si nihil quo ista refelleretur opinio in eorum litteris inuenirem: operosius mihi disputandum esset: quo demonstrarem nõ corpus eẽ aĩme sed corruptibile corpus onerosum. Vnde illud est quod de scripturis nostris in superiore libro commemorauimus. Corpus enim corruptibile aggrauat animam. Addẽdo utiq; corruptibile: nõ qualicunq; corpore: sed quale factũ est ex peccato cõsequẽte uindicta: animã ꝓhibuit aggrauari. Quod etiã si nõ addidisset: nihil aliud intelligere deberemus. Sed cum apertissime Plato deos a summo deo factos habere immortalia corpora predicet: eisq; ipsum deum a quo facti sunt: inducat pro magno benefitio pollicentem: ꝙ ineternum cum suis corporibus permanebunt: nec ab eis ulla morte soluentur: quid est ꝙ isti ad exagitandam Christianam fidem fingunt se nescire q̃d sciunt? aut etiam sibi repugnantes aduersum seipsos dicere malũt: dum nobis nõ desinant cõtradicere? Nempe Platonis hec uerba sunt: sicut ea Cicero in latinũ uertit: quibus inducit summum deum deos quos fecit alloquentem ac dicentem. Vos q sub mortalitatis fato orti estis: attendite quorum operum ego parens effectorq; sũ. Hec sunt indissolubilia nutu meo: q̃q̃ omne colligatum solui potest. sed haudquaq̃ bonũ est: ratione iunctum uelle dissoluere. Sed quoniam estis orti mortales: uos quidẽ eẽ & indissolubiles non potestis. Nec unq̃ tamen dissoluemini neq; uos ulla mortis fata periment: nec erunt ualentiora q̃ consilium meum: quod maius est uinculum ad perpetuitatem uestram: q̃ illa quibus estis tunc cum gignebamini colligati. Ecce deos Plato dicit & corporis animeq; colligatiõe mortales: & tamẽ immortales: dei a quo facti sunt uolũtate: atq; consilio. Si ergo anime pena ẽ in qualicunq; corꝑe colligari: quid est ꝙ eos alloquens deus tanq̃ sollicitos ne forte moriantur: id est dissoluantur a corpore de sua facit immortalitate securos: non propter eorũ naturam: que sit cõpacta non simplex: sed propter suam inuictissimam uoluntatem: qua potest facere ut nec orta occidant: nec connexa soluantur: sed incorruptibiliter perseuerent? Et hoc quidẽ utrum Plato uerum de sideribus dicat: alia questio est. Neq;.n. ei cõtinuo concedendum est: globos istos luminũ siue orbiculos: luce corporea super terras: seu die seu nocte fulgẽtes: suis quibusdam propriis animis uiuere: eisq; intellectualibus & beatis. quod etiam de ipso uniuerso mundo tanq̃ uno animali maximo quo cuncta cetera cõtinent animalia instanter affirmat. Sed hec ut dixi alia questio ẽ: quã nũc discutiendã nõ suscepimus. hoc.n. contra istos cõmemorandũ putaui: q se Platonicos uocari: uel eẽ gloriant: cuius sꝑbia nominis erubescũt eẽ Christiãi: ne cõmune illis cum uulgo uocabulum: uilem faciat palliatoꝝ tanto magis inflatam: quanto magis exiguã paucitatem. Et querentes quid in doctrina Christiana reprehendant exagitant eternitatẽ corpoꝝ: tanq̃ hec sint inter se contraria ut & beatitudinẽ queramus anime: & eam semper esse uelimus in corpore uelut erumnoso uinculo colligatam: cũ eorum autor & magister Plato: donũ a summo deo diis factis ab illo dicat eẽ cõcessũ: ne aliquando moriantur: id est a corporibus quibus eos connexit separentur.

¶ Contra eos qui asserunt terrena corpora incorruptibilia fieri eterna nõ posse. ¶ C.xvi.

Contendunt etiam isti: terrestria corpora sempiterna esse non posse: cum ipsam uniuersam terram dei sui: non quidem summi: sed tñ magni: id est totius huius mundi: membrum in medio positum: & sempiternum esse non dubitent. Cum ergo deus ille summus fecerit eis alterum: quem putant deum: id est istum mundum ceteris diis: qui intra eum sunt: preferendum: eum deniq; existiment esse animantem: anima scilicet sicut asserũt rationali: uel intellectuali: in tam magna mole corporis eius inclusa: ipsiusq; corporis tanq̃ mẽbra locis suis posita atq; digesta quattuor constituerit elementa: quorum iuncturam ne unq̃ deus eorum tam magnus moriatur: insolubilẽ ac sempiternam uelint: quid cause est: ut in corpore maioris animantis tanq̃ medium membrum eterna sit terra: & aliorum animantium terrestrium corpora: si deus sicut illud uelit: eterna esse non possint? Sed terre inquiunt terra reddẽda est: unde animalium terrestria sumpta sunt corpora: ex quo fit inquiunt ut ea sit necesse dissolui & emori: & eo modo terre stabili ac sempiterne unde fuerant sumpta: restitui. Si q̃s hoc etiam de igne similiter affirmet: & dicat reddenda esse uniuerso igni corp̃a: que inde sumpta sunt: ut celestia fierent animalia: nõne immortalitas: quam talibus diis uelut deo summo loquente promisit Plato: tanq̃ uiolentia disputationis huius intercidit? An ibi propterea non fit: quia deus non uult: cuius uoluntatem ut ait Plato: nulla uis uincit? Quid ergo prohibet ut hoc etiam de terrestribus corporibus deus possit efficere: quãdoquidem ut nec ea que orta sunt occidant: nec ea que sunt iũcta soluantur: nec ea que sunt ex elementis sumpta: reddãtur: atq; ut anime in corp̃ibus constitute nec unq̃m ea deserant: & cum eis immortalitate ac sempiterna beatitudine p̃fruantur: posse deũ facere confitetur Plato? Cur ergo non possit: ut nec terrestria moriantur? An deus non est potẽs quousq; Christiani credunt: sed quousq; Platõici uolunt? Nimirũ quippe consilium dei: & potestatem potuerunt philosophi: nec potuerunt nosse Prophete: cum potius econtrario dei Prophetas ad enuntiandum eius: quantum dignatus est: uoluntatem spiritus eius docuerit: philosophos autem in ea cognoscenda coniectura humana deceperit? Verum non usq; adeo decipi debuerũt: non solum ignorantia: uerũ etiam p̃tinacia: ut & sibi apertissime refragenẽ magnis disputationum uiribus asserentes: anime ut beata esse possit: non terrenum tantum: sed omne corpus esse fugiendum: & terrestres deos rursus dicentes habere beatissimas animas: & tamen terrenis corp̃ibus alligatas: celestes uero deos ignea cõpage ligatos: Iouis autem ipsius animam quem mundum istum uolunt: omnibus omnino corp̃eis elementis quibus hec tanta moles a terra in celum surgit inclusam. Hanc enĩ animã Plato ab intimo terre medio quod geometre cẽtrum uocant: per omnes partes eius usq; ad celi summa & extrema diffundi & extendi per numeros musicos opinatur: ut sit iste mundus animal maximum: beatissimum: sempiternum: cuius anima & p̃fectã sapientie felicitatem teneret: & corpus proprium non relinqueret. cuiusq; corpus & in eternũ ex illa uiueret: & eam q̃uis nõ simplex sed tot corporibus tantisq; cõpactũ hebetare atq; tardare non posset. Cum igitur suspitionibus suis ista permittant: cur nolunt credere diuina uolũtate atq; potẽtia immortalia corpora fieri posse terrena: in quibus anime nulla ab eis morte separate: nullis eorũ oneribus aggrauate: sẽpiterne ac feliciter uiuant: quod deos suos posse asserunt in corporibus igneis: Iouemq; ipsum eorum regem in omnibus corporeis elementis? Nam si anime ut beata sit corpus est

omne fugiendum: fugiant dii eoꝝ de globis siderum: fugiat Iupiter de celo & terra: aut si non possunt miseri iudicentur. Sed neutrum isti uolunt: qui neq; a corporibus separationem audẽt dare diis suis: ne illos mortales colere uideantur: nec beatitudĩs priuationem: ne infelices eos esse fateantur. Non ergo ad beatitudinem cõsequendã omnia fugienda sunt corpora: sed corruptibilia: molesta: grauia: moribunda: nõ q̃lia fecit primis hominibus bonitas dei: sed qualia esse compulit peccati pena.

De terrenis corporibus: que philosophi affirmant in celestibus esse non posse: qa qđ terrenum est naturali pondere uocetur ad terram. C.xvii.

Sed necesse est inquiunt: ut terrena corpora naturale pondus uel in terra teneat: uel cogat ad terram: & ideo in celo esse non possunt. Primi quidem illi hoĩes in terra erant nemorosa: atq; fructuosa: que paradisi nomen obtinuit. Sed quia et ad hoc respondendũ est: uel ꝑpter Christi corpus cum quo ascendit in celũ: uel ꝑpter sanctorum qualia in resurrectione futura sunt: intueantur paulo attentius põdera ipsa terrena. Si enim ars humana efficit: ut ex metallis que in aquis posita continuo submergũtur: quibusdam modis uasa fabricata etiã natare possint: q̃nto credibilius & efficatius occultus aliquis modus operationis dei: cuius omnipotẽtissima uoluntate Plato dicit nec orta interire: nec colligata posse dissolui: cum multo mirabilius in/corporea corporeis: q̃ quecunq; corpora corporibus quibuscunq; copulentur: potest molibus ꝑstare terrenis ut nullo in ima põdere deprimant: ipsisq; animis ꝑfectissime beatis ut q̃uis terrena tamen incorruptibilia iam corpora ubi uolunt: ponant: & quo uolunt: agant situ motuq; facillimo? An uero si hoc angeli faciunt: & quelibet aĩalia terrestria rapiant unde libet: constituantq; ubi libet: aut eos sine labore non posse: aut onera sentire credendum est? Cur ergo sanctorum perfectos & beatos diuino munere spiritus: sine ulla difficultate posse ferre quo uoluerint: & sistere ubi uoluerĩt sua corpora non credamus? Nam cum terrenorũ corporum sicut onera in gestãdo sentire consueuimus: quanto maior est quantitas: tanto maior fit & grauitas: ita ut plura pondo q̃ pauciora plus premant: tamẽ membra sue carnis leuiora portat aĩma cum in sanitate robusta sunt: q̃ in languore cum macra sunt. Et cum aliis gestãtibus onerosior sit sanus & ualidus: q̃ exilis & morbidus: ipse tamẽ ad suũ corpus mouẽdũ atq; portandum agilior est: cum in bona ualitudine plus habet molis: q̃ cum in peste uel in fame minime roboris. Tantum ualet in habendis etiam terrenis corporibus: q̃uis adhuc corruptibilibus atq; mortalibus: non quantitatis pondus: sed temꝑationis modus. Et quis uerbis explicat: quantum distat inter presentem quam dicimus sani/tatem: & immortalitatẽ futuram? Non itaq; nostram fidem redarguant philosophi de corporum ponderibus. Nolo enim querere cur non credant terrenum posse esse corpus in celo: cum terra uniuersa libretur in nihilo. Fortassis enim de ipso medio mundi loco: eo ꝙ in eum coeant queq; grauiora: etiam argumẽtatio uerisimilior ha/beatur. Illud dico: si dii minores quibus inter animalia terrestria cetera: etiã hoĩem faciendum commisit Plato: potuerunt sicut dicit ab igne remouere urendi qualita/tem lucẽdi relinquere: que ꝑ oculos emicaret: ita ne deo sũmo cõcedere dubitabimus: cuius ille uoluntati potestatiq; ne moriantur: concessit que orta sint: & tam diuersa tã dissimilia id est corporea & incorporea sibimet connexa nulla possint dissolutione seiungi: ut de carne hominis cui donat immortalitatẽ: corruptionẽ auferat: naturã

relinquat: cōgruentiam figure membrorumq; detineat: detrahat pōderis tarditatē?
Sed de fide resurrectionis mortuorum: & de corporibus eorum immortalibus: dili/
gentius si deus uoluerit: in fine huius operis disserendū est.

Contra eoȝ dogmata: q primos homines: si non peccassent:
immortales futuros fuisse non credunt. C.xviii.

NVnc de corporibus primorum hominū: quod instituimus explicemus: quoniā
nec mors ista que bona perhibetur bonis: nec tantum paucis intelligentibus siue
credētibus: sed omnibus nota est: qua fit a corpore anime separatio: qua certe corpus
animantis qđ euidenter uiuebat: euidenter emoritur: eis potuisset accidere nisi peccati
meritum sequeretᷓ. Licet enim iustoȝ ac pioȝ anime defunctoȝ: ꝗ in requie uiuāt:
dubitare fas non sit: usq; adeo tamen eis melius esset cū suis corporibus bene ualētibus
uiuere ut etiam illi qui omnimodo esse sine corpore beatissimum existimant: hanc
opinionem suam sententia repugnante conuincant. Neq; enim quisq̃ audebit illoȝ
sapientes homines siue morituros: siue iam mortuos: id est aut carētes corporibus aut
corpora relicturos diis immortalibus anteponere: quibus summus deus apud Platonē
munus ingens: indissolubilem scilicet uitam: id est eternum cum suis corporibus con/
sortium pollicetur. Optime autē cum hominibus agi arbitratur idem Plato: si tamē
hanc uitam pie iusteq; peregerint: ut a suis corporibus separati in ipsorum deorū q
sua corpora nunq̃ deserunt recipiantur sinum.
Scilicet immemores supra ut conuexa reuisant:
Rursus: & incipiant in corpora uelle reuerti.
Quod Virgilius ex Platonico dogmate dixisse laudatur. Ita q̄ppe animas mor/
talium: nec in suis corporibus semp̄ eē posse existimat: sed mortis necessitate dissolui:
nec sine corporibus durare perpetuo: sed alternantibus uicibus indesinenter uiuos ex
mortuis: & ex uiuis mortuos fieri putat: ut a ceteris hominibus hoc uideantᷓ differre
sapientes: ꝗ post mortem suam feruntur ad sidera: ut aliquanto diutius in astro sibi
congruo quisq; requiescat: atq; inde rursus miserie pristine oblitus: & cupiditate ha/
bendi corporis uictus: redeat ad labores erumnasq; mortalium. Illi uero qui stultam
duxerunt uitam: ad corpora suis meritis debita siue hominum: siue bestiaȝ de proxīo
reuoluantur. In hac itaq; durissima conditione constituit etiam bonas atq; sapientes
animas: quibus non talia corpora distributa sunt: cum q̄bus semp̄ atq; immortaliter
uiuerent: ut neq; in corp̄ibus p̄manere: neq; sine iis possint in eterna puritate durare.
De quo Platonico dogmate iā in libris superioribus diximus Christiano temp̄e eru/
buisse Porphyrium. & non solum ab humanis animis remouisse corpora bestiarum:
uerum etiam sapientium animas ita uoluisse de corporeis nexibus liberari: ut corpus
omne fugiētes beate apud patrem sine fine teneantᷓ. Itaq; ne a Christo uinci uideretᷓ
uitam sanctis pollicēte perpetuam: etiam ipse purgatas animas: sine ullo ad miserias
pristinas reditu: in eterna felicitate cōstituit. Et ut Christo aduersaretᷓ resurrectionē
incorruptibilium corporum negās: nō solum sine terrenis: sed sine ullis omnino cor/
poribus eas asseruit in sempiternum esse uicturas. Nec tamen iste qualicūq; opinione
precepit: saltem ne diis corporatis religionis obsequio subderentur. Quid ita: nisi quia
eas ꝗuis nulli corpori sotiatas: non credidit illis esse meliores? Quapropter si non au/
debunt isti: sicut eos ausuros esse nō arbitror: diis beatissimis & tn̄ in eternis corp̄ibus
cōstitutis humanas animas anteponere: cur eis uidetur absurdum quod fides Xp̄iana
predicat: & p̄mos homines ita fuisse conditos: ut si non peccassent nulla morte a suis

corporibus solverentur: sed pro meritis obediētie custodite immortalitati donati: cū eis viverent in eternum: & talia sanctos in resurrectione: habituros ea ipa: in quibus hic laboraverunt corpa: ut nec eorū carni aliquid corruptionis vel difficultatis: nec eoꝝ beatitudini aliqd doloris: & infelicitatis possit accidere?

¶Quod caro sanctorum que nunc requiescit in spe: in meliorem recuperanda sit qualitatem: q̄ fuit primorū hominum: ante peccatum. ¶C.xix.

PRoinde nunc sanctorum anime defunctorum ideo nō habent grauē mortē: qua separate sūt a corporibus suis: quia caro eorum requiescit in spe: quaslibet sine ullo iam sensu contumelias accepisse videantur. Non enim sicut Platoni visum est: corporum oblivionem desiderant: sed potius quia meminerūt: quid sibi ab eo sit promissum: q neminem fallit: qui eis etiam de capillorū suorū integritate securitatē dedit: resurrectionē corpoꝝ in qbus multa dura ꝑpessi sunt: nihil in eis tale ulterius sensuri: desiderabiliter & patienter expectant. Si enim carnem suam non oderant: quando eam sue menti infirmitate resistentem spiritali iure coercebant: quāto magis eā diligunt etiā ipsam spiritalē futurā? Sicut enī spiritus carni serviens nō incōgrue carnalis: ita caro spiritui serviēs recte appellatur spiritalis: nō ꝙ in spiritū cōuertetur: sicut nonnulli putant: ex eo ꝙ scriptū est: seminatur corpus animale resurget corpus spiritale: sed quia spiritui summa & mirabili obtemperādi facilitate subdetur: usq; ad implendā immortalitatis indissolubilis securissimā voluntatem: omni molestie sensu: omni corruptibilitate & tarditate detracta. Non solū enī nō erit tale: quale nūc ē: in quavis optima valitudine: sed nec tale quidē: quale fuit in primis hominibus ante peccatum. Qui licet morituri non essent: nisi peccassent: alimentis tamē ut homines utebātur: nōdū spiritalia sed adhuc aīalia corpa terrena gestātes. Que licet senio nō veterascerent: ut necessitate perducerētur ad mortem: q status ei de ligno vite quod est in medio paradisi: cum arbore vetita simul erat: mirabili dei gratia prestabatur: tñ & alios sumebant cibos: preter unam arborē: que fuerat interdicta. non qa ipsa erat malū: sed ꝑpter cōmendandū pure & simplicis obediētie bonum: que magna virtus est rationalis creature sub creatore domino cōstitute. Nā ubi nullū malū tāgebatur: profecto si ꝓhibitum tangeretur: sola inobedientia peccabatur. Alebantur ergo aliis: que sumebant: ne animalia corpora molestie aliquid esuriendo ac sitiendo sentirent. De ligno autem vite propterea gustabatur: ne mors eis undecūq; subreperet: vel senectute cōfecta decursis tēpoꝝ spatiis interirent: tanq̄ cetera essent alimento: illud sacramēto: ut sic fuisse accipiatur lignū vite in paradiso corpali: sicut in spiritali hoc ē intelligibili paradiso sapientia dei: de qua scriptum est. Lignum vite est amplectentibus eam.

¶De paradiso in quo primi hoīes fuerāt: quod recte possit significatione eius spiritale aliqd intelligi: salua veritate narrationis historice de corporali loco. ¶C.xx.

UNde nōnulli totum illū paradisum ubi primi homines parentes generis hūani sancte scripture veritate fuisse narrantur: ad intelligibilia referunt: arboresq; illas & ligna fructifera in virtutes vite moresq; cōuertūt: tanq̄m visibilia & corpalia illa nō fuerint: sed intelligibiliū significandoꝝ causa eo modo dicta: vel scripta sint. Quasi propterea non potuerit esse paradisus corporalis: quia potest etiam spiritalis

intelligi: tanq̃ ideo non fuerint due mulieres Agar & Sara: & ex illis duo filii Abrae: unus de ancilla: alius de libera: quia duo testamenta in eis figurata dicit Apostolus. aut ideo de nulla petra Moyse percutiēte aqua defluxerit: quia potest illic figurata significatione etiā Xp̄us intelligi: eodē Apostolo dicente: petra autem erat Christus. Nemo itaq; p̄hibet intelligi paradisum uitam beatorū. q̃ttuor enī flumina quattuor uirtutes: prudentiā: t̄pantiā: fortitudinē: atq; iusticiā: & ligna eius: omnes utiles disciplinas: & lignorum fructus: mores piorum: & lignum uite: ipsam bonorum omnium matrem sapiētiam: & lignum scientie boni & mali: transgressi mandati experimentū. Penam enim peccatoribus bene utiq; quoniā iuste: constituit deus: sed nō bono suo experitur homo. Possunt hec etiam in ecclesia intelligi. ut ea melius accipiamus tanq̃ p̄phetica indicia p̄cedētia futuro℞. Paradisū scilicet ipsā Ecclesiam: sicut de illa legitē in cantico cāticorum. Quattuor autem flumina paradisi quattuor Euāgelia: ligna fructifera sanctos: fructus autē eorum: opera eorum. lignum uite: sanctū sancto℞: utiq; Christum. lignum scientie boni & mali: propriū uolūtatis arbitrium. Nec seipo quippe homo diuina uoluntate contempta nisi perniciose uti potest. atq; ita discit: q̄d intersit: utrum inhereat communi omnibus bono: an proprio delectetur. Se quippe amans donatur sibi. ut inde timoribus meroribusq; completus: cantet in p̄salmo: si tñ mala sua sentit: ad meipsum turbata est anima mea: correctusq; iam dicat: fortitudinem meam ad te custodiam. Hec & siqua alia commodius dici possunt: de intelligēdo spiritaliter paradiso: nemine prohibente dicantur: dum tamen & historie ueritas fidelissima rerum gestarum narratione commendata credatur.

De corporibus sanctorum post resurrectionē: que sic spiritalia erunt: ut non in spiritum caro uertatur. C. xxi.

Corpora ergo iustorum: que in resurrectione futura sunt: neq; ullo ligno indigebūt: quo fiat ut nullo morbo uel senectute inueterata moriantē: neq; ullis aliis corporalibus alimentis: quibus esuriendi ac sitiendi qualiscunq; molestia deuitetē: quoniam certo & omnimodo inuiolabili munere immortalitatis induentur: ut non nisi uelint possibilitate nō necessitate uescantē. Quod angeli quoq; uisibiliter & tractabiliter apparentes: non quia indigebant: sed quia uolebāt: & poterant: ut hominibus congruerent: sui ministerii quadam humanitate fecerunt. Neq; enim in phantasmate angelos edisse credendum est: quando homines eos hospitio susceperunt. quāuis utrū angeli essent ignorantibus consilii nobis indigentia uesci uiderētur. Unde est quod ait angelus in libro Thobie. Videbatis me manducare: sed uisu uestro uidebatis: id ē necessitate corporis reficiendi sicut uos facitis: me cibū sumere putabatis. Sed si forte de angelis aliud credibilius disputari potest: certe fides Christiana de ipso Saluatore non dubitat: q͛ etiam post resurrectionem iam quidem in spiritali carne: sed tamen uera: cibum ac potum cum discipulis sumpsit. Non enī potestas sed egestas edēdi aut bibendi talibus corporibus auferetē. Unde & spiritalia erūt. nō q̄a corp̄a eē desistent: sed quia spiritu uiuificante subsistent.

Quid intelligendū sit de corpore animali: & de corp̄e spiritali: ut qui moriuntur in Adā: q̄ uero uiuificantur in Christo. C. xxii.

Nam sicut corpora ista que habent animam uiuentē: nondum spiritū uiuificātē: animalia dicuntur: corpora: nec tamē anime sunt: sed corpora: ita illa spiritalia

uocantur corpora. Absit tamen ut spiritus ea credamus futura: sed corpora: carnis
habitura subsistentiam: sed nullam tarditatem corruptionemq; carnalem spiritu ui/
uificante passura. Tunc iam non terrenus sed celestis homo erit. non quia corpus qđ
de terra factum est: non ipsum erit: sed quia dono celesti iam tale erit: ut etiam celo
incolendo non amissa natura: sed mutata qualitate conueniat. Primus autem homo
de terra terrenus: in animam uiuentem factus est: non in spiritum uiuificantẽ: quod
ei per obedientie meritum seruabatur. Ideo corpus eius quod cibo ac potu egebat: ne
fame afficeretur ac siti: & nó immortalitate illa absoluta atq; indissolubili: sed ligno
uite a mortis necessitate prohibebatur: atq; in iuuẽtutis flore retinebatur: non spiri/
tale sed animale fuisse: non dubium est: nequaꝗ̃ tamen moriturũ: nisi in dei ꝑcedẽtis
minantisq; sententiam delinquendo corruisset. Et alimentis qdẽ etiã extra paradisum
non negatis: a ligno tamen uite probibitus: tardius esset tẽpore uetustateq; finiẽdus:
in ea dumtaxat uita: quã in corpore licet animali donec spiritale obedientie merito
fieret: posset in paradiso: nisi peccasset: habere perpetuam. Quapropter etiã si mortem
istam manifestam qua fit anime a corpore separatio: intelligamus: simul signatam in
eo ꝙ deus dixerat: qua die ederitis ex illo: morte moriemini: non ideo debet absurdũ
uideri: qa non eo prorsus die a corpore sunt soluti: quo cibũ interdictũ mortiferũq;
sumpserunt: eo quippe die: mutata in deterius uitiataq; natura: atq; a ligno uite sepa/
ratione iustissima: mortis in eis etiam corpalis necessitas facta est: cũ q̃ nos necessitate
nati sumus. propter quod Apostolus non ait: corpus quidem moriturum est propter
peccatum: sed ait: corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus autem uita
est: propter iusticiam. Deinde subiungit. Si autem spiritus eius qui suscitauit Xp̃m
a mortuis habitat ĩ nobis: qui suscitauit Christum a mortuis uiuificabit & mortalia
corpora uestra: per inhabitantem spiritũ eius in nobis. Tunc ergo erit corpus in spi/
ritum uiuificantem: quod nunc est in animam uiuentem. Et tamen mortuum dicit
Apostolus: quia iam moriendi necessitate constrictũ est. Tunc aũt ita erat in animã
uiuentem quamuis non in spiritum uiuificantem: ut tamen mortuum dici recte non
posset: quia nisi perpetratione peccati necessitatem moriendi habere non posset. Cũ
uero deus & dicendo: Adã ubi es mortem significauerit anime: que facta est illo de/
serente: & dicẽdo terra es & in terram ibis: mortem significauerit corporis: que illi fit
anima discedente: propterea de morte secũda nihil dixisse credendus est: qa occultã
esse uoluit propter dispensationem testamẽti noui: ubi secunda mors apertissime de/
claratur: ut prius ista mors prima que cõmunis est omnibus: proderetẽ ex illo uenisse
peccato: quod in uno commune factum est omnibus: mors uero secunda non utiq;
communis est omnibus propter eos: qui secundum propositum uocati sunt sancti:
quos ante presciuit: & predestinauit: sicut ait Apostolus conformes fieri imagini filii
sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos a secunda morte per mediatorem
dei gratia liberauit. In corpore ergo aĩmali primũ hominem factum: sic Apostolus
loquitur. Volens enim ab spiritali quod in resurrectione futurum est: hoc qđ nunc
est animale discernere: seminatẽ inqt ĩ corruptione: surget in incorruptiõe. Seminatẽ
in cõtumelia surget in gloria. Seminatẽ in infirmitate: surget in uirtute. Seminatur
corpus animale: surget corpus spiritale. Deinde ut hoc probaret: si ẽ inquit corpus
animale: est & spiritale. Et ut quid esset corpus animale ostenderet: sic inqt scriptum
est: factus est primus homo in animam uiuentem. Isto igitur modo uoluit ostẽdere
quid sit corpus animale: q̃uis scriptura non dixerit de hoĩe primo: qui est appellatus
Adam: quando illi anima flatu dei creata est: & factus est homo in corpore animali:

sed factus est homo in animam uiuentem. In eo ergo quod scriptum est factus est homo in animam uiuentem: uoluit Apostolus intelligi corpus hominis animale: spi/ritale aũt queadmodũ intelligendũ esset: ostendit addendo: nouissimus aũt Adam in spiritũ uiuificãtẽ: ꝓculdubio Xp̃m significãs: q iã ex mortuis ita resurrexit: ut mori omnino deinceps nõ possit. Deinde sequit̃: & dicit. Sed non primũ qđ spiritale ẽ: sed qđ aĩale: deinde spiritale. ubi multo apertius declarauit: se animale corpus insinuasse in eo: ꝙ scriptum est: factum esse primum hominem in animam uiuentem. spiritalem autẽ in eo: ꝙ ait: nouissimus Adam in spiritum uiuificantẽ. Prius est enim animale corpus: quale habuit primus Adam: quãuis non moriturum nisi peccasset: quale nũc habemus & nos hactenus eius mutata uitiataq; natura: quatenus in illo posteaq̃ pec/cauit effectum est: unde haberet iam moriendi necessitatem: quale pro nobis etiam Christus habere dignatus est: non qdẽ necessitate sed potestate: postea uero spiritale quale iam precessit in Christo tanq̃ in capite nostro: secuturum est autem in mẽbris eius ultima resurrectione mortuorum. Adiungit deinde Apostolus duorum istorum hominũ euidentissimam differẽtiam dicens. Primus homo de terra terrenus: secũdus homo de celo celestis. Qualis terrenus: tales & terreni. qualis celestis: tales & celestes. Et quomodo induimus imaginem terreni: induamus & imaginem eius: qui de celo ẽ. Hoc Apostolus ita posuit: ut nunc quidem in nobis secũdum sacramentũ regenera/tionis fiat. sicut alibi dicit: quotquot in Christo baptizati estis: Christum induistis: re autem ipsa tunc perficitur: cum et in nobis: quod est animale nascẽdo: spiritale fu/erit factum resurgẽdo. Ut enim eiusdem uerbis utar: spe salui facti sumus. Induimus autem imaginem terreni hominis: propagatione preuaricatiõis & mortis: quã nobis intulit generatio: sed induimus imaginem celestis hominis gratia indulgentie uiteq; perpetue: quod nobis prestat regeneratio: non nisi per mediatorem dei: & hominum hominem Ihesum Christum: quem celestem hominẽ uult intelligi: quia de celo uenit ut terrene mortalitatis corpore uestiretur: qđ celesti immortalitate uestiret. Celestes uero ideo appellat & alios quia fiunt per gratiam membra eius: ut cum illis sit unus Christus uelut caput & corpus. Hoc in eadem epistola euidentius ita ponit: ꝑ hoĩem mors: & ꝑ hoĩem resurrectio mortuoꝝ. Sicut. n. in Adã om̃es moriunt̃: sic & in Xp̃o om̃es uiuificabũt̃. Iã utiq; ĩ corpꝛe spiritali: qđ erit in spiritũ uiuificãtẽ. nõ qa om̃es q in Adam moriunt̃: erunt membra Xp̃i: ex illis enĩ multo plures secunda in eternum morte plectentur. Sed ideo dictum est omnes: atq; omnes: quia sicut nemo corpore animali nisi in Adam moritur: ita nemo corpore spiritali nisi in Christo uiuificat̃. Proinde nequaq̃ putandũ est: nos in resurrectione tale corpus habituros: q̃le habuit homo primus ante peccatũ: neq; illud qđ dictũ est: q̃lis terrenus tales & terreni: scđm illud intelligẽdũ ẽ: qđ factũ ẽ admissiõe peccati. Nõ enim existimandũ est eũ ꝓusq̃ peccasset spiritale corpus habuisse: & peccati merito ĩ aĩale mutatũ. Ut. n. hoc putẽt parũ attẽdũt̃ tãti uerba doctoris q ait. si ẽ corpus aĩale: ẽ & spiritale: sicut scriptũ ẽ. Primus homo Adã factus ẽ in animã uiuentẽ: secundus homo in spiritũ uiuificantẽ. Nũquid hoc post peccatum factum est: cum sit ista hominis prima conditio: de qua beatissimus Paulus ad corpus animale monstrandũ hoc testimonium legis assumpsit?

¶ Qualiter accipienda sit uel illa insufflatio in qua primus homo factus est in animã uiuẽtem: uel illa quã dominus fecit dicens Accipite spiritum sanctum. ¶ C. xxiii.

VNde & illud parum considerate quibusdam uisum est: in eo q̃d legit̃: inspirauit
deus in faciem eius spiritum uite: & factus est homo in animam uiueutem: nõ
tunc animam primo homini datam: sed eã: que iam inerat spiritu sancto uiuificatã.
Mouet enim eos: ꝙ dominus Ihesus posteaq̃ resurrexit a mortuis insufflauit dicens
discipulis suis: accipite spiritum sanctum. Vnde tale aliquid existimant factũ quale
tunc factum est: quasi & hic secutus Euangelista dixerit: & facti sunt in animã ui/
uentem. Quod quidem si dictum esset: hoc intelligeremus: ꝙ animarum quedam uita
sit spiritus dei: sine quo anime rationales mortue deputande sunt: q̃uis earũ presentia
uiuere corpora uideant̃. Sed non ita factum q̃ndo est conditus homo: satis ip̃a libri
uerba testantur: que ita se habent. Et formauit deus hoĩem puluerẽ de terra. Quod
quidã planius interpretandũ putantes: dixerunt. Et finxit deus hoĩem de limo terre.
quoniã supius dictum fuerat: fons autẽ ascẽdebat de terra & irrigabat omnẽ faciem
terre: ut ex hoc limus intelligendus uideretur humore scilicet terraq; concretus. Vbi
enim hoc dictum est continuo sequitur: & formauit hominẽ deus puluerẽ de terra:
sicut Greci codices habent: unde in Latinam linguã scriptura ipsa conuersa ẽ. Siue
autẽ formauit: siue finxit quis dicere uoluerit: quod grece dicũt eplasten: ad rẽ nihil
interest. Magis tñ proprie dicitur finxit. sed ambiguitas uisa est deuitanda eis q for/
mauit dicere maluerunt: eo ꝙ in latina lingua illud magis obtinuit consuetudo: ut ii
dicant̃ fingere: q aliquid mendatio simulãte cõponunt. Hunc igit̃ formatũ hoĩem
de terre puluere siue limo. Erat enim puluis humectus: hũc inq̃ ut expressius dicam
sicut scriptura locuta ẽ: puluerẽ de terra: animale corpus factũ eẽ docet Apostolus
cũ animã accepit. Et factus ẽ iste homo in animã uiuentẽ: id ẽ formatus iste puluis
factus est in animã uiuentẽ. iã inqunt habebat animã: alioqn nõ appellaret̃ homo:
quoniã homo nõ ẽ corpus solũ: uel aĩa sola: sed q ex aĩma cõstat & corꝑe. Hoc q̃dẽ
ueꝝ est: ꝙ nõ totus homo: sed pars melior hoĩs aĩma ẽ: nec totus homo corpus: sed
inferior hoĩs pars est: sed cũ ẽ utrunq; cõiunctũ: simul habet hominis nomẽ: q̃d tñ
& singula non amittũt: etiã cũ de singulis loqmur. Quis. n. dicere ꝓhibet̃ quotidiani
quadã lege sermonis: homo ille defũctus ẽ: & nũc in reqe est uel in penis: cũ de aĩma
sola possit hoc dici: & illo aut illo loco homo ille sepultus ẽ: cũ hoc nisi de solo corꝑe
nõ possit intelligi? An dicturi sũt sic loqui scripturam nõ solere diuinã? Immo uero
illa ita nobis in hoc attestat̃: ut etiã cũ duo ista coniuncta sunt. & uiuit homo: tamẽ
etiam singula hominis uocabulo appellet: aĩmam scilicet interiorẽ hominẽ corpus
uero exteriorem uocãs: tanq̃ duo sint homines cũ simul utrunq; sit homo unus. Sed
intelligendum est secundũ q̃d dicat̃ homo ad imaginẽ dei: & terra homo atq; iturus
in terram. Illud enim secũdũ animã rationalẽ dicit̃: q̃lem deus insufflãdo uel si cõ/
modius dicit̃ inspirando indidit homini: id est hominis corꝑi hoc aũt secũdũ corpus
qualem hominem deus finxit ex puluere: cui data est anima: ut fieret corpus animale
id est homo in animam uiuentem. Quapropter in eo quod dominus fecit quando in/
sufflauit dicens: accipite spiritũ sanctũ: nimirũ hoc intelligi uoluit: ꝙ spiritus sãctus
nõ tantum sit patris: uerum etiã unigeniti ipsius spiritus. Idem ipse quippe spiritus ẽ
patris & filii: cũ quo ẽ trinitas pater: & filius: & sp̃us sãctus: non creatura sed creator.
Neq;. n. flatus ille corporeus de carnis ore ꝑcedens substantia erat spiritus sancti: atq;
natura: sed potius significatio: q̃ intelligeremus ut dixi: sp̃m sc̃m patri eẽ filioq; com/
munẽ: qa nõ sũt eis singulis singuli: sed unus amboꝝ ẽ. semp a͠u t iste sp̃us in scͥpturis
sãctis greco uocabulo pneuma dicit̃: sicut eũ & hoc loco dñs appellauit: q̃n eum cor/
palis sui oris flatus significãs discipulis suis dedit: & locis omnibus diuinoꝝ elogoꝝ nõ

mihi aliter unq̃ nuncupatus occurrit. Hic uero ubi legitur & finxit deus hominem
puluerem de terra: & insufflauit siue inspirauit in faciem eius spiritum uite: non ait
grecus pneuma: quod solet dici spiritus sanctus: sed pnoen: quod nomen in creatura
q̃ in creatore frequentius legitur. Vnde nonnulli etiam latini propter differentiam
hoc uocabulum non spiritum sed flatum appellare maluerunt. Hoc enim & in greco
etiam illo loco apud Esaiam ubi deus dicit: omnem flatum ego feci: omnem animam
sine dubitatiõe significat. Quod itaq; grece pnoen dicitur: nostri aliquando flatum:
aliquando spiritum: aliquãdo inspirationem uel aspirationem: aliquando etiã animũ
interpretati sunt. Pneuma uero nũq̃ nisi spiritũ siue hominis: de quo ait Apostolus
quis.n.sit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis: qui in ip̃o est: siue pecoris
sicut in Salomonis libro scriptum est: quis scit si spiritus hominis ascendat in celum
sursum: & spiritus pecoris descendat deorsum in terram: siue istũ corporeũ qui etiam
uentus dicitur: nam eius hoc nomen est: ubi in psalmo canitur ignis grando nix gla/
cies spiritus tempestatis: siue iam non creatum sed creatorem: sicut est de quo dicit dñs
in euangelio: accipite spiritum sanctum: eum corporeo sui oris flatu significans. Et
ubi ait. Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti: ubi ipsa
trinitas excellentissime & euidentissime commendata est. Et ubi legitur deus spiritus
est. Et aliis plurimis sacrarũ litterarum locis. In his quippe omnibus testimoniis scrip/
turarum: quantum ad grecos attinet non pnoen uidemus scriptum esse sed pneuma.
quantum autem ad latinos non flatum sed spiritum. Quapropter in eo quod scriptũ
est: inspirauit: uel si magis proprie dicẽdum est: insufflauit in faciem eius spiritũ uite:
si grecus non pnoen sicut ibi legitur: sed pneuma posuisset: nec sic esset consequens ut
creatorem spiritum qui proprie dicitur in trinitate spiritus sanctus intelligere coge/
remur: quandoquidem pneuma ut dictum est: non solum de creatore: sed etiam de
creatura dici solere manifestum est. Sed cum dixisset inquiunt spiritum: nõ adderet
uite nisi illum spiritum sanctum uellet intelligi. Et cum dixisset factus est homo in
animam: non adderet uiuentem: nisi anima uitam significaret: que illi diuinitus im/
partitur dono spiritus dei. Cum enim uiuat anima inquiunt proprio sue uite modo:
quid opus erat addere uiuentem: nisi ut ea uita intelligeretᷓ: que illi per spiritũ sãctũ
datur? Hoc qd est aliud: nisi diligenter pro humana suspitione contendere: & scrip/
turas sanctas non intelligenter attendere? Quid enim magnum erat non ire lõgius:
Sed in eodem libro ipso: paulo superius legere: producat terra animam uiuentem:
q̃ndo animalia terrestria: cuncta creata sunt? Deinde aliquantis interpositis in eodẽ
tamen libro: quid magnum erat aduertere quod scriptum est: & omnia que habent
spiritum uite: & omnis qui erat super aridam mortuus est: cum insinuaret omnia que
uiuebant in terra perisse diluuio? Si ergo & animam uiuentem: & spiritum uite etiã
in pecoribus inuenimus: sicut loqui scriptura diuina cõsueuit: & cum hoc quoq; loco
ubi legitur omnia que habent spiritum uite: non grecus pneuma: sed pnoen dixerit:
cur non dicimus: quid opus erat ut adderet uiuentem: cum anima nisi uiuat: esse non
possit? Aut quid opus erat: ut adderet uite: cum dixisset spiritum? Sed intelligimus
animam uiuentem: & spiritum uite scripturam suo more dixisse: cum animalia: id est
corpora animata uellet intelligi: quibus inesset per animam perspicuus iste etiã cor/
poris sensus. In hominis autem conditione obliuiscimur quemadmodum loq scriptura
consueuerit: cum suo prorsus more locuta sit: quo insinuaret hominem etiã rationali
anima accepta: quam non sicut aliarum carniũ aquis & terra producentibus: sed deo
flante: creatam uoluit intelligi: sic tamen factum ut in corpore animali: qđ fit aĩma

in eo uiuēte: sicut illa animalia uiueret de quibus dixit: ꝑducat terra animā uiuentē:
& que itidem dixit habuisse in se spiritum uite: ubi etiam in greco nō dixit pneuma
sed pnoen: non utiq; spiritum sanctum sed eorum animam tali exprimens nomine.
Si enim dei flatus inquiunt dei ore exisse intelligitur: quem si animam crediderimus:
consequens erit: ut eiusdē fateamur esse substantie: paremq; illius sapientie: que dicit:
ego ex ore altissimi prodii. Non quidem dixit sapientia ore dei efflatam se fuisse:
sed ex eius ore prodisse. Sicut autem nos possumus nō de nostra natura qua homīes
sumus: sed de isto aere circūfuso quem spirando ac respirando ducimus ac reducimus:
flatum facere cum sufflamus: ita omnipotens deus non de sua natura: neq; de sub/
iacenti creatura: sed etiam de nihilo potuit facere flatum: quem corpori hominis
inserendo inspirasse uel insufflasse conuenientissime dictus est: incorpeus incorpeum:
sed immutabilis mutabilem: quia non creatus creatum. Veruntamen ut sciant isti:
qui de scripturis loqui uolunt: & scripturarū locutiones non aduertunt: non hoc solū
dici exire ex ore dei: quod est equalis eiusdemq; nature: audiāt: uel legant quod deo
dicēte scriptum est: quoniam tepidus es: & neq; calidus: neq; frigidus: incipiā te eiicere
ex ore meo. Nulla itaq; causa est cur apertissime loquenti resistamus Apostolo: ubi
ab spiritali corpore corpus animale discernens: id est ab illo in quo futuri sumus: hoc
in quo nunc sumus ait: seminat̄ corpus animale: surget corpus spiritale: si est corpus
animale est & spiritale: sicut scriptum est factus est primus homo Adam in animam
uiuentem: nouissimus Adam in spiritum uiuificātem. Sed non primum qđ spiritale:
sed quod animale: postea spiritale. Primus homo de terra terrenus: secūdus homo de
celo celestis. Qualis terrenus: tales & terreni: & qualis celestis: tales & celestes. et quo/
modo induimus imaginem terreni: induamus & imaginē eius: qui de celo est. De q̄bus
omnibus apostolicis uerbis superius locuti sumus. Corpus igitur animale: in quo ṗmū
hominem Adam factum dicit Apostolus: sic erat factum: non ut mori omnino non
posset: Sed ut non moreretur: nisi homo peccasset. Nam illud quod spiritu uiuifi/
cante spiritale erit: & immortale: mori omnino non poterit: sicut anima creata est
immortalis: que licet peccato mortua perhibeatur carens quadam uita sua hoc ē dei
spiritu: quo etiam sapienter & beate uiuere poterat: tamen ꝓpria quadam licet misera
uita sua non desinit uiuere: quia immortalis est creata. Sicut enim desertores angeli
licet secundum quendam modum mortui sunt peccando: quia fontē uite deseruerūt:
qui deus est: qui non peccando sapienter & beate poterant uiuere: tamen nō sic mori
potuerūt: ut omnino desisterent uiuere atq; sentire: quoniam immortales creati sūt:
atq; ita in secundam mortē post ultimum precipitabuntur iudicium: ut nec illic uita
careāt: quandoquidem etiam sensu cum in doloribus futuri sunt: non carebunt. Sed
homines ad dei gratiam pertinentes ciues sanctorum angelorum in beata uita ma/
nentiū: ita spiritalibus corporibus induentur: ut neq; peccent amplius neq; moriant̄:
ea tamen immortalitate uestiti: que sicut angeloꝝ nec peccato possit auferri: natura
quidē manēte carnis: sed nulla omnino carnali corruptibilitate uel tarditate rema/
nente. Sequitur aūt questio necessario ꝑtractanda: & dn̄o deo ueritatis adiuuante
soluenda. Si libido mēbroꝝ inobediētiū: ex peccato inobediētie in illis ṗmis hōībus
cum illos diuina gratia deseruisset exorta est: unde ī suam nuditatē oculos apuerūt:
id est eam curiosius aduerterūt: & q̄a impudens motus uoluptatis arbitrio resistebat
pudenda texerunt: quomodo essent filios propagaturi: si ut creati fuerant: sine pre/
uaricatione mansissent. Sed q̄a & liber iste claudendus est: nec tanta ista questio in
sermōis angustias coartanda: in eū qui sequit̄ commodiore disputatione differatur.

Aurelii Augustini Hippoñ Epi. de Ciuitate dei Liber. xiiii.

Per inobedientiam primi hominis in secunde mortis perpetuitatem ruituros homines fuisse omnes nisi multos dei gratia liberaret. C. i.

DIximus iam in superioribus libris ad humanum genus non solum nature similitudine sociandum: uerum etiã quadam cognatiõis necessitudine in unitatem concordem pacis uinculoq; colligãdũ: ex homine uno deum uoluisse homines ĩstituere: neq; hoc genus fuisse in singulis quibusq; moriturũ: nisi duo primi quorũ creatus est unus ex nullo: alter ex illo: id inobedientia meruissent: a qbus admissum est tam grande peccatum: ut ĩ deterius eo natura mu/ taretur humana: etiam in posteros obligatiõe peccati: & mortis necessitate trãsmissa. Mortis autem regnum in homines usq; adeo dominatum est: ut omnes in secundam quoq; mortem cuius nullus est finis: pena debita precipites ageret: nisi inde quosdam indebita dei gratia liberaret. Ac per hoc factum est: ut cũ tot tãteq; gẽtes per terrarũ orbem diuersis ritibus moribusq; uiuentes: multiplici linguarum: armorũ: uestium: sint uarietate distincte: non tamẽ amplius q̃ duo quedam genera humane societatis ex/ isterent: q̃s ciuitates duas secundũ scripturas nostras merito appellare possumus. Una quippe est hoĩm scd̃m carnẽ: altera secundũ spiritũ uiuere in sui cuiusq; generis pace uolentiũ: & cum id quod expetunt assequunť: in sui cuiusq; generis pace uiuentium.

De uita carnali: que non ex corporis tantũ: sed etiam ex animi intelligenda sit uitiis. C. ii.

PRius ergo uidendum est quid sit secundum carnem: quid secundum spiritum uiuere. Quisquis enim hoc: quod diximus: prima fronte inspicit: uel nõ recolẽs: uel minus aduertens quemadmodum scripture sancte loquantur: potest putare phi/ losophos quidem Epicureos secundum carnem uiuere: quia summum bonum hoĩs in corporis uoluptate posuerunt: & siqui alii sunt: qui quoquomodo corporis bonũ: summum bonum esse hominis opinati sunt: & omne eorum uulgus qui non aliquo dogmate uel eo modo philosophantur: sed procliues ad libidinem: nisi ex uoluptati/ bus quas corporeis sensibus capiunt gaudere nesciunt. Stoicos autẽ qui summũ bonũ hominis in animo ponunt: secundum spiritum uiuere quia & hominis animus quid ẽ nisi spiritus? Sed sicut loquitur scriptura diuina: secũdum carnem uiuere utriq; mõ/ strantur. Carnem quippe appellat non solum corpus terreni atq; mortalis animãtis: ueluti cum dicit non omnis caro eadem caro: sed alia quidem hominis alia autẽ caro pecoris: alia uolucrum: alia piscium: sed aliis multis modis significatiõe huius nominis utitur: inter quos uarios locutionis modos: sepe etiam ipsum hominem id est naturam hominis carnem nuncupat: modo locutionis a parte totũ: quale est ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quid enim hic uoluit intelligi: nisi omnes homines? Quod apertius paulopost ait. In lege nemo iustificatur. Et ad galathas. Sciẽtes aũt quia non iustificatur homo ex operibus legis. Secundum hoc intelligitur: & uerbũ caro factum est: id est homo. Quod non recte accipientes quidam: putauerunt Xp̃o humanam aĩmam defuisse. Sicut enim a toto pars accipitur: ubi Marie Magdalene uerba in euangelio leguntur dicentis: tulerunt dominũ meum & nescio ubi posuerũt

eum: cum de sola Christi carne loqueretur: quam profecto sepultam de monumento
putabat ablatam: ita & a parte totum carne nominata ĩtelligitur homo: sicut ea sũt
que supra commemorauimus. Cum igitur multis modis quos perscrutari & colligere
longum est: diuina scriptura nũcupet carnem: quid sit secundum carnem uiuere: qđ
profecto malum est: cum ipsa carnis natura nõ sit malum: ut indagare possimus: in/
spiciamus diligenter illum locum epistole Pauli Apostoli quam scripsit ad Galathas
ubi ait. Manifesta aũt sunt opera carnis. que sunt fornicationes: immũdicie: luxurie:
idolorum seruitus: uenefitia: inimicicie: contentiones: emulationes: animositates: dis/
sensiones: hereses: inuidie: ebrietates: comesatiões: & his similia: que predico uobis sicut
predixi. quoniam qui talia agunt: regnum dei non possidebunt. Iste totus epistole
apostolice locus quantum ad rem presentem satis esse uidebitur consideratus: poterit
hãc dissoluere questionem: quid sit secũdum carnẽ uiuere. In operibus nanq; carnis:
que manifesta esse dixit: eaq; commemorata damnauit: non illa tantum inuenimus
que ad uoluptatem pertinent carnis: sicuti sunt fornicationes: immundicie: luxurie:
ebrietates: comesationes: uerum etiam illa quibus: animi uitia demonstrantur a uo/
luptate carnis aliena. Quis enim seruitutẽ: que idolis exhibetur: uenefitia: inimicicias:
contentiones: emulationes: animositates: dissensiones: hereses: inuidias: non potius in/
telligat animi uitia esse q̃ carnis? quandoquidem fieri potest ut propter idolatriam
uel heresis alicuius errorem: a uoluptatibus carnis temperetur? Et tamen etiam tunc
homo quamuis carnis libidines continere: atq; cohibere uideatur: scđm carnẽ uiuere
hac apostolica autoritate conuincitur. & in eo ꝙ abstinet a uoluptatibus carnis: dã/
nabilia opera carnis agere demonstratur. Quis inimicicias nõ in animo habeat? Aut
quis ita loquatur ut inimico suo: uel quem putat inimicum dicat: malam carnem ac
non potius malum animum habes aduersum me? Postremo sicut carnalitates ut ita
dicam: si quis audisset: non dubitaret carni tribuere: ita nemo dubitat animositates
ad animum pertinere. Cur ergo hec omnia: & his similia doctor gentiũ in fide & ue/
ritate opera carnis appellat: nisi quia eo locutionis modo: quo totum significatur a
parte: ipsum hominem uult nomine carnis intelligi? Quod si quis q̃ dicit carnẽ cãm
esse in malis moribus quorunq; uitiorum: eo ꝙ anima carne affecta sic uiuit: ꝑfecto
non uniuersam hominis naturam diligenter aduertit. Nam corpus qdẽ corruptibile
aggrauat animam. Vnde etiam idem Apostolus agens de hoc corruptibili corpore:
de quo pauloante dixerat & si exterior homo noster corrumpitur: scimus inquit qa
si terrena nostra domus huius habitationis dissoluatur: ꝙ edificationem habemus a
deo domum nõ manu factam eternam in celis. Etenim in hoc ingemiscimus: habi/
taculũ nostrũ qđ de celo est superindui cupientes: si tñ induti non nudi inueniamur.
Etenim quandiu sumus in hac habitatione: ingemiscimus grauati eo ꝙ nolumus ex/
poliari sed supuestiri: ut absorbeatᷣ mortale a uita. et aggrauamur igitᷣ corruptibili
corpore: & ipsius aggrauationis causam non naturam substantiãq; corporis: sed eius
corruptionem scientes: nolumus corpore expoliari: sed eius immortalitate supuestiri.
Et tunc ergo erit corpus: sed qa corruptibile non erit: nõ grauabit. Aggrauat ergo
nũc animam corpus corruptibile: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa co/
gitantẽ: uerũtamen q omnia anime mala ex corpore putant accidisse: in errore sũt.

¶ Peccati causam ex anima nõ ex carne
prodisse & corruptionẽ ex peccato cõ/
tractã nõ peccatũ esse sed penã. C. iii.

QVãuis n. Virgilius Platonicã uideat luculẽtis uersibus explicare sẽtẽtiã dicẽs.
Igneus est illis uigor & celestis origo.
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant.
Terreniq; hebetant artus: moribundaq; membra.
Omnesq; illas notissimas quattuor animi perturbatiões: cupiditatẽ: timorẽ: leticiã: tristiciam: quasi origines omnium peccatorum: atq; uitiorum uolẽs intelligi ex corpe accidere: subiungat & dicat.
Hinc metuunt cupiunt gaudentq; dolentq; nec auras.
Suspiciunt clause tenebris & carcere ceco:
Tamẽ aliter se habet fides nostra. Nam corruptio corporis que aggrauat animã: non peccati primi est causa: sed pena: nec caro corruptibilis animam peccatricem: sed anima peccatrix fecit esse corruptibilẽ carnẽ. Ex q̃ corruptione carnis licet existãt quedam incitamenta uitiorum & ipsa desideria uitiosa: non tamen omnia uite inique uitia tribuenda sunt carni: ne ab his omnibus purgemus diabolum: qui non habet carnem. Et si enim diabolus fornicator uel ebriosus: uel si quid huius mali est: quod ad carnis pertinet uoluptates: non potest dici: cum sit etiam talium peccatorũ suasor & instigator occultus: ẽ tamẽ maxime superbus atq; inuidus. Que illum uitiositas sic obtinuit: ut propter hãc esset in carceribus caliginosi huius aeris eterno supplicio destinatus. Hec aũt uitia que tenent in diabolo principatum: carni tribuit Apostolus: quam certum est diabolum non habere. Dicit enim inimicicias: contentiones: emulationes: animositates: inuidias: opera esse carnis: quorum omnium malorum caput atq; origo superbia est: que sine carne regnat in diabolo. Quis autem illo est inimicicior sanctis? Quis aduersus eos contentiosior: animosior: & magis emulus atq; inuidus inuenitur? Et hec omnia cum habeat sine carne: quomodo sunt ista opera carnis: nisi quia opera sunt hominis: quem sicut dixi nomine carnis appellat? Non enĩ habẽdo carnem: quam non habet diabolus: sed uiuendo secundum seipsum hoc est secundum hominem: factus est homo similis diabolo: quia & ille secundũ seipsum uiuere uoluit: quando in ueritate non stetit: ut non de dei sed de suo mendacium loqueretur: q nõ solum mendax uerum etiam mẽdacii pater est. Primus est quippe mentitus: & a quo peccatum: ab illo cepit esse mendacium.

Quid sit secundum hominem: quid ue secundum deum uiuere. C. iiii.

DVm ergo uiuit homo secundũ hominem non secũdum deum. similis ẽ diabolo: quia nec angelo secundum angelum sed secundũ deum uiuẽdum fuit: ut staret in ueritate: & ueritatem illius non de suo mendacium loqueretur. Nam & de homĩe alio loco idem Apostolus ait: Si autem ueritas dei in meo mendacio abundauit. Meũ dixit mendacium: ueritatem dei. Cum itaq; uiuit homo secundum ueritatẽ non uiuit secundum seipsum sed secundum deum. Deus est enim qui dixit: ego sum ueritas. Cum uero uiuit secundum seipsum: hoc est secundum hominem nõ secundum deũ: pfecto secundum mendacium uiuit. non quia homo ipse mendacium est: cum sit eius autor & creator deus: qui non est utiq; autor creatorq; mendacii: sed quia homo ita factus est rectus: ut non secundum seipsum sed secundum eum a quo factus est uiueret: id ẽ illius potius q̃m suam faceret uoluntatem. non autem ita uiuere quemadmodum est factus ut uiueret: hoc est mendacium. Beatus quippe uult esse: etiam non sic uiuẽdo: ut possit esse. Quid est hac uoluntate mendacius? Vnde non frustra dici potest: omẽ

peccatum esse mendacium. Non enim fit peccatum: nisi ea uoluntate: qua uolumus ut bene sit nobis: uel nolumus ut male sit nobis. Ergo mendacium est quod cũ fiat: ut bene sit nobis: hic potius male est nobis. uel cũ fiat ut melius sit nobis: hinc potius peius est nobis. Vnde hoc? nisi quia de deo bene potest esse homini: quẽ delinquẽdo deserit: non de seipso: secundum quem uiuendo delinquit. Quod itaq; diximus hinc extitisse ciuitates duas diuersas inter se atq; contrarias: ꝙ alii secundum carnem alii secundum spiritum uiuerent. potest etiam isto modo dici: ꝙ alii secundum hominẽ alii secundum deum uiuant. Apertissime quippe ad corinthios dicit. Cum enim sint inter uos emulatio & contentio: nonne carnales estis: & secundum hominem ambulatis? Quod ergo est ambulare secundum hominem: hoc est secundum hominem uiuere: quod a carne id est a parte hominis minore intelligitur homo. Eosdem ipsos quippe dixit superius animales: quos postea carnales ita loquens. Quis enim scit inquit hoĩm que sunt hominis: nisi spiritus hominis qui est in ipso? Sic & que dei sunt: nemo scit: nisi spiritus dei. Nos autem inquit non spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui ex deo est: ut sciamus: que a deo donata sunt nobis. que & loquimur non in sapientie humãe doctis uerbis: sed ĩ doctrina spritus spiritalibus spiritalia cõparantes. Animalis aũt homo non percipit que sunt spiritus dei. stulticia est enim illi. Talibus igitur id est animalibus paulopost dicit. Et ego fratres non potui loqui uobis quasi spiritalibus: sed quasi carnalibus. Et illud et hoc eodem loquendi modo intelligitur: id est a parte totum. Et ab anima nanq; & carne que sunt partes hominis: põt totũ significari quod est homo. atq; ita nõ est aliud animalis homo aliud carnalis: sed idẽ ipsum est utrunq; id est secundum hominem uiuens homo. Sicut & non aliud ꝙ homines significantur: siue ubi legitur ex operibus legis non iustificatur omnis caro: siue quod scriptum est. lxxv. aĩme descenderũt in egyptum cũ Iacob. Et ibi enĩ ꝑ omnem carnem oĩs homo: & ibi per. lxxv. aĩmas. lxxv. hoĩes intelligũtur. Et qđ dictum est non in sapientie humane doctis uerbis: potuit dici non sapientie carnalis: sicut quod dictũ est scđm hoĩem ambulatis: potuit dici scđm carnẽ. Magis autẽ hoc apparuit in iis que subiunxit. Cum enim quis dicat ego sum Pauli: alius autem ego Appollo: nõne hoĩes estis? Quod dicebat aĩmales estis & carnales estis: expssius dixit hoĩes estis: quod ẽ scđm hoĩem uiuitis nõ scđm deũ: secundũ quẽ si uiueretis dii essetis.

Quod de corporis: animeq; natura tolerabilior quidẽ platonicoꝝ ꝙm Manicheorum sit opinio. Sed & ipsi reprobantur: quoniam uitiorum causas nature carnis ascribunt. C. V.

NOn igitur opus est ĩ peccatis uitiisq; nostris: ad creatoris iniuriã carnis accusare naturam: que in genere atq; ordine suo bona est: sed deserto creatore bono: uiuere secundum creatum bonum non est bonum. siue quisq; secũdum carnem: siue secundum animam: siue secundum hominem totum: qui constat ex anima & carne: unde & nomine solius anime & nomine solius carnis significari potest: eligat uiuere. Nam qui uelut summũ bonũ laudat anime naturam: & tanꝙ malum naturam carnis accusat: profecto & animã carnaliter appetit: & carnem carnaliter fugit. quoniã id uanitate sentit humana: non ueritate diuina. Nõ quidẽ Platonici sicut Manichei desipiunt: ut tanꝙ mali naturam terrena corpora detestentur: cum omnia elementa quibus iste mundus uisibilis contrectabilisq; compactus est: qualitatesq; eorum deo artifici tribuant. Verũtamẽ ex terrenis artibus moribundisq; mẽbris sic affici aĩmas

opinantur: ut hinc eis sint morbi cupiditatum & timorũ & leticie siue tristicie: qbus quattuor uel perturbationibus ut Cicero appellat: uel passionibus ut pleriq; uerbum de uerbo greco exprimunt: omnis humanorum morum uitiositas continet̃. Quod si ita est: quid est: q̄ Eneas apud Virgilium cum audisset a patre apud inferos: animas rursus ad corpora redituras: hanc opinionem miratur. exclamans.

O pater an ne aliquas ad celum hinc ire putandum est.
Sublimes animas: iterumq; ad tarda reuerti.
Corpora. que lucis miseris tam dira cupido?

Nunqd nam hec tam dira cupido ex terrenis artubus moribundisq; membris adhuc inest animarum illi predicatissime puritati? Nonne ab huiusmodi corporeis ut dicit pestibus omnibus eas asserit esse purgatas: cũ rursus incipiũt in corpora uelle reuerti? Vnde colligitur etiam si ita se haberet: qđ est omnino uanissimum: uicissim alternãs incessabiliter euntium atq; redeuntium animarum mundatio: & inquinatio: nõ potuisse ueraciter dici: omnes culpabiles atq; uitiosos motus animarum eis ex terrenis corporibus inolescere. Siquidem secundum ipsos illa ut poeta prefatus eloquitur: lucis tam dira cupido: usq; adeo non est ex corpore: ut ab omni corporea peste purgatã: & extra omne corpus animam constitutam: ipsam compellat esse in corpore. Vnde etiam illis fatentibus non ex carne tantum afficitur anima: ut cupiat metuat letetur & tristet̃: uerũ etiã ex seipsa his potest motibus agitari.

De qualitate uolũtatis humane: sub cuius iudicio affectiões animi aut praue habent̃: aut recte. C. VI.

INterest autem qualis sit uoluntas hominis. quia si peruersa est: peruersos habebit hos motus. si autem recta est: non solum inculpabiles uerũ etiam laudabiles erũt. Voluntas est quippe in omnibus: immo omnes nihil aliud q̃m uoluntates sunt. Nam quid est cupiditas & leticia: nisi uoluntas in eorum consensionem que uolumus? Et quid est metus atq; tristicia: nisi uoluntas in dissensiõem ab iis que nolumus? Sed cũ consentimus appetendo eaq; uolumus: cupiditas: cum autem consentimus fruendo iis que uolumus: leticia uocatur. Itemq; cum dissentimus ab eo: quod accidere nolumus: talis uoluntas metus est. cum autẽ dissentimus ab eo quod nolentibus accidit talis uoluntas tristicia est. Et omnino pro uarietate rerum que appetuntur atq; fugiuntur: sicut allicitur uel offenditur uoluntas hominis: ita in hos uel illos affectus mutatur & uertitur. Quapropter homo qui secundũ deum non secundum hoĩem uiuit: oportet ut sit amator boni: unde fit consequens ut malum oderit. Et quoniam nemo natura: sed quisquis malus est uitio malus est: perfectum odium debet malis qui secundum deũ uiuit: ut nec ꝓpter uitiũ oderit hoĩem: nec amet uitiũ ꝓpter hoĩem: sed oderit uitium amet hoĩem. Sanato. n. uitio: totũ qđ amare nihil autẽ qđ debeat odisse: remanebit.

Amorem & delectationem indifferenter & in bono & in malo apud sacras litteras inueniri. C. VII.

NAm cuius propositum est amare deum: & non secundũ hominem: sed secundũ deum: amare proximum sicut etiam seipsum: proculdubio propter hũc amorẽ dicitur uolũtatis bone: que usitatius in scripturis sanctis caritas appellatur: sed amor quoq; secũdum easdem sacras litteras dicitur. Nam & amatorẽ boni dicit Apostolus

eſſe debere: quẽ regẽdo populo precipit eligendũ. Et ipſe dominuſ Petrũ Apoſtolũ interrogansſ: cum dixiſſet diligiſ me pluſ biſ: ille reſpondit domine tu ſciſ quia amo te. Et iterum dominuſ queſiuit non utrum amaret: ſed utrum diligeret eum Petruſ. At ille reſpondit ei iterum. domine tu ſciſ quia amo te. Tertia uero interrogatione et ipſe Iheſuſ non ait diligiſ me: ſed amaſ me: ubi ſecutuſ ait euangeliſta: Contriſtatuſ ẽ Petruſ quia dixit ei tertio amaſ me: cum dominuſ non tertio ſed ſemel dixerit amaſ me: biſ autem dixerit diligiſ me. Vnde intelligimuſ quia cum dicebat dominuſ diligiſ me: nihil aliud dicebat q̃ amaſ me. Petruſ autem non mutauit huiuſ uniuſ rei uerbum: ſed etiam tertio domine inquit tu omnia ſciſ: tu ſciſ quia amo te. Hoc propterea cõ/memorandum putaui: quia nõnulli arbitrantur aliud eſſe dilectionem ſiue caritatẽ: aliud amorem. Dicunt enim dilectionem accipiendam eſſe in bono: amorẽ in malo. Sic autem nec ipſoſ autoreſ ſecularium litterarum locutoſ eſſe certiſſimum eſt. Sed uiderint philoſophi utrum uel q̃ ratione iſta diſcernant. Amorẽ tamen eoſ in boniſ rebuſ & erga ipſum deum magnipẽdere: libri eorum ſatiſ loquuntur. Sed ſcripturaſ religioniſ noſtre quarum autoritatem ceteriſ quibuſq; litteriſ anteponimuſ: nõ aliud dicere amorem aliud dilectionem uel caritatem inſinuandum fuit. Nam & amorem in bono dici: iam oſtendimuſ. Sed ne quiſ exiſtimet amorem quidem & in bono & in malo: dilectionem autem non niſi in bono eſſe dicendam: illud attendat quod in pſalmo ſcriptum eſt. Qui autem diligit iniqtatem: odit animã ſuam. Et illud Apoſ/tuli Iohanniſ. ſi quiſ dilexerit mũdum: non eſt dilectio patriſ in illo. Ecce uno loco dilectio & in bono & in malo. Amorem autem ĩ malo: quia in bono iam oſtẽdimuſ: ne quiſ q̃ flagitet: legat quod ſcriptum eſt. Erunt enĩ homineſ ſeipſoſ amãteſ: ama/toreſ utiq; pecunie. Recta itaq; uolũtaſ eſt bonuſ amor: & uoluntaſ peruerſa maluſ amor. Amor ergo inhianſ habere quod amat: cupiditaſ eſt. id autẽ habenſ eoq; fruẽſ: leticia. Fugiẽſ qđ ei aduerſatur: timor eſt. idq; ſi acciderit ſentienſ: triſticia eſt. Pro/inde mala ſunt iſta ſi maluſ ẽ amor: bona ſi bonuſ. qđ dicimuſ: de ſcripturiſ ꝓbemuſ. Concupiſcit Apoſtoluſ diſſolui & eſſe cum Chriſto: & concupiuit anima mea deſide/rare iudicia tua in omni tempore. Vel ſi accõmodatiuſ dicitur: deſiderauit aĩma mea concupiſcere iudicia tua. Et concupiſcentia ſapientie perducit ad regnum. Hoc tñ loquendi obtinuit conſuetudo: ut ſi cupiditaſ uel concupiſcentia dicatur: nec addatẽ cuiuſ rei ſit: non niſi in malo poſſit intelligi. Leticia apud pſalmiſtam in bono ẽ. le/tamini in domino & exultate iuſti: & dediſti leticiam ĩ corde meo. & adimplebiſ me leticia cum uultu tuo. Timor in bono eſt apud Apoſtolum ubi ait. Cum timore et tremore ueſtram ipſoꝝ ſalutem operamini. Et noli altum ſapere: ſed time. Et timeo autem ne ſicut ſerpenſ Euam ſeduxit aſtucia ſua: ſic ueſtre menteſ corrumpantur a caſtitate que eſt in Chriſto. De triſticia uero quã Cicero magiſ egritudinẽ appellat: dolorem Virgiliuſ ubi ait: gaudentq; dolentq;: ſed ideo malui triſticiam dicere: quia egritudo uel dolor uſitatiuſ in corporibuſ dicitur: ſcrupuloſior queſtio eſt utrum inueniri poſſit in bono.

¶ De tribuſ perturbationibuſ quaſ in aĩmo ſapiẽtiſ Stoici eẽ uoluerũt ex/cluſiſ dolore ſiue triſticia quã uirtuſ animi ſentire non debeat. ¶ C. viii.

Quaſ enim greci appellãt eupbataſ: latine autem Cicero cõſtantiaſ nominauit: Stoici treſ eſſe uoluerunt pro tribuſ perturbationibuſ in animo ſapientiſ. Pro

cupiditate uoluntatem: pro leticia gaudiū: pro metu cautionem: pro egritudīe uero
uel dolore quā nos uitande ambiguitatis gratia tristiciam maluimus dicere: negaue/
runt aliquid posse esse in animo sapientis. Voluntas quippe inquiunt appetit bonū:
quod facit sapiēs. Gaudium de bono adepto est: qđ ubiq; adipiscitur sapiens. Cautio
deuitat malum: quod debet sapiens deuitare. Tristicia porro quia de malo est: quod
iam accidit: nullum autem malum existimant posse accidere sapiēti: nihil in eius aīmo
pro illa esse posse dixerunt. Sic ergo illi loquuntur: ut uelle gaudere cauere negent
nisi sapientem: stultum autem non nisi cupere: letari: metuere: contristari. Et illas
tres esse constantias: has autem quattuor perturbationes secūdum Ciceronem: secū/
dum plurimos autem passiones. Grece autem illi tres sicut dixi appellantur euphate:
iste autem quattuor phate. Hec locutio utrū scripturis sanctis congruat: cū quererē
quantum potui diligenter: illud inueni quod ait propheta. Non est gaudere impiis
dicit dominus. Tanq̄m impii letari possint potius: q̄ gaudere de malis: quia gaudium
proprie bonorum & piorum est. Item illud in euangelio. Quecunq; uultis ut faciant
uobis homines hec & uos facite illis: ita dictum uidetur: tanq̄ nemo possit aliqđ male
uel turpiter uelle: seu cupere. Deniq; propter consuetudinem locutionis nonnulli in/
terpretes addiderunt bona: & ita interpretati sunt. Quecunq; uultis ut faciāt uobis
homines bona. Cauendum enim putant ne quisq̄ inhonesta uelit sibi fieri ab hōibus
ut de turpioribus taceam: certe luxuriosa conuiuia: in quibus se ipse & si illis faciat
similia: hoc preceptum existimet impleturum. Sed in greco euāgelio unde in latinū
translatum est: non legitur bona: sed quecunq; uultis ut faciant uobis homines: hec
& facite illis. Credo propterea quia in eo ꝙ dixit uultis: iam uoluit intelligi bona. nō
enim ait cupitis: sed uultis. non tamen semper his proprietatibus locutio nostra fre/
nanda est: sed interdum his utendū est. Et cum legimus eos quoꝝ autoritati resultare
fas non est: ibi sunt intelligende ubi rectus sensus alium exitum nō potest inuenire.
sicut sunt que exempli gratia partim ex Propheta: partim ex Euangelio cōmemo/
rauimus. Quis enim nescit impios exultare leticia? Et tamen non est gaudere impiis
dicit dominus. Vnde quia nisi gaudere aliud est: quado proprie signateq; hoc uerbū
ponitur? Item quis negauerit: non recte precipi hominibus: ut quecunq; sibi ab aliis
fieri cupiunt: hec eis: & ipsi faciant: ne se inuicem turpitudine illicite uoluptatis ob/
lectent? Et tamen saluberrimum uerissimumq; preceptum est: quecunq; uultis ut
faciant uobis homines: eadem & uos facite illis. Et hoc unde: nisi quia hoc loco modo
quodam proprio uoluntas posita est: que in malo accipi non potest? Locutiōe uero
usitatiori q̄ frequentat maxime consuetudo sermonis: non utiq; diceretur noli uelle
mentiri: omne mendacium: nisi esset & uolūtas mala: a cuius prauitate illa distinguit:
quam predicauerunt angeli dicentes: pax in terra hominibus bone uoluntatis. Nam
ex abundanti additum est bone: si esse non potest nisi bona. Quid autem magnum
in caritatis laudibus dixisset Apostolus: ꝙ non gaudeat super iniquitate: nisi quia ita
malignitas gaudet? Nam & apud autores secularium litterarum talis istorū uerborū
indifferentia reperitur. Ait enim Cicero orator amplissimus. Cupio patres conscripti
uos esse clemētes. Quia hoc uerbum in bono posuit: quis tā peruerse doctus existat:
qui non eum cupio sed uolo potius dicere debuisse contendat? Porro apud Terētiū
flagitiosus adolescēs insana flagrans cupidīe: nihil uolo aliud inquit nisi Philomenā.
Quam uoluntatem fuisse libidinem: responsio que ibi serui eius senioris inducitᷓ: satis
indicat. Ait nāq; domino suo: Quanto satius est te id dare operam: quo istum amorē
ex animo amoueas tuo: q̄ id loqui quo magis libido frustra accendatur tua. Gaudiū

uero eos & in malo posuisse ille ipse Virgilianus testis est uersus: ubi has quattuor perturbationes summa breuitate complexus est. Hinc metuunt cupiunt gaudentq; dolentq;. Dixit etiam idem autor: mala mentis gaudia. Proinde uolunt cauēt timēt gaudent & boni & mali. Atq; ut eadem aliis uerbis enunciemus: cupiunt timent le-tantur & boni & mali. Sed illi bene: isti male: sicut hominibus seu recta seu peruersa uoluntas est. Ipsa quoq; tristicia: ꝑ qua Stoici nihil in animo sapiētis inueniri posse putauerūt: reperitur in bono: & maxime apud nostros. Nam laudat Apostolus Co-rinthios: ꝙ cōtristati fuerunt secundū deum. Sed fortasse quis dixerit illis Apostolū fuisse congratulatum: ꝙ contristati fuerunt penitendo: qualis tristicia nisi eorum q̄ peccauerunt esse non potest. Ita enim dicit. Video ꝙ epistola illa & si ad horam cō-tristauit uos: nūc gaudeo: non q̄a cōtristati estis: sed q̄a contristati estis in penitētiā. Contristati enim estis secundum deum: ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Que enim secundum deum tristicia est: penitentiam in salutem operatur: mundi autē tristicia operatur mortem. Ecce enim id ipsum secundum deum contristari: quantam perfecit in nobis industriam. Ac per hoc possunt Stoici pro suis partibus respōdere: ad hoc uideri utilem esse tristiciam: ut peccasse peniteat: in animo atem sapientis ideo esse non posse: quia nec peccatum in eum cadit cuius penitentia contristetē: nec ullum aliud malum quod perpetiendo & sentiēdo sit tristis. Nam & Alcibiadē ferūt si me de nomine hominis memoria non fallit: cum sibi beatus uideretur: Socrate dis-putante: & ei q̄m miser esset quoniam stultus esset demonstrante fleuisse. Huic ergo stulticie fuit causa etiam huius utilis optādeq; tristicie: qua homo esse se dolet: quod esse non debet. Stoici autem non stultum sed sapientem aiunt tristem esse nō posse. Verum his philosophis q̄d ad hāc questionē de animi perturbationibus attinet: iam respondimus in nono huius operis libro: ostendentes eos non tam de rebus: q̄m de uerbis cupidiores esse contentionis: q̄m ueritatis.

De perturbationibus animi: quarum affectus rectos habet uita iustorum. C.ix.

Apud nos autem iuxta scripturas sacras sanāq; doctrinam: ciues sancte ciuitatis dei in huius uite peregrinatione secundum deum uiuentes metuuut: cupiuntq; dolent. gaudentq;. Et quia rectus est amor eorum: istas omnes affectiones rectas habent. Metuunt penam eternam: cupiunt uitam eternam. dolent in re: quia ipi in semetipsis adhuc ingemiscunt adoptionem expectantes redemptionem corporis sui. gaudent in spe: quia fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoria. Item metuunt peccare. cupiunt perseuerare. dolent in peccatis. gaudent in operibus bonis. Ut enim metuant peccare: audiant: quoniam abundabit iniquitas refrigescet caritas multorum. Ut cupiant perseuerare: audiant quod scriptum est: qui perseuerauerit usq; in finem: hic saluus erit. Ut doleant in peccatis: audiant: si dixerimus q̄a peccatū non habemus: nosipsos seducimus. & ueritas in nobis non est. Ut gaudeāt in op[er]ibus bonis audiunt: hilarem datorem diligit deus. Item sicut se infirmitas eorū: firmitasq; habuerit: metuunt temptari: cupiunt temptari: dolent in temptationibus: gaudent in temptationibus. Ut enim metuant temptari: audiunt: si quis preoccupatus fuerit in aliquo delicto: uos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu māsuetudinis: intendens teipsum ne & tu tempteris. Ut autem cupiant temptari: audiant quendam uirum fortem ciuitatis dei dicentem: Proba me domine & tempta me: ure renes meos

& cor meum. Ut doleant in temptationibus: uident Petrum flentem. Ut gaudeant
intemptationibus: audiunt Iacobum dicentem. Omne gaudium existimate fratres
mei: cum intemptationes uarias incideritis. Non solum autem propter semetipsos his
mouentur affectibus: uerum etiam propter eos: quos liberari cupiunt: & ne pereant
metuunt: & dolent: si pereunt: & gaudent: si liberantẽ. Illũ quippe optimũ & fortissi/
mum uirum: qui in suis infirmitatibus gloriatur: ut eum potissimum cómemoremus:
qui in ecclesiam Christi ex gentibus uenimus: doctorem gentium in fide & ueritate:
qui & plus omnibus suis coapostolis laborauit: & pluribus epistolis populos dei nó eos
tantum qui presentes ab illo uidebantur: uerum etiam illos qui futuri preuidebantẽ
instruxit. Illum inq̃ uerum athletam Christi: doctum ab illo: unctum de illo: cru/
cifixum cum illo: gloriosum in illo: in theatro huius mundi cui spectaculum factus
est & angelis & hominibus: legitime magnum agonem certantem: & palmam superne
uocationis in anteriora sectãtem: oculis fidei libẽtissime spectant gaudere cum gau/
dentibus: flere cum flentibus: foris habentem pugnas intus timores: cupientẽ dissolui
& esse cũ Christo. desiderantem uidere Romãos: ut aliquem fructum habeat in illis:
sicut & in ceteris gentibus: emulantem Corinthios: & ipsa emulatione metuentem ne
seducantur eorum mentes a castitate que in Christo est: magnam tristiciam & con/
tinuum dolorem cordis de Israelitis habẽtẽ: ꝙ ignorantes dei iusticiam & suã uolẽtes
constituere: iusticie dei non essent subiecti: nec solum dolorem uerum etiam luctum
suum denuntiantem quibusdam: qui ante peccauerunt: & non egerunt penitentiam
super immundicia & fornicationibus suis. Hi motus: hi affectus de amore boni & de
sancta caritate uenientes: si uitia uocãda sunt: sinamus ut ea que uere uitia sunt uir/
tutes uocentur. Sed cum rectam rationem sequantur iste affectiones: quando ubi
oportet adhibentẽ: quis eas tunc morbidas seu uitiosas passiones audeat dicere? Quã/
obrem etiam ipse dominus in forma serui agere uitam dignatus humanã: sed nullum
habens omnino peccatum: adhibuit eas ubi adhibendas esse iudicauit. Neq; enim in
quo uerũ erat hominis corpus & uerus hominis animus: falsus erat humanus affectus.
Cum ergo eius in euangelio ista referuntur: ꝙ super duricia cordis Iudeorum cum
ira contristatus sit: ꝙ dixerit gaudeo propter uos: ut credatis: ꝙ Lazarũ resuscita/
turus etiam lachrymas fuderit: ꝙ concupiuerit cum discipulis suis manducare pascha:
ꝙ propinquante passione tristis fuerit anima eius usq; ad mortem: non falso utiq; re/
feruntur. Uerum ille hos motus certe dispensationis gratia ita cum uoluit suscepit
animo humano: ut cum uoluit factus est homo. Proinde quod fatendum est: etiam
cum rectas & secundum deum habemus has affectiones: huius uite sunt: non illius
quam futuram speramus: & sepe illis etiam inuiti cedimus. Itaq; aliquando quãuis nó
culpabili cupiditate: sed laudabili caritate moueamur: etiam dum nolumus: flemus.
Habemus ergo eas ex humane conditionis infirmitate: non aũt ita dominus Ihesus:
cuius & infirmitas fuit ex potestate. Sed dum uite huius infirmitatem gerimus: si eas
omnino nullas habeamus: tunc potius non recte uiuimus. Uituperabat enim & de/
testabatur Apostolus quosdã: quos etiam esse dixit sine affectióe. Illos etiã culpauit
sacer psalmus de qbus ait. Sustinui qui simul contristaretur: & non fuit. Nã omnino
non dolere dum sumus in hoc loco miserie: profecto sicut quidam etiam apud seculi
huius litteratos sensit: & dixit: non sine magna mercede cótingit immanitatis in ani/
mo: stuporis in corpore. Quocirca illa que apathia grece dicitur: que si latine posset
impassibilitas diceretur: si ita intelligenda est: in animo qppe non in corpore accipitẽ:
ut sine his affectionibus uiuatur: que contra rationem accidunt: menteq; perturbant:

bona plane & maxime optanda est: sed nec ipsa huius est uite. Non enĩ qualiumcũq;
uox est: sed maxime pioꝝ multumq; iustorum atq; sanctorum: si dixerimus quoniã
peccatum non habemus: nos ipsos seducimus. & ueritas in nobis non est. Tunc itaq;
apathia ista erit: quando peccatum in homine nullum erit. Nunc uero satis bene ui/
uitur sine crimine: sine peccato autem qui se uiuere existimat: nõ id agit ut peccatũ
non habeat: sed ut ueniam non accipiat. Porro si apathia illa dicenda est: cũ animũ
contingere omnino non potest ullus affectus: quis hunc stuporẽ non omnibus uitiis
iudicet esse peiorẽ? Potest ergo non absurde dici: perfectã beatitudinẽ sine stimulo
timoris & sine ulla tristicia futuram. Non ibi autem futurum amorem gladiumq;: qs
dixerit nisi omnimodo a ueritate seclusus? Si autẽ apathia illa ẽ: ubi nec metus ullus
exterret nec angit dolor: auersanda est in hac uita: si recte: hoc est secundum deum
uiuere uolumus. In illa uero beata: que sempiterna ꝓmittitᷣ: timor plãe superandus ẽ.
Timor nanq; ille de quo dicit Apostolus Iohannes: timor non est in caritate: sed ꝑ/
fecta caritas foras mittit timorem: quia timor penam habet: qui autem timet: nõ est
perfectus in caritate: non est eius generis timor: cuius ille quo timebat Apostolus
Paulus: ne Corinthii serpentina seducerentᷣ astutia. hũc enim timorem habet caritas:
immo non habebit nisi caritas: sed illius est generis timor q non est in caritate: de quo
& ipẽ Apostolus Paulus ait. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore.
Timor uero iste castus permanẽs in seculum seculi: si erit & in futuro seculo: nã alio
modo non põt intelligi permanere in seculum seculi: non erit timor exterrens a malo
quod accidere potest: sed tenens in bono quod amitti non potest. Vbi enim boni
adepti amor immutabilis est: profecto si dici potest: mali cauendi timor securus est.
Timoris quippe casti nomine ea uoluntas significata est: qua nos necesse erit nolle
peccare: & nõ sollicitudine infirmitatis ne forte peccemus: sed tranquillitate caritatis
cauere peccatum. Aut si nullius omnino generis timor ẽẽ poterit: in illa certissima se/
curitate perpetuoꝝ feliciumq; gaudiorum: sic dictũ ẽ timor domini castus ꝑmanẽs
in seculum seculi: quemadmodum dictũ est patientia pauperum non peribit in eter/
num. Neq; enim eterna erit ipsa patientia: que necessaria non est nisi ubi toleranda
sunt mala: sed eternum erit quo per patiẽtiam peruenitur. Ita forcasse timor castus
in seculum seculi dictus est permanens: quia id permanebit quo timor ipse perducit.
Que cum ita sint: quoniam recta uita dicẽda est qua perueniendum sit ad beatam:
omnes affectus istos uita recta rectos habet: peruersa peruersos: beata uero eademq;
eterna amorem habebit & gaudium: nõ solum rectum uerum etiam certum: timorẽ
autem & dolorem nullum. Vnde iam apparet utcumq; quales esse debeant in hac ꝑ/
egrinatione ciues ciuitatis dei: uiuentes secundum spiritum non secundum carnem:
hoc est secundum deum: non secundum hominem: & quales in illa quo tendunt im/
mortalitate futuri sunt. Ciuitas porro hoc est societas impiorum: non secundum deũ
sed secundum hominem uiuentiũ: & in ipso cultu false contemptuq; uere diuinitatis:
doctrinas hominum demonum ue sectantium: his affectibus prauis tanquã morbis
& perturbationibus quatitur. Et si quos ciues habet qui moderari tales motus & eos
quasi temperare uideãtur: sic impietate superba elati sunt: ut hoc ipso sint in eis ma/
iores tumores: quo minores dolores. Et si nõnulli tanto immaniore quanto rariore
uanitate hoc ĩ seipsis adornauerint: ut nullo prsus erigantᷣ & excitentᷣ: nullo flectãtᷣ
& inclinentᷣ affectu: humanitatẽ totã potius amittũt q̃ uerã asseqntᷣ tranquillitatẽ.
Non enim quia durum aliquid ideo rectum: aut quia stupidum est: ideo sanum.

An primos homines in paradiso constitutos nullis perturbationibus prius q̃ deliquerint: affectos fuisse credendum sit. C.x.

SEd utrum primus homo uel primi homines: duorum erat quippe coniugium: habebant istos affectus in corpore animali ante peccatum: quales in corpore spiritali non habebimus omni purgato finitoq; peccato: non immerito queritur. Si enim habebant: quomodo erant beati in illo memorabili beatitudinis loco id est in paradiso? Quis tandem absolute dici beatus potest: qui timore afficitur uel dolore? Quid autem timere uel dolere poterant illi homines in tantorum tanta affluentia bonorum: ubi nec mors metuebatur: nec ulla corporis mala ualitudo: nec aberat q̃cq̃ quod bona uoluntas adipisceretur: nec inerat quod carnem animum ue hominis feliciter uiuentis offenderet? Amor erat imperturbatus in deum: atq; inter se coniugũ fida & sincera societate uiuentium: & ex hoc amore grande gaudium non desistente quod amabatur ad fruendum. Erat deuitatio tranquilla peccati: qua manente nullum omnino aliunde malum quod contristaret irruebat. An forte cupiebãt ꝓhibitũ lignum ad uescendum contingere: sed mori metuebant: ac per hoc & cupiditas & metus iam tunc illos homines etiam in illo perturbabat loco? Absit ut hoc existimemus fuisse: ubi nullum erat omnino peccatum. Neq; enim nullum peccatum est: ea que lex dei prohibet concupiscere: atq; ab his quoq; abstinere timore pene non amore iusticie. Absit inquã ut ante omne peccatum iam ibi fuerit tale peccatum: ut hoc de ligno admitterent quod de muliere dominus ait: qui uiderit mulierem ad concupiscudam eam: iam mechatus est eam in corde suo. Quam igitur felices erant et nullis agitabantur perturbationibus animorum: nullis corporum ledebantur incommodis: tam felix uniuersa societas eẽt humana: si nec illi malum quod etiam in posteros traicerent: nec quisquam ex eorum stirpe iniquitatem committeret: que damnationem reciperet. Atq; ista permanente felicitate: donec per illam benedictionem qua dictũ est crescite & multiplicamini: predestinatorum sãctorum numerus compleretur: alia maior daretur que beatissimis angelis data est: ubi iam esset certa securitas peccaturũ neminem esse: neminemq; moriturum: & talis esset uita sanctorum post nullum laboris & doloris mortis experimentum: qualis erit post hec omnia in incorruptione corporum reddita resurrectione mortuorum.

De lapsu primi hominis in quo bene condita natura est nec põt nisi a suo autore reparari. C.xi.

SEd quia deus cuncta presciuit: & ideo hominem quoq; peccaturum ignorare non potuit: secundum id quod presciuit atq; disposuit ciuitatem sanctam eam debemus asserere: non secundum illud quod in nostram cognitionem peruenire non potuit: quia in dei dispositione non fuit. Non enim homo peccato suo diuinũ potuit perturbare consilium: quasi deum quod statuerat: mutare compulerit: cum deus presciendo utrũq; preuenerit: id est & homo quem bonum creauit q̃ malus eẽt futurus: & quid boni etiam sic de illo esset ipse facturus. Deus enĩ & si dicitur statuta mutare: unde tropica locutione in scripturis sanctis etiam penituisse legitur deum: iuxta id dicitur: q̄ homo sperauerat: uel naturalium causarum ordo gestabat: nõ iuxta id q̄d

XIIII

se omnipotens facturũ esse presciuerat. Fecit itaq; deus sicut scriptum est hominem
rectum: ac per hoc uoluntatis bone. Non enim rectus esset: bonam non habens uo/
luntatem. Bona igitur uoluntas opus est dei cum ea quippe ab illo factus est homo.
Mala uero uoluntas prima: quoniã omnia mala opera ꝓcessit in homine: defectus
potius fuit quidam ab opere dei ad sua opera: q̃ opus ullum. Et ideo mala opera quia
secundum se non secũdum deum: ut eorum operum tanq̃ fructuum maloꝝ uolũtas
ipsa esset uelut arbor mala: aut ipse homo in quantum male uoluntatis. Porro mala
uoluntas q̃uis non sit secundum naturam: sed contra naturam: quia uitium est: tamẽ
eius nature est cuius est uitium: quod nisi in natura non potest esse: sed in ea quam
creauit ex nihilo: nõ quam genuit creator de semetipso: sicut genuit uerbum per qđ
facta sũt omnia. Quia & si de terre puluere deus finxit hominẽ: eadem terra omnisq;
terrena materies omnino de nihilo est. animamq; de nihilo factam dedit corpori: cũ
factus est homo. Usq; adeo aũt mala uincuntur a bonis: ut q̃uis sinantur esse ad de/
monstrandum q̃ possit & ipsis bene uti iusticia prouidentissima creatoris: bona tamẽ
sine malis esse possint: sicut deus ipse uerus & summus: sicut omnis sup istũ caliginosũ
aerem celestis inuisibilis uisibilisq; creatura: mala uero nisi in bonis esse non possint:
quia nature in quibus sunt: in quãtum nature sunt: utiq; bone sunt. Detrahitᷣ porro
malũ: non aliqua natura: que accesserat uel ulla eius parte sublata: sed ea que uitiata
ac deprauata fuerat sanata: atq; correcta. Arbitrium igitur uoluntatis tunc est uere
liberum: cum uitiis peccatisq; non seruit. Tale datum est a deo: quod amissum ꝓprio
uitio: nisi a quo dari potuit reddi non potest. Unde ueritas dicit. si uos filius libera/
uerit: tunc uere liberi eritis. Idipsum est: ac si diceret: si uos filius saluos fecerit: tunc
uere salui eritis. Inde quippe liberator: unde saluator. Viuebat itaq; homo secundũ
deum ĩ paradiso: & corporali & spiritali. Neq; enim erat paradisus corporalis ꝓpter
corporis bona: & propter mentis non erat spiritalis. Aut uero erat spiritalis quo per
interiores: & non erat corporalis quo p exteriores sensus homo frueretur? Erat plãe
utrunq; propter utrũq;. Postea uero q̃ superbus ille angelus: ac per hoc inuidus: per
eãdem superbiam a deo ad semetipsum conuersus: & quodam quasi tyrannico fastu
gaudere de subditis q̃ esse subditus eligens: de spiritali paradiso cecidit: de cuius lapsu
sociorumq; eius qui ex angelis dei angeli eius effecti sunt: in libris undecimo & duo/
decimo huius operis satis quantũ potui disputaui: male suasa uersutia in hõis sensum
serpere affectans: cui utiq; stãti quoniã ipe ceciderat inuidebat: colubrũ in paradiso
corporali: ubi cum duobus illis hominibus masculo & femina: animalia etiã terrestria
cetera subdita & innoxia uersabantur: animal scilicet lubricum & tortuosis anfrac/
tibus mobile: operi suo cõgruum per quem loqueretᷣ eligit: eoq; per angelicã ꝓsentiã
prestantioreq; naturam spiritali nequicia sibi subiecto: & tanq̃ instrumẽto abutẽs
fallacia sermocinatus ẽ femine: a parte scilicet inferiore illius humane copule incipiẽs:
ut gradatim perueniret ad totum: non estimans uirum facile credulum: nec errando
posse decipi: sed dum alieno cedit errori. Sicut enim Aaron erranti populo ad idolũ
fabricandum non consensit inductus: sed cessit obstrictus: nec Salomonem credibile
est errore putasse idolis esse seruiendum: sed blanditiis femineis ad illa sacrilegia fuisse
compulsum: ita credendum est illum uirum sue femine: uni unum hominem homini:
coniugem coniugi: ad dei legem transgrediendum non tanq̃ uerum loquenti credidisse
seductum: sed sociali necessitudine paruisse. Non enim frustra dixit Apostolus Adã
non est seductus: mulier autem seducta est: nisi quia illa quod ei serpens locutus est
tanq̃ uerũ esset: accepit ille autem ab unico noluit cõsortio dirimi: nec in cõmuniõe

peccati: nec ideo[o] minus reus sed sciens prudensq; peccauit. Vnde & Apostolus non ait non peccauit: sed non est seductus. Nã utiq; ipsum ostendit ubi dicit: per unũ hoīem intrauit peccatum in mundum: & paulopost apertius. in similitudine inquit p̄uarica/tionis Ade. Hos autem seductos intelligi uoluit: qui id quod faciunt non putant esse peccatum ille autem sciuit. Alioquin quomodo uerum erit: Adam non est seductus? Sed inexpertus diuine seueritatis in eo falli potuit: ut ueniale crederet eē cõmissum. Ac per hoc in eo quidem ꝙ mulier seducta est non est ille seductus: sed eũ fefellit: quomodo fuerat iudicandum quod erat dicturus: mulier quam dedisti mihi sotiam: ipsa mihi dedit & manducaui. Quid ergo opus est pluribus? Et si credendo non sunt ambo decepti: peccando tamen ambo sunt capti: & diaboli laqueis implicati.

De qualitate primi hominis peccati admissi. C. xii.

SI quem uero mouet cur aliis peccatis sic natura non mutetur humana: quēad/modum illa duorum primorum hominum preuaricatione mutata est: ut tante corruptioni quantam uidemus atq; sentimus: & per hanc subiaceret & morti: ac tot & tantis tanq; inter se contrariis perturbaretē & fluctuaret affectibus: qualis in pa/radiso ante peccatũ licet in corpore esset aīalis utiq; non fuit. sed quis hoc mouetē: ut dixi: non ideo debet existimare leue ac paruũ illud fuisse commissum: quia in esca factum est: non quidem mala: nec noxia nisi quia prohibita. Neq; enim quicq̃ mali deus in illo tante felicitatis paradiso crearet atq; plantaret. Sed obedientia commen/data est in precepto: que uirtus in creatura rationali mater quodammodo est omniũ custosq; uirtutum. quando quidem sic facta est ut ei subditam eē sic utile: pernitiosũ autem suam non eius a quo creata est facere uolũtatem. Hoc itaq; de uno cibi ge/nere non edendo: ubi alioꝝ tanta copia subiacebat: tam leue preceptũ ad obseruãdũ tam breue ad memoriam retinendum: ubi presertim nõdum uoluntati cupiditas re/sistebat: quod de pena transgressionis postea subsecutum est: tanto maiore iniusticia uiolatum est: quanto faciliore posset obseruantia custodiri.

Quod in preuaricatione Ade ad opus malum uoluntas accessit mala. C. xiii.

IN occulto autem mali esse ceperunt: ut in apertam inobedientiã laberentur. Nõ enim ad malum opus perueniretur: nisi precessisset mala uolũtas. Porro male uo/luntatis initium quid potuit esse nisi superbia? Initium enim omnis peccati superbia est. Quid est autem superbia: nisi peruerse celsitudinis appetitus? Peruersa enim est celsitudo: deserto eo cui debet animus inherere: principium sibi quodammodo fieri atq; eē. Principiũ hoc fit: cum sibi nimis placet. Sibi uero ita placet: cum ab illo bono immutabili deficit: quod ei magis placere debuit: q̃ ipse sibi. Spontaneus aũt est iste defectus: quoniam si uoluntas in amore superioris immutabilis boni a quo illustra/batur ut uideret: & accendebatur ut amaret: stabilis permaneret: non inde ad sibi placendum auerteretur: et ex hoc tenebrasceret & frigesceret: ut uel illa uerum cre/deret dixisse serpentem: uel ille dei mandato uxoris preponeret uoluntatē: putaretq; se uenialiter transgressorē esse p̄cepti: si uite sue sotiam nõ desereret etiã in sotietate peccati. Non ergo malum opus factum est id est illa transgressio: ut cibo prohibito uescerentur: nisi ab eis qui mali iam erant. Neq; enim fieret ille fructus malus: nisi ab

arbore mala. Ut autem esset arbor mala contra naturam factum est: quia nisi uitio uoluntatis quod contra naturam ē: non utiq; fieret: sed uitio deprauari nisi ex nihilo facta natura non posset. Ac per hoc ut natura sit ex eo habet ꝙ a deo facta est: ut aūt ab eo: quod facta est deficiat: ex hoc ꝙ de nihilo facta est. Nec sic defecit homo ut omnino nihil esset: sed ut inclinatus ad seipsum minus esset q̄ erat: cum ei qui summe est inherebat. Relicto itaq; deo: esse in semetipso hoc est sibi placere: non iam nihil esse est: sed nihilo propinquare. Unde superbi secundum scripturas sanctas: alio nomine appellantur sibi placentes. Bonum est enim sursum habere cor: non tamen ad seipsum quod est superbie: sed ad dominum quod est obedientie: que nisi humiliū nō potest esse. Est igitur aliquid humilitatis miro modo: quod sursum faciat cor: & est aliquid elationis quod deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium uidetur: ut elatio sit deorsum: & humilitas sursum. Sed pia humilitas facit subditum superiori. nihil est autem superius deo: & ideo exaltat humilitas que facit subditū deo. Elatio autem que in uitio est: eo ipso quo respuit subiectionem: cadit ab illo quo non est quicq̄ superius: & ex hoc erit inferius: & fit quod scriptum est. Deiecisti eos: cum extollerentur. Non enim ait cum elati fuissent: ut prius extollerētur: & postea deicerent: sed cum extollerentur: tunc deiecti sunt. Ipsum quippe extolli: iam deici est. Quapropter ꝙ nūc in ciuitate dei & ciuitati dei in hoc seculo peregrinanti maxīe cōmēdat humilitas: & in eius rege qui est Christus maxime predicatur: contrariūq; huic uirtuti elationis uitium: in eius aduersario qui est diabolus maxime dominari: sacris litteris edocetur. Profecto ista est magna differentia qua ciuitas unde loquimur utraq; discernitur. una scilicet societas piorum hominum: altera impiorum: singula queq; cum angelis ad se pertinentibus: in quibus precessit hac amor dei: hac amor sui. Manifesto ergo apertoq; peccato: ubi factum est: quod deus fieri prohibuerat: diabolus hominē non decepisset. nisi iam ille sibi ipi placere cepisset. Hinc enim & delectauit: qđ dictū est eritis sicut dii: quod melius esse possent summo ueroq; principio coherēdo ꝑ obedientiam: non suum sibi existendo principiū per superbiam. Dii enim creati: non sua ueritate: sed dei ueri participatione sunt dii: plus autem appetendo minus est: qui dū sibi sufficere diligit: ab illo q ei uere sufficit: deficit. Illud itaq; malū quo cū sibi homo placet: tanq̄ sit & ipse lumē: auertitur ab eo lumine: quod ei si placet: & ipse fit lumē. Illud inq̄ malum precesserat in abdito: ut sequeretur hoc malum: quod perpetratum est in aperto. Uerum est enim: quod scriptū est. Ante ruinam exaltatur cor: & ante gloriam humiliatur. Illa prorsus ruina que fit in occulto: precedit ruinam que fit in manifesto: dum illa ruina esse non putatur. Quis enim exaltationem ruinam putat: Cum iam sit ibi defectus: quo est relictus excelsus? Quis autem ruinam esse non uideat: quando fit mandati euidens & indubitata transgressio? Propter hoc deus illud prohibuit: quod cum esset admissum: nulla defendi posset imaginatione iustitie. Et ideo audeo dicere: superbis esse utile cadere in aliquod apertum manifestūq; peccatum: unde sibi displiceant qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit: quando fleuit: q̄m sibi placuit: quando presumpsit. Hoc dicit & sacer psalmus. Imple facies eoꝝ ignominia: & querēt nomē tuū dn̄e. id est ut tu eis placeas querētibus nomē tuū: q sibi placuerant: querendo suū.

¶ De superbia transgressionis: que ipsa fuit transgressione deterior. ¶ C. xiiii.

Sed est peior damnabiliorq; superbia: q̄ etiam in peccatis manifestis suffugium excusationis inquiritur: sicut illi primi homines: quorum & illa dixit: serpens seduxit me: & manducaui: & ille dixit mulier quam dedisti mihi: hec mihi dedit de ligno: & edi. Nus q̄ hic sonat petitio uenie: nus q̄ imploratio medicine. Nam licet isti non sicut Cayn quod commiserunt negent: adhuc tamen superbia querit in alium referre: quod perperam fecit. superbia mulieris in serpentem: superbia uiri in mulierē. Sed accusatio potius: q̄ excusatio uera est: ubi mādati diuini est aperta transgressio. Neq; n. hoc ꝓpterea nō fecerunt: quia id mulier serpente suadente: uir muliere im/partiente commisit: q̄si quicq̄ deo cui uel crederet: uel cederet anteponendū fuerit.

De iusticia retributionis quam primi hoīes pro sua inobedientia receperunt. C.xv.

Quia ergo contemptus est deus iubens qui hominem creauerat: qui ad suā ima/ginem eum fecerat: qui ceteris aīalibus ꝓposuerat: qui in paradiso cōstituerat: qui rerum oīm copiam salutisq; prestiterat: qui preceptis nec pluribus: nec grandibus: nec difficilibus onerauerat: sed uno breuissimo atq; leuissimo ad obediētie salubritatē adminiculatus fuerat: quo super eam creaturam cui libera seruitus expediret se esse dominum commonebat: iusta damnatio subsecuta est: talisq; damnatio: ut homo qui custodiendo mandatum futurus fuerat etiam carne spiritalis: fieret etiam mēte car/nalis: & quia superbia sibi placuerat: dei iusticia sibi donaretur: ne sicut affectabat in sua esset omnimodo potestate: sed a seipso quoq; dissentiens: sub illo cui peccādo cō/sensit: pro libertate quam concupiuit: duram miseramq; ageret seruitutem: mortuus spiritu uolens: & corpore moriturus inuitus: desertor eterne uite: etiā eterna nisi gra/tia liberaret: morte damnatus. Quisq; huiusmodi damnationem uel nimiā: uel iniustā putat: metiri profecto nescit: quanta fuerit in peccando iniquitas: ubi tanta erat nō peccandi facilitas. Sicut enim Abrae nō immerito magna obedientia predicatur: qa ut occideret filium: res difficillima est imperata: ita & in paradiso tāto maior inobe/dientia fuit: quanto id qđ preceptum est nullius difficultatis fuit. Et sicut obedientia secundi hōis eo predicabilior quo factus est obediens usq; ad mortem: ita inobediētia primi hominis eo detestabilior quo factus est inobediens usq; ad mortem. Vbi enim magna est inobedientie pena proposita: & res a creatore facilis imperata: quis nā satis explicet: quantum malum sit non obedire in re facili & tante potestatis imperio: et tāto terrenti supplicio? Deniq; ut breuiter dicatur: in illius peccati pena: qd inobe/dientie nisi inobedientia retributa est? Nam que hoīs est alia miseria: nisi aduersus eum ipsum inobediētia eius ipsius: ut quoniam noluit quod potuit: quod non potest uelit? In paradiso enim etiam si non omnia poterat ante peccatum: quicquid tamen non poterat: nō uolebat: & ideo poterat omnia: que uolebat. Nunc uero sicut in eius stirpe cognoscimus: & diuina scriptura testatur: homo uanitati similis factus ē. Quis enim enumerat q̄multa que non potest uelit: dum sibi ipse id est uoluntati eius ipse animus eius: eoq; inferior caro eius non obtēperat? Ipso nanq; inuito: & animus ple/runq; turbatur: & caro dolet: & ueterascit: & moritur: & quicquid aliud patimur: qđ non pateremur inuiti: si uoluntati nostre nostra natura omnimodo atq; ex omnibus partibus obediret. At enī aliqd caro patitˀ: quo seruire nō sinitur. Quid interest ūde: dum tamen per iusticiam dominātis dei: cui subditi seruire noluimus: caro nostra que nobis subdita fuerat non seruiendo molesta sit: quāuis nos deo non seruiendo molesti

nobis potuerimus eẽ nõ illi? Neq;.n. sic ille nostro ut nos seruitio corpis indigemus. & ideo nostra est quod percipimus: non illius pena quod fecimus. Dolores porro qui dicunẽ carnis: anime sunt in carne: & ex carne. Quid enim caro per seipsam sine aĩma uel dolet: uel concupiscit? Sed cũ concupiscere caro dicitur uel dolere: aut ipẽ homo est: sicut disseruimus: aut aliquid anime quod carnis afficit passio: uel aspera: ut faciat dolorem: uel lenis: ut uoluptatem. Sed dolor carnis tantummodo offensio est anime ex carne: & quedã ab eius passione dissensio: sicut anime dolor: que tristicia nũcupatẽ: dissensio est ab iis que nobis nolẽtibus acciderunt. Sed tristiciã plerunq; precedit metus: qui & ipse in anima est: non in carne. Dolorem autem carnis non precedit ullus quasi metus carnis: qui ante dolorem in carne sentiatur. uoluptatẽ uero pcedit quidã appetitus qui sentitur in carne: quasi cupiditas eius. sicut fames & sitis: & ea que in genitalibus usitatius libido nominatẽ: cum hoc sit generale uocabulum omnis cupiditatis. Nam & ipsam iram nihil aliud esse q̃ ulciscendi libidinem ueteres definierunt. quãuis nonnunq̃ homo ubi uindicte nullus est sensus: etiam rebus inanibus irascatẽ: ut male scribentem stilum collidat: uel calamum frangat iratus. Verum & ista licet irrationabilior: tamen quedam ulciscendi libido est. & nescioque ut ita dixerim: quasi umbra retributionis: ut qui mala faciunt: mala patiantur. Est igitur libido ulciscendi que ira dicitur: est libido habendi peccuniam: que auaricia: est libido quomodocunq; uincẽdi que peruicacia: est libido gloriandi: que iactantia nuncupatur. Sunt multe uarieq; libidines: quarum nonnulle habent etiam uocabula propria quedam uero nõ habent. Quis enim facile dixerit quid uocetur libido dominandi: quam tamen plurimũ ualere in tyrannorum animis etiam ciuilia bella testantur?

¶ De libidinis malo cuius nomen cum multis uitiis congruat: proprie tamen motibus obscoenis corporis ascribitur. ¶ C.xvi.

CVm igitur sint multarum libidines rerum: tamen cum libido dicitur neq; cuius rei libido sit additur: non fere assolet animo occurrere: nisi illa qua obscene ptes corporis excitatur. Hec autem sibi non solum totum corpus: nec solum extrinsecus: uerum etiam intrinsecus uẽdicat: totumq; commouet hominem: animi simul affectu cum carnis appetitu coniuncto: atq; permixto: ut ea uoluptas sequatur: qua maior in uoluptatibus corporis nulla est: ita ut momẽto ipso temporis quo ad eius peruenitẽ extremum: pene omnis acies & quasi uigilia cogitationis obruatur. Quis autẽ amicus sapientie sanctorumq; gaudiorum coniugalem agens uitam: sed sicut Apostolus monuit sciens suũ uas possidere in sanctificatione & honore: nõ in morbo desiderii sicut & gentes que ignorant deum: non mallet: si posset: sine hac libidine filios procreare: ut etiam in hoc ferende prolis officio: sic eius menti ea que ad hoc opus creata sunt: quẽadmodũ cetera suis queq; operibus distributa membra seruirent: nutu uoluntatis acta non estu libidinis incitata? Sed neq; ipi amatores huius uoluptatis: siue ad cõcubitus coniugales: siue ad immunditias flagitioꝝ cum uoluerint commouentur: sed aliq̃ndo importunus est ille motus nullo poscente. aliquando autem destituit inhiantem: & cũ in animo concupiscentia ferueat: friget in corpore: atq; ita mirum in modum nõ solũ generandi uoluntati: uerum etiam lasciuiendi libidini libido non seruit. & cum tota plerunq; menti cohibenti aduersetur nonnunq̃ aduersus seipsa diuiditur. commotoq; animo in commouendo corpore seipsa non sequitur.

¶ De nuditate primorum hominum: quam post peccatũ turpẽ: pudendãq; uiderũt. C.XVII.

MErito huius libidinis maxime pudet. merito & ipsa membra: que suo quodam ut ita dixerim iure: non omnimodo ad arbitrium nostrum: mouentur: aut non mouentur: pudenda dicuntur: quod ante peccatum hominis non fuerunt. Nam sicut scriptũ est: nudi erant: & non confundebantur: nõ ꝙ eis sua nuditas esset incognita: sed turpis nuditas nondum erat: quia nõdum libido membra illa preter arbitriũ cõmouebat: nondum ab hominis inobedientiam redarguendam sua inobedientia caro quodammõ testimõium perhibebat. Neq; enim ceci creati erant ut imperitũ uulgus opinatur: q̃ndo quidem & ille uidit animalia: quibus nomina imposuit: & de illa legitũ uidit mulier quia bonum est lignum in escam: & quia placet oculis ad uidendũ. Patebant ergo oculi eorum: sed ad hoc non erant aperti: hoc est non attenti: ut cognoscerent quid eis indumento gratie prestaretur: quando membra eorum uoluntati repugnare nesciebant. Qua gratia remota: ut pena reciproca inobedientia plecteretũ: extitit in motu corporis quedã impudens nouitas: unde esset indecens nuditas: & fecit attentos: reddiditq; confusos. Hinc est ꝙ postea q̃ mandatum dei apta transgressiõe uiolarunt scriptum est de illis. Et aperti sunt oculi amborũ: & cognouerunt: qa nudi erant: & consuerunt folia ficus: & fecerunt sibi campestria. Aperti sunt inquit oculi amborum: non ad uidendum: nam & antea uidebant: sed ad discernẽdum inter bonũ quod amiserant: & malum quo ceciderant. Vnde & ipsum lignum eo ꝙ istam faceret dinoscentiam: si ad uescendum contra uetitum tangeretur: ex ea re nomen accepit: ut appellaretur lignum scientie boni & mali. Ex aperta enim morbi molestia: euidẽtior fit etiã iocũditas sãitatis. Cognouerũt ergo quia nudi erant: nudati scilicet ea gratia: qua fiebat: ut nuditas corporis nulla eos lege peccati menti eorum repugnante confunderet. Hoc itaq; cognouerunt: qđ felicius ignorarent: si deo credẽtes: & obediẽtes non committerent: quod eos cogeret experiri: infidelitas & inobedientia qd noceret. Proinde confusi inobedientia carnis sue: tanq̃ teste pena inobedientie sue: consuerunt folia fici: & fecerunt sibi campestria: id est succinctoria genitaliũ. Nam qdã interp̃tes succinctoria posuerunt. Porro autem campestria latinum quidem uerbum est: sed ex eo dictum: ꝙ iuuenes qui nudi exercebantur in campo pudenda operiebant. unde q ita succincti sunt campestratos uulgus appellat. Quod itaq; aduersus damnatã culpã inobedientie uoluntatẽ libido inobedienter mouebat: uerecundia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes quoniam ab illa stirpe ꝑcreate sunt: usq; adeo tenent in usu pudenda uelare: ut quidam Barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeãt: sed cum earum tegumentis lauant. per opacas quoq; Indie solitudines cum quidam nudi philosophentur: unde Gymnosophiste nominantur: adhibent tamen genitalibus tegumenta: quibus per cetera membroꝝ carẽt.

¶ De pudore concubitus: non solum uulgari: sed etiã coniugali. C.XVIII.

OPus uero ipsum quod libidine tali peragitur: non solum in quibusq; stupris ubi latebre ad subterfugienda humana iudicia requiruntur: uerũ etiam in usu scortorum quam terrena ciuitas licitam turpitudinem fecit: quamuis id agatur quod eius ciuitatis nulla lex uindicat: deuitat tñ publicum etiam permissa atq; impunita libido conspectum: & uerecundia naturali habẽt prouisum lupanaria ipsa secretũ: faciliusq;

potuit impudicitia nō habere uincula prohibitionis: q̄ impudentia remouere latibula illius feditatis. Sed hanc etiam ipsi turpes turpitudinem uocant: cuius licet sint ama/tores: ostentatores esse nō audent. Quid cōcubitus coniugalis: q scd'm matrimonialiū prescripta tabularum procreādorū fit causa liberorum? Nonne & ipse q̄q̄ sit licitus & honestus: remotum ab arbitris cubile conquirit? Nonne omnes famulos atq; ipsos etiam paranymphos & quoscūq; ingredi quelibet necessitudo permiserat: ante mittit foras q̄ uel blandiri coniunx coniugi incipiat? Et quoniam sicut ait quidam etiam Romani maximus autor eloquii: omnia recte facta in luce se collocari uolunt. id ē appetunt sciri. hoc recte factum sic appetit sciri: ut tamen erubescat uideri. Quis enī nescit ut filii procreentur: quid inter se coniuges agant: quando quidem ut id agatur: tanta celebritate ducuntur uxores: & tñ cum agitur: unde filii nascantur: nec ipi filii si qui inde iam nati sunt testes fieri permittuntur? Sic enim hoc recte factum ad sui notitiam lucem appetit animorum: ut tamen refugiat oculorum. Vnde hoc? nisi qa sic geritur: quod deceat ex natura: ut etiam quod pudeat: comitetur ex pena.

¶ Quod partes ire atq; libidinis tā uitiose mouentur: ut eas necesse sit frenis sapiētie cohiberi: que in illa ante peccatum nature sanitate non fuerunt. ¶ C.xix.

Hinc est φ & illi philosophi qui ueritati propius accesserunt: iram atq; libidinē uitiosas animi partes esse confessi sunt: eo φ turbide atq; inordinate mouerent' ad ea etiam que sapientia perpetrari uetat: ac per hoc opus habere moderatrice mēte atq; ratione. Quam partē animi tertiam: uelut in arce quadā ad istas regēdas phibēt collatam: ut illa imperante istis seruientibus: possit in homine iusticia ex omni animi parte conseruari. He igitur partes quas & in homine sapiente ac temperante fatētur esse uitiosas: ut eas ab his rebus: ad quas iniuste mouentur: mens compescendo & cohi/bendo refrenet ac reuocet: atq; ad ea permittat: que sapientie lege concessa sunt: sicut iram ad exercēdam iustam coertionem: sicut libidinem ad propagande prolis officiū: he inq̄ partes in paradiso ante peccatum uitiose non erant. Non enim contra rectā uoluntatem ad aliquid mouebantur: unde necesse esset eas rationis tanq̄ frenis regē/tibus abstinere. Nam φ nunc ita mouentur: & ab eis qui temperanter & iuste & pie uiuunt: alias facilius: alias difficilius: tamen cohibendo & refrenando modificant': non est utiq; sanitas ex natura: sed languor ex culpa. Quod autem ire opera: aliarumq; affectionum in quibusq; dictis atq; factis non sic abscondit uerecundia ut opera li/bidinis: que fiunt genitalibus membris: quid cause est: nisi quia in ceteris mēbra corpis non ipse affectiones: sed cum eis consenserit: uolūtas mouet: que in usu eorū omnino dominat'? Nam quisquis uerbū emittit iratus: uel etiā quēq̄ percutit: non posset hoc facere: nisi lingua & manus iubente quodammō uoluntate: mouerentur. que mēbra etiā cū ira nulla est: mouent' eadem uoluntate. At uero genitales corporis partes ita libido suo iuri quodammō mancipauit: ut moueri non ualeant: si ipsa defuerit: & nisi ipsa uel ultro uel excitata surrexerit. Hoc est: quod pudet: hoc ē: quod intuentium oculos erubescendo deuitat. Magisq; fert homo spectantium multitudinem quando iniuste irascitur homini: q̄ uel unius aspectum quando iuste miscetur uxori.

¶ De uanissima turpitudine Cynicorum. ¶ C.xx.

Hoc illi canini philosophi hoc est cynici nõ uiderunt: ꝓferentes cõtra humanã uerecundiam: quid aliud q̃ caninam: hoc est immundam impudenteq; sentẽtiã: ut scilicet quoniam iustum est quod fit cum uxore: palam non pudeat id agere: nec in uico nec platea qualibet coniugalem concubitum deuitare. Vicit tamẽ pudor naturalis opinionem eius erroris. Nam & si perhibent hoc aliquando gloriabundũ fecisse Diogenem: ita putantem sectam suam nobiliorem futuram: si in hominum memoriã insignior eius impudentia figeretur: postea tamẽ a cynicis fieri cessatum est. plusq; ualuit pudor ut erubescerent homines hominibus: q̃ error ut homines canibus eẽ similes affectarent. Vnde & illum uel illos qui hoc fecisse referuntur: potius arbitror concũbentium motus dedisse oculis hominũ nescientium quid sub pallio gereret: q̃ humano premente conspectu potuisse illam peragi uoluntatem. Ibi enim phi nõ erubescebãt uideri se uelle concũbere: ubi libido ipsa erubesceret surgere. Et nunc uidemus adhuc esse philosophos cynicos. Hi enim sunt qui non solum amiciuntur pallio: uerum etiã clauam ferunt. nemo tamen eorum audet hoc facere: quod si aliqui ausi essent: ut nõ dicam ictibus lapidantium: certe conspuentium saliuis obruerentur. Pudet igit̃ huius libidinis humanam sine ulla dubitatiõe naturam. & merito pudet. In eius quippe inobediẽtia que genitalia corpis mẽbra solis suis motibus subdidit: & potestate uolũtatis eripuit: satis ostenditur: quid sit hominis illi prime inobedientie retributum qđ in ea parte maxime oportuit apparere: qua generatur ipa natura: que illo pmo & magno in deterius est mutata peccato: a cuius nexu nullus eruitur: nisi id: quod cum omnes in uno essent in communem perniciem perpetratum est: & dei iusticia uindicatũ: dei gratia in singulis expietur.

De benedictione multiplicãde fecũditatis humane ante peccatum quam preuaricatio non adimeret: & cui libidinis morbus accesserit. C. xxi.

Absit itaq; ut credamus illos coniuges in paradiso constitutos: per hanc libidinem de qua erubescendo eadem membra texerunt: impleturos fuisse: quod in sua benedictione deus dixit: crescite: & multiplicamini: & implete terram. Post peccatũ quippe orta est hec libido: post peccatũ eã natura nõ impudens amissa potestate cui corpus ex omni parte seruiebat: sẽsit: attẽdit: erubuit: operuit. Illa uero benedictio nuptiarum: ut coniugati crescerent: & multiplicarentur: & implerent terram: quamuis & in delinquentibus manserit: tamen anteq̃ delinquerent: data est: ut cognosceretur: ꝓcreationẽ filiorum ad gloriam connubii: non ad penam pertinere peccati. Sed nunc homines profecto illius: que in paradiso fuit felicitatis ignari: nisi per hoc quod experti sunt: id est per libidinem de qua uidemus ipsam etiam honestatem erubescere nuptiarum: non potuisse gigni filios opinantur. alii scripturas diuinas. ubi legitur post peccatum puduisse nuditatis: & pudenda esse contecta: prorsus non accipientes: sed infideliter irridentes: alii uero quamuis eas accipiant: & honorent: illud tamen quod dictum est crescite & multiplicamini non secundum carnalem fecunditatem uolunt intelligi: q͞a & secundum animam legitur tale aliquid dictum. Multiplicabis in anima mea uirtutẽ. ut id qđ in genesi sequit̃ & implete terrã: & dñamini eius: terrã intelligãt carnẽ quã psentia sua implet aĩma eius: que max ĩe dominat̃: cũ in uirtute multiplicat̃. carnales aũt fetus sine libidine: que post peccatũ exorta: inspecta: cõfusa: uelata est: nec tũc nasci potuisse: sicut neq; nũc possunt: nec in padiso futuros fuisse. sed foris sicut et factũ ẽ. Nã posteaq̃ inde dimissi sunt: ad gignẽdos filios coierunt eosq; genuerunt.

De copula coniugali a deo prius instituta atq; benedicta. C.xxii.

Hos autem nullo modo dubitamus: secundū benedictionem dei crescere & multiplicari & implere terram: donum esse nuptiarum: quas deus ante peccatū hōis ab initio constituit: creando masculum & feminam: qui sexus euidens utiq; in carne est. Huic quippe operi dei & benedictio ipsa subiuncta est. Nam cum scriptura dixisset: masculū & feminam fecit eos: cōtinuo subdidit: & benedixit eos deus dicēs: crescite: & multiplicamini: & implete terram: & dominamini eius. & cetera. Que omnia quanq̄ non inconuenienter possint etiam ad intellectum spiritalem referri: masculus tamen & femina non sicut simile aliquid etiam in homine uno intelligi potest: quia uidelicet in eo aliud est quod regit: aliud quod regitur: sed sicut euidētissime apparet in diuersi sexus corporibus masculum & feminam ita creatos: ut prolem generando crescerent: & multiplicarent: & implerent terram. Cui sententie tam euidenti magne absurditatis est reluctari. Neq; enim de spiritu qui imperat: & carne que obtemperat: aut de aīmo rationali qui regit: & irrationali cupiditate: que regitur: aut de uirtute cōtemplatiua: que excellit: & de actiua: que subditur: aut de intellectu mentis: & sensu corporis: sed aperte de uinculo coniugali: quo inuicem sibi uterq; sexus obstringit dominus interrogatus: utrum liceret quacūq; causa dimittere uxorem: quoniam propter duritiam cordis Israelitarum Moyses dare libellum repudii permisit: respondit atq; ait. Non legistis qa q fecit hominem ab initio: masculum & feminam fecit eos: & dixit. propter hoc dimittet homo patrē & matrē & adherebit uxori sue: & erunt duo in carne una? Itaq; iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet. Certum est igitur masculum & feminā ita primitus institutos: ut nunc homines duos diuersi sexus uidemus: & nouimus: unum autem dici uel propter coniunctionem: uel ꝑpter originē femine: que de masculi latere creata ē. Nā & Apostolus ꝑ hoc ꝑmū qđ deo instituēte ꝓcessit exemplū: singulos quosq; admonet: ut uiri uxores suas diligant.

An etiā in paradiso generandū fuisset: si nemo peccasset. uel utꝝ cōtra actū libidis pugnatura illic fuisset traditio castitatis. C.xxiii.

Quisq; autē dicit non fuisse coituros: nec generaturos nisi peccassent: quid dicit nisi propter numerositatem sanctorum necessarium hominis fuisse peccatum? Si enim non peccando soli remanerēt: quia sicut putant: nisi peccassent: generare nō possent: ꝑfecto ut nō soli duo iusti homines possent esse: sed multi: necessariū peccatū fuit. Quod si credere absurdum est: illud potius est credendum ꝙ sanctorū numerus quantus complende illi sufficit beatissime ciuitati: tātus existeret: & si nemo peccasset: q̄ntus nūc per dei gratiam de multitudine colligitur peccatorum: quousq; filii huius seculi generant: & generantur. Et ideo ille nuptie digne felicitate paradisi si peccatū non fuisset: & diligendam prolem gignerent: & pudendam libidinem non haberent. Sed quommodo id fieri posset: nunc non est: quo demonstretur exemplo: nec ideo tamen incredibile debet uideri: etiam illud unum sine ista libidine uoluntati potuisse seruire: cui tot membra nunc seruiunt. At uero manus & pedes mouemus: cum uolumus: ad ea que his membris agenda sunt sine ullo renisu tanta facilitate: quanta et in nobis et in aliis uidemus: maxime in artificibus quorumq; operum corporaliū: ubi ad

exercendã infirmiorẽ tardioremq; naturam agilior accessit industria: et nõ credimus ad opus generationis filiorum: si libido non fuisset: que peccato inobediẽtie retributa est: obedienter hominibus ad uoluntatis nutum similiter ut cetera potuisse illa mẽbra seruire? Nonne Cicero in libris de Re Publica cum de imperiorum differẽtia disputaret: & huius rei similitudinem ex natura hominis assumeret: ut filiis dixit imperari corporis membris: propter obediendi facilitatem. uitiosas uero animi partes ut seruos asperius coerceri? Et utiq; ordine naturali animus anteponitur corpori: & tamẽ ipse animus imperat corpori facilius q̃m sibi. Veruntamen hec libido: de qua nunc disserimus: eo magis erubescẽda existit: quo animus in ea nec sibi efficaciter imperat ut omnino nõ libeat: nec omnimodo corpori: ut pudenda membra uolũtas potius q̃ libido commo/ueat. Quod si ita esset: pudenda non essent. Nunc uero pudet animum: resisti sibi a corpore: quod ei natura inferiore subiectum est. In aliis quippe affectionibus cũ sibi resistit: ideo minus pudet: quia cũ a seipso uincitur: ipse se uincit: & si inordinate atq; uitiose: quia ex his partibus que rationi subiici debent: tamen a partibus suis: ac p hoc ut dictum est: a seipso uincitur. Nam cum ordinate se animus uincit: ut irrationales motus eius menti rationiq; subdantũ. si tamen & illa deo subdita est: laudis atq; uirtutis est. Minus tamen pudet: cum sibi animus ex uitiosis suis partibus non obtemperat: q̃ cum ei corpus quod alterum ab illo: atq; infra illum est: & cuius sine illo ulla natura non uiuit: uolenti iubentiq; non cedit. Sed cum alia membra retinentur uoluntatis imperio: sine quibus illa: que contra uoluntatem libidine concitantũ: id quod appetũt: implere non possunt: pudicitia custoditur: non amissa: sed non permissa delectatione peccati. Hunc renisum: hanc repugnantiam: hanc uoluntatis & libidinis rixam: uel certe ad uoluntatis sufficientiam: libidinis indulgentiam: proculdubio nisi culpabilis inobedientia penali inobedientia plecteretũ: in paradiso nuptie non haberent: sed uo/luntati membra illa ut cetera cuncta seruirent. Ita genitale aruum uas in hoc opus creatum seminaret: ut nunc terram manus. & quod modo de hac re nobis uolentibus diligentius disputare uerecũdia resistit: & compellit ueniam honore prefato a pudicis auribus poscere: cur id fieret nulla causa esset: sed in omnia: que de huiusmodi mẽbris sensum cogitantis attingerent: sine ullo timore obscenitatis liber sermo ferretũ: nec ipsa uerba essent que uocarentur obscena: sed quicquid inde diceretur tam honestum eẽt: q̃ de aliis cum loquimur corporis partibus. Quisq; ergo ad has litteras impudicus ac/cedit: culpam refugiat non naturam: facta denotet sue turpitudinis: nõ uerba nostre necessitatis. In quibus mihi facillime pudicus & religiosus lector uel auditor ignoscit: donec infidelitatem refellam: non de fide rerum inexpertarum: sed de sensu exptorũ argumentantem. Legit enim hec sine offensione: qui non exhorret Apostolum hor/renda feminarum flagitia reprehendentem: que immutauerunt naturalẽ usum: in eũ usum: qui est contra naturam: precipue quia nos non damnabilem obscenitatẽ nunc: sicut ille commemoramus: atq; reprehendimus: sed in explicandis quantum possumus humane generationis effectibus: uerba tamen sicut ille obscena deuitamus.

¶ Quod insontes hoĩes & merito obedientie in paradiso per/manẽtes. ita genitalibus mẽbris fuissent usuri ad generationẽ prolis sicut ceteris ad arbitrium uoluntatis. ¶ C. xxiiii.

SEminaret igitur prolem uir: susciperet femina genitalibus membris: quando id opus esset: & quantum opus esset: uoluntate motis: nõ libidine concitatis. Neq;

enim ea sola membra mouemus ad nutum: que compactis articulata sunt ossibus: sicut
pedes & manus & digitos: uerum etiam illa que mollibus remissa sunt neruis: cũ uolu/
mus mouemus agitãdo: & porrigẽdo ꝑducimus: & torquẽdo flectimus: & cõstringẽdo
duramus: sicut ea sunt: que in ore: ac facie quantũ potest: mouet uolũtas. Pulmões
deniq; ipsi omnium medullarum mollissimi: ac uiscerum: & ob hoc antro pectoris cõ/
muniti: ad spiritum ducendum: ac remittendum: uocemq; emittendam: seu modificãdã:
sicut folles fabrorum uel organorum: flantis: respirantis: loquentis: clamantis: cantãtis:
seruiunt uolũtati. Omitto ꝙ animalibus quibusdam naturaliter insitum ẽ: ut tegmẽ
quo corpus omne uestitur: si quid in quocũq; loco eius senserint ambigẽdum: ibi tãtũ
moueant ubi sentiunt. nec solum insidentes muscas: uerum etiam herentes aristas cutis
tremore discutiant. Nunquid quia id non potest homo: ideo creator quibus uoluit
animantibus donare non potuit? Sic ergo & ipse homo potuit obedientiam etiam
inferiorum habere membrorum: quam sua inobedientia perdidit. Neq; enim deo dif/
ficile fuit sic illum condere: ut in eius carne etiã illud nõ nisi eius uoluntate moueret:
quod nunc nisi libidine nõ mouetur. Nam & hominum quorundã naturas nouimus
multum ceteris dispares: & ipsa raritate mirabiles: nonnulla ut uolunt: de corpore suo
facientium: que alii nullo modo possunt: & audita uix credunt. Sunt enim q & aures
moueant: uel singulas uel ambas simul. Sũt qui totam cesariem capite immoto q̃ntũ
cappilli occupant deponunt ad frontem: reuocantq; cum uolunt. Sunt qui eorum:
que uorauerunt incredibiliter plurima et uaria: paululũ precordiis cõtrectatis: tanq̃
de sacculo quod placuerit: integerrimum proferunt. Quidam uoces auium pecorũq;
& aliorum quorumlibet hominum sic imitantur: atq; exprimunt: ut nisi uideantur
discerni omnino non possint. Nonnulli ab imo sine pudore ullo ita numerosos pro
arbitrio sonitus edunt: ut ex illa etiam parte cantare uideantur. Ipse sum expertus:
sudare hoĩem solere: cum uellet. Notum est quosdam flere cum uolunt: atq; uber/
tim lachrymas fundere. Iam illud multo est incredibilius: qđ pleriq; fratres memoria
recentissima experti sunt. Presbyter fuit quidã nomine Restitutus in parrochia Ca/
lamensis Ecclesie: quando ei placebat: rogabatur autem ut hoc faceret ab eis: qui rem
mirabilem coram scire cupiebant: ad imitandas quasi lamentantis cuiuslibet hominis
uoces: ita se auferebat a sensibus & iacebat simillimus mortuo: ut nõ solum uellicãtes
atq; pungentes minime sentiret: sed aliquando etiã si igne ureretur admoto: sine ullo
doloris sensu nisi postmodum ex uulnere: non autem obnitẽdo: sed non sentiendo nõ
mouere corpus eo probabatur: ꝙ tanq̃ in defuncto nullus inueniebatur anhelitus:
hominum tamen uoces si clarius loquerentur tanq̃ de longinquo se audisse: postea re/
ferebat. Cum itaq; corpus etiã nunc: quibusdam licet in carne corruptili hãc erũnosã
ducentibus uitam: ita in plerisq; motionibus: & affectionibus extra usitatum nature
modum mirabiliter seruiat: quid cause est: ut nõ credamus ante inobedientie peccatũ:
& corruptioni supplicium: ad propagandam prolem sine ulla libidine seruire uolũtati
humane humana membra potuisse? Donatus est itaq; homo sibi: quia deseruit deum:
placendo sibi: & non obediens deo: non potuit obedire nec sibi. Hinc euidens miseria
est qua homo non uiuit ut uult. Nam si ut uellet uiueret: beatum se putaret: sed nec
sic tamen esset: si turpiter uiueret.

¶De uera beatitudine: quam tempalis uita non obtinet. ¶C.xxv.

QVanq̃ si diligentius attendamus: nisi beatus non uiuit: ut uult: & nullus beatus
nisi iustus. Sed etiam ipse iustus non uiuit: ut uult: nisi eo peruenerit: ubi mori:

falli:offendi: omnino nō possit:et sit certum:ita semper futurum. Hoc enim natura expetit: nec plene atq; perfecte beata erit:nisi adepta quod expetit. Nunc uero quis hominum potest ut uult uiuere: quando ipsum uiuere non est in potestate? Viuere enim uult:mori cogitur. Quomodo ergo uiuit:ut uult:qui non uiuit:quādiu uult? Quod si mori uoluerit:quomodo potest ut uult uiuere:qui nō uult uiuere:& si ideo mori uelit:non quo nolit uiuere:sed ut post mortem melius possit uiuere? Nondum ergo ut uult uiuit:sed cum ad id quod uult moriendo peruenerit. Verum etiā uiuit: ut uult:quoniam se extorsit sibi:qui imperauit sibi non uelle: quod non potest: atq; hoc uelle: quod potest. sicut ait Terentius: Quoniam non potest id fieri quod uis:id uelis quod possis. Non tamen ideo beatus est:quia patienter miser est:Beata quippe uita si non amatur:non habetur. Porro si amatur:& habetur:ceteris omnibus rebus excellentius necesse est ametur:quoniam propter hanc amandum est:quicquid aliud amatur. Porro si tantum amatur:quantum amari digna est:nō enim beatus est a quo ipsa beata uita non amat̃:ut digna est:fieri non potest:ut eam qui sic amat nō eter/nam uelit. Tunc igitur beata erit:quando erit eterna.

Quod felicitas in paradiso uiuentium sine erubescendo appetitu:generandi offitium credenda sit implere potuisse. C.xxvi.

Viuebat itaq; homo in paradiso:sicut uolebat:quandiu hoc uolebat:quod deus iusserat. Viuebat fruens deo: ex quo bono erat bonus:uiuebat sine ulla eges/tate:ita semper uiuere habens in potestate. Cibus aderat:ne esuriret:potus:ne sitiret: lignum uite:ne illum senecta dissolueret:nihil corruptionis in corpore:uel ex corpe ullas molestias ullis eius sensibus ingerebat. Nullus ītrinsecus morbus:nullus ictus me/tuebatur extrinsecus. Summa in carne sanitas: in animo tanta tranquillitas:sicut in paradiso nullus estus aut frigus:sic in eius habitatore nulla ex cupiditate uel timore accedebat bone uolūtatis offensio. Nihil omnino triste:nihil erat inaniter letū. Gau/dium uerum perpetuabat̃ ex deo:in quē flagrabat caritas ex corde puro & cōsciētia bona:& fide non ficta:atq; inter se coniugum fida ex honesto amore societas:cōcors mentis corporisq; uigilia:& mandati sine labore custodia. Nō lassitudo fatigabat oti/osum:non somnus premebat inuitum. In tanta facilitate rerum & felicitate hominū: absit ut suspicemur non potuisse ꝓlem seri sine libidinis morbo:sed eo uoluntatis nutu mouerentur illa membra:quo cetera:& sine ardoris illecebroso stimulo:cū trāqllitate animi & corporis.nulla corruptiōe integritatis infunderetur gremio maritus uxoris. Neq; enim quia experientia probari non potest:ideo credēdum non ē:quando illas corporis partes non ageret turbidus calor: sed spontanea potestas sicut opus esset: adhiberet: ita tunc potuisse utero coniugis salua integritate feminei genitalis uirile semē immitti:sicut nunc potest eadem integritate salua ex utero uirginis fluxus mē/strui cruoris emitti. Eadem quippe uia posset illud inici:qua hoc potest eici. Vt enī ad pariendum nō doloris gemitus sed maturitatis impulsus feminea uiscera relaxaret: sic ad fetandum & concipiendum non libidinis appetitus:sed uoluntarius usus naturā utranq; coniungeret. De rebus loquimur nunc pudendis:& ideo quāuis anteq̃ earum puderet:quales esse potuissent coniciamus:ut possumus: tamen necesse est:ut nostra disputatio magis frenet̃ ea:que nos reuocat uerecundia:q̃ eloquentia que nobis parū suppetit:adiuuet̃. Nam cū id quod dico nec ipi experti fuerint:q experiri potuerūt:

quoniam preoccupante peccato exsilium de paradiso ante meruerunt: q̃ sibi in opere serende propaginis tranquillo arbitrio conuenirent: quomodo nunc cum ista cõmemorantur: sensibus occurrit humanis nisi experientia libidinis turbide: non cõiectura placide uoluntatis? Hinc est ꝙ impedit loquentem pudor: & si non deficiat ratio cogitantem. Veruntamen omnipotenti deo summo ac summe bono: creatori omnium naturarum: uoluntatum autem bonarum adiutori & remuneratori: malarum autem relictori & damnatori: utrarunq; ordinatori: non defuit utiq; consilium: quo certum numerum ciuium in sua sapientia predestinatum: etiam ex damnato genere hũano sue ciuitatis impleret: nõ eos iam meritis quando quidem uniuersa massa: tanq̃ uitiata radice damnata est: sed gratia discernens: & liberatis non solum de seipsis: uerum etiam de non liberatis quid eis largiatur ostendens. Non enim debita sed gratuita bonitate tunc se quisq; agnoscat erutum malis: cum ab eorum hominum consortio fit immunis: cum quibus illi iusta esset pena cõmunis. Cur ergo non crearet deus quos peccatores esse presciuit: quando quidem in eis: & ex eis & quid eorum culpa mereretur: & q̃d sua gratia donaretur: posset ostendere: nec sub illo creatore ac dispositore: peruersa inordinatio delinquentium rectum peruerteret ordinem rerum.

De peccatoribus & angelis & hominibus: quorum puersitas nõ pturbat puidentiã dei. C. xxvii.

PRoinde peccatores & angeli & homines: nihil agunt: quo impediantur magna opera dei: exquisita in omnes uoluntates eius. Quoniam qui prouidenter atq; omnipotenter sua cuiq; distribuit: nõ solum bonis: uerum etiam malis bene uti nouit. Ac per hoc propter meritũ prime male uoluntatis ita damnato atq; obdurato: ãgelo malo: ut iam bonam uoluntatem ulterius non haberet: bene utens deus: cur non permitteret ut ab illo primus homo: qui rectus hoc est bone uoluntatis creatus fuerat: temptaretur: quando quidem sic erat institutus: ut si de adiutorio dei fideret: bonus homo malum angelum uinceret: si autem creatorẽ atq; adiutorem deum superbe sibi placendo desereret: uinceretur: meritum bonum habens in adiuta diuinitus uolũtate recta: malum uero indeserente deum uoluntate peruersa: quia & ipum fidere de adiutorio dei non quidem posset sine adiutorio dei: nec tamen ideo ab his diuine gratie beneficiis sibi placẽdo recedere nõ habebat in potestate? Nã sicut in hac carne uiuere sine adiumentis alimentorum in potestate non est: non autem in ea uiuere in potestate est: quod faciunt: qui seipsos necant: ita bene in ea uiuere sine adiutorio dei etiam in paradiso non erat in potestate: erat autem in potestate male uiuere: sed beatitudine non permansura: & pena iustissima secutura. Cum igit̃ huius futuri casus humani deus non esset ignarus: cur eum non sineret inuidi angeli malignitate temptari: nullo modo quidẽ ꝙ uinceret̃ incertus. sed nihilominus p̃scius ꝙ ab eius semine adiuto sua gratia idem ipse diabolus fuerat sanctorũ gloria maiore uincendus? Ita factum est: ut nec deum aliquid futurorum lateret: nec presciendo quenq̃ peccare compelleret: & quid esset inter propriam cuiusq; presumptionem & suam tuitionem: angelice & humane rationali creature consequenti experientia demonstraret. Quis enim audeat credere: aut dicere: ut neq; angelus: neq; homo caderet: in dei potestate non fuisse? Sed hoc eorum potestate maluit non auferre: atq; ita & quãtum mali eorum sup̃bia: & q̃ntũ boni sua gratia ualeret ostendere.

De qualitate duarum ciuitatum terrene atq; celestis. C. xxviii.

FEcerūt itaq ciuitates duas amores duo. terrenā scilicet amor sui: usq ad cōtēptū dei: celestem uero amor dei: usq ad contemptum sui. Deniq illa in seipsa: hec in domino gloriatur. Illa enim querit ab hominibus gloriam. huic autem deus cōsciētie testis maxima est gloria. Illa ī gloria sua exaltat caput suum: hec dicit deo suo gloria mea & exaltans caput meum. Illi in principibus eius uel in eis quas subiugat natiōibus dominandi libido dominatur: in hac seruiunt inuicem in caritate & prepositi consu/lēdo: & subditi obtemperando. Illa in suis potentibus diligit uirtutem suam: hec dicit deo suo: diligam te domine uirtus mea. Ideoq in illa sapientes eius secundum hominē uiuentes: aut corporis aut animi sui bona aut utriusq secuti sunt: aut qui potuerunt cognoscere deum: non ut deum honorauerunt: aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis: & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sa/pientes: id est dominante sibi superbia in sua sapiētia sese extollentes: stulti facti sūt: & immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: & uolucrum: & quadrupedum: & serpētium. Ad huiuscemodi enim simulacra adoranda: uel duces populorum uel sectatores fuerunt: & coluerunt: atq seruierunt creature potius q̄ creatori: qui est benedictus in secula. In hac autem nulla est hominis sapientia: nisi pietas qua recte colitur uerus deus. id expectans premium in societate sanctorū: non solum hoīm uerū etiam & angelorum: ut sit deus omīa in omībus. Amē.

Aurelii Augustini Hipponeñ Epī de Ciuitate dei Li. xv.

De duobus ordinibus generationis humane in diuersos fines ab initio procurrentis. C. primum.

DE felicitate paradisi: uel de ipso paradiso: & de uita ibi primorum hominum: eorumq peccato atq supplitio: multi multa senserūt: multa dixerunt: multa litteris mādauerunt. Nos quoq secundū scripturas sacras: uel qd̄ in eis legimus: uel quod ex eis intelligere potuimus: earum congruentes autoritati de his rebus in superiori/bus libris diximus. Enucleatius autem si ista querātur: multiplices atq multimodas pariunt disputationes: que pluribus inserēde sūt uoluminibus: q̄ hoc opus tempusq deposcit. Quod non ita largū habemus: ut in om/nibus que possūt requirere otiosi & scrupulosi: patiores ad interrogādū q̄ capatiores ad intelligendum: nos oporteat immorari. Arbitror tamē satis nos iam fecisse magnis & difficillimis questionibus: de initio uel mundi uel anime: uel ipsius generis humani. quod in duo genera distribuimus. unum eorum qui secundum hominem: alterū eorū qui secundum deum uiuūt. quas etiam mystice appellamus ciuitates duas: hoc ē duas societates hominum. quarum est una: que predestinata est in eternum regnare cum deo: altera eternum supplicium subire cum diabolo. Sed iste finis est earum. de quo post loquendum est. Nunc autem quoniam de exortu earum: siue in angelis quorum numerus ignoratur a nobis: siue in duobus primis hominibus satis dictum est: iā mihi uidetur earum aggrediendus excursus: ex quo illi duo generare ceperunt donec ho/mines generare cessabunt. Hoc enim uniuersum tempus siue seculum: in quo cedunt morientes: succeduntq nascentes. istaꝝ duaꝝ ciuitatū de q̄bus disputamus: excursus ē.

De filius carnis & filius promissionis. C. ii.

NAtus est igitur prior Cayn ex illis duobus generis humani parentibus: pertinens
ad hominum ciuitatē: posterior Abel ad ciuitatē dei. Sicut enim in uno homīe
quod dixit Apostolus experimur: quia non primū quod spiritale est: sed qđ animale:
postea spiritale: unde unusquisq; quoniam ex damnata propagine exoritur: primo
sit necesse est ex Adam malus: atq; carnalis: ꝙ si in Christum renascendo profecerit:
post bonus & spiritalis: sic in uniuerso genere humano cum primum due iste ceperūt
nascendo atq; moriendo procurrere ciuitates: prior est natus ciuis huius seculi: poste-
rius autem isto peregrinus in seculo: & pertinēs ad ciuitatem dei gratia predestinatus:
gratia electus: gratia peregrinus deorsum: gratia ciuis sursum. Nam quantum ad ipm
attinet ex eadem massa oritur: que originaliter est tota damnata: sed tanquā figulus
deus: hanc enim similitudinem non imprudēter: sed prudenter introducit Apostolus:
ex eadem massa fecit aliud uas in honorem: aliud in contumeliam. Prius autem factū
est uas in contumeliam: post uero alterum in honorem. quia & in ipso uno sicut iam
dixi homine prius est reprobum: unde necesse est incipiamus: & ubi nō est necesse ut
remaneamus: posterius uero probum quo proficientes ueniamus: & quo peruenientes
maneamus. Proinde non quidem omnis homo malus erit bonus. nemo tamen erit bo-
nus: qui non erat malus. Sed quāto quisq; citius mutatur in melius: hoc in se facit no-
minari quod apprehendit celerius. & posteriore cooperit uocabulum prius. Scriptum
est itaq; de Cayn ꝙ condidit ciuitatem: Abel autem tanq̄ peregrinus non condidit.
superna est enim sanctorum ciuitas quamuis hic pariat ciues: in quibus peregrinatur
donec regni eius tempus adueniat: cum cōgregatura est omnes in suis corpibus resur-
gentes: quādo eis promissum dabitur regnum: ubi cum suo principe rege seculoꝝ sine
ullo temporis fine regnabunt. Vmbra sane quedā ciuitatis huius & imago ꝓphetica:
ei significande potius q̄ presentande seruiuit in terris: quo eam tempore demonstrari
oportebat. & dicta est etiam ipsa ciuitas sancta merito significātis imaginis: non ex-
presse sicut futura est ueritatis. De hac imagine seruiente: & de illa quam significat
libera ciuitate. sic Apostolus ad galathas loquitur. Dicite mihi īquit. sub lege uolētes
eē legem non audistis? Scriptum est enim ꝙ Abraam duos filios habuit: unum de an-
cilla: & unum de libera. Sed ille quidem qui de ancilla secūdum carnem natus est: qui
aūt de libera ꝑ repromissiōem: que sunt in allegoria. Hec enim sunt duo testamēta:
Vnum quidem a mōte Syna: in seruitutem generans que est Agar. Syna enim mōs
est in Arabia: qui coniunctus est huic que nunc Hierusalem: seruit enim cum filiis suis.
Que autem sursum est Hierusalem libera est: que est mater nostra. Scriptum est enī
Letare sterilis que non paris: erumpe & exclama que nō parturis. quia multi filii de-
serte: magis q̄ eius que habet uirum. Nos autem fratres secundum Isaac promissiōis
filii sumus. Sed sicut tunc qui secundum carnem natus fuerat: persequebat̄ eum qui
secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filiū eius.
Nō enim heres erit filius ancille: cum filio libere. Nos autem fratres nō sumus ancille
filii: sed libere. qua libertate Christus nos liberauit: Hec forma intelligendi de Apos-
tolica autoritate descendens: locum nobis aperit quemadmodum scripturas diuinorū
testamentorū ueteris & noui accipere debeamus. Pars enim quedā terrene ciuitatis:
imago celestis ciuitatis effecta est: nō se significando sed alteram: & ideo seruiēs. Neq;
enim propter seipsam: sed propter aliam significandam est instituta. & precedēte alia
significatione & ipsam prefigurans prefigurata est. Namq; Agar ancilla Sare: eiusq;
filius: imago quedam huius imaginis fuit. Et quoniam transiture erant umbre luce
ueniente: ideo dicit libera Sara significabat liberam ciuitatem: cui rursus alio modo

significande etiam illa umbra seruiebat. Eiice ancillam & filium eius. Non enim heres erit filius ancille: cum filio meo Isaac. quod ait Apostolus cum filio libere. inuenimus ergo in terrena ciuitate duas formas. unam suam presentiam demonstrantem: alteram celesti ciuitati significande sua presentia seruientem. Parit autẽ ciues terrene ciuitatis peccato uitiata natura: celestis uero ciuitatis ciues parit a peccato naturã liberãs gratia. unde illa uocantur uasa ire: ista uasa misericordie. Significatum est hoc etiam in duobus filiis Abrae: ꝙ unus de ancilla que dicebatur Agar: secundũ carnem natus est Hysmael: alter aũt ẽ de Sara libera secundũ repromissionẽ natus Isaac. Vterq; qdẽ de semine Abrae. sed illũ genuit demõstrãs cõsuetudo naturã: istũ uero dedit ꝓmissio significans gratiã. Ibi humanus usus ostenditur: hic diuinum benefitium cõmendat̃.

De sterilitate Sare quã dei gratia fecundauit. C. iii.

SAra quippe sterilis erat. & desperatione prolis saltem de ancilla sua concupiscens habere: quod de ipsa non se posse cernebat: dedit eam fetãdam uiro: de quo parere uoluerat: nec potuerat. Exegit itaq; etiam sic debitum de marito: utens iure suo in utero alieno. Natus est ergo Hysmael sicut nascunt̃ homines: permixtione sexus utriusq; usitata lege nature. Ideo dictum est secundum carnem. non ꝙ ista benefitia dei non sint: aut non illa operetur deus: cuius opifex sapientia attingit sicut scriptum est a fine usq; ad finẽ fortiter: & disponit omnia suauiter: sed ubi significandũ fuerat dei donum quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur: sic oportuit dari filium: quemadmodum nature debeba nõ excursibus. Negat enim natura iam filios tali commixtioni maris & femine: qualis esse poterat Abrae & Sare in illa iam etate: etiam mulieris accedente sterilitate: que nec tunc parere potuit: quando non etas fecũditati: sed etati fecũditas defuit. Quod ergo nature sic affecte fructus posteritatis non debebatur: significat ꝙ natura generis humani peccato uitiata: ac per hoc iure damnata nihil uere felicitatis in posterum merebatur. Recte igitur significat Isaac per repromissionẽ natus: filios gratie ciues ciuitatis libere: sotios pacis eterne. ubi sit nõ amor proprie ac ꝓuate quodãmõ uolũtatis: sed communi eodemq; immutabili bono gaudẽs: atq; ex multis unum cor faciẽs: id est ꝑfecte facta concors obediẽtia caritatis.

De terrene ciuitatis concertatione: uel pace. C. iiii.

TErrena porro ciuitas que sempiterna non erit: neq; enim cum in extremo supplitio dãnata fuerit iam ciuitas erit: hic habet bonũ suum cuius sotietate letat̃: qualis esse de talibus rebus letitia potest. Et quoniam non est tale bonum ut nullas angustias faciat amatoribus suis: ideo ciuitas ista aduersus seipsam plerunq; diuiditur. litigando: bellando: atq; pugnando: & aut mortiferas: aut certe mortales uictorias requirendo. Nam ex quacunq; sui parte aduersus alteram sui partẽ bellãdo surrexerit: querit esse uictrix gentium: cum sit captiua uitiorũ. Et siquidem cum uicerit superbius extollitur: etiam sic mortifera. Si uero conditionem cogitans casusq; cõmunes: magis que accidere possunt aduersis angitur: q̃ eis que prouenerunt: secundis rebus inflatur: tãtummodo mortalis est ista uictoria. Neq; enim semp dominari poterit ꝑmanẽdo: eis quos potuerit subiugare uincendo. Non autem recte dicuntur ea bona non esse: que concupiscit hec ciuitas: quando est & ipsa in suo genere humano melior. Concupiscit enim terrenam quandã pro rebus infimis pacem. ad eam nanq; desiderat ꝑuenire

bellando. Quoniam si uicerit & qui resistat non fuerit: pax erit quam non habebant partes inuicem aduersantes: & pro his rebus quas simul habere non poterant infelici egestate certantes. Hanc pacem requirunt laboriosa bella: hanc adipiscitur que putatur gloriosa uictoria. Quando autem uincunt qui causa iustiore pugnabant: quis dubitet gratulandam esse uictoriam & prouenisse optabilem pacem? Hec bona sũt: & sine dubio dei dona sunt. Sed si neglectis melioribus: que ad supernam pertinent ciuitatem: ubi erit uictoria in eterna & sũma pace secura: bona ista sic concupiscantẽ: ut uel sola esse credantur: uel his que meliora creduntur: amplius diligantur: necesse est miseria consequatur: & que inerat augeatẽ.

¶ De primo terrene ciuitatis autore fratricida cuius impietati Romane urbis conditor germani cede responderit. ¶ C. v.

Primus itaq; fuit terrene ciuitatis conditor fratricida. nam suum fratrem ciuem ciuitatis eterne in hac terra peregrinãtem: inuidentia uictus occidit. Vnde mirandũ non est: ꝙ tanto post in ea ciuitate cõdenda que fuerat huius terrene ciuitatis de qua loquimur caput futura: & tam multis gentibus regnatura: huic primo exẽplo & ut Greci appellant archetypo: quedam sui generis imago respondit. Nam & illic sicut ipsum facinus quidam poeta commemorauit illorum.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.
Sic enim condita est Roma: quando occisum Remum a fratre Romulo Romana testatur historia: nisi ꝙ isti terrene ciuitatis ambo ciues erant: & ambo gloriã de Romane Rei Publice institutione querebant: sed ambo eam tantam quantam si unus esset habere non poterant. Qui enim uolebat dominando gloriari: minus utiq; dominaretur: si eius potestas uiuo consorte minueretẽ. Vt ergo totã dominationẽ haberet unus: ablatus est socius: & scelere creuit in peius: quod innocentia minus esset ĩ melius. Hi autem fratres Cayn & Abel: non habebant ambo inter se similem rerũ terrenarũ cupiditatem. nec in hoc alter alteri inuidit: ꝙ eius dominatus fieret angustior q̃ alterũ occidit: si ambo dominarentur. Abel quippe non querebat dominationem in ea ciuitate: que condebatur a fratre: sed inuidentia illa diabolica qua inuident bonis mali: nulla alia causa est nisi quia illi boni sunt: illi mali. Nullo enim modo fit minor accedente seu ꝑmanente consorte possessio bonitatis immo possessio bonitatis tanto fit latior: quanto cõcordior eam indiuidua sociorũ possidet caritas. Non habebit denique istam possessionẽ: q̃ eã noluerit habere cõmunem. Et tanto eam reperiet ampliorẽ: quanto amplius ibi potuerit amare consortem. Illud igitur quod inter Remum et Romulum exortum est: quemadmodum aduersus seipsam terrena ciuitas diuidatur ostendit. qđ autẽ inter Cayn & Abel: inter duas ipsas ciuitates dei & hoĩm inimicicias demonstrauit. Pugnant ergo inter se mali & mali. item pugnãt inter se boni & mali. boni uero & boni: si perfecti sunt inter se pugnare non possunt. Proficientes autem nondum perfecti: ita possunt: ut bonus quisq; ex ea parte pugnet contra alterum: qua etiam contra semetipsum. Et in uno quippe homine caro cõcupiscit aduersus spiritũ: & spiritus aduersus carnem. Concupiscentia ergo spiritalis contra alterius potest pugnare carnalem: uel concupiscentia carnalis contra alterius spiritalem: sicut inter se pugnant boni & mali. uel certe ipse concupiscentie carnales inter se duorum bonorũ nondũ utiq; perfectorũ: sicut inter se pugnant mali & mali: donec eorum qui curantẽ ad ultimam uictoriam sanitas perducatur.

De languoribus quos ex pena peccati etiam ciues ciuitatis dei in huius uite peregrinatione patiũtur: & a quibus deo medente sanantur. C.VI.

Languor est quippe iste: id est illa inobedientia de qua in libro decimoquarto disseruimus: prime inobediẽtie supplitium. & ideo non natura sed uitiũ. Propter quod dicitur profitientibus bonis: & ex fide in hac peregrinatione uiuentibus: inuicem onera uestra portate: & sic adimplebitis legẽ Christi. Item alibi dicitur. Corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patiẽtes estote ad omẽs: uidete ne quis malum pro malo alicui reddat. Item alio loco. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis: intendens teipsum ne & tu tempteris. Et alibi. Sol non occidat sup iracundiam uestram. Et in Euangelio. Si peccauerit inte frater tuus: corripe eum inter te & ipsũ. Itẽm de peccatis in quibus multorum cauetur offensio sic Apostolus dicit. Peccãtes coram omnibus argue. ut & ceteri timorem habeant. Propter hoc & de uenia inuicẽ danda multa precipiuntur. & magna cura propter tenendam pacem sine qua nemo poterit uidere deum. ubi ille terror quando iubetur seruus decem milium talentorũ reddere debita: que illi fuerant relaxata: quoniam debitum denariorum centũ conseruo suo non relaxauit. Qua similitudine proposita: dominus adiecit atq; ait. Sic et uobis faciet pater uester celestis: si non dimiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Hoc modo curantur ciues ciuitatis dei in hac terra peregrinantes: & paci superne patrie suspirantes. Spiritus autem sanctus operatur intrinsecus: ut ualeat aliqd medicina: que adhibetur extrinsecus. Alioquin etiam si deus ipse utens creatura sibi subdita: in aliqua specie humana sensus alloquatur humanos: siue istos corporis: siue illos quos istis simillimos habemus in somnis: nec ĩteriore gratia mentẽ regat atq; agat nihil prodest homini omnis predicatio ueritatis. Facit autem hoc deus: a uasis misericordie: ire uasa discernens: dispensatione qua ipsa nouit multum occulta: sed tamen iusta. Ipso quippe adiuuante mirabilibus & latentibus modis: cum peccatũ qđ habitat in membris nostris: quod sic peccatum est: ut sit etiam pena peccati: sicut Apostolus precipit non regnat in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius. nec ei membra nostra uelut iniquitatis arma exhibemus: conuertitur ad mentem non sibi ad mala deo regente consentientem: & eã regẽs tranqllius nũc: habebit postea sanitatẽ pfectam: atq; immortalitate pcepta homo sine ullo peccato in eterna pace regnabit.

De causa & pertinacia sceleris Cayn quem a facinore cõcepto nec dei sermo reuocauit. C.VII.

Sed hoc ipsum quod sicut potuimus: exposuimus: cũ deus locutus eẽt ad Cayn: eo modo quo primis hominibus per creaturam subiectam uelut eorum socius forma congrua loquebatur: quid ei profuit? Nonne conceptum scelus in necando fratre: etiam post uerbum diuine admonitionis impleuit? Nam cum sacrificia discreuisset amboꝝ: in illius respiciẽs: huius despiciens: qđ nõ dubitandũ ẽ potuisse cognosci signo aliquo attestante uisibili: & hoc ideo fecisset deus qa mala erant opa eius: fratris uero eius bona: contristatus est Cayn ualde: & concidit facies eius. Sic enim scriptum est. Et dixit dominus ad Cayn. Quare tristis factus es. & quare concidit facies tua? Nonne si recte offeras: recte autem non diuidas: statim in foribus peccatum aderit?

Peccasti. quiesce. ad te enim cōuersio eius: & tu dominaberis illius. In hac admonitiōe quam deus protulit ad Cayn: illud quod dictum est nōne si recte offeras: recte aūt non diuidas peccasti: quia non elucet cur uel unde sit dictum: multos sensus peperit eius obscuritas: cum diuinarum scripturarum quisq; tractator secundum fide i regulā id conatur exponere. Recte quippe offertur sacrificium: cum offertur deo uero: cui uni tantummodo sacrificandum est. Non autem recte diuiditur: dum nō discernunē recte uel loca: uel tempora: uel res ipse que offeruntur: uel qui offert uel cui offerē: uel hi quibus ad uescendum distribuitur: quod oblatū est: ut diuisionē intelligamus hic discretionem: siue cum offerē: ubi nō oportet: aut quod non ibi sed alibi oportet: siue cum offerē quando non oportet: aut qđ non tunc: sed alias oportet. Siue cū id offertur quod nusq̄ & nunquā penitus debuit: siue cum electiora sibi eiusdē generis reꝝ tenet homo: q̄ sunt ea: que offert deo: siue cū eius rei que oblata est fit particeps prophanus: aut quilibet quem fas non est fieri. In quoꝝ autē horum deo displicuerit Cayn: facile non potest inueniri. Sed quoniam Iohannes Apostolus cum de his fratribus loqueretur: non sicut Cayn inquit: qui ex maligno erat & occidit fratrem suū. & cuius rei gratia occidit eum: quia opera illius maligna fuerunt: fratris autem illius iusta. datur intelligi propterea nō respexisse deum ī munera eius: quia hoc ipō male diuidebat: dans deo aliquid suum sibi autem seipsum. Quod omnes faciūt: qui nō dei sed suam sectantes uoluntatem: id est non recto sed peruerso corde uiuētes: offerunt deo tantum munus quo putant eum redimi: ut eoꝝ non opituletur sanandis prauis cupiditatibus sed explendis. Et hoc est proprium terrene ciuitatis: deū uel deos colere: quibus adiuuantibus regnet in uictoriis & pace terrena: non caritate consulendi: sed dominandi cupiditate. Boni quippe ad hoc utūtur mundo: ut fruantur deo. mali autem contra ut fruantur mundo: uti uolunt deo. qui tamē eum uel esse uel res humanas curare: iam credunt. sunt enim multo deteriores qui nec hoc quidem credunt. Cognito itaq; Cayn: ꝙ sup eius germani sacrificium nec super suum respexerat deus: utiq; fratrem bonum mutatus imitari: non elatus debuit emulari. Sed qa cōtristatus est: & concidit uultus eius: hoc peccatum maxime arguit deus. tristiciam de alterius bonitate: & hoc fratris. Hoc quippe arguendo interrogauit dicens. Quare cōtristatus es: & quare concidit facies tua? Quia enim fratri inuidebat: deus uidebat: & hoc arguebat. Nam hominibus quibus absconditum est cor alterius: esse posset ambiguū: & prorsus incertum: utrum illa tristicia malignitatem suam in qua se deo displicuisse didicerat: an fratris doluerit bonitatē que deo placuit: cū in sacrificium eius aspexit. Sed rationem reddens deus: cur eius oblationem accipere noluerit: ut sibi ipse potius merito: q̄ ei immerito frater displiceret: cum esset iniustus non recte diuidendo: hoc ē non recte uiuendo: & indignus cuius opprobaretur oblatio: q̄ esset iniustior ꝙ fratrem iustum gratis odisset: ostendit. Non tamen eum dimittens sine mandato sancto iusto & bono. Quiesce inquit. ad te enim cōuersio eius: & tu dominaberis illius. Nūqd fratris? Absit. Cuius igitur nisi peccati? Dixit enim peccasti. tamen deinde addidit: quiesce. ad te enim conuersio eius: & tu dominaberis illius. Potest quidem ita intelligi: ad ipsum hominē conuersionē esse debere peccati: ut nulli alii q̄ sibi sciat tribuere debere ꝙ peccat. Hec est enim salubris penitentie medicina: & uenie petitio non incongrua. ut ubi ait ad te enim conuersio eius: non subaudiatur erit sed sit precipientis uidelicet: non predicentis modo. Tunc enī dominabitur quisq; peccato: si id sibi non defendēdo proposuerit: sed penitendo subiecerit. Alioquin & illi seruiet dominanti: si patrociniū adhibuerit accidenti. Sed ut peccatum intelligaē concupiscentia ipsa carnalis de qua

dicit Apostolus: caro cõcupiscit aduersus spiritum: in cuius carnis fructibus & inuidiã commemorat: qua utiq; Cayn stimulabatur & accendebatur in fratris exitium: bene subauditur erit. id est ad te enim conuersio eius erit: & tu dominaberis illius. Cũ enim commota fuerit pars ipsa carnalis: quam peccatum appellat Apostolus ubi dicit: non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum: quam partem animi etiam philo/sophi dicunt esse uitiosam: nõ que mentẽ debeat trahere: sed cui mens debeat impare: eamq; ab illicitis operibus ratione cohibere: cum ergo commota fuerit ad aliquid per/peram cõmittendum: si aquiescat & obtemperetur dicenti Apostolo: ne exhibueritis membra uestra arma iniquitatis peccato: ad mentem domita & uicta conuertitur: ut subdita ratio dominetur. hoc precepit deus huic qui facibus inuidie inflammabatur in fratrem. & quem debuerat imitari: cupiebat auferre. Quiesce inquit: manus ab sce/lere contine. Non regnet peccatum in tuo corpore mortali ad obediendũ desideriis eius: nec exhibeas membra tua iniquitatis arma peccato. Ad te enim conuersio eius: dum non adiuuatur relaxando sed quiescendo frenatur. Et tu dominaberis illius. ut cum forinsecus non permittitur operari: sub potestate mentis regentis & bene uolẽtis assuescat etiam intrinsecus nõ moueri. Dictum est tale aliquid in eodem diuino libro & de muliere: quando post peccatum deo interrogante atq; iudicante: damnationis sentẽtias acceperunt. in serpẽte diabolus: & in seipsis illa & maritus. Cum enim dixisset ei: multiplicãs multiplicabo tristicias tuas & gemitum tuum: & in tristiciis paries filios: deinde addidit: & ad uirum tuum conuersio tua: & ipse dominabitur tui. Quod dictũ est ad Cayn de peccato uel de uitiosa carnis concupiscentia: hoc isto in loco de pecca/trice femina. ubi intelligendum est uirum ad regendam uxorem: animo carnẽ regẽti similem esse oportere. Propter quod dicit Apostolus. Qui diligit uxorem suã: seipsũ diligit. Nemo enĩ unq̃ carnem suam odio habuit. Sanãda sunt enim hec sicut nostra: non sicut aliena damnãda. Sed illud dei preceptum. Cayn sicut preuaricator accepit. Inualescente quippe inuidentie uitio: fratrem insidiatus occidit. Talis erat terrene cõ/ditor ciuitatis. Quomodo autem significauerit etiam Cayn iudeos a quibus Christus occisus est: Christum uero magnum pastorem ouium: pecorum custos prefigurabat Abel: quia in allegoria prophetica res est: parco nũc dicere. Et quedã hinc aduersus Faustum Manicheum dixisse me recolo.

Que ratio fuerit ut Cayn inter principia generis humani conderet ciuitatẽ. C. VIII.

NVnc autem defendenda uidetur mihi historia. ne sit scriptura incredibilis que dicit edificatã ab uno homine ciuitatẽ: eo tempore quo non plus q̃ uiri q̃ttuor uel potius tres postea q̃m frater fratrem occidit fuisse uidentur in terra: id est primus homo patrem omnium: & ipse Cayn & eius filius Enoch ex cuius nomĩe ipa ciuitas nuncupata est. Sed hoc quos mouet: parum considerant non omnes homines q tũc esse potuerũt: scriptorem sacre huius historie necesse habuisse nominare: sed eos solos quos operis suscepti ratio postulabat. Propositum quippe scriptoris illius fuit p quem spiritus sanctus id agebat: per successiones certarum generationum ex uno homine propagatarum peruenire ad Abraam: ac deinde ex eius semine ad populum dei: in quo distincto a ceteris gentibus perfigurarẽtur & prenunciarentur omnia que de ci/uitate cuius eternum erit regnum: & de rege eius eodemq; cõditore Christo in spiritu. preuidebantur esse futura. ita ut nec de altera societate hominum taceret q̃ terrenam

dicimus ciuitatē: quantū ei cōmemorande satis esset: ut ciuitas dei etiam sue aduersarie comparatione clarescat. Cum igitur scriptura diuina ubi & numerum annorū quos illi homines uixerunt: commemorat ita includat: ut dicat de illo de quo loquebatur & genuit filios & filias: & fuerūt omnes dies illius uel illius quos uixit anni tot & mor/tuus est: nunquid qa eosdem filios & filias non nominat: ideo intelligere nō debemus per tam multos annos quibus tunc in seculi huius prima etate uiuebant: nasci potuisse plurimos homines: quorum cetibus condi possent etiam plurime ciuitates? Sed per/tinuit ad deum quo ista inspirante conscripta sunt: has duas sotietates suis diuersis ge/nerationibus primitus digerere atq; distinguere: ut seorsum hominum hoc est secūdū hominem uiuētium: seorsum autem filiorum dei id est hoīm secundum deum uiuētiū generationes contexerentur usq; ad diluuium: ubi ambarum sotietatum discretio cō/cretioq; narrantur: discretio quidem ꝙ ambarū separatim generatiōes cōmemorant: unius fratricide Cayn: alterius autem qui uocabatur Seth. Natus quippe fuerat & ipe de Adam: ꝓ illo quē frater occidit. Concretio aūt: quia bonis in deterius declinātibus tales uniuersi facti fuerant ut diluuio delerentur: excepto uno iusto cui nomen erat Noe: & eius coniuge & tribus filiis totidemq; nuribus. Qui homines octo ex illa oīm uastatione mortalium per arcam euadere meruerunt. Quod igitur scriptum est et cognouit Cayn uxorem suam & concipiens peperit Enoch: & erat edificans ciuitatē in nomine filii sui Enoch: non est quidem consequēs ut istum primum filiū genuisse credatur. Neq; enim hoc ex eo putandum est: quia dictus est cognouisse uxorē suā: quasi tunc se illi primitus concumbēdo miscuisset. Nam & de ipso patre omniū Adā: non tunc solum hoc dictū est quando conceptus est Cayn: quem primogenitū uidetꝰ habuisse: uerum etiam posterius eadem scriptura cognouit inquit Adam uxorē suā: & concepit & peperit filium: & nominauit nomen illius Seth. Vnde intelligitur ita solere illam scripturam loqui: quamuis non semper: cum in ea legitur factos hominū fuisse conceptos: non tamē solum cum primum sibi sexus uterq; misceretur. Nec illud necessario est argumento: ut primogenitum patri existimemus Enoch: ꝙ eius nomīe illa ciuitas nuncupata est. Non enim ab re est: ut propter aliquam causā cū & alios haberet: diligeret eum pater ceteris amplius. Neq; enim & Iudas primogenitus fuit: a quo & Iudea cognominata est & Iudei. Sed etiam si conditori ciuitatis illius iste filius primus est natus: non ideo putandum est tunc a patre condite ciuitati nomen eius impositum quando natus est: quia nec constitui tunc ab uno poterat ciuitas: que nihil est aliud q̃m hominum multitudo aliquo sotietatis uinculo colligata: sed cum illius hominis familia tanta numerositate cresceret: ut haberet iā populi quantitatē: tunc potuit utiq; fieri ut et constitueret: & nomen primogeniti sui cōstitute īponeret ciuitati. Tam longa quippe uita illorū hominū fuit: ut illic memoratorum quoꝝ et anni taciti non sunt: qui minimum uixit ante diluuium: ad septingentos quinq̃ginta perueniret. Nam plures nongentos annos etiam transierunt. quamuis nemo ad mille peruenerit. Quis itaq; dubitauerit per unius hominis etatem tātum multiplicari po/tuisse genus humanum: ut esset unde constitueretur non una sed plurime ciuitates? Quod ex hoc coniici facillime potest: qa ex uno Abraam non multo amplius qua/dringentis annis numerositas Hebraice gentis tanta procreata est: ut in exitu eiusdē populi ex Egypto: sexcenta milia hoīm fuisse referantur bellice iuuētutis: ut omit/tamus gentē Hydumeoꝝ nō ꝑtinentē ad populū Israel: quē genuit frater eius Esau nepos Abrae: & alias gētes natas ex semīe ipius Abrae: nō ꝑ Saram coniugē ꝓcreatas.

De longa uita hominum que fuit ante diluuiũ: & de ampliore humanorum corporum forma. C. ix.

Quamobrem nullus prudens rerum existimator dubitauerit: Cayn non solum aliquam uerum etiam magnam potuisse cõdere ciuitatem: quando in tã longũ tempus protẽdebatur uita mortalium. nisi forte infidelium quispiam ex ipsa numerositate annorum nobis ingerat questionem: qua uixisse tunc homines scriptum est in autoritatibus nostris: & hoc neget esse credendum. Ita quippe non credunt: etiam magnitudines corpoꝝ longe ampliores tunc fuisse q̃ nunc sunt. Unde & nobilissimus eorum poeta Uirgilius: de ingenti lapide quem in agrorum limite infixum uir fortis illorum temporum pugnans & rapuit: & cucurrit: & intorsit: & immisit.
Uix illum inquit lecti bis sex ceruice subirent.
Qualia nunc hominum producat corpora tellus.
Significans maiora tunc corpa ꝑducere solere tellurẽ. Quãto magis igit̃ temporibus recẽtioribus mũdi: añ illud nobile diffamatũq; diluuiũ? Sed de corpoꝝ magnitudine: plerunq; incredulos nudata per uetustatem siue per uim fluminum uariosq; casus sepulchra conuincunt. ubi apparuerunt uel unde ceciderunt: incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Uidi ipse non solus sed aliqui mecum in Uticensi littore molarem hominis dentem tam ingentem: ut si nostroꝝ dentium modulos minutatim cõcideret: centum nobis uideretur facere potuisse. Sed illũ gigantis alicuius fuisse crediderimus. Nam preter quod erant omniũ multo maiora q̃ nostra tunc corpora: gigãtes longe ceteris anteibant. Sicut alias deinde nostrisq; temporibus rari quidem: sed nunq̃ ferme defuerunt qui modum aliorũ plurimum excederent. Plynius Secundus doctissimus homo: q̃nto magis magisq; ꝑterit seculi excursus: minora corpa naturam ferre testat̃. Quod etiã Homeꝝ cõmemorat sepe carmĩe fuisse conquestũ. non hec uelut poetica figmenta deridens: sed ita historicam fidem tanq̃m miraculorum naturalium scriptor assumens. Uerum ut dixi antiquorum magnitudines corporũ inuenta plerunq; ossa quoniam diuturna sunt etiam multo posterioribus seculis produnt: annorum autem numerositas cuiusq; hominis qui temporibus illis fuit: nullis nunc talibus documentis uenire in experimẽtũ potest. Nec tñ ideo fides sacre huic historie derogãda ẽ cuius tanto impudentius narrata non credimus: q̃nto impleri certius ꝑnuntiata cõspicimus. Dicit tamen etiam idem Plynius: esse adhuc gentem ubi ducentos annos uiuitur. Si ergo humanarum uitarum diuturnitates quas experti non sumus: hodie habere credunẽ incognita nobis loca: cur non habuisse credanẽ & tempora? An uero ẽ credibile alicui esse quod hic non est: & incredibile aliquando fuisse quod nunc non est?

De differentia qua inter hebreos & nostros codices uidentur annorum numeri dissonare. C. x.

Quo circa & si inter hebreos & nostros codices de ipo numero annorum nõ nulla uidetur esse distantia: quod ignoro qua ratione sit factum: non tamen tanta est: ut illos homines tam longeuos fuisse dissentiant. Nam ipse homo primus Adam anteq̃ gigneret filium qui est appellatus Seth: ducentos triginta uixisse annos reperiẽ in codicibus nostris: in hebreis autem centum triginta perhibetur. Sed posteaq̃m eum genuit septingẽtos uixisse legitur in nostris: octingẽtos uero in illis. Atq; ita in utrisq; uniuersitatis summa concordat: ac deinde per consequentes generationes antequam

gignatur qui gigni commemoratur: minus uixisse apud ebreos pater eius inuenitur
centum annos. sed posteaq̄ est genitus: idem ipse centum minus q̄ in hebreis inueniunt̄
in nostris. Atq; ita hinc & inde utriusq; uniuersitas cõsonat. In sexta autem genera/
tione nusq̄m utriq; codices discrepant. In septima uero ubi ille qui natus est Enoch:
non mortuus sed ꝙ deo placuerit translatus esse narratur: eadem dissonantia est que
in superioribus quinq; de centum annis anteq̄ gigneret eum qui ibi commemoratus ē
filium. atq; ita in summa simul consonantia. Vixit enim annos anteq̄m transferretur
secundum utrosq; codices trecentos sexagintaquinq;. Octaua generatio habet quidē
nonnullam diuersitatem: sed minorem ac dissimilem ceteris. Matusalem quippe quem
genuit Enoch: anteq̄ gigneret eum qui in ipso ordine sequitur secundum hebreos nõ
centum minus sed uiginti amplius uixit annos. qui rursus in nostris posteaq̄ eũ genuit
reperiũtur additi: & in utrisq; sibi summa uniuersi numeri occurrit. In sola nona ge/
neratione id est in annis Lamech filii Matusalē patris autē Noe. sũma uniuersitatis
discrepat: sed non plurimum. Viginti enim & quattuor annos plus uixisse in hebreis
q̄m in nostris codicibus inuenitur. Nam anteq̄ gigneret filium qui uocatus est Noe:
sex minus habet in hebreis q̄ in nostris: postea uero q̄ eum genuerit: triginta amplius
in eisdem q̄ in nostris. Vnde sex illis detractis. restant uigintiquattuor ut dictum est.

De annis Matusale cuius etas quattuordecim
annis uidetur diluuium excedere. C. xi.

Per hanc autem discrepantiam hebreorum codicum atq; nostrorum exoritur
illa famosissima questio: ubi Matusalem q̄ttuordecim ãnos uixisse post diluuiũ
computatur: cum scriptura ex omnibus qui ĩ terra tunc fuerant solos octo homines
in arca exitium commemoret euasisse diluuii: in quibus Matusalem nõ fuit. Scd'm
codices enim nostros Matusalē prius q̄ gigneret illum quem uocauit Lamech: uixit
annos centum sexagintaseptem: deinde ipse Lamech anteq̄m ex illo natus esset Noe
uixit annos centum octogintaocto: qui simul fiunt trecēti quinquagintaqnq;. His
adduntur sexcenti Noe quoto eius anno diluuium factum est: qui fiunt nongenti
quinquagintaquinq;: ex quo Matusalem natus est usq; ad annũ diluuii. Omnes aũt
anni uite Matusalem nongenti sexagintanouem computantur. Quia cum uixisset
annos centum sexagintaseptem: & genuisset filium qui est appellatus Lamech: post
eum genitum uixit annos octingentos duos: Qui omnes ut diximus nongenti sexa/
gintanouem fiunt. Vnde detractis nõgentis quinquagintaquinq; ab ortu Matusalē
usq; ad diluuiũ: remanēt quattuordecim quibus uixisse creditur post diluuiũ. Prop/
ter quod nonnulli non & si eum in terra ubi omnem carnem quam uiuere in aquis
natura non sinit constat fuisse deletam: cum patre suo qui translatus fuerat aliquã/
tum fuisse: atq; ibi donec diluuium preteriret uixisse arbitrantur: uolentes derogare
fidem codicibus quos in autoritatem celebriorem suscepit ecclesia: & credentes iudeoꝝ
potius q̄ istos non habere quod uerum est. Non enim admittunt ꝙ magis hic eē po/
tuerit error interpretum: q̄m in ea lingua esse falsum unde in nostram per grecam
scriptura ipsa translata est. Sed inquiunt non esse credibile: septuaginta interpretes
qui uno simul tempore unoq; sensu interpretati sunt errare potuisse: aut ubi nihil
eorum intererat uoluisse mētiri: iudeos uero dum nobis inuidēt ꝙ lex & prophete ad
nos interpretando transierunt. mutasse quedam in codicibus suis ut in nostris minue/
retur autoritas. Hanc opinionem uel suspitionem accipiat quisq; ut putauerit: certũ

est tamen non uixisse Matusalem post diluuium: sed eodem anno fuisse defunctum: si uerum est quod de numero annorum in hebreis codicibus inuenitur. De illis autem septuaginta interpretibus quid mihi uideatur suo loco diligentius inserendum est: cum ad ipsa tempora quantum necessitas huius operis postulat commemoranda adiuuante domino uenerimus. Presenti. n. sufficit questioni: secundum utrosque codices tam longas habuisse uitas illius eui homines: ut posset etate unius qui de duobus quos solos terra tunc habuit parentibus primus est natus: ad constituendam etiam ciuitatem multiplicari genus humanum.

De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longeuos quam scribitur fuisse non credunt. C.xii.

NEque enim ullo modo sunt audiendi: qui putant aliter annos illis temporibus computatos: id est tam breuitatis ut unus annus noster decem illos habuisse credatur. Quapropter inquiunt cum audierit quisque uel legerit nongentos annos quemque uixisse: debet intelligere nonaginta. Decem quippe illi anni unus annus est noster: & decem nostri: centum illi fuerunt. Ac per hoc ut putant: uigintitrium annorum fuit Adam quando genuit Seth. Et ipse Seth uiginti habebat & sex menses quando ex illo natus est Enos: quos appellat scriptura ducentos & quinque annos. Quoniam sicut isti suspicantur quorum exponimus opinionem: unum annum qualem nunc habemus in decem partes illi diuidebant: & easdem partes annos uocabant. Quarum partium habet una quadratum senarium: eo quod deus sex diebus perfecerit opera sua ut in septimo requiesceret. De qua re in libro undecimo sicut potui disputaui. Sexties autem seni quod numerus quadratum senarium facit: trigintasex dies fiunt. qui multiplicati decies ad trecentos sexaginta perueniunt. id est duodecim menses lunares. Propter quinque dies enim reliquos quibus solaris annus impletur: & diei quadrantem propter quem quater ductum eo anno quo bisextum uocant unus dies adicitur: addebantur a ueteribus postea dies ut occurreret numerus annorum. quos dies Romani intercalares uocabant. Proinde etiam Enos quem genuit Seth: decem & nouem agebat annos quando ex illo natus est filius eius Caynan. quos annos dicit scriptura centum nonaginta. Et deinceps per omnes generationes in quibus hominum anni commemorantur ante diluuium: nullus fere in nostris codicibus inuenitur: qui cum esset centum annorum uel infra: uel etiam centum uiginti aut non multo amplius genuerit filium. sed quod minima etate genuerunt: annorum centum sexaginta & quod excurrit fuisse referuntur. quia nemo inquiunt decem annorum homo potest gignere filios. qui numerus centum appellabant anni ab illis hominibus. sed in annis sedecim est matura pubertas & proli iam idonea procreande. quos centum & sexaginta annos illa tempora nuncupabant. Ut autem aliter annum tunc fuisse computatum non sit incredibile: adiciunt quod apud plerosque scriptores historie reperitur: egyptios habuisse annum quattuor mensium: acarnanas sex mensium: lauinios tredecim mensium. Plynius secundus cum commemorasset relatum fuisse in litteris quendam uixisse centum quinquaginta duos annos: alium decem amplius: alios ducentorum annorum habuisse uitam: alios trecentorum: quosdam ad quingentos: alios ad sexcentos: nonnullos ad octingentos etiam peruenisse: hec omnia propter inscitia temporum accidisse arbitratus est. Alii quippe inquit estate determinabant annum: & alteri hieme: alii quadripertitis temporibus sicut Archades inquit: quorum anni trimenses fuerunt. Adiecit etiam aliquando egyptios quorum paruuos annos quaternorum mensium fuisse supra diximus: lunaque fine eorum limitasse annum. Itaque apud eos inquit & singula milia annorum

uixisse produntur. His uelut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidē sacre huius historie: sed astruere nitentes ne sit incredibile ꝙ tā multos annos uixisse referuntur antiqui: persuaserunt sibi nec se suadere imprudenter existimant: tam exiguum spatium temporis tunc annum uocatum: ut illi decem sint unus noster: & decē nostri centum illorum. Hoc autem falsissimum esse documento euidentissimo ostenditur. Quod anteq̄m faciam non mihi tacendum uidetur: que credibilior possit esse suspitio. Poteramus certe hanc asseuerationem ex hebreis codicibus redarguere atq; conuincere: ubi Adam non ducentorum triginta: sed centum triginta annorum fuisse reperitur: quando tertium genuit filium. qui anni si credeam nostri sunt: ꝓculdubio primum genuit quando duodecim uel non multo amplius annorum fuit. Quis potest hac etate generare usitata ista nobisq; notissima lege nature? Sed hunc omittamus: qui fortasse etiam quando creatus est potuit. Non enim eum tam paruum q̄ infātes nostri sunt: factum fuisse credibile est. Seth filius eius non ducentorum quinq; sicut nos legimus: sed centum quinq; fuit quando genuit Enos. ac per hoc secundum istos nondum habebat undecim annos etatis. Quid dicam de Caynan eius filio qui cum apud nos centum septuaginta reperiatur annorum: apud hebreos septuaginta legitē fuisse quando genuit Malalehel? Quis generat homo septennis: si tunc anni septuaginta nuncupabantur qui septem fuerunt?

¶ An in dinumeratiōe annoꝝ: hebreoꝝ magis: q̄. lxx. interpretum sit sequenda autoritas. ¶ C. xiii.

SEd cum hoc dixero: continuo referetur illud iudeorum esse mēdacium: de quo superius satis actum est. Nam septuaginta interpretes laudabiliter celebratos uiros potuisse mentiri difficile est. Ubi si queram quid sit credibilius: iudeorum gentē tam longe lateq; diffusam: in hoc conscribendum mendacium uno consilio cōspirare potuisse: & dum aliis inuideāt autoritatem sibi abstulisse ueritatem. an. lxx. homines qui etiam ipi iudei erant in uno loco positos: quoniā rex egypti Ptolemeus eos ad hoc opus asciuerat: ipsam ueritatē gentibus alienigenis inuidisse: & cōmunicato istud tunc fecisse consilio: quis non uideat quid ꝓclivius faciliusq; credatur? Sed absit ut prudēs quispiam uel iudeos cuiuslibet peruersitatis atq; malitie tantū potuisse credat: in codicibus tam multis & tam lōge lateq; dispersis: uel septuaginta illos memorabiles uiros hoc de inuidenda gentibus ueritate unum communicasse consilium. Credibilius ergo quis dixerit: cum primum de bibliotheca Ptolemei describi ista ceperunt: tunc aliquid tale fieri potuisse in codice uno: scilicet primitus inde descripto: unde iam latius emanaret. ubi potuit quidem accidere etiam scriptoris error? Sed hoc ī illa questione de uita Matusalem non absursum suspicari est. & in illo alio ubi superantibus uiginti q̄ttuor annis summa nō conuenit. In his aūt in quibus continuatē ipsius mēdocitatis similitudo: ita ut ante genitum filium qui ordini inseritur: alibi supersint centum anni alibi desint: post genitum autē ubi deerant supsint: ubi supererant desint: ut summa conueniat: & hoc in prima: secunda: tertia: quarta: quinta: septimaq; generatione inuenitur: uidetur habere quādam si dici potest error ipse constantiā. nec casū redolet sed industriam. Itaq; illa diuersitas numeroꝝ aliter se habentium in codicibus Grecis & latinis: aliter in hebreis: ubi non est ista de centum annis prius additis & postea detractis per tot generationes continuata parilitas: nec malitie Iudeorum: nec diligētie uel prudentie septuaginta interpretū: sed scriptoris tribuatē errori: qui de bibliotheca

supradicti regis codicem describendum primus accepit. Nam etiam nunc: ubi numeri non faciũt intentum ad aliquid quod facile possit intelligi: uel quod appareat utiliter disci: & negligenter describuntur: & negligentius emẽdantur. Quis enim existimet sibi esse discendum quot milia hominum tribus Israel singillatim habere potuerunt quoniam prodesse aliquid non putatur. et quotus quisq; hominum est cui profunditas utilitatis huius appareat? Hic uero ubi per tot contextas generationes centum anni alibi assunt: alibi desunt: & post natum qui commemorandus fuerat filium: desũt: ubi affuerunt: assunt ubi defuerunt: ut summa concordet. nimirum cum uellet psuadere qui hoc fecit: ideo numerosissimos annos uixisse antiquos: q eos breuissimos nũcupabant: & hoc de maturitate pubertatis qua idonea filii gignarent̃ conaretur ostẽdere: atq; ideo in illis centum annis decem nostros insinuandos putaret incredulis: ne hoĩes tam diu uixisse recipere in fidem nollent: addidit centum ubi gignendis filiis habilem non inuenit etatem: eosdemq; post genitos filios ut congrueret summa detraxit: sic quippe uoluit credibiles facere idonearum generande prolis conueniẽtias etatum: ut tamen numero: non fraudaret uniuersas etates uiuentium singulorum. Quod autem in sexta generatione id non fecit: hoc ipsum est quod magis mouet illum ideo fecisse cum res quam dicimus postulauit: quia non fecit: ubi non postulauit. Inuenit namq; in eadem generatione: apud hebreos uixisse Iared antequã genuisset Enoch centum sexaginta duos annos: qui secundum illam rationem breuium annorum fiunt anni sedecim: & aliquid minus q̃ menses duo: que iam etas apta est ad gignendum: & ideo addere centum annos breues ut nostri uigintisex fierent necesse non fuit: nec post natum Enoch eos detrahere quos non addiderat ante natum. Sic factum est ut hinc nulla esset inter codices utrosq; uarietas. Sed rursus mouet: cur in octaua generatiõe anteq̃ de Matusalem nasceret̃ Lamech: cũ apud hebreos legantur centum octaginta duo anni: uigintiduo anni minus inueniuntur in codicibus nostris: ubi potius addi centum solent: & post genitum Lamech complendam restituuntur ad summam que in codicibus utrisq; non discrepat. Si enim centum septuaginta annos propter pubertatis maturitatem decem & septem uolebat intelligi: sicut nihil addere ita nihil detrahere iam debebat: quia inuenerat etatem idoneam generationi filiorum: propter quã in aliis centum annos ubi eam non inueniebat: addebat. Hoc autem de uiginti annis merito putaremus causa mendositatis accidere potuisse: nisi eos sicut prius detraxerat restituere postea curaret: ut summe conueniret integritas. An forte astutius factum existimandum est: ut illa qua centum anni prius solent adiici & postea detrahi occultaretur industria: cum & illic ubi necesse non fuerat: non quidem de centum annis: ueruntamen de quantocunq; numero prius detracto post reddito tale quid fieret? Sed quomodolibet istud accipiatur: siue credatur ita esse factum: siue non credatur: siue postremo ita siue non ita sit: recte fieri nullo modo dubitauerim: ut cum diuersum aliquid in utrisq; codicibus inuenitur: quando quidem ad fidem rerum gestarum utrunq; esse non potest: uerum ei lingue potius credatur: unde est in aliam per interpretes facta translatio. Nam in quibusdam etiã codicibus grecis tribus & uno latino: & uno etiam Syro inter se consentientibus: inuentus est Matusalem sex annis ante diluuium fuisse defunctus.

De parilitate annorum: qui iisdem quibus nunc spatiis: & in prioribus seculis concurrerunt. C. xiiii.

Nunc iam uideamus quo nam modo euidenter possit ostendi: nõ tam breues ut illi decem unus esset noster: sed tante prolixitatis annos quante nunc habemus: quos utiq; circuitus conficit solis in illorum hominum uita prolixissima computatos: Sexcentesimo nempe anno uite Noe: scriptum est factum esse diluuium. Cur ergo ibi legitur: & aqua diluuii facta est super terram sexcentesimo anno uite Noe: secũdi mensis septima & uicesima die mensis: si annus ille minimus quales decem faciunt unũ nostrum trigintasex dies habebat? Tantillus quippe annus si antiquo more hoc no/men accepit: aut non habet menses: aut mensis eius est triduum ut habeat duodecim menses. Quomodo igitur hic dictum est: sexcentesimo anno secundi mẽsis septima et uicesima die mensis: nisi quia tales quales nunc sunt: etiam tunc erant menses? Nã quo pacto aliter uicesimo & septimo die secundi mensis diceretur ceptum esse diluuium? Deinde postea in fine diluuii ita legitur. Et sedit arca in mense septimo: septima et uicesima die mensis super montes Ararach. Aqua autem minuebatur usq; ad undeci/mum mensem. In undecimo autẽ mense prima die mensis apparuerunt capita mõtiũ. Si igitur tales menses erant: tales profecto & anni erant: quales nunc habemus. Mẽses quippe illi triduani uiginti & septem dies habere non poterant. Aut si pars tricesima tridui tunc appellabantur dies ut omnium proportiones minuantur: ergo nec toto quatriduo nostro factum est illud tam grande diluuium: quod memoratur factum quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Quis hanc absurditatem & uanitatem ferat? Proinde remoueatur hic error: qui coniectura falsa ita uult astruere scriptu/rarum fidem: ut alibi destruat. Prorsus tantus etiam tunc dies fuit: quantus & nunc ẽ. quẽ uiginti & quattuor hore diurno curriculo nocturnoq; determinant. tantus mẽsis quantus & nunc est: quem luna cepta & finita cõclusit. Tantus annus quantus & nũc est: quem duodecim menses lunares additis propter cursum solarem quinq; diebus & quadrante consumant. Tantus annus sexcentesimi uite Noe secundus erat mensis: eiusq; mensis uicesimus & septimus dies: quando cepit esse diluuium: in quo dies qua/draginta continuate ingentes pluuie memorantur. qui dies nõ binas ac paulo ãplius horas habebant: sed uicenas & quaternas die noctuq; transactas. Ac per hoc tã mag/nos annos uixerunt illi antiqui usq; amplius q̃ nongentos: quantos postea uixit Abraã centum septuagintaquinq; & post eum filius eius Isaac centum octoginta: & filius eius Iacob prope cẽtum quinq̃ginta: & quantos interposita aliquanta etate Moyses centum uiginti: & quantos etiam nunc uiuunt homines septuaginta uel octoginta: uel nõ multo amplius. de quibus etiam dictum est. Et amplius eorum labor & dolor. Illa uero numerorum uarietas que inter codices Hebreos inuenitur & nostros: neq; de hac antiquorum longeuitate dissentit. & siquid habet ita diuersum ut uerum esse utrunq; non possit: rerum gestarum fides ab ea lingua repetenda est: ex qua inter/pretatum est: quod habemus. Que facultas cum uolentibus ubiq; gentium presto sit: non tamen uacat ꝙ septuaginta interpretes in plurimis que diuersa dicere uidentur: ex Hebreis codicibus emendare ausus est nemo. Non enim est illa diuersitas putata mendositas: nec ego ullo modo putandam existimo. Sed ubi non est scriptoris error: aliquid eos diuino spiritu ubi sensus esset consentaneus ueritati & predicans ueritatem: non interpretantium more sed prophetantium libertate aliter dicere uoluisse credẽ/dum est. Vnde merito non solum Hebreis: uerum etiam ipsis cum adhibet testimõia de scripturis uti Apostolica inuenitur autoritas. Sed hinc me opportuniore loco si adiuuerit dominus: promisi diligentius locuturum. nunc quod instat expediam. Non enim ambigendum est ab homine qui ex primo homine primus est natus: quando tã

diu uiuebant potuisse constitui ciuitatem sane terrenam nó illam que dicitur ciuitas dei: de qua ut scriberemus: tanti laborem huius operis in manus sumpsimus.

An credibile sit primi seculi uiros: usq; ad eā etatē qua filios generasse referuntur: a concubitu continuisse. C.xv.

DIcet ergo aliquis. Ita ne credendum est hominem filios incessanter generaturū: nec habentem propositum continentie centum & amplius uel scd'm hebreos nō multo minus id est octaginta sexaginta annos a concumbendi opere uacauisse: aut si non uacaret: nihil prolis gignere potuisse? Hec questio duobus modis soluitur. Aut enim tanto serior fuit proportione pubertas: quanto uite totius maior annositas: aut quod magis uideo esse credibile: non hic primogeniti filii cómemorati sunt: sed quos successionis ordo poscebat: ut perueniretur ad Noe: a quo rursus ad Abraam uidemus esse peruentum: ac deinde usq; ad certū articulum tempis q̄ntū oportebat signari etiā generationibus commemoratis cursum gloriosissime ciuitatis in hoc mūdo pegrinātis & supernam patriam requirentis. Quod enim negari non potest: prior omnium Cayn ex coniūctione maris & femine natus est. Neq; enim illo nato dixisset Adam: quod dixisse legitur: acquisiui hominem per deū: nisi illis duobus ipse fuisset homo nascēdo additus primus. Hunc secutus Abel quem maior frater occidit: prefiguratione quadā peregrinantis ciuitatis dei: q͏ esset ab impiis & quodammodo terrigenis id est terrenam originem diligentibus: & terrene ciuitatis terrena felicitate gaudentibus: persecutiones iniquas passura primus ostendit. Sed quot annorum erat Adam cum eos genuit: non apparet. Exinde digeritur generationes alie de Cayn: alie de illo quem genuit: Adam in eius successione quem frater occidit: & appellauit nomen illius Seth: dicens ut scriptum est. Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel quem occidit Cayn. Cum itaq; iste due series generationum una de Seth altera de Cayn: has duas de q̄bus agimus distinctis ordinibus insinuent ciuitates: unam celestem in terris peregrinantē: alteram terrenam terrenis tanq̄ sola sint gaudiis inhiantem uel inherentem: nullus de progenie Cayn cum dinumerata sit connumerato Adam usq; ad octauam generationem: quot annorum fuisset: expressus est: quando genuit eum qui commemoratur post eum. Noluit enim spiritus dei in terrene ciuitatis generatióibus tempora notare ante diluuium: sed in celestis maluit tanq̄ essent memoria digniores. Porro autē Seth quando natus est: non quidē taciti sunt anni patris eius: sed iam genuerat alios: & utrū solos Cayn & Abel affirmare quis audeat? Nó enim quia soli nominati sunt propter ordines generationum quas commemorari oportebat: ideo consequens uideri debet solos fuisse tunc generatos ex Adam. Cum enim silentio coopertis omnium nominibus ceterorum: legatur eum genuisse filios & filias: quota fuerit ista proles eius quis p̄sumat asserere: si culpam temeritatis euitat? Potuit q̄ppe Adam diuinitus admóitus dicere posteaq̄ Seth natus est. Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel: q̄ndo talis erat futurus qui impleret illius sanctitatem: non q͏ ip̄e prior post eum temporis ordine nasceretur. Deinde quod scriptum est: uixit autem Seth quinq; & ducentos annos: uel secundum hebreos quinq; & centum annos & genuit Enos: quis possit nisi inconsideratus asseuerare hunc eius primogenitum fuisse: ut admirantes merito requiramus: quomó per tot annos immunis fuerit a cónubio sine ullo proposito cótinētie: uel non fuerit coniugatus? Quando quidem etiam de ipso legitur & genuit filios et filias & fuerunt omnes dies Seth duodecim & nongenti anni & mortuus est: atq; ita

deinceps quorum anni commemorantur: nec filios filiasq; genuisse reticentur. Ac per hoc non apparet omnino: utrū qui nominatur genitus ipse fuerit primogenitus. imo uero quoniam credibile non est patres illos etate tam longa aut impubes fuisse: aut coniugibus caruisse uel fetibus: nec illos eorum filios primos eis natos fuisse credibile ē. Sed cum sacre scriptor historie ad ortum uitamq; Noe: cuius tempore diluuiū factū est per successiones generationum notatis temporibus intenderet peruenire: eas utiq; commemorauit non que primis suis parentibus fuerint: sed que in ꝓpagationis ordine uenerint. Exempli gratia quo id fiat apertius aliquid interponam: unde nullus ābigat fieri potuisse quod dico. Euangelista Mattheus generationē dominice carnis ꝑ seriē parentum uolens commendare memorie: ordines a patre Abraam atq; ad Dauid primitus ut perueniret intendens. Abraam inquit genuit Isaac. Cur non dixit Ismael quem primitus genuit? Isaac autem inquit genuit Iacob. Cur non dixit Esau q̄ eius primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad Dauid peruenire nō posset. Deinde seq̄t. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Nūquid Iudas primogenitus fuit? Iudas inquit genuit Phares & Zaram. Nec istorum geminorum aliquis fuit primogenitus Iude: sed ante illos iam tres genuerat. Eos itaq; tenuit in ordine generationum: per quos ad Dauid atq; inde quo intenderat: perueniret. Ex quo intelligi potest: ueteres quoq; homines ante diluuium nō primogenitos sed eos fuisse commemoratos: ꝑ quos ordo succedentium generationum ad Noe patriarcham duceretur: ne serie pubertatis illorum obscura & non necessaria questio nos fatiget.

¶ De iure coniugiorum qd̄ dissimiliter a subsequētibus matronis habuerint prima connubia. ¶ C.xvi.

CUm igitur genus humanum post primam copulam uiri facti ex puluere & cōiugis eius ex uiri latere: marium feminarumq; coniunctione opus haberet ut gignendo multiplicarentur: nec essent ulli homines nisi qui ex illis duobus nati fuissēt: uiri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto est antiquius cōpellente necessitate: tanto postea factum est damnabilius religione prohibente. Habita ē enim ratio rectissima caritatis: ut homines quibus esset utilis atq; honesta concordia: diuersarum necessitudinū uinculis necterentur: nec unus in una multas haberet: sed singule spergerentur in singulos: ac sic ad sotialem uitam diligentius colligandam plurime plurimos obtinerēt. Pater quippe & socer duarum sunt necessitudinum nomina. Ut ergo alium quisq; habeat patrem aliū socerum: numerosius se caritas porrigit. Utrūq; autem unus Adam esse cogebatur: & filiis & filiabus suis: quādo fratres sororesq; cōnubio iungebantur. Sic & Eua uxor eius utriq; sexui filiorū fuit & socrus & mater. Que si due femine fuissent: mater altera & socrus altera: copiosius se sotialis dilectio colligaret. Ipa deniq; iam soror q̄ etiam uxor fiebat: duas tenebat una necessitudines: quibus per singulas distributis ut altera eēt soror altera uxor: hominum numero sotialis propinquitas augeretur. Sed hoc unde fieret: tunc nō erat: quando nisi fratres & sorores ex illis duobus primis nulli homines erant. Fieri ergo debuit q̄ndo potuit: ut existente copia unde ducerentur uxores que non erant iam sorores: & non solum illud ut fieret nulla necessitas esset: uerum etiam si fieret: nefas esset. Nam si nepotes primorum hominum qui iam consobrinas poterant accipere coniuges: sororibus matrimonio iungerentur: non iam due sed tres in homine uno necessitudines fierent: que propter caritatem numerosiore propinquitate nectendam: disseminari per singulos

singule debuerunt. Esset enim unus homo filiis suis fratri scilicet sororique coniugibus: & pater & socer & auunculus: ita & uxor eius eisdem coniugibus filiis: & mater & amita & socrus. Idemque inter se filii eorum nõ solũ essent fratres atque coniuges: uerum etiam cõ/sobrini: quia & fratrum filii. Omnes autem iste necessitudines que uni homini tres hoĩes connectebant: nouẽ connecterent si essent in singulis singule: ut unus homo haberet alteram sororem: alteram uxorem: alteram consobrinam: alterum patrem: & alterum auunculum: alterum socerum: alteram matrem: alteram amitam: alteram socrum. atque ita se non in paucitate coartatum: sed latius atque numerosius propinquitatibus crebris uinculum sotiale diffunderet. Quod humano genere crescente & multiplicato: etiam inter impios deorum multorum falsorumque cultores sic obseruari cernimus: ut etiam si peruersis legibus permittantur fraterna coniugia: melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licẽtiam: & cum sorores accipere in matrimonium primis humani ge/neris temporibus omnino licuerit: sic auersetur quasi nũquam licere potuerit. Ad humanũ enim sensum uel alliciendum uel offendẽdum: mos ualet plurimum. Qui cum in hac causa moderationem concupiscentie coerceat: eum designari atque corrumpi merito eẽ nefarium iudicatur. Si enim est iniquum auiditate possidẽdi transgredi limitẽ agrorum: quanto est iniquius libidine concumbendi subuertere limitem morum? Experti autẽ sumus in connubiis consobrinarum etiam nostris temporibus: propter gradum ppinq/tatis fraterno gradui proximum quam raro per mores fiebat: quod fieri per leges licebat. quia id nec diuina prohibuit: nec nondum prohibuerat lex humana. Veruntamen factum etiam licitum propter uicinitatẽ horrebatur illiciti: & quod fiebat cũ cõsobrina pene cum sorore fieri uidebatur. quia & ipsi inter se propter tam propinquam con/sanguinitatem fratres uocantur: & pene germani sunt. Fuit autem antiquis patribus religiose cure: ne ipsa propĩquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimẽs lõgius abiret: & propinquitas esse desisteret: eam nondum longe positam rursus matrimonii uinculo colligare: & quodammodo reuocare fugiẽtem. Vnde iam pleno hominibus orbe terrarum: nõ quidem sorores ex patre uel matre: uel ex ambobus suis parẽtibus natas: sed tamen amabant de suo genere ducere uxores. Veruntamẽ quis dubitet ho/nestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse coniugia: non solũ secundũ ea que disputauimus propter multiplicãdas affinitates: ne habeat duas necessitudines una persona: cum due possint eas habere & numerus propinquitatis augeri. sed etiam quia nescio quomodo inest humane uerecundie quiddam naturale atque laudabile: ut cui debet cã ppinquitatis uerecundũ honorẽ: ab ea cõtineat quãuis generatricem tamẽ libidinem: de qua erubescere uidemus & ipsam pudiciciã coniugalem. Copulatio igitũ maris & femine quantum attinet ad genus mortalium: quoddam seminarium est ciui/tatis: sed terrena ciuitas generatione tantũmodo: celestis aũt etiã regeneratione opus habet: ut noxam generationis euadat. Vtrum autem aliquod fuerit: uel si fuit: quale fuerit corporale atque uisibile regenerationis signum ante diluuium: sicut Abrae circũ/cisio postea est imperata: sacra historia tacet. Sacrificasse tñ deo etiã illos antiquissimos homines nõ tacet. quod & in duobus primis fratribus claruit. & Noe post diluuium cum de arca fuisset egressus: hostias deo legitur immolasse. De qua re in precedẽtibus libris iam diximus: non ob aliud demones arrogantes sibi diuinitatem deosque se credi cupiẽ/tes: sibi expetere sacrificium & gaudere huiuscemodi honoribus: nisi quia uerorum sacrificiũ deo uero deberi sciunt.

De duobus ex uno genitore procreatis patribus atque pncipibus. C. XVII.

CVm ergo esset Adam utriusq; generis pater: id est & cuius series ad terrenam et cuius series ad celestem pertinet ciuitatem: occiso Abel atq; in eius interfectione commendato mirabili sacramento: facti sunt duo patres singulorum generum Cayn & Seth: in quorum filiis quos commemorari oportebat: duarum istarū ciuitatum in genere mortalium euidentius indicia clarere ceperunt. Cayn quippe genuit Enoch: ī cuius nomine condidit ciuitatem: scilicet non peregrinantem in hoc mūdo: sed in eius temporali parte ac felicitate quiescentem. Cayn autem interpretatur possessio. unde dictum est quando natus est siue a patre siue a matre eius: acquisiui hominem per deū. Enoch uero dedicatio. hic enim dedicatur terrena ciuitas ubi condit̄: quoniā hic habet eum quē intendit & appetit finem. Porro ille Seth interpretatur resurrectio: & Enos filius eius interpretatur homo. non sicut Adā. Et ipsum enī nomē interp̄tat̄ homo: sed commune p̄hibetur eē in illa lingua id est Hebrea masculo & femine. Nā sic de illo scriptum est. Masculum & feminam fecit eos: & benedixit illos & cognominauit eorum nomen Adam. Vnde non ambigitur sic appellatam fuisse feminam Euā proprio nomine: ut tamen Adam quod interpretatur homo nomen esset amborum. Enos autem sic interpretatur homo: ut hoc nō posse feminam nuncupari periti lingue illius asseuerent: tanq̄m filius resurrectionis: ubi non nubent neq; uxores ducent. Non enim erit ibi generatio: cum illuc perduxerit regeneratio. Quare & hoc non in cassū notandum arbitror: q̄ in his generatiōibus que propagant̄ ex illo qui est appellatus Seth: cum genuisse filios filiasq; dicatur: nulla ibi genita nominatim femina expressa est. in his autem que propagantur ex Cayn: in ipso fine quousq; protenduntur: nouissima femina genitea nominatur. Sic enim legitur. Matusabel genuit Lamech. Et sumpsit ibi Lamech duas uxores. Nomen uni Ada: & nomen secunde Sella. & pepit Ada Iabel hic erat pater habitātium in tabernaculis pecorariorum. Et nomē fratris eius Iubal hic fuit qui ostendit psalteriū & citharam. Sella autem peperit & ipsa Tubalcaym & erat erarius & malleator eramēti & ferri. Soror aūt Tubalcaym Noema. Hucusq; porrecte sunt omnes generatiōes Cayn: que sunt omēs ab Adam octo annumerato ipso Adam septem scilicet usq; ad Lamech: qui duarum maritus uxorum fuit: & octaua est generatio in filiis: in quibus & femina commemoratur. Vbi eleganter significatum est: terrenam ciuitatem usq; ī sui finem carnales habituram generatiōes: que marium feminarumq; coniunctione proueniunt. Vnde & ipse quod preter eas nusq̄ reperitur ante diluuium: nominibus propriis exprimuntur uxores illius hoīs: qui nominat̄ hic nouissimus pater. Sicut autē Cayn qui interpretat̄ possessio terrene cōditor ciuitatis: & filius eius in cuius nomīe cōdita ē Enoch q̄ interpretat̄ dedicatio: indicat istā ciuitatem & initium & finem habere terrenū: ubi nihil speratur amplius q̄ qđ in hoc seculo cerni potest: ita Seth qui interpretat̄ resurrectio: cū sit generationū seorsum cōmemoratarū pater: quid de filio eius sacra historia dicat intuendum est.

Quid signatū sit in Abel: & Seth: & Enos: quod apparet ad Christum et corpus eius. id est ecclesiam pertinere. C. xviii.

ET Seth inquit natus est filius: et nominauit nomen eius Enos. Hic sperauit inuocare nomen domini dei. Nempe clamat attestatio ueritatis. In spe igit̄ uiuit homo filius resurrectionis: in spe uiuit quādiu peregrinatur hic ciuitas dei: que gignit̄ ex fide resurrectionis Christi. Ex duobus nanq; illis hominibus: Abel qui interpretat̄

luctus: & eius fratre Seth q interp̃tat̃ resurrectio mors Xp̃i & uita eius ex mortuis figuratur. Ex qua fide gignitur hic ciuitas dei id ē homo q sperauit inuocare nomē domini dei. Spe enim salui facti sumus ait Apostolus. Spes autem que uidetur: nō est spes. Quod enim uidet quis: quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus: per patientiam expectamus. Nam quis uacare hoc existimet ab altitudine sacramenti? Nunquid enim Abel non sperauit inuocare nomen domini dei: cuius sacrificiū scrip/tura tam acceptum deo fuisse commemorat? Nunquid ipse Seth non sperauit nomē domini dei de quo dictum est. Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel? Cur ergo huic proprie tribuitur quod piorum omnium intelligitur eē commune: nisi qa oportebat in eo qui de patre generationum in meliorem partem hoc est superne ci/uitatis separatarum: p̃mus commemoratus exortus prefigurari hominem id est hoīm sotietatem: que non secundum uires terrene felicitatis: sed secundum deum uiuit in spe felicitatis eterne? Nec dictum est hic sperauit in dominum deum: aut hic inuocauit nomen domini dei: sed hic sperauit inquit inuocare. ubiq; prophecia est exorturum populum qui secundum electionem gratie inuocauit nomē domini dei hoc est qđ p alium prophetam dictum est Apostolus de hoc populo ītelligi ad dei gratiā ptinere. Et erit omnis qcūq; inuocauerit nomē domini saluus erit. hoc. n. ipsū qđ dicit̃ & no/minauit nomē eius Enos qđ interpretat̃ homo: ac deinde addit̃ hic sperauit inuocare nomē domini dei: satis ostendit̃ ꝙ non in seipso spē ponere debeat homo. Maledictus enim omnis sicut alibi legit̃: qui spē suā ponit in homine. Ac per hoc in se ut sit cuius alterius ciuitatis: que nō solū secundū filiū Cayn dedicat̃ hoc tempe: hoc ē mortalis huius seculi labente transcursu: sed in illa immortalitate beatitudinis sempiterne.

De significatione que in Enoch translatione monstrat̃. C. xix.

Nam & ista propago cuius est pater Seth in ea generatione habet dedicationis nomen que septima est ex Adam: annumerato Adam. Septimus enī ab illo na/tus est Enoch qui interpretatur dedicatio. sed ipse est ille translatus qui placuit deo: & insigni numero in ordine generationum quo sabbatum consecratum est septimus scilicet ab Adam: ab ipso autem patre istarum generationum que discernunt̃ a gene/ratione Cayn: id est a Seth sextus est: quoto die factus est homo: & consumauit deus omnia opera sua. Sed huius Enoch translatio nostre dedicationis est perfigurata di/latio. Que qdē iam facta est in Christo capite nostro: q sic resurrexit ut nō moriat̃ ulterius: sed etiam ipse translatus est. Restat autem altera dedicatio uniuerse domus cuius ipse Christus est fundamentum: que differt̃ in finē: quādo erit oīm resurrectio nō moriturorum amplius. Siue autem domus dei dicat̃: siue templum dei: siue ciuitas dei: id ipsum est: nec abhorret a latini eloquii cōsuetudine. Nam & Virgilius imperio/sissimam ciuitatem domum appellat Assaraci: Romanos uolens intelligi q de Assaraco per Troianos originem ducunt: & domum Aenee eosdem ipsos: qa eo duce Troiani cū Italiam uenissent: ab eis condita est Roma. Imitatus nāq; est poeta ille litteras sacras: in quibus dicitur domus Iacob iam ingens populus hebreorum.

De eo ꝙ Cayn: successio: in octaua ab Adam generatione clauditur: & in posteris ab eodem patre Adam: Noe decimus inuenit̃. C. xx.

DIcet aliqs. si hoc intēdebat scriptor huius historie i cōmemorādis generatiōibus ex Adam per filium eius Seth: ut per illas perueniret ad Noe sub quo factum ē diluuium: a quo rursus contexeretur ordo nascentium: quo perueniret ad Abraam: a quo Mattheus Euangelista incipit generatiōes quibus ad Christum peruenit eternū Regem ciuitatis dei: quid intendebat in generationibus ex Cayn: & quo eas pducere uolebat? Respondetur. usq; ad diluuium: quo totum illud genus terrene ciuitatis absumptum est: sed reparatum est ex filiis Noe. Neq; enim deesse poterit hec terrena ciuitas societasq; hominum secundum hominem uiuentium: usq; ad huius seculi finem de quo dominus ait: filii huius seculi generant & generantur. Ciuitatem uero dei peregrinantem in hoc seculo regeneratio perducit ad alterꝫ seculū: cuius filii nec generāt: nec generantur. Hic ergo generari & generare ciuitati utriq; commune est: quamuis dei ciuitas habeat &iam hic multa ciuium milia: que ab opere generandi se abstineāt. Sed habet etiam illa ciues nonnullos isti similes: ex imitatione quadam licet errantes. Ad eam nanq; pertinent: etiam qui deuiantes ab huius fide diuersas hereses cōdiderūt. secundū hoīem quippe uiuunt: nō secundū deū. Et Indorū Gymnosophiste q nudi phibent philosophari i solitudinibus Indie: ciues eius sunt & a generando se cohibēt. Non enim est hoc bonum: nisi cum fit secundum fidē summi boni qui deus est. Hoc tamen nemo fecisse ante diluuium reperit: quādo quidem etiam ipse Enoch septimus ab Adam: qui translatus refertur esse non mortuus: genuit filios & filias anteq̄ transferretur. in quibus fuit Matusalem per quem generationum memorandarum ordo transcurrit. Cur ergo tanta paucitas successionum commemoratur in generationibus ex Cayn: si eas usq; ad diluuium perduci oportebat: nec erat diuturna etas preueniēs pubertatem: que centum uel amplius annos uacaret a fetibus? Nam si non intendebat autor libri huius aliquem ad quē necessario perduceret seriem generationum: sicut in illis qui ueniunt de semine Seth: intendebat peruenire ad Noe a quo rursus ordo necessarius sequeretur: quid opus erat pretermittere primogenitos filios ut perueniretur ad Lamech: in cuius filiis finitur illa contextio octaua generatione scilicet ex Adam: septima ex Cayn: quasi esset inde aliquid deinceps connectendum: unde perueniretur uel ad Israeliticum populum: in quo celesti ciuitati etiam terrena Hierusalē figurā propheticā prebuit: uel ad Xpm secundū carnem qui est sup oīa deus benedictus in secula: supne Hierusalem fabricator atq; regenerator: cum tota progenies Cayn diluuio sit deleta? Vnde uideri potest in eodem ordine generationum: primogenitos fuisse commemoratos. Cur ergo tam pauci sunt? Non enim usq; ad diluuium tot esse potuerunt: nō uacantibus usq; ad centenariā pubertatē patribus ab officio generandi: si non erat tunc proportione longeuitatis illius etiam sera pubertas. Vt enim pereque triginta annorum fuerint cum filios generare ceperunt octies triceni: quoniam octo sunt generationes cum Adam & cum eis quos genuit Lamech: ducenti & quadraginta sunt anni. Num itaq; toto deinde tempore usq; ad diluuium non generauerunt? Qua tandem causa qui hec scripsit generationes commemorare noluit que sequuntur? Nā ex Adam usq; ad diluuium computantur anni secundū codices nostros duo milia ducenti sexagintaduo: scdm Hebreos aūt mille sexcenti quinq̄gintasex. Vt ergo istum numerū minorē credamus esse ueriorē: de mille sexcentis quinq̄gintasex annis: ducēti quadraginta detrahuntur. Nunqd credibile est per mille quadringentos & quot excurrit annos qui restant usq; ad diluuium: progeniem Cayn a generationibus uacare potuisse? Sed qui ex hoc mouetur: meminerit cum quererem quomō credendum sit: antiquos illos homines per tam multos annos a gignendis filiis cessare potuisse: duobus

modis istam solutam esse questionem: aut de sera pubertate proportione tam longe
uite: aut de filiis qui commemorantur in generationibus ꝙ nó fuerint ꝓmogeniti: sed
hi per quos ad eum quem intendebat: autor libri poterat ꝑuenire: sicut ad Noe in ge/
nerationibus Seth. Proinde in generationibus Cayn si non occurrit q deberet intédi
ad quem pretermissis primogenitis per eos qui cómemorati sunt perueniri oportebat:
sera pubertas intelligenda restabat: ut aliquanto post centum annos puberes habilesq;
ad gignendum facti fuerint: ut ordo generationum per primogenitos curreret: & usq;
ad diluuium ad numerum annorum tante quātitatis occurreret. Quamuis fieri possit
ut propter aliquam secretiorem causam que me latet: usq; ad Lamech & eius filios
generationum perueniente contextu: commendaretur hec ciuitas quam dicimus ter/
renam: ac deinde cessaret scriptor libri commemorare ceteras: que usq; ad diluuium eē
potuerunt. Potest & illa esse causa cur nó ordo generationum per primogenitos du/
ceretur: ut necesse non sit in illis hominibus tam seram credere pubertatem: ꝙ scilicet
eadē ciuitas quā Cayn in nomine Enoch filii sui códidit: lóge lateq; regnare potuerit:
& reges habere nó simul plures: sed suis etatibus singulos: quos genuissent sibi successu/
ros quicunq; regnassent. Horum Regum primus esse potuit ipse Cayn: secundus eius
filius Enoch in cuius nomine ubi regnaretur condita est ciuitas: tertius Irad quem
genuit Enoch: quartus Manibel quem genuit Irad: quintus Matusabel quē genuit
Manibel: sextus Lamech quem genuit Matusabel: q est septimus ab Adam ꝑ Cayn.
Non autem erat consequens ut primogeniti in regnum regnantibus succederent pa/
tribus: sed quos regnandi meritum propter uirtutem terrene utilem ciuitati: uel sors
aliqua reperiret: uel ille potissimum succederet patri hereditario quodā iure regnādi:
quem pre ceteris filiis dilexisset. Potuit autē uiuente adhuc Lamech atq; regnante fieri
diluuium: ut ipsum cum aliis omnibus hominibus exceptis qui in arca fuerunt quem
perderet: inueniret. Neq; enim mirandum est: si uaria quātitate numerositatis annorū
interposita: per tam lógam etatem ab Adam usq; ad diluuium non equalis numeri ge/
neratióes habuit utraq; progenies: sed per Cayn septem: per Seth autē decē: septimus
est enim ut iam dixi ab Adam usq; Lamech: decimus Noe. Et ideo non unus filius
Lamech sicut í ceteris superius: sed plures commemorati sunt: quia incertum fuerat qs
ei fuisset mortuuo successurus: si regnandi tempus inter ipsum & diluuium remansisset.
Sed quoquomó se habeat: siue ꝑ primogenitos siue per Reges ex Cayn generationū
ordo decurrens: illud mihi nullo pacto pretereūdum silentio uidetur: ꝙ cū Lamech
septimus ab Adam fuisset inuentus: tot eius anumerati sunt filii donec undenarius nu/
merus impleretur: quo significatur peccatum. Adduntur enim tres filiī & una filia.
Vxores autem aliud possunt significare: nó hoc quod nunc commendandū uidetur.
Nunc enim de generationibus loqmur: ille uero unde sint genite tacitum ē. Quoniā
ergo lex denario numero predicatur: unde est memorabilis ille decalogus: profecto
numerus ūdenarius quoniam transgreditur denarium: transgressióem legis ac per hoc
peccatū significat. Hinc est ꝙ in tabernaculo testimonii qđ erat in itinere populi dei
uelut templum ambulatorium: undecim uela cilicina fieri ꝑcepta sunt. In cilitio qp/
pe recordatio est. peccatorum: propter hedos ad sinistrum futuros: quia confitentes in
cilitio prosternimur tanq̄ dicentes quod in psalmo scriptum est: peccatum meum ante
me est semper. Progenies ergo ex Adam per Cayn sceleratum undenario numero fi/
nitur: quo peccatū significatur: & ipse numerus a femina clauditur: a quo sexu initiū
factum est peccati per quod omnes morimur. Commissum est autem ut & uoluptas
carnis que spiritui resisteret sequeretur. Nam & ipsa filia Lamech Noema uoluptas

interpretatur. Per Seth autem ab Adam usq; ad Noe denarius insinuatur legitimus numerus. Cui Noe tres adiciuntur filii unde uno lapso duo benedicuntur a patre: ut remoto reprobo & probatis filiis ad numerum additis: etiam duodenarius numerus intimetur: qui & in patriarcharum & in Apostolorum numero insignis est: propter septenarii partes alteram p alteram multiplicatas. Nam ter quaterni uel quater terni ipsum faciunt. His ita se habentibus: uideo considerandum & commemorandum: ista utraq; progenies que distinctis generationibus duas insinuat ciuitates: unā terrigenarum alteram regeneratorum: quomodo postea sic commixta fuerit atq; confusa: ut uniuersum genus humanum exceptis octo hominibus perire mereretur diluuio.

Qua ratione cōmemorato Enoch q fuit filius Cayn: totius generationis eius usq; ad diluuiū sit cōtinuata narratio. cōmemorato aūt Enos: q fuit filius Seth: ad cōditionis humane principiū sit reditū. C. xxi.

PRimo autem intuendum est: quemadmodum cum ex Cayn generationes enumerarentur: cōmemorato ante ceteros posteros eius illo in cuius nomine condita est ciuitas id est Enoch: contexti sunt ceteri usq; ad illum finem de quo locutus sum: donec illud genus atq; illa uniuersa propago diluuio deleretur: cum uero filius Seth unus commemoratus fuisset Enos: nondum usq; ad diluuium additis ceteris: articulus quidā interponitur & dicitur: hic liber natiuitatis hominū: qua die fecit deus Adā: ad imaginem dei fecit illum: masculum & feminā fecit eos: & benedixit illos: & cognominauit nomē eorum Adam: qua die fecit illos. Quod mihi uidetur ad hoc interpositū: ut hinc rursus inciperet ab ipso Adam dinumeratio temporum: quā uoluit facere qui hec scripsit in ciuitate terrena: tanq̄ eam deus sic commemoraret ut non computaret. Sed quare hinc reditur ad istam recapitulationem: posteaq̄ commemoratus est filius Seth homo q sperauit inuocare nomen domini dei: nisi quia sic oportebat istas duas proponere ciuitates: unam per homicidam usq; ad homicidam: nam & Lamech duabus uxoribus suis sese perpetrasse homicidium cōfitetur: alteram per eum qui sperauit inuocare nomē domini dei? Hoc est quippe in hoc mundo peregrinantis ciuitatis dei totum atq; summum in hac mortalitate negotium: quod per unum hominem quē sane occisi resurrectio genuit: commendandum fuit. Homo quippe ille unus totius supne ciuitatis est unitas: nondum quidem completa: sed premissa ista prophetica prefiguratione complēda. Filius ergo Cayn hoc est filius possessionis: cuius nisi terrene ciuitatis habeat nomen in ciuitate terrena que in eius nomine condita est. De his est enim de quibus cantatur in psalmo: inuocabunt nomina eorum in terris ipsorum: propter qd̄ sequitur eos quod in alio psalmo scriptum est: domine in ciuitate tua imaginem eorū ad nihilum rediges. Filius autem Seth hoc est filius resurrectionis speret inuocare nomen domini dei. Eam quippe sotietatem hominum prefigurat que dicit: ego autem sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei. Vanas autem glorias famosi in terra nominis non requirat. Beatus enī uir cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in uanitates & insanias falsas. Propositis itaq; duabus ciuitatibus: una in re huius seculi: altera in spe dei: tanq̄m ex communi que aperta est in Adam ianua mortalitatis egressis: ut percurrant & discurrant ad discretos proprios & debitos fines: incipit dinumeratio temporum in qua & alie generationes adiciuntur: facta recapitulatiōe ex Adam: ex cuius origine damnata ueluti massa una: merite damnatiōi tradita

fecit deus alia in contumeliam uasa ire: alia in bonorem uasa misericordie: illis reddēs quod debetur in pena: istis donans quod non debetur in gratia: ut ex ipa etiam com/paratione uasorum ire: superna ciuitas discat que peregrinatur in terris: non fidere libertate arbitrii sui: sed speret inuocare nomen domini dei: quoniā uoluntas ī natura que facta est bona a bono deo: sed mutabilis ab immutabili: ex nihilo ab eo qui est: & a bono potest declinare ut faciat malū: quod fit libero arbitrio: & a malo ut faciat bonum: quod non fit sine diuino adiutorio.

De lapsu filiorum dei alienigenarum mulierꝝ amore captorū: unde & omnes exceptis octo hominibus diluuio pire meruerūt. C.xxii.

Hoc itaq; libero uoluntatis arbitrio: generatione humana progrediente atq; cre/scente facta est permixtio: & iniquitate participata quedam utriusq; confusio ciuitatis. quod malum a sexu femineo causam rursus inuenit: non quidem illo modo quo ab initio. Non enim cuiusq̄ etiam tunc fallacia seducte ille femine persuaserunt peccatum uiris: sed ab initio que prauis moribus fuerant ī terrena ciuitate id est in ter/rigenarum societate: amate sunt a filiis dei ciuibus scilicet peregrinantis in hoc seculo alterius ciuitatis: propter pulchritudinē corporum. quod bonum dei quidem donum est: sed propterea id largitur etiam malis: ne magnum bonū uideatur bonis. Deserto itaq; magno bono & bonorum proprio: lapsus est factus ad bonum minimum: non bonis proprium sed bonis malisq; commune: ac sic filii dei filiarum hominum amore sunt capti: atq; ut eis coniugibus fruerentur in amorem societatis terrigene defluxerūt: deserta pietate quam in sancta societate seruabant. Sic enim corporis pulchritudo: a deo quidē factum sed tēporale carnale infimum bonū: male amatur postposito deo eterno: interno: sempiterno bono: quemadmodum iusticia deserta & aurum amat̄ ab auaris: nullo peccato auri sed hominis. Ita se habet omnis creatura. Cum. n. bona sit: & bene potest amari & male. bene scilicet ordine custodito: male aūt ordine ꝑturbato. Quod in laude quidam creatoris breuiter uersibus dixit.
Hec tua sunt bona sunt: quia tu bonus ista creasti.
Nil nostrum est in eis nisi quod peccamus amantes.
Ordine neglecto pro te: quod conditur abs te.
Creator autem si ueraciter ametur: hoc est si ipse non aliud pro illo quod non est ipe amet̄: male amari non pōt. Nam & amor ipse ordinate amandus est: quo bene amat̄ quod amandum est: ut bene sit in nobis uirtus qua uiuitur bene. Vnde mihi uidet̄ ꝙ definitio breuis & uera uirtutis ordo est amoris. Propter quod in sancto cantico can/ticoꝝ cantat sponsa Christi: ciuitas dei. Ordinate in me caritatem. Huius igit̄ caritatis hoc est dilectionis & amoris ordine perturbato: deū filii dei neglexerūt: & filias hoīm dilexerunt: quibus duobus nominibus satis ciuitas utraq; discernit̄. Neq;. n. & illi non erant filii hominum per naturam: sed aliud nomen habere ceperant per gratiam.

An credendum sit angelos substantie spiritalis amore speciosarum mulierū captos earundem inisse cōiugia: ex quibus Gigantes sunt creati. C.xxiii.

Nam & in eadem scriptura ubi dicti sunt dilexisse filias hominū filii dei: idē dicti sunt etiam angeli dei. unde illos multi putant nō homines fuisse sed āgelos. Quā

questionem nos transeunter commemoratam: in tertio huius operis libro reliquimus insolutam. utrum possint ãgeli cum spiritus sint: corporaliter coire cũ feminis: Scriptũ est enim. Qui facit angelos suos spiritus: id est eos qui natura spiritus sunt: facit esse angelos suos: iniungendo eis officium nuntiãdi. Qui enim grece dicitur angelos: quod nomen latina declinatione angelus perhibetur: latina lingua nuntius interpretatur: Sed utrum eorũ corpora consequenter adiunxerit dicendo: & ministros suos ignem ardentem: an ꝙ caritate tanq̃ igne spiritali feruere debeant ministri eius: ambiguum est. Apparuisse tamen hominibus angelos in talibus corporibus: ut nõ solũ uideri uerumetiam tangi possent: eadem uerissima scriptura testatur. Et quoniam creberrima fama est: multiq; se expertos uel ab eis qui experti essent: de quorum fide dubitandum non est audisse confirmant: Siluanos & Faunos quos uulgo Incubos uocant: improbos sepe extitisse mulieribus: & earum appetisse ac peregisse concubitum & quosdam demones quos Dusios Galli nuncupant: hanc assidue immundiciã & temptare & efficere plures talesq; asseuerant: ut hoc negare impudẽtie uideatur. Non hinc aliquid audeo temere definire: utrum aliqui spiritus elemento aereo corporati sunt: nam hoc elemẽtum etiam cum agitatur flabello: sensu corporis tactuq; sentitur: possint etiã hãc pati libidinem: ut quomodo possunt sentientibus feminis misceantur. Dei tamen angelos sanctos nullo modo illo tempore sic labi potuisse crediderim: nec de his dixisse Apostolum Petrum. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit: sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos reseruari: sed potius de illis qui primum apostatãtes a deo cum diabolo principe suo ceciderũt: qui primum hominem ꝑ inuidiam serpentina fraude decepit. Angelos autem fuisse etiam dei homines nuncupatos: eadem scriptura sancta locupletissima testis est. Nam & de Iohanne scriptũ est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuã: qui preparabit uiã tuã. Et Malachias ꝓpheta propria quadam id est proprie sibi impartita gratia dictus est angelus. Verum hoc mouet quosdam: ꝙ ex illis qui dicti sunt angeli dei: & ex mulieribus quas amauerũt: non quasi homines generis nostri sed gigantes legimus esse natos: quasi uero corpora hominum modum nostrum longe excedentia: quod etiam supra commemoraui: non etiam nostris temporibus nata sint. Nonne ante paucos annos cum romane urbis q̃d a gothis factum est propiquaret excidium: Rome fuit femina cum suo patre & sua matre: que corpore quodammodo giganteo longe ceteris premineret: ad quã uisendã mirabilis fiebat usq;q̃q; concursus? Et hoc erat maxime admirationi: ꝙ ambo parentes eius nec saltem tam longi homines erant: q̃ longissimos uidere consueuimus. Potuerũt igitur gigantes nasci: & prius q̃m filii dei qui & angeli dei dicti sunt: filiabus hominum hoc est secundũ hominem uiuẽtium miscerentur: filii scilicet Seth filiabus Cayn. Nã & canonica scriptura sic loquitur: in quo libro hec legimus: cuius uerba ista sunt. Et factum est postq̃ ceperunt homines multi fieri super terram: & filie nate sunt illis: uidentes angeli dei filias hominum quia boni sunt: sumpserunt sibi uxores ex omibus q̃s elegerant. Et dixit dominus deus. Non permanebit spiritus meus in hominibus his in eternum: propter quod caro sunt. Erunt autem dies eorum centum uiginti anni. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Et post illud cum intrarent filii dei ad filias hominum & generarent sibi: illi erant gigantes a seculo homines nominati. Hec libri uerba diuini satis indicant: iam illis diebus fuisse gigantes super terram: quãdo filii dei acceperunt uxores filias hominũ: cum eas amarẽt bonas id est pulchras. Cõsuetudo quippe scripture huius est: etiam speciosos corpore bonos uocare. Sed & postq̃m hoc factum est nati sunt gigantes. Sic enim ait. gigantes aũt erant super terram in diebus

illis. Et post illud: cum intrarent filii dei ad filias hominũ. Ergo & ante in illis diebus & post illud. Quod autem ait & generabant sibi: satis ostendit ꝙ prius antequā sic ca/derent filii dei: deo generabant non sibi: id est non dominante sibi libidine coeundi: sed seruiente officio propagandi: non familiam fastus sui: sed ciues ciuitatis dei: quibus annuntiauerant tanq̃ angeli dei: ut ponerent in deo spem suam: similes illius q natus est de Seth filius resurrectionis: & sperauit inuocare nomen domini dei: in q̃ spe essēt cum suis posteris coheredes eternorum bonorum: & sub deo patre fratres filiorũ. Non autem illos ita fuisse angelos dei ut homines non essent: sicut putant quidam: sed ho/mines proculdubio fuisse scriptura ipsa sine ulla ambiguitate declarat. Cum. n. ꝑmissũ esset: ꝙ uidentes angeli dei filias hominum quia bone sunt: sumpserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant: mox adiunctum est: & dixit dominus deus: non permanebit spiritus meus in hominibus his in eternum: propter quod caro sũt. Spiritus dei quippe fuerunt facti angeli dei & filii dei. sed declinando ad inferiora homines dicunt᷑ nomīe nature non gratie: dicuntur & caro desertores spiritus: & deserēdo deserti. Et septua/ginta quidem interpretes: & angelos dei dixerunt istos & filios dei: quod quidem etiā non habent omnes codices: nam quidam nisi filios dei non habent. Aquila autem quē interpretem Iudei ceteris anteponunt: non angelos dei nec filios dei: sed filios deorum interpretatus est. Vtrunq; autem uerum est. Nā & filii dei erant sub quo patre suorũ patrum etiam fratres erant. filii deorum: quoniam a diis geniti erant: cum quibus etiā ipsi dii erant: iuxta illud psalmi. Ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes. Merito enim credũtur septuaginta interpretes accepisse propheticum spiritum. ut siquid eius auto/ritate mutarent: atq; aliter q̃ erat quod interpretabantur: dicerent, neq; hoc diuinitus esse dictum dubitaretur. Quamuis hoc in hebreo esse perhibeatur ambiguum: ut filii dei & filii deorum posset interpretari. Omittamus igitur earum scripturarum fabulas que Apocriphe nuncupantur: eo ꝙ earum occulta origo non claruit patribus: a qui/bus usq; ad nos autoritas ueracium scripturaꝝ certissima & notissima successiōe ꝑuenit. In his autem apocriphis & si inuenitur aliqua ueritas: tamē propter multa falsa nulla est canonica autoritas. Scripsisse quidem nonnulla diuina Enoch illum septimum ab Adam negare non possumus: cũ hoc in epistola canonica Iudas Apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo canone scripturarum: qui seruabatur in tēplo Hebrei po/puli succedentium diligētia sacerdotum. Cur autem hoc: nisi q̃a ob antiq̃tatē suspecte fidei iudicata sunt: nec utrũ hec essent: que ille scripsisset: poterat inueniri: non talibus proferentibus qui ea per seriem successionis reperirentur rite seruasse? Vnde illa que sub eius nomine proferuntur: etiam continent istas de gigantibus fabulas: ꝙ non ha/buerunt homines patres: recte a prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda: sicut multa sub nominibus & aliorum prophetarũ: & recētiora sub nominibus Apostoloꝝ ab hereticis proferuntur: que omnia sub nomine apocriphoꝝ ab autoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. Igit᷑ secundũ scripturas canonicas Hebreas atq; Christianas: multos gigantes ante diluuium fuisse dubium non est: & hos fuisse ciues terrigene sotietatis hominum: dei aũt filios q secundum carnē de Seth ꝓpagati sunt: in hāc sotietatem deserta iusticia declinasse. Nec mirandum est ꝙ etiam de ipsis gigā/tes nasci potuerunt. Neq;. n. omnes gigantes fuerunt: sed magis multi utiq; tũc fuerũt: q̃ post diluuium temporibus ceteris. Quos propterea creare placuit creatori: ut hinc etiam ostenderetur: non solum pulchritudines uerum etiam magnitudines & fortitu/dines corporum non magnipendendas esse sapienti: qui spiritalibus atq; immortalibus longe melioribus atq; firmioribus: & bonorum propriis non bonorum malorumq;

cōmunibus beatificatur bonis. Quam rem alius Propheta commēdans ait. Ibi fuerūt gigantes illi nominati: qui ab initio fuerunt staturosi: scientes prelium. Non hos elegit dominus: nec uiam scientie dedit illis: sed interierunt quia non habuerunt scientiā: perierunt propter inconsiderantiam.

¶ Quō intelligendū sit: ꝙ eis q diluuio perdēdi erant: dominus dixerit: erunt dies eorum centū uiginti anni. ¶ C.xxiiii.

Quod autem dixit deus: erunt dies illoꝝ centum uiginti anni: non sic accipiēdum est: quasi prenunciatum sit post hec homines centum uiginti annos uiuendi non transgredi: cum & post diluuium etiam quingentos excessisse inueniamus. Sed intelligendum est hoc deum dixisse cum circa finem quingentorum annorum esset Noe: id est quadringentos octaginta uite annos ageret: quos more suo scriptura quingētos uocat: nomine totius maximam partem plerunq; significans: sexcentesimo quippe āno uite Noe: secundo mense factum est diluuium. Ac sic centum uiginti anni pdicti sūt futuri uite hominum periturorum: quibus transactis diluuio delerentur. Nec frustra creditur sic factum esse diluuium: iam non inuentis in terra qui non erant digni tali morte defungi: qua in impios uindicatū est: nō ꝙ hic quicq̄ bonis quādoq; morituris tale genus mortis faciat aliquid: qd̄ eis possit obesse post mortem. Veruntamē nullus eorum a diluuio mortuus est. quos de semine Seth propagatos sancta scriptura commemorat. Sic autem diuinitus diluuii causa narratur. Videns inquit dominus deus quia multiplicate sunt malicie hominū super terram: & ꝙ unusquisq; cogitat in corde suo diligenter super maligna omnes dies: cogitauit quia fecit hominem super terram: & recogitauit & dixit deus. Delebo hominem quem feci a facie terre: ab homine usq; pecus: & a repentibus usq; ad uolatilia celi: quia iratus sum quoniam feci eos.

¶ De ira dei que in commutabilem tranquillitatem nulla inflammatione perturbat. ¶ C.xxv.

Ira dei non perturbatio animi eius est: sed iudicium quo irrogatur pena peccato. Cogitatio uero eius & recogitatio: mutandarum rerum est immutabilis ratio. Neq; enim sicut hominem ita deum cuiusq̄ facti sui penitet: cuius est de omnibus omnino rebus tā fixa sententia q̄ certa prescientia. Sed si non utatur scriptura talibus uerbis: non se quodammodo familiarius insinuabit omni generi hominum quibus uult esse consultum: ut & terreat superbientes: & exerceat querentes: & excitet negligentes: et alat intelligentes. Quod non faceret: si non se prius inclinaret & quodammodo descenderet adiacentes. Quod autem etiam interitum omnium animalium terrenoꝝ uolatiliumq; denunciat: magnitudinem future cladis effatur: non animantibus rationis expertibus tanq̄ & ipsa peccauerint minatur exitium.

¶ Quod arca quam Noe iussus est facere: in omībus Xp̄m ecclesiāq; significet. ¶ C.xxvi.

Iam uero ꝙ Noe homini iusto & sicut de illo scriptura ueridica loquitur in sua generatiōe perfecto: nō utiq; sicut pficiendi sunt ciues ciuitatis dei in illa īmortalitate qua equabuntur angelis dei: sed sicut esse possunt in hac peregrinatione perfecti: imperat deus ut arcam faciat: in qua cū suis id est uxore filiis & nuribus: & cū aīmalibus

que ad illum ex dei precepto in arcam ingressa sunt liberaretur a uastitate diluuii: proculdubio figura est peregrinantis in hoc seculo ciuitatis dei: hoc est ecclesie que fit salua per lignum in quo pependit mediator dei & hominũ homo Christus Iesus. Nã & mensure ipse longitudinis & latitudinis & altitudinis eius: significãt corpus humanũ: in cuius ueritate ad homines prenunciatus est uenturus: & uenit. Humani quippe corporis longitudo a uertice usq; ad uestigia: sexties tantum habet q̃ latitudo que est ab uno latere usq; ad alterum latus: & decies tantum q̃ altitudo: cuius altitudinis mensura est in latere a dorso usq; ad uentrem: uelut si iacentem hominem metiaris supinũ seu pronum: sexties tantum longus est a capite usq; ad pedes: q̃ latus a dextera in sinistram uel a sinistra in dexteram: & decies q̃ altus a terra. Vnde facta est arca trecentorũ in longitudine cubitorũ: & quinquaginta in latitudine: & triginta ĩ altitudĩe. Et ꝙ ostium in latere accepit: profecto illud est uulnus quando latus crucifixi lãcea perforatum est. Hac quippe ad illum uenientes ingrediuntur: quia inde sacramenta manarunt quibus credentes initiantur. Et ꝙ de lignis quadratis fieri iubetur: undiq; stabilem uitam sanctorum significat. Quacunq; enim uerteris quadratum: stabit. Et cetera que in eiusdem arce constructione dicuntur: ecclesiasticarum signa sũt rerum. Sed eam nunc prosequi longũ est. & hoc iam fecimus in opere quod aduersus Faustum Manicheum scripsimus: negantem in libris Hebreorum aliquid de Christo esse prophetatum. Et fieri quidem potest: ut & nobis quispiam & alius alio exponat hec aptius: dum tamen ea que dicuntur: ad hanc de qua loqmur dei ciuitatẽ: in hoc seculo maligno tanq̃m in diluuio peregrinantem omnia referantur: si ab eius sensu qui ista conscripsit: non uult longe aberrare qui exponit. Exempli gratia: uelut si quispiam quod hic scriptum est arce inferiora bicamerata & tricamerata facies ea: nõ quod ego in illo opere dixi uelit intelligi: quia ex omnibus gẽtibus Ecclesia congregatur: bicameratam dictam propter duo genera hominum circumcisionem scilicet & preputium: quos Apostolus & alio modo dicit Iudeos & Grecos: tricameratam uero eo ꝙ omnes gentes de tribus filiis Noe post diluuium reparate sunt: sed aliud dicat aliquid quod a fidei regula non sit alienum. Nam quoniam non solum in inferioribus mansiones habere arcã uoluit: uerũ etiã in supioribus: & hec dixit bicamerata: & in superioribus superiorum: & hec appellauit tricamerata: ut ab imo sursum uersus tertia consurgeret habitatio: possunt hec intelligi & illa tria que commendat Apostolus: fides: spes: caritas: possunt etiam multo conuenientius tres ille ubertates euangelice: tricena: sexagena: centena: ut in infimo habitet pudicicia cõiugalis: supra uidualis: atq; hac superior uirginalis: & siquid melius secundum fidem ciuitatis huius intelligi & dici potest. Hoc etiã de ceteris que hic exponenda sunt dixerim qa & si non uno differuntur modo ad unã tamen catholice fidei concordiam reuocanda sunt.

De arca atq; diluuio nec illis esse consentiendum qui solam historiã recipiunt sine allegorica significatione: nec illis: qui solas figuras defendunt repudiata historica ueritate. C. xxvii.

Non tamen quis q̃ putare debet: aut frustra hec esse conscripta: aut tantummodo rerum gestarum ueritatem sine ullis allegoricis significatiõibus hic esse querẽdã: aut econtrario hec omnino gesta nõ esse: sed solas esse uerborum figuras: aut quicqd illud est: nequaquã ad prophetiam Ecclesie pertinere. Quis enim nisi mẽte peruersus

maniter scriptos esse contendat libros: per annorũ milia tanta religione & tã ordinate successionis obseruantia custoditos: aut solas res gestas illic intuendas: ubi certe ut alia omittam: si numerositas animalium cogebat arce tantam fieri magnitudinẽ: immũda bina & munda septena intromitti animalia quid cogebat: cum equali numero possent utraq; seruari? Aut uero deus qui propter reparandum genus seruanda precepit: eo modo illa quo instituerat restituere non ualebat? Qui uero non esse gesta: sed solas rerum significandarum figuras esse cõtendunt: primum opinantur tam magnum fieri non potuisse diluuiũ: ut altissimos montes quindecim cubitis aqua crescendo transcẽ/deret: ꝓpter olimpi uerticem montis supra quã perhibẽt nubes nõ posse cõscẽdere: q tam sublimis sit q̃ celum sit: ut non ibi sit aer iste crassior ubi uenti nebule hymbresq; gignuntur: nec attendunt omnium elementorum crassissimam terram ibi esse potuisse. An forte negant esse terram uerticem montis. Cur igitur usq; ad illa celi spatia terris exaltari licuisse: & aquis exaltari non licuisse contendunt: cum isti mensores & pen/sores elemẽtorum aquas terris perhibeant superiores atq; leuiores? Quid itaq; ratiõis afferunt: quare terra grauior & inferior locum celi tranquillioris inuaserit per uolu/mina tot annorum: & aqua leuior ac superior permissa non sit hoc facere saltem ad tempus exiguum? Dicunt etiam non potuisse capere arce illius quantitatem aĩalium genera tã multa in utroq; sexu: bina de immundis: septena de mundis. Qui mihi uidẽt non computare nisi trecenta cubita longitudinis: & latitudinis quinquaginta: triginta altitudinis: nec cogitare aliud tantum esse in superioribus: itemq; aliud tãtum in supe/rioribus superiorum: ac per hoc ter ducta illa cubita fieri nongenta per longũ: centũ quinquaginta per latum: nonaginta per altum. Si autem cogitemus quod Origenes non ineleganter astruxit: Moysen scilicet hominem dei eruditum sicut scriptum est omni sapientia Egyptiorum: qui geometricam dilexerunt: geometrica cubita signi/ficare potuisse: ubi unum quantũ sex nostra ualere asseuerant: quis non uideat q̃ntũ rerum capere potuit illa magnitudo? Nam illud quod disputant tante magnitudinis arcam non potuisse compingi: ineptissime calumniantur: cum sciant immensas urbes fuisse constructas: nec attẽdunt centũ annos quibus arca illa est fabricata. Nisi forte lapis lapidi adherere potest sola calce coniunctus: ut murus per tot milia circũagatẽ: & lignum ligno per sustudines epiros clauos gluten bituminis non potest adherere: ut fabricaretur arca non curuis sed rectis lineis longe lateq; porrecta: quam nullus in mare mittat conatus hominum: sed leuet unda cum uenerit naturali ordine ponderũ: magisq; diuina prouidentia q̃m humana prudentia natantem gubernet ne incurrat ubicunq; naufragium. Quod autem scrupulosissime queri solet de minutissimis besti/olis: non solum quales sunt mures & stelliones: uerum etiam quales locuste: scarabei: musce deniq; & pulices: utrum non amplioris numeri in arca illa fuerint quam qui est definitus: cum hoc imperaret deus: prius admonendi sunt quos hec mouent: sic accipi/endum esse quod dictum est que reptant super terram: ut necesse nõ fuerit conseruari in arca que possunt in aquis uiuere: non solum mersa sicut pisces: uerum supernatantia sicut multe alites. Deinde cum dicitur masculus & femina erunt: profecto intelligitur ad reparandum genus dici. Ac per hoc nec illa necesse fuerat ibi esse: que possunt sine concubitu de quibusq; rebus uel rerũ corruptionibus nasci: uel si fuerunt sicut in do/mibus esse consueuerunt: sine ullo numero definito esse potuisse. Aut si mysterium sa/cratissimum quod agebatur. & tante rei figura etiam in ueritate facti aliter nõ posset impleri: nisi ut omnia ibi certo illo numero essent que uiuere in aquis natura ꝓhibente non possent: non fuit ista cura illius hominis uel illorũ hominum: sed diuina. Non enĩ

ea Noe capta intromittebat: sed uenientia & intrantia permittebat. Ad hoc enĩ ualet quod dictum est: intrabunt ad te. Non scilicet hominis actu sed dei nutu: ita sane ut nõ illic fuisse credenda sint que sexu carent. Prescriptum est enim atq; definitũ: mas/culus & femina erunt. Alia sunt qppe que de quibusq; rebus sine cõcubitu ita nascunt: ut postea concumbant & generent: sicut musce. Alia uero in quibus nihil sit maris & femine sicut apes. Ea porro que sic habent sexum: ut non habeant fetum sicut muli & mule: mirum si ibi fuerunt: ac nõ potius parentes eorum ibi fuisse suffecerit: equinũ uidelicet atq; asininum genus: & siqua alia sunt que cõmixtiõe diuersi generis genus aliquod gignunt. Sed & si hoc ad mysterium pertinebat: ibi erant: habet enim et hoc genus masculum & feminam. Solet etiam mouere nõnullos: genera escarum que illic habere poterant animalia que non nisi carne uesci putantur: utrum preter numerum ibi fuerint sine transgressione mandati: que aliorum alẽdorum necessitãs illic coegisset includi. an uero quod potius est credendum preter carnes aliq̃ alimenta eẽ potuerũt: que omnibus conuenirent? Nouimus enim q̃ multa animalia qbus caro cibus est fru/gibus pomisq; uescant: & maxime fico atq; castaneis. Quid ergo mirꝫ si uir ille sapiẽs & iustus. etiam diuinitus admonitus quid cuiq; congrueret: sine carnibus aptam cuiq; generi alimoniã preparauit & condidit? Quid est autem quo uesci nõ cogeret fames? Aut quid non suaue aut salubre facere posset deus: qui etiam ut sine cibo uiuerent di/uina facilitate donaret: nisi ut pascerentur etiam hoc implende figure tanti mysterii conueniret? Non autem ad presignandam Ecclesiam pertinere tam multiplicia rerũ signa gestarum: nisi fuerit contentiosus nemo permittitur opinari. Iam enim gẽtes ita Ecclesiã repleuerũt: mũdiq; & immũdi donec certum perueniat ad finẽ ita eius uni/tatis quadam cõpagine cõtinentur ut ex hoc uno manifestissimo: etiam de ceteris que obscurius aliq̃nto dicta sunt & difficilius agnosci queunt dubitari fas non sit. Que cũ ita sint: sic nec inaniter ista esse conscripta putare quis q̃m uel durus audebit: nec nihil significare cum gesta sint: nec sola dicta esse significatiua nõ facta: nec aliena esse ab Ecclesia significanda probabiliter dici potest: sed magis credendum est & sapienter eẽ memorie litterisq; mãdata: & gesta esse & significare aliquid: & ipsum aliquid ad pre/figurandam Ecclesiam pertinere. Iam usq; ad hũc articulũ perductus liber iste clau/dendus est: ut ambarum ciuitatũ cursus terrene scilicet & secũdum hominẽ uiuentis: & celestis secundum deum post diluuium & deinceps in rebus consequẽtibus requiratur.

Aurelii Augustini Hipponeñ Epi de Ciuitate dei. Li. XVI.
An post diluuium a Noe usq; ad Abraam alique familie se/cundum deum uiuentium reperiantur. C. primum.

POst diluuium procurrentis sancte uestigia ciuitatis: utrum con/tinuata sint: an intercurrentibus impietatis interrupta temporibus: ita ut nullus hominum ueri unius dei cultor existeret: ad liquidũ scripturis loquentibus inuenire difficile est. propterea quia in ca/nonicis libris post Noe qui cum coniuge ac tribus filiis totidemq; nuribus suis: meruit per arcam a uastatione diluuii liberari: non inuenimus usq; ad Abraam cuius q̃m pietatem euidenti diuino eloquio predicatam: nisi ꝙ Noe duos filios suos Sem & Iaphet prophetica benedic/tione commendat: intuens & preuidens quod longe fuerat post futurum. Vñ factum est etiam illud: ut filium suum mediũ hoc est ꝑmogenito minorem ultimoq; maiorẽ:

qui peccauerat in patrem: nō in ipso sed in filio eius suo nepote malediceret his uerbis. Maledictus Chanaan puer: famulus erit fratribus suis. Chanaan porro natus fuerat ex Cham: qui patris dormientis nec texerat sed potius prodiderat nuditatem. Vnde & consecutus adiungit benedictionem duorum maximi & minimi filiorum: dicens. Benedictus dominus deus Sem: & erit Chanaan puer illius. letificet deus Iaphet: & habitet in domibus Sem. Sicut ipsa eiusdem Noe & uinee plantatio: et ex eius fructu inebriatio: & dormientis nudatio: & que ibi cetera facta atq; conscripta sunt: propheticis sunt grauidata sensibus & uelata tegminibus.

Quid in filiis Noe prophetice fuerit prefiguratum. C. ii.

SEd nunc rerum effectu iam in posteris consecuto: que operta fuerant: satis aperta sunt. Quis enim hoc diligenter & intelligenter aduertens: nō agnoscat in Xpo? Sem quippe de cuius semine natus est Christus: interpretatur nominatus. Quid autē nominatius Christo: cuius nomen ubiq; iam flagrat: ita ut in cantico canticorum etiā ipsa precinente prophetia unguento comparetur effuso: in cuius domibus id est Ecclesiis habitat gentium latitudo? Nam Iaphet latitudo interpretatͬ. Cham porro qui interpretatur callidus: medius Noe filius tanq̄ se ab utroq; discernens: & inter utrūq; remanens nec in primitiis Israelitarum nec in plenitudine gentium: quid significat nisi hereticorum genus callidum non spiritu sapiētie: sed spiritu uersipellis astutie: quo solent hereticorum feruere precordia: & pacem conturbare sanctorum? Sed hec in usū cedūt proficientium: iuxta illud Apostoli. Oportet hereses esse ut probati manifesti fiant in uobis. Vnde etiam scriptum est: filius eruditus sapiens erit: imprudente autē ministro utetur. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia: dum hereticorum callida inquietudine exagitantur: ut aduersus eos defendi possint & considerantur diligentius: & intelliguntur clarius: & instantius predicantur: & ab aduersario mota questio discendi existit occasio. Quamuis non solum qui sunt apertissime separati: uerum omnes qui in Christiano uocabulo gloriantur: & perdite uiuunt: non absurde possunt uideri medio Noe filio figurati. Passionem quippe Christi que illius hominis nuditate significata est: & anūtiant pfitendo: & male agendo exhonorant. De talibus ergo dictū est. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ideo Cham in filio suo maledictus est: tanq̄ in fructu suo: id est in opere suo. Vnde conuenienter & ipse filius eius Chanaan interpretatur motus eorum. Quod aliud quid est q̄ opus eorum? Sem uero & Iaphet tanq̄ circumcisio & preputium uel sicut alio modo eos appellat Apostolus Iudei & Greci: sed uocati & iustificati: cognita quoquomodo nuditate patris qua significabatͬ passio Saluatoris: sumentes uestimentum posuerunt supra dorsa sua: & intrauerunt auersi & operuerunt nuditatem patris sui: nec uiderunt quod reuerendo texerunt. Quodā enī modo in passione Christi: & quod pro nobis factum est honoramus: & Iudeorum facinus auersamur: Vestimētum significat sacramentum: dorsum memoriā preteritorum: quia passionem Christi eo scilicet iam tempore quo habitet Iaphet in domibus Sem: & malus frater in medio eorum transactam celebrat Ecclesiam: non adhuc pspectat futuram. Sed malus frater in filio suo id est in opere suo: puer id est seruus est fratrum bonorum: cum ad exercitationem patientie: uel ad profectū sapientie scienter utuntͬ malis boni. Sunt enim teste Apostolo qui Christum annuntiant non caste: sed siue occasione inquit siue ueritate Christus anuntietur: in hoc gaudeo: sed et gaudebo. Ipse quippe plantauit uineam de qua dicit Propheta. Vinea domini sabaoth domus

Israel est. Et bibit de uino eius. siue ille calix hic itelligat de quo dicit: potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum: & pater si fieri potest transeat a me calix iste: quo suã sine dubio significat passionẽ: siue qa uinũ fructus est uinee: hoc potius illo significatũ est: ꝙ ex ipsa uinea hoc est ex genere israelitarum carnem pro nobis & sanguinem ut pati posset assũpsit: & inebriatus est: id est passus est: & nudatus est. Ibi nanq; nudata est id est apparuit eius infirmitas de qua dicit Apostolus. Et si crucifixus est ex ĩfir/mitate. Vnde item dicit. Infirmum dei fortius est hominibus: & stultum dei sapientius est hominibus. Quod uero cũ dictũ esset & nudatus est: addidit scriptura ĩ domo sua: eleganter ostendit: ꝙ a sue carnis gente & domesticis sanguinis sui utiq; Iudeis fuerat crucem mortemq; passurus. Hãc passionẽ cristi foris in sono tantũ uocis reprobi an/nuntiant: nõ enim qđ ãnuntiãt intelligunt probi aũt in interiori homine habẽt tam grande mysteriũ: atq; honorant intus in corde infirmũ & stultum dei: qa fortius est & sapientius hominibus. Huius rei figura est: ꝙ Cham exiens hoc nuntiauit foris Sem uero & Iaphet ut hoc uelarent hoc est honorarẽt ingressi sunt: hoc est interius id ege/runt. Hec scrpture secreta diuine indagamus: ut possumus: alius alio magis minus ue congruenter: ueruntñ fideliter. certũ tenẽtes non ea sine aliq̃ prefiguratione futurorꝫ gesta atq; conscripta: neq; nisi ad Christũ & eius Ecclesiã que ciuitas dei est esse refe/renda: cuius ab initio generis humani nõ defuit predicatio quã ꝑ oĩa uidemus ĩpleri: Benedictis igitur duobus filiis Noe: atq; uno in medio eorum maledicto: deinceps usq; ad Abraam de iustorum aliquorum qui pie deum colerent cõmemoratione silitũ est: per annos amplius q̃ mille. Nec eos defuisse crediderim: sed si omnes cõmemorarẽt nimis longum fieret: & esset hec magis historica diligentia q̃ prophetica prouidentia. Illa itaq; exequitur litterarum sacrarum scriptor istarũ uel potius per eũ dei spiritus: quibus non solum narrentur preterita uerum etiam prenuntientur futura: que tamen pertinent ad ciuitatẽ dei. quia & de hominibus qui non sunt ciues eius quiqd hic dicit: ad hoc dicitur: ut illa ex comparatione contraria uel proficiat uel emineat. Nõ sane omnia que gesta narrantur: aliquid etiam significare putanda sunt: sed propter illa que aliquid significant: etiam ea que nihil significant attexuntur. Solo enim uomere terra proscinditur: sed ut hoc fieri possit etiam cetera aratri membra sũt necessaria. Et soli nerui in cithara atq; huiusmodi uasis musicis aptant ad cantũ: sed ut aptari possĩt insunt & cetera in compagiginibus organorꝫ: que nõ ꝑcutiuntur a canentibus: sed ea que ꝑcussa resonant his connectuntur. Ita in ꝓphetica historia dicunt & aliq̃ quæ nihil significant: sed quibus adhereant que significant: & quodammodo religentur.

De generationibus triũ filiorꝫ Noe. C. iii.

Generationes ergo filiorum Noe deinceps intuende: & quod de his dicendum uidetur attexendum est huic operi: quo ciuitatis utriusq; terrenæ scilicet & celestis per tempora procursus ostenditur. Cepte sunt autem commemorari a minimo filio qui uocatus est Iaphet: cuius filii octo nominati sunt: nepotes autem septem de duobus filiis eius. tres ex uno quattuor ex altero. Fiunt itaq; omnes quindecim. Filii autem Cham hoc est medii filii Noe quattuor: & nepotes quinq; ex uno eius filio. pronepotes duo ex nepote uno. fit eorum summa undecim. Quibus enumeratis redit tanq̃ ad caput: & dicitur. Chus autem genuit Nemroth: hic cepit esse gigas super terram. Hic erat gigas uænator contra dominum deum. Propter hoc dicunt. sicut Nemroth gigas uenator cõtra dominũ. Et factũ est initiũ regni eius Babylõ: O reg:

Archad et Chalãne: in terra Sennaar. De terra illa exiit Assur: et edificauit Niniuen et Hyoboth ciuitatem: et Caleth et Dasem inter mediũ Niniues et Caleth. hec ciuitas magna. Iste porro Chus pater gigãtis Nemroth: primus nominatus est in filiis Cham: cuius quinq; filii iam fuerant computati et nepotes duo. Sed istum gigantẽ aut post nepotes suos natos genuit: aut quod est credibilius seorsum de illo propter eius emi/nentiam scriptura locuta est. quando quidem et regnum eius cõmemoratum est: cuius initiũ erat illa nobilissima Babylon ciuitas: et que iuxta cõmemorate sũt: siue ciuitates siue regiões. Quod uero dictũ est de terra illa id est de terra Sennaar que pertinebat ad regnũ Nemroth: exisse Assur et edificasse Niniuen et alias quas cõtexuit ciuitates: lõge postea factũ est: quod ex hac occasione perstrinxit: propter nobilitatem regni Assyrioꝝ: quod mirabiliter dilatauit Ninus Beli filius cõditor Niniue ciuitatis magne: cuius ciuitatis nomen ex illius nomine deriuatum est: ut a Nino Niniue uocaretur. Assur autem unde Assyrii: non fuit in filiis Cham medii filii Noe: sed in filiis Sem re/peritur: qui fuit Noe maximus filius. Vnde apparet de ꝓgenie Sem exortos fuisse qui postea regnũ gigantis illius optinerent. et inde procederent atq; alias conderent ciuitates: quaꝝ prima est a Nino appellata Niniue. Hinc redit ad alium filiũ Cham qui uocabatur Mesraim: et commemorantur quos genuit non tanq̃ singuli homines: sed nationes septem. Et de sexta uelut de sexto filio gens commemoratur exisse que appellatur philistiim: unde fiunt octo. Inde iterũ ad Chanaan redit. in quo medius Noe filius maledictus est Cham: et quos genuit undecim nominãtur. Deinde usq; ad quos fines peruenerint commemoratis quibusdam ciuitatibus dicitur. Ac per hoc filiis ac nepotibus computatis de progenie Cham: trigintaunus geniti referuntur: restat commemorare filios Sem maximi filii Noe. Ad eum quippe gradatim generationũ istarum peruenit a minimo exorta narratio. Sed unde incipiunt commemorari filii Sem: habet quiddam obscuritatis: quod expositione illustrandum est: quia & multum ad rem pertinet quã requirimus. Sic enim legitur. Et Sem natus est: etiam ipsi patri omnium filiorum Heber fratri Iaphet maiori. Ordo uerborum est. Et Sem natus est Heber: qui Sem pater est omnium filioꝝ suorum. Sem ergo patriarcham intelligi uoluit omnium qui de stirpe eius exorti sunt: quos commemoraturus est. siue sint filii: siue sint nepotes et pronepotes: et deinceps inde exorti. Non sane istum Heber genuit Sem: sed ab illo quintus in progenitorum serie reperitur. Sem quippe inter alios filios genuit Arfaxat: Arfaxat genuit Caynan: Caynan genuit Sala. Sala genuit Heber. Non itaq; frustra ipse primus est nominatus in ꝓgenie ueniente de Sem: et prelatus est etiam filiis cum sit quintus nepos: nisi quia uerum est ꝙ traditur ex illo Hebreos esse cognominatos: tanq̃ Hebereos: cum et alia possit esse opinio: ut ex Abraam tanq̃ Abraei dicti esse uideãtur. Sed nimirum hoc uerũ est ꝙ ex Heber heberei appellati sunt. ac deinde una detracta littera Hebrei. quam linguam solus Israel populus po/tuit obtinere: in quo dei ciuitas et in sanctis peregrinata est: et in omnibus sacramento adumbrata. Igitur filii Sem prius sex nominantur: deinde ex uno eorum nati sunt quattuor nepotes eius: itemq; alter filiorum Sem genuit eius nepotem: Atq; ex illo itidem pronepos natus est: atq; inde abnepos qui est Heber. Genuit autem Heber duos filios: quorum unum appellauit Phalech: quod interpretatur diuidens. Deinde scriptura subiungens rationemq; huius nominis reddẽs: qui in diebus inquit eius diuisa est terra: Hoc aũt quid sit: post apparebit. Alius uero qui natus est ex Heber genuit duodecim filios: ac per hoc fiunt omnes progeniti de Sem uiginti et septẽ. In summa igitur oẽs progeniti de tribus filiis Noe: id est q̃ndecim de Iaphet: et trigintaunus de

Cham: uiginti septem de Sem: fiunt septuaginta & tres. Deinde sequitur scriptura dicens. Hi filii Sem in tribubus suis scd'm linguas suas: in regionibus suis & in gẽtibus suis. Itemq; de omnibus he inquit tribus filiorum Noe secundum generationes eo℞. Ab his disperse sunt insule gentium super terram post diluuiũ. Vnde colligit̃ septua/gintatres uel potius quod postea demonstrabitur septuagintaduas gentes tunc fuisse: non homines. Nam & prius cum fuissent commemorati filii Iaphet: ita conclusum est. ex his segregate sunt insulæ gentium in terra sua: unusquisq; secundũ linguam suam in tribubus suis & in gentibus suis. Iam uero in filiis Cham quodã loco apertius gentes commemorate sunt: sicut superius ostendi. Mesraim genuit eos qui dicuntur ludin: & eodem modo cetere usq; ad septem gentes. Et enumeratis omnibus postea concludens: hi filii Cham inquit in tribubus suis scd'm linguas suas: in regionibus suis & in gẽtibus suis. Propterea ergo multorum filii nõ sunt cõmemorati: quia gentibus aliis nascendo accesserunt: ipsi autem gentes facere nequiuerũt. Nam que alia causa extitit: ut cum filii Iaphet octo enumerentur: ex duobus eo℞ tantũ filii nati cõmemorantur: & cum filii Cham quattuor nominentur: ex tribus tantum qui nati sunt: adiiciuntur: & cum filii Sem nominentur sex: duorum tantum posteritas attexitur? Nunquid ceteri sine filiis remanserunt? Absit hoc credere. Sed gentes propter quas cõmemorari digni eẽnt: non utiq; fecerunt: quia sicut nascebantur: aliis gentibus addebantur.

De diuersitate linguarum principioq; Babylonis. C. iiii.

CVm ergo in suis linguis iste gentes fuisse referantur: redit tamen ad illud tẽpus narratio quando una lingua omnium fuit: & inde iam exponit quid acciderit: ut linguarum diuersitas nasceretur. Et erat inquit omnis terra labium unum: & uox una omnibus. Et factum est cum mouerentur ipsi ab oriente: inuenerunt campum in terra Sennaar: & habitauerũt ibi. Et dixit homo ꝓximo suo: uenite faciamus lateres & coquamus illos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidem: & bitumen erat illis lutum. Et dixerunt uenite edificemus nobismetipsis ciuitatem: & turrim cuius caput eat usq; ad celũ: & faciamus nobis nomen anteq̃ dispergamur in faciem omnis terre. Et descendit dominus uidere ciuitatẽ & turrim quã edificauerunt filii hominũ. Et dixit dominus deus: ecce genus unum & labium unum omnium: & hoc inchoauerunt facere: & nunc nõ deficiẽt ex illis omnia que conati fuerint facere: uenite & descendẽtes cõfundamus ibi linguam eorum: ut non audiat unusquisq; uocem proximi sui. Et dispersit eos do/minus inde super faciem omnis terræ & cessauerunt ædificantes ciuitatem & turrim. Propter hoc appellatum est nomen illius confusio: quia ibi confudit dominus labium omnis terre: & inde dispersit eos dominus deus super faciem omnis terre. Ista ciuitas que appellata est confusio: ipsa est Babylon: cuius mirabilem constructionem gentiũ etiã cõmendat historia. Babylon quippe interpretatur confusio. Vnde colligitur gigantẽ illum Nemroth fuisse illius conditorem: quod superius breuiter fuerat intimatum. ubi cum de illo scriptura loqueretur ait. Initiũ regni eius fuit Babylon: id ẽ que ciuitatũ ceterarum gereret principatum: ubi esset tanq̃ in Metropoli habitaculum regni. q̃uis perfecta non fuerit usq; in tantum modũ quantum superba cogitabat impietas. Nam nimia disponebatur altitudo quæ dicta est usq; in celum: siue unius turris eius quam precipuã moliebãtur inter alias: siue omnium turrium que per numerum singularẽ ita significate sunt: ut dicitur miles & intelligunt̃ milia miliũ: ut rana & locusta. Sic enim appellata est multitudo ranarum & locusta℞ in plagis quibus Egyptii ꝑcussi sunt per

Moysen. Quid aũt factura fuerat humana: et uana præsumptio? Que si cuiuslibet in cælum aduersus deum altitudinem molis extolleret: quãdo montes transcenderet uniuersos? Quando spatiũ nebulosi aeris huius euaderet? Quid deniq; noceret deo quantacũq; uel spiritalis uel corporalis elatio? Tutam ueramq; in celum uiã molit humilitas: sursum leuans cor ad dominũ: non contra dominũ: sicut dictus est gigas iste uænator contra dominum. Quod non intelligentes nonnulli ambiguo græco decepti sunt: ut non interpretarentur contra dominũ: sed ante dominũ. Enantion qppe et contra: et ante significat. Hoc enim uerbũ est etiã in psalmo. et ploremus ante dominũ: qui fecit nos. Et hoc uerbũ est etiã in libro Iob: ubi scriptũ est in furorem erupisti contra dominũ. Sic ergo intelligendus est gigas iste uenator contra dominũ. Quid autẽ hic significatur. hoc nomine: quod est uenator: nisi animalium terrigenarum deceptor: oppressor: extinctor? Erigebat ergo cũ suis populis turrem cõtra dominũ: qua ẽ impia significata superbia. Merito autẽ malus punit affectus: etiã cui nõ succedit effectus. Genus uero ipsũ pene quale fuit? Quoniã enim dñatio imperantis in lingua est: ibi damnata est superbia: ut nõ intelligeret iubens homini: qui noluit intelligere: ut obediret deo iubenti. Sic illa conspiracio dissoluta est: cum quisq; ab eo quem non intelligebat: abscederet: nec se nisi ei: cum quo loqui poterat: aggregaret: et per linguas diuise sunt gentes: disperseq; per terras: sicut deo placuit qui hoc modis occultis: nobisq; inconprehensibilibus fecit.

¶ De descensione domini ad confundendam linguam edificantium turrim ¶ C.V.

QVod enim scriptum est: et descendit dominus uidere ciuitatẽ: et turrim: quam edificauerunt filii hoĩm: hoc ẽ nõ filii dei: sed illa sotietas scd'm hominẽ uiuẽs: quã terrenam dicimus ciuitatem: non loco mouet deus: qui semper est ubiq; totus: sed descendere dicitur: cum aliqd facit in terra: quod preter usitatum nature cursum mirabiliter factũ: presentiã quodammõ eius ostendat. Nec uidendo discit ad tẽpus: qui nunq̃ potest aliquid ignorare: sed ad tempus uidere: et cognoscere dicitur. quod uideri: & cognosci facit. Non sic ergo uidebat illa ciuitas: quomõ eã dominus uideri fecit: quãdo sibi quantũ displiceret: ostendit. Quamuis possit intelligi deus ad illam ciuitatem descendisse: quia descenderũt angeli eius: in qbus habitat. ut qd' adiunctũ est: et dixit dominus deus: ecce genus unum: et labium unum omnium: et cætera: ac deinde additum uenite: et descendentes cõfundamus ibi linguam eorũ: recapitulatio sit: demonstrans quemadmodum factũ sit: quod dictum fuerat: descendit dominus. Sic enim iã descẽderat: quid sibi uult: uenite: et descendẽtes: cõfundamus ibi linguã eorum: qd' intelligit angelis dictũ: nisi quia per angelos descendebat: qui in angelis descẽdẽtibus erat? Et bene nõ ait uenite: et descẽdentes cõfundite: sed cõfundamus ibi linguam eorum: ostendens ita se operari per ministros suos: ut sint etiam ipsi cooperatores dei: sicut apostolus dicit: dei enim sumus cooperarii.

¶ Qualis intelligenda sit loquutio: qua deus angelis loquit. ¶ C.VI.

POterat & illud quando factus est homo: de angelis intelligi: quod dictum est: faciamus hominẽ: qa non dixit faciã. Sed quia sequit ad imaginem nostram: nefas est credere ad imaginem angelorum hominẽ factum: aut eandẽ esse imaginẽ angelorũ: et dei. Et ideo recte illic intelligit pluralitas trinitatis. Que tamẽ trinitas quia unus est deus: etiã cũ dixisset faciamus. et fecit inquit deus hominẽ ad imaginẽ

dei: non dixit fecerunt dii: aut ad imaginem deorum. Poterat et hic eadem intelligi trinitas: tanq̃ pater dixerit ad filium: & spiritum sanctum: uenite et descendentes confundamus ibi linguã eorum: si aliqd esset: quod angelos prohiberet intelligi: qbus potius conuenit uenire ad deum motibus sanctis: hoc est cogitationibus piis: quibus ab eis consulitur incõmutabilis ueritas: tanq̃ lex eterna: in illa eorũ curia superna. Neq; enim sibi ipsi sunt ueritas: sed creatricis participes ueritatis: ad illam mouentur tanquã ad fontem uite. ut quod non habent ex seipsis: capiant ex ipsa: & ideo eorum stabilis est iste motus: quo ueniunt: qui nõ recedunt. Nec sic loquitur angelis deus: quomodo nos inuicem loquimur nobis: uel deo uel angelis: uel ipsi angeli nobis: siue per illos deus nobis: sed ineffabili suo modo: nobis autem hoc ĩdicatur nostro modo. Dei quippe sublimior ante suum factũ locutio: ipius sui facti est immutabilis ratio: que non habet sonum strepentem: atq; transeuntem: sed uim sempiterne manẽtem: et temporaliter operantem. Hac loquitur angelis sanctis: nobis autem aliter longe positis. Quãdo aũt etiã nos aliqd tale locutiõis ĩterioribus auribus capimus: angelis propinq̃mus. Non itaq; mihi assidue reddenda ẽ ratio in hoc opere de locutiõibus dei. Aut enim ueritas incommutabilis per se ipsam ineffabiliter loquitur: rationalis creature mentibus: aut per mutabilem creaturam loquitur: siue spiritualibus imagĩbus nostro spiritui: siue corporalibus uocibus corporis sensui. Illud sane quod dictũ est: et nunc nõ deficient ex illis omnia que conati fuerint facere: nõ dictũ ẽ cõfirmando: sed tanq̃ interrogando: sicut solet a cõminantibus dici: quemadmodum ait quidam.

Num arma expedient: totaq; ex urbe sequentur?

Sic ergo accipiendũ: tanq̃ dixerit. Nonne omnia deficiẽt ex illis: que conati fuerĩt facere? Sed si ita dicatur: non exprimit comminantem. Verũ propter tardiusculos addidimus particulam: id est ne: ut diceremus nonne. quoniam uoce pronuntiantis pro ne nõ: et pro ni nisi scribere solemus. Ex illis igitur tribus hominibus Noe filiis: septuagintatres uel potius ut ratio declarata ẽ: septuagĩtadue gentes: totidẽq; lingue per terras esse ceperũt: que crescendo & insulas impleuerũt. Auctus ẽ autẽ numerus gentiũ multo ãplius q̃ linguarũ. Nã & ĩ africa barbaras gẽtes ĩ una lingua plurĩas nouimus. Et homines quidẽ multiplicato genere humano: ad insulas inhabitandas nauigio transire potuisse: quis ambigat?

An omne bestiarum genus etiã remotissime a terris insule ex eo numero acceperũt: q in arca diluuii inundatiõe seruatus ẽ. C. vii.

Sed questio de omni genere bestiarũ ẽ: que sub cura hoĩm non sunt: uel sicuti rane nõ nascantur ex terra: sed sola cõmixtione maris et femine propagantur: sicut lupi et huiusmodi cetera: quomodo post diluuiũ quo ea que in arca non essent cũcta deleta sunt: etiam in insulis esse potuerĩt: si reparata nõ sũt nisi ex his quorũ genera in utroq; sexu arca seruauit. Possunt quidẽ credi ad insulas natãdo trãsisse: sed proximas. Sunt autem quedam tam longe posite a continentibus terris: ut ad eas nulla uideatur natare potuisse bestiarum. Quod si homĩes eas captas secũ aduexerũt: et eo modo ubi habitabant earũ genera instituerunt: uenandi studio fieri potuisse: incredibile non est. Quãuis iussu dei siue permissu: etiam opere angelorum negandũ nõ sit potuisse transferri. Si uero ex terra exorte sũt. secundũ originẽ primã quãdo dixit deus producat terra animã uiuã: multo clarius apparet: nõ tã reparandorum animaliũ causa: q̃ significandarũ uariarũ gentiũ propter ecclesie sacramentũ in arca fuisse oĩa genera: si in insulis quo transire nõ possẽt: multa animalia terra produxit.

An ex propagine Adam: uel filiorum Noe: quedam genera hominum monstrosa prodierint. C. VIII.

Queritur etiã utrum ex filiis Noe: uel potius ex illo uno homine unde etiam ipsi exstiterũt: propagata esse credẽdum sit quedã mõstruosa hominũ genera que gentium narrat historia: sicut perhibentur quidã unũ habere oculum in fronte media: quibusdã plantas uersas esse post crura: quibusdã utriusq; sexus eẽ naturã: et dexteram mammam uirilẽ sinistram muliebrẽ: uicibusq; alternis coeundo et gignere et parere: aliis ora nõ esse: eosq; per nares tantũmõ suscepto et emisso halitu uiuere: Alios statura esse cubitales: quos Pygmeos a cubitu greci uocãt: alibi quinquennes concipere feminas: et octauum a natiuitate annum non excedere. Item ferunt esse gentem ubi singula crura in pedibus habent: nec poplicem flectũt: et sunt mirabilis celeritatis: quos sciopodas uocant: q p estũ in terra iacentes resupini umbra se pedũ protegant: quosdam sine ceruice oculos habere in humeris: et cetera hominũ: uel q̃si hoĩm genera que ĩ maritĩa platea Carthaginis musiuo picta sũt: ex libris deprõpta uelut curiosioris historie. Quid dicam de Cynocephalis: quorum canía capita atq; ipse latratus magis bestias q̃ hoĩes confitet? Sed oĩa genera hominũ que dicunẽ esse: esse credere: non ẽ esse. Verũ q̃squis uspiam nascitẽ homo id est animal rationale et mortale: quãlibet nostris inusitatam sẽsibus gerat corporis formam seu colorem: siue motum: siue sonũ: siue quãlibet ui: qualibet parte: qualibet qualitate nature: ex illo prothoplasto uno originẽ ducere: nullus fidelium dubitauerit. Apparet tamẽ quid in pluribus natura obtinuerit: et quid sit ipsa raritate mirabile. Qualis autem ratio reddit de monstrosis apud nos hominum partubus: talis de monstrosis qbusdã gentibus reddi potest. Deus enim creator est omnium: qui ubi et quando creari qd oporteat: uel oportuerit ipse nouit: sciens uniuersitatis pulchritudinẽ quarũ partiũ uel similitudine uel diuersitate contexat. Sed qui totum inspicere non potest: tanq̃ deformitate partis offenditur: quoniã cui cõgruat: et quo referatur: ignorat. Pluribus q̃ quinis digitis in manibus et pedibus nasci homines nouimus: et hec leuior est: q̃ illa distãtia: sed tamẽ absit ut quis ita desipiat: ut existimet ĩ numero humanorũ digitorum errasse creatorem: q̃uis nesciens cur hoc fecerit. Ita & si maior diuersitas oriat: scit ille: quid egerit: cuius opera iuste nemo reprehẽdit. Apud hipponẽ natus est homo quasi lunatas habens plantas: et in eis binos tantummodo digitos similes et manus. Si aliqua gens talis esset: illi curiose atq; mirabili adderet historie. Nũ igiẽ istum propter hec negabimus ex uno illo qui primus creatus est esse propagatum? Androgeni quos etiã hermaphroditos nuncupãt: quãuis admodum rari sint: difficile est tamẽ ut temporibus desint: in quibu s sic uterq; sexus apparet: ut ex quo potius debeant accipere nomẽ incertũ sit. A meliore tamẽ hoc ẽ a masculio ut appellarenẽ: loquendi consuetudo preualuit. Nam nemo unq̃ androgenas aut hermaphroditas nũcupauit. Ante ãnos aliquot nostra certe memoria: in oriẽte duplex homo natus est superioribus membris: inferioribus simplex. Nam duo erant capita: duo pectora: quattuor manus: uenter autem unus et pedes duo sicut uni homini: et tamdiu uixit ut multos ad eum uidendũ fama cõtraheret. Quis autem omnes cõmemorare possit humanos fetus: longe dissimiles iis: ex quibus eos natos esse certissimũ est? Sicut ergo hec ex illo uno negari non possunt originem ducere: ita quecunq; gentes ĩ diuersitatibus corporum ab usitato nature cursu quem plures et prope omnes tenẽt uelut exorbitasse traduntur: si definitione illa includũt: ut rationalia animalia sint atq;

mortalia: ab eodem ipso uno primo patre omnium stirpem trahere confitendum ē: si tamen uera sunt: que de illarum nationum uarietate & tanta inter se atq; nobiscū diuersitate traduntur. Nam et simias et cercophythecos & spingas: si nesciremus nō homines esse sed bestias: possent illi historici de sua curiositate gloriātes: uelut gētes aliquas hominum nobis impunita uanitate mentiri. Sed si homines sunt: de quibus illa mira conscripta sunt: quid si propterea deus uoluit etiam nonnullas gentes ita creare: ne in his monstris: quæ apud nos patet ex hominibus nasci: eius sapientiam qua naturā fingit humanā: uelut artē cuiuspiā minus perfecti opificis putaremus errasse: non itaq; nobis uideri debet absurdum: ut quemadmodū in singulis quibusq; gentibus quedā mōstra sint hominū: ita ī uniuerso genere humano quedā mōstrua sint gentiū. Quapropter ut istā questionē pedetētim cauteq; concludā: aut illa: aut alia que de quibusdā gētibus scripta sūt: omnino nulla sūt: aut si sunt: homines non sunt: aut ex Adam sunt: si homines sunt.

An inferiorem partem terre que nostre habitatiōi contraria est antipodas habere credendū sit. C. viiii.

Quod uero et antipodas esse fabulantur: id est homines a cōtraria parte terre ubi sol oritur quando occidit nobis: aduersa pedibus nostris calcare uæstigia: nulla ratione credendū est. Neq; hoc ulla historica cognitiōe didicisse se affirmāt: sed q̄si ratiocinando coniectant: eo ꝙ intra conuexa celi terra suspensa sit: eundemq; locum mundus habeat et infimū: & medium: et ex hoc opinantur alterā terre partē que infra est habitatione hominū carere non posse. Nec attendunt etiam si figura cōglobata & rotunda mūdus esse credatᷣ: siue aliqua ratione monstretur: nō tamen esse consequens: ut etiam ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra. Deinde etiā si nuda sit: neq; hoc statī necesse eē: ut hoīes habeat. quoniā nullo mō scriptura ista mētitur: que narratis preteritis facit fidē: eo ꝙ eius predicta conplentᷣ. Nimisq; absurdum est: ut dicatᷣ aliquos homines ex hac in illam partem oceani immensitate traiecta: nauigare ac peruenire potuisse: ut etiā illic ex uno illo primo hoīe genus institueretur humanū. Quapropter inter illos tunc hominū populos: q per. lxxii. gētes & totidē linguas colligunt fuisse diuisi: queramus: si possumus īuenire illam in terris ꝑegrinantē ciuitatē dei: que usq; ad diluuiū arcamq; perducta ē: atq; in filiis Noe ꝑ eoꝝ benedictiōes ꝑseuerasse monstratᷣ: maxīe in maximo q est appellatus Sem: quādoq̄dem Iaphet ita bn̄dictus est: ut in eiusdē fratris sui domibus habitaret:

De generatione Sem: in cuius progenie tendens ad Abraam ciuitatis dei ordo dirigitur. C. decimum.

Tenenda est igitᷣ series generationū ab ipso Sem: ut ipsa ostendat post diluuiū ciuitatē dei: sicut eā series generationū ab illo qui ē appellatus Seth ostēdebat ante diluuium. Propter hoc ergo scriptura diuina cū terrenā ciuitatem in babylōe hoc est in confusiōe esse monstrasset: ad patriarcham Sem recapitulādo reuertitᷣ: et orditur inde gubernatiōes usq; ad Abraam commemorato etiam numero annoꝝ: quanto quisq; ad hanc seriem pertinentem filium genuisset: quantoq; uixisset. Ubi certe agnoscendū est quod ante promiseram: ut appareat: quare sic dictum de filiis Heber nomē illius Phalech: qa in diebus eius diuisa ē terra. Quid enim aliud intelligendum est terram esse diuisam: nisi diuersitatem linguarum? Omissis igitur ceteris

filiis Sem: ad hanc rem non pertinentibus: illi cōnectuntur in ordine generationū:
per quos possit ad Abraam perueniri: sicut illi connectebantur ante diluuium: per
quos peruenitur ad Noe: generationibusque propagate sunt ex illo Adam filio q
appellatus est Seth. Sic ergo incipit generationū ista contextio. Et he generatiōes
Sem. Sem filius Noe centum annorum erat cū genuit Arfaxat secundo anno post
diluuium. Et uixit Sem postquā genuit Arfaxat quingētos annos: et genuit filios
et filias: et mortuus est. Sic exequitur ceteros: dicens quoto quisq; anno uite sue filiū
genuerit ad istum generationum ordinem pertinentem: qui pertendit ad Abraam:
et quot ānos postmodum uixerit: intimās eū filios filiasq; genuisse: ut intelligamus
unde potuerint populi accrescere: ne in paucis q cōmemorantur hominibus occupati
pueriliter: hæsitemus unde tanta spatia terrarum atq; regnorum repleri potuerint
de genere Sem: maxime propter assyriorum regnum: unde Ninus ille orientaliū
dominator usquequaq; populorum ingenti prosperitate regnauit: et latissimum ac
fūdatissimum regnum quod diuturno tempore duceretur suis posteris propagauit.
Sed nos ne diutius q̃ opus est immoremur: nō quot ānos quisq; in ista generationū
serie uixerit: sed quoto āno uite sue genuerit filiū hoc ordīe memorandū tantūmō
ponimus: ut et numerum annorum a trāsacto diluuio usq; ad Abraam colligamus:
et preter illa in qbus nos cogit necessitas immorari: breuiter alia: cursimq; tangamus.
Secundo igitur anno post diluuium Sem cum esset centū annorū genuit Arfaxat.
Arfaxat autem cum esset centum trigintaquinq; annorum genuit Chaynam. Qui
cum esset centum triginta annoꝝ genuit Sala. Porro etiam ipse Sala totidē annoꝝ
erat quando genuit Heber. Centū uero et triginta & q̃ttuor agebat annos Heber:
cum genuit Phalech: in cuius diebus diuisa ē terra. Ipse autem Phalech uixit centū
triginta annos et genuit Ragau. et Ragau centū & trigītaduos: et genuit Seruch.
et Seruch centum et triginta: et genuit Nachor. & Nachor septuagintanouem: et
genuit Tharam. Thara autem septūaginta & genuit Abram. quē postea nomīauit
deus mutato uocabulo Abraā. Fiunt itaq; anni a diluuio usq; ad Abraam mille sep/
tuaginta & duo secundum uulgatā editionem: hoc est interpretū septuagītaduoꝝ.
In hebreis autē codicibus longe pauciores annos perhibēt inueniri: de qbus rationē
aut nullam: aut difficillimam reddunt. Cū ergo querimus in illis septuagītaduabus
gentibus ciuitatem dei: non possumus affirmare illo tempore quo erat illis labiū unū:
id est loquela una: tunc iam genus humanum alienatum fuisse a cultu ueri dei: ita
ut in solis istis generationibus pietas uera remaneret: que descendunt de semine Sem:
per Arfaxat: et tendunt ad Abraam. Sed ab illa superbia edificande turris usq; ad
celum: qua impia significat̄ elatio: terrena apparuit ciuitas: hoc est sotietas impioꝝ.
Utrum itaq; ante Noe fuerit an latuerit: an potius utraq; permanserit: pia scilicet
in duobus filiis Noe: qui benedicti sunt eoꝝq; posteris: impia uero in eo: qui male/
dictus est: atq; eius progenie: ubi etiam exortus est gigas uenator contra dominum:
non est diiudicatio facilis. Fortassis enim: quod profecto est credibilius: & in filiis
duorum illorum iam tunc: anteq̃ babylonia cepisset institui: fuerunt contemptores
dei: & in filiis Cham cultores dei: utrunq; tamen hominū genus terris nunq̃ defuisse
credendum est. Siquidē et quādo dictū est: omnes declinauerūt simul inutiles facti
sunt: non est qui faciat bonū: nō est usq; ad unum: in utroq; psalmo ubi hec uerba
sunt: et hec leguntur: nonne cognoscent omnes qui operant̄ iniquitatem: q deuorāt
plebem meam sicut escam panis? Erat ergo etiā tunc populus dei: unde illud quod
dictum est: non est: q faciat bonū: non est usq; ad unū: de filiis hoīm dictū est: non

de filiis dei. Nam præmissum est: deus de celo prospexit super filios hominum: ut uideret si est intelligens: aut requirens deum. Ac deinde illa subiuncta: quæ omnes filios hominum id est ad ciuitatem pertinentes quæ uiuit secundum hominem: et nõ secundum deum: reprobos esse demonstrat.

Quod ea primitus lingua in usu hominum fuerit: que postea hebrea ab Heber nomine nuncupata est. & in cuius familia remansit: cum diuersitas esset facta linguarum. C.xi.

QVamobrem sicut lingua una cũ eẽt omniũ: nõ ideo filii pestilentie defuerunt: nam ante diluuium una erat lingua: et tamen omnes preter unam Noe iusti domũ deleri diluuio meruerũt: ita quãdo merito elationis ĩpietatis gẽtes linguarum diuersitate punite atq; diuise sunt: et ciuitas impiorum confusionis nomen accepit: hoc est appellata est babylõ: nõ defuit domus Heber ubi ea que antea fuit omniũ lingua remaneret. Vnde sicut supra memoraui cum cepissent enumerari filii Sem: q singuli gentes singulas procrearũt: primus est commemoratus Heber: cũ sit abnepos ipsius: hoc est ab illo quintus inueniatur exortus. Quia ergo in eius familia remãsit hec lingua: diuisis per alias linguas ceteris gentibus: que lingua prius humano generi non immerito creditur fuisse communis: ideo deinceps hebrea est nuncupata. Tunc enim opus erat eã distingui ab aliis linguis nomine proprio: sicut alie quoq; uocate sunt nominibus propriis. Quando autem erat una: nihil aliud q̃ humana lĩgua uel humana locutio uocabatur: qua sola uniuersum genus hominũ loquebat̃. Dixerit aliquis. Si in diebus Phalech filii Heber diuisa est terra per linguas: id est homines: qui tunc erant in terra: ex eius nomine potius debuit appellari lingua illa quæ fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est ipsum Heber propterea tale nomẽ imposuisse filio suo: ut uocaretur Phalech quod interpretatur diuisio: quia tunc ei natus est: quãdo per linguas terra diuisa est: id est ipso tẽpore: ut hoc sit: quod dictũ est. In diebus eius diuisa est terra. Nam nisi adhuc Heber uiueret: quando linguarũ facta est multitudo: non ex eius nomine nomen acciperet lingua: que apud illum potuit permanere. Et ideo credẽda est ipsa fuisse prima illa communis: quoniam de pena uenit illa multiplicatio: mutatioq; linguarum. et utiq; preter hãc penam esse debuit populus dei. Nec frustra linguam istam: hoc est: quã tenuit Abraam: nec in omnes filios suos transmittere potuit: sed in eos tantum qui propagati per Iacob et insignius atq; eminentius in dei populum coalescentes: dei testamenta: et stirpẽ xpi habere potuerunt. Nec Heber ipse eandem linguam in uniuersam progeniẽ suam refudit: sed in eã tantũ cuius generationes perducuntur ad Abraam. Quapropter etiã si nõ euidenter expressũ ẽ: fuisse aliquod pium genus hoĩm: quando ab impiis babylonia condebatur: nec ad hoc ualuit hec obscuritas: ut quærentis fraudaretur: sed potius ut exerceretur intentio. Cum enim legitur unam fuisse linguã primitus omnium: et ante omnes filios Sem commendatur Heber quamuis ab illo quintus oriatur: et hebrea uocatur lingua: quam patriarcharũ et prophetarum nõ solũ in sermonibus suis: uerũ etiã in litteris sacris custodiuit autoritas. Profecto itaq; cum quæritur in diuisione linguarum: ubi lingua illa remanere potuerit: quæ fuit ante communis: que sine ulla dubitatione ubi remansit: non ibi fuit illa pena: que facta ẽ mutatione linguarum: quid aliud occurrit: nisi ꝙ in huiusmodi gẽte remansit a cuius nomine nomen accepit. & hoc iustitie gentis huius nõ paruum apparuisse uestigiũ: ꝙ cum alie gentes plecterentur mutatione linguarum: ad istam non peruenit tale

suppliciũ? Sed si adhuc illud mouet: quomõ potuerũt singulas gẽtes facere Heber et filius eius Phalech: si una lingua permansit ambobus. et certe una est hebrea gens ex Heber ꝓpagata usq; ad Abraã: & per eũ deĩceps donec magnus fieret populus israel. Quomodo igitur omnes filii qui cõmemorati sũt trium filiorum Noe fecerũt singulas gentes: si Heber et Phalech singulas non fecerunt? Nimirum illud est probabilius quod gigas ille Nemroth fecerit etiã ipse gentẽ suam: sed ꝓpter excellentiã dominationis et corporis seorsũ eminentius nominatus ẽ: ut maneat numerus. lxxii gentium atq; linguarum. Phalech autem propterea commemoratus est: nõ ꝙ gentẽ fecerit: nam eadem ipsa est eius gẽs hebrea eadẽq; lingua: sed propter tẽpus insigne: ꝙ in diebus eius terra diuisa est. Nec mouere nos debet: quomodo potuerit gigas Nemroth ad illud tempus etatis occurrere: quo babylon cõdita est: et cõfusio facta linguarum: atq; ex hac diuisio gentium. Non enim quia Heber sextus est a Noe: ille autem quartus: ideo non potuerunt ad idem tempus conuenire uiuendo. Hoc enim cõtigit cũ plus uiuerent ubi pauciores sunt generationes: minus ubi plures. aut serius nati essent: ubi pauciores: maturius: ubi plures. Sane intelligendum est: quãdo terra diuisa est: non solũ iam natos fuisse ceteros filios filioꝝ Noe: qui cõmemorantẽ patres gentium: sed etiam eius etatis fuisse: ut iam uniuersi familias haberent suas: que digne fuissent nominibus gentium. unde nequaq̃ putandum ꝙ eo fuerint ordĩe geniti: quo commemorati leguntur. Alioquin duodecim filii Iectan qui erat filius alius Heber frater Phalech: quomodo potuerunt iam gentes facere: si post Phalech fratrem suum Iectan natus est: sicut post eum commemoratus est. quandoquidem tempore quo natus est Phalech diuisa est terra? Proinde intelligendum est priorem quidem Phalech nominatum: sed longe post fratrem suum Iectan fuisse natũ: cuius Iectan duodecim filii tã grandes iã familias haberent: ut in linguas proprias diuidi possent. Sic enim potuit prior commemorari qui erat etate posterior: quẽadmodũ prius cõmemorati sunt ex tribus filiis Noe procreati filii Iaphet qui erat minimus eoꝝ: deĩde filii Cham q erat medius: postremo filii Sem qui erat primus & maximus Illarum autem gentium uocabula partim manserunt: ita ut hodie appareat unde fuerĩt deriuata. sicut ex Assur assyrii: & ex heber hebrei: partim temporis uetustate mutata sunt: ita ut uix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutãtes: nec omnium sed aliquantarum ex istis origines gentium potuerint reperire. Nã ꝙ ex filio Cham qui uocabatur Mesraim perhibentur egyptii exorti nulla hic resonat origo uocabuli: sicut nec ethiopum qui dicuntur ad eum filium Cham pertinere q Chus appellatus ẽ. Et si om̃ia cõsiderentᷣ: plura mutata: q̃ manẽtia noĩa apparent.

¶ De articulo temporis in Abraam: a quo sancte successionis nouus ordo contexitur. ¶ C. xii.

NVnc iã uideamus procursum ciuitatis dei: etiam ab illo articulo temporis. qui factus ẽ ĩ patre Abraã: unde incipit esse noticia eius euidẽtior: & ubi clariora leguntur promissa diuina: que nunc in cristo uidemus impleri. Sicut ergo scriptura sancta indicante didicimus: in regione Chaldeorum natus est Abraam: que terra ad regnum pertinebat Assyriorum. Apud Chaldeos autẽ iam etiam tunc superstitiões impie preualebant: quemadmodũ per ceteras gentes. Vna igitur Thare domus erat: de qua natus est Abraam: in qua unius ueri dei cultus: & quantum credibile est: in qua iam sola etiam hebrea lingua remanserat: quãuis et ipse: sicut iam manifestior

dei populus in egypto: ita in Mesopotamia seruisse diis alienis Iesu Naue narrante refert: ceteris ex progenie illius Heber in linguas paulatim alias: & in nationes alias posteris defluentibus. Proinde sicut per aquarum diluuium una domus Noe rema/serat ad reparandum genus humanum: sic in diluuio multarum superstitionum per uniuersum mundum una remanserat domus Thare: in qua custodita est plantatio ciuitatis dei. Deniq; sicut illic enumeratis supra generatiōibus ab Adam usq; ad Noe simul cum annorum numeris: et exposita diluuii causa: prius q̄ deus inciperet de arca fabricāda loqui ad Noe dicitur: he autem generationes Noe: ita & hic enumeratis generationibus ab illo: q̄ ē appellatus Sem filio Noe usq; ad Abraā: deinde īsignis articulus similiter ponitᷣ: ut dicatᷣ: he sūt generatiōes Thare. Thare genuit Abraā & Nachor & Aram: & Aram genuit Loth. Et mortuus est Aram: coram Thare patre suo: in terra in qua natus est in regiōe Chaldeorū. Et sumpserunt Abrā & Nachor sibi uxores: nomen mulieris Abram Sarai: & nomen mulieris Nachor Melcha filia Aram. Iste Aram pater Melchæ fuit: & pater Iesche: quæ Iescha creditur ipsa esse etiam Sara uxor Abrae.

Que ratio fecisse uideatur: ut in transmigratione Thare: qua chaldeos deserens in Mesopotamiam transiuit: nulla filii eius Nachor facta sit mentio. C.xiii.

DEinde narratur: quemadmodū Thare cum suis regionē reliquerit Chaldeoꝝ: et uenerit in Mesopotamiā et habitauerit in charram. Tacetᷣ autem de uno filio eius: qui uocabatur Nachor: tanq̄ eum nō duxerit secum. Nam ita narratur. Et sumpsit Thare Abram filium suum: & Loth filium Aran filii sui: & Sarai nurū suam uxorem Abram filii sui: & duxit illos de regione chaldeorum ut iret in terram Chanaan: & uenit in charram & habitauit ibi. Nusq̄ hic nominatus est Nachor: & uxor eius Melcha. Sed inuenimus postea cum seruum suum mitteret Abraam ad accipiendam uxorem filio suo Ysaac: ita scriptum. Et accepit puer decem camelos de camelis domini sui: & de omnibus bonis domini sui secum: & exurgens profectus ē in Mesopotamiam in ciuitatē Nachor. Isto & aliis sacre huius historie testimoniis: ostenditᷣ etiam Nachor frater Abrae exisse de regiōe Chaldeoꝝ: sedesq; cōstituisse in Mesopotamia: ubi cum patre suo habitauerat Abraā. Cur ergo eum scriptura nō commemorauit quādo ex gente Chaldeoꝝ cū suis profectus est Thare: & habitauit in Mesopotamia: ubi non solum Abram filius eius: uerum etiam Sara nurus eius & Loth nepos eius commemorantur: ꝙ eos duxerit secum? Cur putamus: nisi forte ꝙ a paterna & fraterna pietate desciuerat. & superstitioni adheserat Chaldeorum: et postea inde siue penitendo: siue persecutionem passus: ꝙ suspectus haberetur: & ipse emigrauit? In libro enim qui inscribitur Iudith: cum quæreret Holofernes hostis Israelitarum: quæ nam illa gens esset: utrum aduersus eam bellandum fuisset: sic ei respondit Achior dux Amonitarum. Audiat dominus noster uerbum ex ore pueri sui: & referam tibi ueritatem de populo qui habitat iuxta montanam hanc: & non exibit mendacium de ore serui tui. Hec enim progenies populi est Chaldeorum: et antea habitauerunt Mesopotamiā: quia noluerunt sequi deos patrū suorum: qui fuerunt in terra Chaldeorum gloriosi: sed declinauerunt de uia parentum suorum & adorauerunt deum celi quem cognouerunt: et proiecerunt eos a facie deoꝝ suoꝝ: et fugerūt in Mesopotamiam & habitauerūt ibi dies multos. Dixitq; illis deus eorū ut exirent de habitatione sua: & irent in terram Chanaan: & illic habitauerunt: et

cetera que narrat Achior Amonitesˀ. Vnde manifestum ē domū Thare psecutionē passā fuisse a Chaldeis: pro uera pietate qua unus et uerus ab eis colebatur deus.

De annis Thare: qui in Carra uite tempus impleuit. C.xiiii.

DEfuncto autē Thare in Mesopotamia: ubi uixisse perhibetur ducentos qnq; annos: iam incipiunt indicari ad Abraam: facte promissiones dei: q ita scriptū est. Et fuerunt dies Thare in Charra qnq; & ducēti anni: & mortuus est in Charra. Non sic autem accipiendū est quasi omnes hos dies ibi egerit: sed qa omnes dies uite sue qui fuerunt anni ducenti quinq; ibi cōpleuerit. Alioquin nesciretur quot annos uixit Thare in Charra: quoniā nō legitˀ quoto anno uite sue in Charrā uenerit: et absurdum est existimare in ista serie generationū ubi diligēter commemoratˀ quot ānos quisq; uixerit: huius solius numerū annoꝝ uite nō commendatū eē memorie. Quod enim quorundam quos eadē scriptura commemorat tacentˀ anni: non sunt in hoc ordine in quorum temporū dinumeratio decessione gignentiū: & genitorum successione contexitur. Iste autē ordo qui dirigitur ab Adam usq; ad Noe: & inde usq; ad Abraam sine numero annorum uite sue neminem continet.

De tēpore ꝑmissionis Abrae q̄ secundū ꝓceptū dei exiuit de carra. C.xv.

QVod uero commemorata morte Thare patris Abraam: deinde legitˀ: & dixit dominus ad Abram. Exi de terra tua: & de cognatione tua: et domo patris tui: etcetera. non quia hoc sequitˀ in sermone libri: hoc etiā in rerū gestarū tēpore sequi existimādum est. Erit quippe si ita est indissolubilis questio. Post hec enim uerba dei: que ad Abram facta sūt: scriptura sic loquitˀ. Et exiit Abrā quēadmodū locutus est illi deus: & abiit cum illo Loth. Abram autem erat quinq; & septuaginta annorum cum exiret ex Charra. Quomodo potest hoc uerum eē: si post mortem patris sui exiit de Charra? Cum enim esset Thare septuaginta annorū sicut supra intimatū ē: genuit Abram. Cui numero additis septuagintaqnq; annis quos agebat Abram quando egressus est de Charra: fiunt anni cētum et quadragintaqnq;. Tot igitˀ annoꝝ erat Thare quādo exiit Abram de illa Mesopotamie ciuitate. Agebat enim annū etatis sue septuagesimumqntū: ac per hoc pater eius q eū septuagesimo anno suo genuerat agebat ut dictum est centesimū et quadragesimum et quintum annum. Nō ergo inde post mortem patris: id est post ducentos quinq; annos quibus pater eius uixit egressus est: sed annus de illo loco progressiōis eius: quoniam ipsius septuagesimusqntus erat: ꝓculdubio patris eius q eū septuagesīo suo anno genuerat centesimusquadragesimusqntus fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendum est more suo scripturā redisse ad tempus quod iam narratio illa transierat: sicut superius cum filios filiorum Noe commemorasset: dixit illos in linguis fuisse et in gentibus suis: et tamen postea quasi hoc etiā in ordine sequeretˀ temporū: et erat inquit omnis terra labiū unū: & uox una omībus. Quomō ergo scđm suas gētes & secundū suas līguas erant: si erat una omnibus: nisi qa ad illud qđ iā trāsierat recapitulando est reuersa narratio? Sic ergo & hic cum esset dictū & fuerūt dies Thare in Charra quinq; & ducenti anni & mortuus ē Thare in Charra. Deinde scriptura redeundo ad id quod ideo pretermiserat: ut prius de Thare id: quod inchoatū fuerat cōpleretˀ. Et dixit inquit dominus ad Abram. exi de terra tua etcetera. Post que dei uerba subiungitˀ:

Et exiit Abram quẽadmodũ locutuſ eſt illi dominuſ: & abiit cũ illo Lotb. Abram autẽ erat quinq; & ſeptuaginta annorũ cũ exiit ex Charra. Tunc itaq; hoc factũ eſt: quando pater eiuſ centeſimũ quadrageſimũ & quintum annũ agebat etatiſ: tunc enim fuit huiuſ ſeptuageſimuſ & qntuſ ãnuſ. Soluta eſt aũt iſta queſtio & aliter: ut ſeptuaginta quinq; anni Abre quãdo egreſſuſ eſt de Charra: ex illo cõputarent̃ ex quo de igne Chaldeoꝝ liberatuſ eſt: non ex qua natuſ ẽ: tanq̃ tunc potiuſ natuſ habẽduſ ſit. Sed beatuſ Stephanuſ ĩ actibuſ Apoſtoloꝝ cũ iſta narraret. Deuſ inqt glorie apparuit Abrae patri noſtro cum eſſet in Meſopotamia priuſ q̃ habitaret in Charra. et ait ad illum. Exi de terra tua & de cognatione tua: & domo patriſ tui: & ueni in terram quam tibi demonſtrabo. Secundum hec uerba Stephani: non poſt mortem patriſ eiuſ locutuſ eſt deuſ Abre: qui utiq; in Charra mortuuſ eſt: ubi cũ illo et ipſe filiuſ habitauit: ſed priuſ q̃ habitaret in eadem ciuitate: iam tamen cum eſſet in Meſopotamia. Iam ergo exierat a Chaldeiſ. Quod itaq; adiungit Stephanuſ: tũc Abram egreſſuſ eſt de terra Chaldeorum & habitauit in Charra: non demonſtrat ꝙ ſit factum poſtea q̃ locutuſ eſt illi deuſ. Neq; enim poſt illa dei uerba egreſſuſ ẽ de terra Chaldeorum: cum dicat ei locutum deum eſſe ĩ Meſopotamia: ſed ad totũ illud tempuſ pertinet quod ait: tunc id eſt ex quo egreſſuſ eſt a Chaldeiſ et habitauit in Charra. Item quod ſequitur & inde poſtq̃ mortuuſ eſt pater eiuſ collocauit illum in terra hac: in qua uoſ nunc habitatiſ & patreſ ueſtri: nõ ait poſtq̃ mortuuſ eſt pater eiuſ exiit de Charra: ſed inde poſtq̃ mortuuſ eſt pater eiuſ hic eũ collocauit. Intelli-gendum eſt igitur locutum deum fuiſſe cum Abram: cũ eſſet ĩ Meſopotamia ꝓuſ q̃ habitaret in Charra: ſed eum ĩ Charram perueniſſe cũ patre retẽto apud ſe ꝑcepto dei: & inde exiſſe ſeptuageſimo & quinto ſuo: patriſ autem ſui centeſimo q̃drageſimo quinto anno. Collocationẽ uero eiuſ in terra Chanaan: nõ profectionẽ de Charra poſtq̃ mortem patriſ eiuſ factam eſſe dicit: quia iam mortuuſ erat pater eiuſ: quãdo emit terrã cuiuſ ibi iã ſue rei cepit eſſe poſſeſſor. Quod autẽ iam in Meſopotamia conſtituto hoc eſt iam egreſſo de terra Chaldeorum dixit deuſ: exi de terra tua: et de cognatione tua: & de domo patriſ tui: nõ ut corpuſ inde eiiceret quod iã fecerat: ſed ut animum auelleret: dicitur. Non enim exierat inde animo: ſed ſpe redeundi & deſiderio tenebatur. que ſpeſ & deſiderium deo iubente ac iuuante & illo obediente fuerat amputandum. Non ſane incredibiliter exiſtimatur: cum poſtea ſecutuſ eſſet Nachor patrem ſuum: tunc Abram preceptum domini impleuiſſe: ut cũ Sara cõiuge ſua & Lotb filio fratriſ ſui exiret de Charra.

¶ De ordine & q̃litate ꝓmiſſionũ dei: que ad Abraã facte ſũt. ¶ C. xvi.

IAm conſiderande ſunt promiſſioneſ dei facte ad Abraam. In hiſ enim apertiora dei noſtri Ieſu Xp̃i hoc eſt dei ueri oracula apparere ceperũt de populo piorũ: quem Prophetica prenũtiauit autoritaſ. harũ prima ita legit̃. ¶ Et dixit dominuſ ad Abram: exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patriſ tui: et uade in terram quam tibi demonſtrauero: & faciã te in gentem magnã: & benedicam te et magnificabo nomen tuũ: & eriſ benedictuſ. Et benedicã benedicẽteſ te: & maledicã maledicenteſ te: & benedicentur in te omneſ tribuſ terre. Aduertendũ eſt igit̃ duaſ reſ promiſſaſ Abre. Vnam ſcilicet ꝙ terrã Chanaan poſſeſſurum fuerat ſemẽ eiuſ: quod ſignificatur ubi dictũ ẽ: uade in terram quã tibi demonſtrauero & faciam te in gentem magnã. ¶ Aliam uero longe preſtantiorem non de carnali ſed de ſpiritali ſemine: per quod pater ẽ nõ uniuſ gentiſ Iſraelitice ſed omniũ gentiũ que fidei eiuſ

uestigia consequuntur. Quod promitti cepit his uerbis. Et benedicẽtur in te omnes tribus terre. ¶ Hanc promissionem factam arbitratur Eusebius septuagesimoquinto etatis anno Abre: tanq̃ mox ut facta est de Charra exierit Abrã: quoniã scripture contradici non potest: ubi legitur: Abram erat quinq; & septuaginta annorum cũ cum exiit ex Charra. Sed si eo anno facta est ista promissio: iam utiq; ĩ Charra cũ patre suo demorabat̃ Abram. Neq; enim exire inde posset: nisi prius ibi habitasset. Nunquid nam ergo contradicitur Stephano dicenti: deus gloriæ apparuit Abre patri nostro cũ eẽt in Mesopotamia: priusq̃ habitaret ĩ Charra? Sed intelligendũ est q eodem anno facta sunt omnia: & dei promissio antequã in Charra habitaret Abram: & in Charra habitatio eius & inde profectio: non solum quia Eusebius in chronicis ab anno huius promissionis computat: & ostendit post quadringentos et triginta annos exitum esse de Egypto: quando lex data est: uerum etiam quia id commemorat Apostolus Paulus.

¶ De tribus excellentioribus gentium regnis: quorum id est assyriorum iam Abraam sublimis eminebat. ¶ C.XVII.

PEr idem tempus eminentia erant regna gentiũ: in quibus terrigenarũ ciuitas hoc est sotietas hominum: secũdum hominẽ uiuentiũ: sub dominatu angelorũ desertorꝝ insignius excellebat: regna uidelicet tria: Sicyoniorꝝ: Egyptiorꝝ: Assyriorꝝ: sed Assyriorum multo erat potentius: atq; sublimius: nam rex ille Ninus Beli filius excepta india uniuerse Asie populos subiugauerat. Asiam uero dico nõ illã partem que huius maioris Asie una Prouintia est: sed eam que uniuersa Asia nũcupat̃: quã quidam in alteram duarum: pleriq; autem in tertiam totius orbis partem posuerunt. ut sint omnes: Asia: Europa: & Africa: quod non equali diuisione fecerunt. Namq; ista que Asia nuncupatur: a meridie per orientem usq; ad septentrionem peruenit. Europa uero a septentrione usq; ad occidentẽ. ¶ Atq; inde Africa ab occidente usq; ad meridiem. Vnde uidentur orbem dimidium due tenere: Europa & Africa: aliud uero dimidium sola Asia. Sed ideo ille due partes factæ sunt: quia inter utranq; ab oceano ingreditur quicquid aquarum terras interluit: & ab hoc mare magnũ nobis facit. Quapropter si in duas partes orbem diuidas orientis & occidentis: Asia erit in una: in altera uero Europa & africa. Quamobrem unum triumregnorum que tunc precellebant regnum scilicet Sicyoniorũ nõ erat sub Assyriis: quia in Europa erat. Egyptiorum autem quomodo eis nõ subiacebat: a quibus tota Asia tenebat̃: solis Indis ut perhibetur exceptis? In Assyria igit̃ preualuerat domĩatus impie ciuitatis. Huius caput erat illa Babylon cuius terrigene ciuitatis nomen aptissimũ est: id est confusio. Ibi autẽ Ninus regnabat post mortẽ patris sui Beli: qui primus illic regna-uerat sexagintaquinq; annos. Filius uero eius Ninus qui defuncto patri successit in regnum: quinquagintaduos regnauit annos. Et habebat in regno quadragĩtatres annos quando natus est Abram: qui erat annus circiter millesimus ducẽtesimus ante conditã Romã: ueluti alterã in occidẽte Babyloniã.

¶ De iterato alloquio dei ad Abraam: quo ei et semini eius Chanaan terra promittitur. ¶ C.XVIII.

EGressus est ergo Abram de Charra septuagesimoq̃nto ãno etatis sue: cẽtesimo autẽ quadragesimo & quinto patris sui: cũ Loth filio fratris sui & Sara cõiuge: et perrexit in terram Chanaan: & peruenit usq; ad Sychẽ: ubi rursus diuinũ accepit

oraculum: de quo ita scriptum ē. Et apparuit dominus Abre & dixit illi: Semini tuo dabo terram hanc. Nihil hic de illo semine ei promissū ē: in quo pater factus ē omnium gentium: sed de illo solo: de quo pater est unius Israeliticæ gentis: Ab hoc enim semine terra illa possessa est.

De Sare pudicicia in Egypto per dominum custodita: quam Abraam non uxorem suam esse dixerat: sed sororē. C.xviii.

Deinde edificato ibi altari & innouato deo Abrā profectus ē inde: & habitauit in heremo: atq; inde ire i egyptum famis necessitate compulsus est: ubi uxorē suam dixit sororē suā nihil mētitus. Erat enim & hoc quia ꝓpinqua erat sāguine: sicut etiam Loth eadem propinquitate cū fratris eius esset filius frater eius ē dictus. Itaq; uxorem tacuit non negauit: coniugis tuendam pudiciciam committens deo: & humanas cauens insidias ut homo. Quoniam si periculum quantum cauere poterat: non caueret: magis temptaret deū: q̄ speraret in deo. De qua re contra calumniantē Faustum Manicheum satis diximus. Deniq; factum est quod de domino presūpsit Abram. Nam Pharao Rex Egypti qui eā sibi uxorē acceperat: grauiter afflictus marito reddidit. Vbi absit ut credamus alieno cōcubitu fuisse pollutā. Quia multo est credibilius hoc Pharaonem facere afflictionibus magnis non fuisse permissum.

De secessiōe Loth: & Abrae: que illis salua caritate cōplacuit. C.xx.

Reuerso igitur Abram ex egypto in locū unde uenerat: tūc Loth fratris filius ab illo i terram Sodomorum salua caritate discessit. Diuites quippe facti erāt: pastoresq; multos pecoꝝ habere ceperant: qbus inter se rixātibus eo modo familiaꝝ suarum pugnantem discordiā uitauerūt. Poterat qppe hinc: ut sūt humana: & īter ipsos aliqua rixa consurgere. Proinde hoc malum precauentis Abre uerba ista sūt ad Loth. Nō sit rixa īter me et te: & īter pastores meos & pastores tuos: qa omēs nos fratres sumus. Nā ecce tota terra ante te ē: discede a me. Si tu in sinistram ego in dextram: uel si tu in dextrā: ego in sinistrā. Hic fortassis effecta est inter homīes pacifica cōsuetudo: ut q̄ndo terrenoꝝ aliqd partiēdū ē: maior diuidat: mīor eligat.

De tertia promissione dei: qua terram Chanaan Abrae et semini eius in perpetuum pollicetur. C.xxi.

Cum ergo digressi essent: separatimq; habitarent Abram et Loth: necessitate sustentande familie non feditate discordie. & Abrā in terra Chanaan: Loth autem esset in Sodomis: oraculo tertio dixit dominus ad Abram. Respiciens oculis tuis uide a loco in quo nunc tu es ad aquilonem: & africum & orientem & mare: qa omnem terram quam tu uides tibi dabo & semini tuo usq; in seculum: & faciā semen tuum tanq̄ arenam terre. si potest aliquis dinumerare arenam terræ: & semen tuum dinumerabitur. Surgens perambula terram in longitudinem eius & in latitudinem eius: quia tibi dabo eam. In hac promissione utrum sit etiam illa: qua pater factus est omnium gentium: non euidenter apparet. Potest enim uideri ad hoc pertinere: et faciam semen tuum tanq̄ arenam terre: quod ea locutione dictum est quā Greci dicunt hyperbolen: que utiq; tropica est non propria. quo tamen modo ut ceteris tropis uti solere scripturam: nullus qui eam didicit: ambigit. Iste autem tropus id est

modus locutionis fit: quando id quod dicitur longe est amplius: q̄ quod eo dicto significatur. Quis enim non uideat: q̄ sit incõparabiliter amplior arene numerus: q̄ potest esse omnium hominum ab ipso Adam usq; ad terminum seculi? Quanto ergo magis q̄ semen Abrae: non solum quod pertinet ad Israeliticam gẽtem: uerũ etiam quod futurum est secũdum imitatiõem fidei toto orbe terrarũ in omnibus gẽtibus? Quod semẽ scilicet Abrae in comparatiõe multitudinis: impiorũ profecto in paucis est: quamuis & ipsi pauci faciant innumerabilem multitudinẽ suam: que significata est secundum hyperbolen per arenam terrae. Sane ista multitudo que promittitur Abrae: nõ deo est innumerabilis sed hominibus. deo autem nec arena terrae. Proinde quia non tantũ gens Israelitica sed uniuersũ semen Abrae: ubi est expressa ꝓmissio non secundum carnem sed secundum spiritum plurimorum filiorum: congruẽtius arene multitudini cõparatur: potest hic intelligi: ut iteretur prius facta promissio. Sed ideo diximus ꝙ nõ euidẽter appareat: quia & illius gentis unius multitudo que secundum carnem nata est ex Abraam: per eius nepotem Iacob in tantum creuit: ut pene omnes partes orbis impleuerit. Et ideo potuit & ipsa secundum hyperbolẽ arene multitudini comparari. quia & hec sola innumera est homini multitudo: terrã certe illam solam significatam que appellata est Chanaã nemo ambigit. Sed quod dictũ est: tibi dabo eã & semini tuo usq; in seculũ. potest mouere nõnullos: si usq; in seculum intelligant in eternum. Si autem in seculũ hoc loco sic accipiãt queadmodũ fideliter tenemus: initium futuri seculi a fine presẽtis ordiri: nihil eos mouebit. quia et si expulsi sunt Israelite de Hierosolymis: manent tamen in aliis ciuitatibus terre Chanaan: et usq; in finem manebunt: et uniuersa terra illa cum a Christianis inha/bitatur etiam ipsum semen est Abrae.

¶De superatis ad Abraam hostibus Sodomorum quando Loth de captiuitate eripuit: & a Melchisedech Sacerdote benedictus ẽ. ¶C.xxii.

HOc responso promissionis accepto migrauit Abram et mansit in alio eiusdem terre loco: id est iuxta quercũ Mambre que erat Ebron. Deinde ab hostibus qui Sodomis irruerant: cum quinq; Reges aduersus q̄ttuor bellũ gererent: & uictis Sodomitis etiam Loth captus esset: liberauit eum Abram adductis secum in preliũ trecẽtis decẽ & octo uernaculis suis: & uictoriam fecit de regibus Sodomorũ nihilq; spoliorum auferre uoluit: cũ Rex cui uicerat: obtulisset. Sed plane tũc benedictus est a Melchisedech qui erat Sacerdos dei excelsi. de quo in epistola que inscribitᷣ ad Hebraeos: quam plures Pauli Apostoli esse dicunt: quidam uero negant: multa et magna cõscripta sunt. Ibi quippe primum apparuit sacrificiũ: quod nũc a xp̄ianis offertur deo toto orbe terrarum: impleturq; illud quod longe post hoc factum per Prophetam dicitur ad christũ qui fuerat adhuc uenturus in carnẽ: tu es Sacerdos in eternũ secundũ ordinem Melchisedech: non scilicet secundum ordinem Aaron q̄ ordo fuerat auferendus: illucescẽtibus rebus: que illis umbris prenotabantur.

¶De uerbo domini ad Abraam: quo ei promittitur secundũ multitudinẽ stellarũ multiplicanda posteritas: q̄d credẽs iustificatus ẽ adhuc in ꝓputio cõstitutus. ¶C.xxiii.

ET iam tunc factum est uerbũ domini ad Abram in uisu. Qui cũ ei ꝓtectionẽ mercedemq; promitteret ualde multam: ille de posteritate sollicitus quendam

Eliezer uernaculum suum futurum sibi dixit heredem. Continuoq; illi promissus est heres: non ille uernaculus: sed qui de ipso Abram fuerat exiturus: rursusq; semen innumerabile nõ sicut arena terre sed sicut stelle celi: ubi mihi magis uidet̃ promissa posteritas cælesti felicitate sublimis. Nam quãtum ad multitudinem pertinet: quid sunt stelle celi ad arenam terre? nisi quis & istam comparationem in tantũ esse similẽ dicat: in quantum etiã stelle dinumerari non ualent. quia nec omnes eas uideri posse credendũ est. Nã quãto quisq; acutius intuet̃: tanto plures uidet. Vnde & acerrime ce'nẽtibus aliquas occultas esse merito existimatur: exceptis eis sideribus que in alia parte orbis a nobis remotissima oriri & occidere perhibentur. Postremo quicunq; uniuersum stellarũ numerum comprehendisse et conscripsisse iactant̃: sicut Aratus et Eudoxus: uel siqui alii sunt: eos libri huius contemnit autoritas Hic sane illa sen/tentia ponit̃ cuius Apostolus meminit propter dei gratiam cõmendandã. ❡ Credidit Abraã deo & reputatũ est illi ad iusticiã: ne circũcisio gloriaret̃: gẽtesq; incircũcisas ad fidẽ xp̃i nollet admitti. Hoc. n. quãdo factũ ẽ ut credẽti Abrae deputaret̃ fides ad iusticiam: nondum fuerat circuncisus.

❡ De significatione sacrifitii: quod Abraam offerre preceptus ẽ: cum poposcisset: ut de iis que crederet: doceretur. ❡ C. xxiiii.

IN eodem uisu cum loqueretur ei deus: etiam hoc ait ad illum. Ego deus qui te eduxi de regione Chaldeorum: ut dem tibi terram hãc ut heres sis eius. Vbi cum interrogasset Abram: secundũ qd sciret: ꝙ heres eius erit: dixit illi deus. Accipe mihi iuuencam trimam: & capram trimam & arietem trimum: & turturem & columbam. Accepit autem ille hec omnia & diuisit illa media: & posuit ea contra faciem alterũ alteri. Aues autem non diuisit. Et descenderunt sicut scriptum est aues: & sederunt super corpora que diuisa erãt: & consedit illis Abram. Circa solis autẽ occasũ pauor irruit super Abrã & ecce timor tenebrosus magnus incidit ei. Et dictũ ẽ ad Abram. Sciendo scias quia peregrinum erit semen tuũ in terra non propria: & in seruitutẽ redigent eos: & affligent eos quadringentis annis gentẽ autẽ cui seruierint. iudicabo ego. Post hæc uero exibunt hinc cum supellectili multa. Tu autem ibis ad patres tuos cũ pace: nutritus in senecta bona. Quarta uero generatione cõuertent se huc. Nondum enim impleta sunt peccata Amorreorum usq; adhuc. Cum autem iam sol erat ad occasum: facta est flamma: & ecce fornax fumabunda & lãpades ignis: que pertransierunt per media diuisa illa. In die illa disposuit dominus deus testamentum ad Abrã dicens: semini tuo dabo terrã hãc a flumine Egypti usq; ad flumẽ magnũ Euphratẽ: Ceneos & Cenezeos: & Cethmõeos & Cetheos. & Pherezeos & Raphaĩ: et Amorreos: & Cananeos: & Eueos & Gergeseos & Iebuseos. Hec omĩa ĩ uisu facta diuinitus atq; dicta sũt. de qbus sĩgulis enucleate disserere longũ ẽ: & intẽtionẽ opis huius excedit. Quod ergo satis ẽ nosse debemus: posteaq̃ dictũ est credidisse Abraã deo & deputatum esse illi ad iusticiam: non eũ in fide defecisse: ut diceret dominator domine secundũ quid sciã: ꝙ heres eius ero. Terre qppe illius promissa erat hereditas. Non enim ait unde sciam quasi adhuc non crederet: sed ait secundum quid sciã: ut ei rei quam crediderat: aliqua similitudo adhiberetur: qua eius modus agnosceretur. Sicut non est uirginis Marie diffidentia ꝙ ait: quomodo fiet istud: quoniã uirum non cognosco. Quod enim futurum esse certa erat: modum quo fieret: inquirebat. Et hoc cum quæsisset audiuit: spiritus sanctus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Deniq; & hic similitudo data ẽ de tribus animalibus: iuuẽca: capra

et ariete: & duabus uolucribus turture & columba. ut secundum hec futurum sciret: quod futurum esse iam non ambigeret. Siue ergo per iuuẽcam significata sit plebs posita sub iugo legis: per capram eadem plæbs etiam peccatrix futura: per arietem eadem plebs etiam regnatura: que animalia propterea trima dicũtur: quia cum sint insignes articuli temporum ab Adam usq; ad Noe: & inde usq; ad Abraã: & ĩde usq; ad Dauid: q reprobato Saule primus in regno gentis Israelitice ẽ domini uolũtate fundatus: in hoc ordine tertio qui tẽditur ex Abraam usq; ad Dauid: tanq̃ tertiam etatem gerens ille populus adoleuit: siue aliquid aliud conuenientius ista significẽt: nullo mõ tamẽ dubitauerim spiritales in ea typos prefiguratos additamẽto turturis et columbæ. Et ideo dictum est aues autem non diuisit. quoniam carnales inter se diuiduntur: spiritales autem nullo modo. siue a negotiosis conuersationibus hominũ se remoueant sicut turtur: siue inter illas degant sicut columba. Vtraq; tamen auis est simplex et innoxia: significans et in illo Israelitico populo cui terra illa danda erat: futuros indiuiduos filios ꝓmissionis & heredes regni ĩ eterna felicitate mãsuros. Aues autem descendentes super corpora: que diuisa erant: nõ boni aliqd sed spiritus indicant aeris huius pastum quendam suum de carnalium diuisione querẽtes. Quod autem illis consedit Abraã: significat etiam inter illas carnaliũ diuisiones spirituales esse nonnullos: ueros usq; in finem seculi perseueraturos fideles. Et circa solis occasũ ꝙ pauor irruit in Abraam: & timor tenebrosus magnus: significat circa huius sæculi finem magnam perturbationem ac tribulationem futuram fideliũ: de qua dominus dixit in euangelio. Erit enim tunc tribulatio magna qualis nõ fuit ab initio. Quod uero dictum est ad Abraam: sciendo scias: quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria: & in seruitutem redigent eos: & affligent eos quadringentis annis: de populo Israel qui fuerat in Egypto seruiturus apertissime prophetatum est. Non ꝙ i eadẽ seruitute sub Egyptiis affligentibus q̃drĩgentos annos ille populus fuerat peracturus: sed in ipsis q̃dringentis annis prenuntiatũ est hoc futurũ. Quẽadmodũ enim scriptum est de Thare patre Abrae: & fuerũt dies Thare in Charra quinq; et ducẽti anni: nõ quia ibi omnes acti sunt: sed quia ibi cõpleti sunt: ita & hic ꝓpterea interpositum est & in seruitutem redigent eos: et affligent eos quadringentis annis: quoniam iste numerus in eadem afflictione completus est. non quia ibi uniuersus: perfectus est. Quadringenti sane dicũtur anni propter numeri plenitudinẽ: quãuis aliquanto amplius sint. siue ex hoc tempore computentur: quo ista promittebãtur Abrae: siue ex quo natus est Isaac propter semen Abrae de quo ista prædicuntur. Computãtur enim sicut superius iã diximus: ab anno septuagesimo & qnto Abrae: quãdo ad eũ facta est ṗma promissio: usq; ad exitũ Israel ex Egypto q̃dringenti et trigĩta anni. quoꝝ Apostolus ita meminit. Hoc autẽ inqt testamentũ cõfirmatũ a deo que post quadringentos & triginta annos est facta lex: non infirmat ad eua/cuandam promissionem. Iam ergo isti quadringenti & triginta anni: quadringenti poterant nuncupari: quia non sunt multo amplius. Quanto magis cum aliquot iã ex isto numero preterissent: quãdo illa in uisu demonstrata et dicta sunt Abrae: uel quãdo Isaac natus est centenario patri suo a prima promissione post uigintiquinq; annos: cum iam ex istis quadringentis et triginta: quadringenti et qnq; remanerẽt: quos deus q̃dringentos uoluit nominare: et cetera que sequunẽ in uerbis ꝓnuntiãtis dei: nullus dubitauerit ad Israeliticum populum pertinere. Quod uero adiungitur: cum autẽ sol erat ad occasũ flamma facta est: et ecce fornax fumabũda et lãpades ignis: que transierũt per media diuisa illa: significat iã ĩ fine seculi per ignẽ iudicãdos

esse carnales. Sicut.n. afflictio ciuitatis dei q̄lis antea nunq̄ fuit que sub Antichristo futura sperat: significat tenebroso timore Abrae circa solis occasū: id ē ꝓpinquante iam fine seculi: sic ad solis occasum id est ad ipsum iam finem seculi significatur isto igne dies iudicii: dirimens carnales per ignem saluandos: & in igne damnādos. Deīde testamētum factum ad Abraam terram Chanaan proprie manifestat: & nominat in ea undecim gentes: a flumine Egypti usq; ad flumen magnum Euphraten. Nō ergo a flumine magno Egypti hoc est Nilo: sed a paruo qd' diuidit iter Egyptū et Palestinam: ubi est ciuitas Rhinocorura.

De Agar ancilla Sare: quam eadem Sara Abrae uoluit esse concubinam. C.xxv.

IAm hinc tempora consequuntur filiorum Abrae: unius de Agar ancilla: alterius de Sara libera: de quibus in libro superiore iam diximus. Quod autem attinet ad rem gestam: nullo modo est inferendum de hac concubina crimen Abrae. Usus est ea quippe ad generandam prolem: non ad explendam libidinem: nec insultans sed potius obediens coniugi: que sue sterilitati credidit esse solatium: si fecundum ancille uterum: quoniam natura non poterat: uoluntate faceret suum: & eo iure quo dicit Apostolus similiter & uir non habet potestatem corporis sui sed mulier: utēs mulier ad pariendum ex altera quod non poterat ex se ipsa. Nulla est hic cupido lasciuie: nulla nequiciæ turpitudo. Ab uxore causa prolis ancilla marito traditur: a marito causa prolis accipit. ab utroq; nō culpe luxus sed nature fructus exquirit. Deniq; cum ancilla grauida domine sterili superbiret. et hoc Sara suspitione muliebri uiro potius imputaret: etiā ibi demonstrauit Abraam non se amatorē seruum: sed liberū fuisse genitorē: & in Agar Sara cōiugi pudiciciā custodisse: nec uoluptatē suam sed uolūtatē illius ipleuisse: accepisse nec petisse: accessisse nec hesisse: semīasse nec aāsse. ait.n. Ecce ancilla tua ī manibus tuis: utere ea quomō tibi placuerit. O uirū uiriliter utentem feminis: cōiuge temperanter: ancilla obtemperanter: nulla intēperanter.

De testificatione ad Abraam: qua eidem seni: de sterili Sara filium spopondit: patremq; eum gentium statuit: & promissi fides sacramento circuncisionis obsignat. C.xxvi.

POst hec natus est Ysmael ex Agar: in quo putare posset impletum: quod ei promissum fuerat: cum sibi uernaculum suum adoptare uoluisset: dicente deo nō erit heres tuus hic: sed qui exiet de te: ille erit heres tuus. Hoc ergo promissum ne in ancille filio putaret impletum: iam cū esset annorū nonagīta & nomē apparuit ei dominus & dixit illi. Ego sum deus: place in conspectu meo et esto sine querela: et ponam testamentum meum inter me & inter te: & implebo te ualde. Et procidit Abram in faciem suam: & locutus est illi deus dicens. Ecce ego: & ecce testamentum meum tecum: & eris pater multitudinis gentium: & non appellabitur nomen tuum adhuc Abram: sed erit nomen tuum Abraam: quia patrē multarum gētium cōstitui te. Et augebo te ualde: & ponā te ī gētes: & reges ex te exibūt. Et statuā testamētū meum inter me & te: & inter semen tuum post te in generationes eorū in testamentū eternū: ut sim tibi deus: & semini tuo post te. Et dabo tibi & semini tuo post te terrā in qua incola es: omnem terram Chanaan in possessionem eternā. & ero illi deus. Et dixit deus ad Abraam. Tu autem testamentum meum conseruabis: tu & semen tuū

post te in progenies suas. Et hoc est testamentum meum qđ conseruabitis inter me
et uos & inter semen tuum post te in generationes suas. Circuncidetur omne uestrū
masculinum: & circuncidetis carnem preputii uestri: & erit in signū testamenti inter
me & uos. Et puer octo dierum circuncidet̄: & uestrū omne masculinum i ꝓgenies
uestras. Vernaculus & empticius ab omni filio alienigena qui nō est de semine tuo:
circūcisione circuncidetur. & uernaculus domus tue & empticius. Et erit testamentū
meum in carne uestra in testamentum eternū: & qui nō fuerit circuncisus masculus:
qui non circuncidet carnem preputii sui octauo die: interibit anima illa de genere
eius quia testamentum meum dissipauit. Et dixit deus ad Abraam. Sarai uxor tua
non appellabitur nomen eius Sarai: sed Sara erit nomē eius. Benedicam autē illam
& dabo tibi ex ea filiū: & benedicā illū et erit in nationes: & reges gentiū ex eo erūt:
et procidit Abraam super faciem suam: & risit: et dixit in animo suo dicens. Si mihi
centum annos habenti nascetur filius. & si Sara annorum nonaginta pariet? Dixit
autem Abraam ad deum. Ysmael hic uiuat in conspectu tuo. Deus autem dixit
ad Abraam. Ita Ecce Sara uxor tua pariet tibi filium & uocabis nomē eius Isaac:
et statuam testamentum meum ad illum in testamentum eternum: ut sim illi deus &
semini eius post illum. De Ysmael autem ecce audiui te. Ecce benedixi eum & am-
plificabo: & multiplicabo illum ualde. Duodecim gentes generabit. et dabo illum in
magnam gentem. Testamentum autem meum statuā ad Isaac: quē pariet tibi Sara
in tempore hoc ad annum sequentem. ¶ Hic apertiora promissa sunt de uocatione
gentium Isaac id est in filio promissionis: quo significatur gratia non natura. quia
de sene: et de anu sterili promittitur filius. Quamuis enim et naturalē procreatiōis
excursum deus operetur: ubi tamen euidens opus dei est uitiata: et cessante natura:
ibi euidentius intelligit̄ gratia. Et quia hoc nō per generationē sed ꝑ regenerationē
futuꝝ erat: ideo nūc impta ē circūcisio: q̃ndo de Sara ꝓmissus ē filius. Et ꝙ omnes
nō solū filios: uerū etiā seruos uernaculos: et empticios circūcidi iubet: ad omnes istā
gratiā ꝑtinere testat̄. Quid. n. aliud circūcisio significat: q̄ uetustate exuta naturā
renouatā? Et qd aliud q̄ Christū octauus dies: q ebdomada cōpleta: hoc ē post sa-
batū resurrexit? Parentū mutant̄ et noīa. oīa resonāt nouitatē: et in testamento
ueteri obumbrat̄ nouū. Quid ē. n. qđ dicit̄ testamentū uetus: nisi noui occultatio?
Et quid est aliud quod dicit̄ nouū nisi ueteris releuatio? Risus Abraæ: exultatio ē
gratulantis: non irrisio diffidentis. Verba quoq; eius illa in animo suo: si mihi centū
annos habenti nascetur filius: et si Sara annoꝝ nonaginta pariet: nō sunt dubitātis:
sed admirantis. Si quem uero mouet: ꝙ dictum est: et dabo tibi et semini tuo post
te: terram in qua tu incola es: omnem terram Chanaan in possessionem eternā: quō
accipiat̄ impletū: siue adhuc expectetur implendum: cū possessio quecunq; terrena
eterna cuilibet gēti eē nō possit: sciat eternū a nostris īterp̄tari: qđ Greci appellāt
aeonon: qđ a seculo deriuatū est. Aeon q̄ppe grece seculū nuncupat̄. Sed nō sunt
ausi latini hoc dicere seculare: ne lōge ī aliud mitterēt sensū: Secularia q̄ppe dicūt̄
multa: que ī hoc seculo sic agunt̄ breui etiā tēpore trāseāt. Aeonō aūt qđ dicit̄: aut
nō blabet finē: aut usq; in huius seculi tendit̄ finem

¶ De masc[u]lo: qui si octauo die nō fuerit circuncisus perit
anima eius: quia testamentum dei dissipauit ¶ C. XXVII.

ITem potest mouere: quomodo intelligi oporteat: quod hic dictum est: masculus
qui non circuncidet carnē preputii sui octauo die: interibit anima illa de genere

ſuo: quia teſtamentum meum diſſipauit: cum hec nulla culpa ſit paruuli cuius dixit animam perituram: nec ipſe diſſipauerit teſtamentum dei: ſed maiores qui eum cir/cuncidere non curauerunt: niſi quia etiam paruuli non ſecũdum ſue uite ꝓprietatẽ: ſed ſecundum communem generis humani originem omnes in illo uno teſtamẽtum dei diſſipauerunt: in quo omnes peccauerunt. Multa quippe appellantur teſtamẽta dei exceptis illis duobus magnis: uetere & nouo: quod licet cuiq; legendo cognoſcere. Teſtamẽtum autem primum quod factum eſt ad hominem primũ profecto illud eſt. Qua die ederitis morte moriemini. Vnde ſcriptum eſt in libro qui eccleſiaſticus appellatur. Omnis caro ſicut ueſtis ueteraſcet. Teſtatũ ergo ẽ a ſeculo morte morti: eos qui tranſgrediuntur precepta dei. Cum enim lex euidentior poſtea data ſit. et dicat Apoſtolus ubi autem non eſt lex: nec preuaricatio: quo pacto in pſalmo quod legitur uerum eſt: preuaricatores exiſtimaui omnes peccatores terræ: niſi quia om̃es legis alicuius preuaricate: ſunt rei: qui aliquo peccato tenent̃ obſtricti? Quamobrẽ ſi etiã paruuli quod uera fides habet naſcunt̃ nõ ꝓprie: ſed originaliter peccatores: unde illis gratiam remiſſionis peccatorum neceſſariam confitemur: profecto eo mõ quo ſunt peccatores: etiã preuaricatores legis illius: que ĩ paradiſo data ẽ: agnoſcũt. ut uerum ſit utrunq; quod ſcriptũ eſt: & preuaricatores eſtimaui omnes peccatores terre. & ubi lex non eſt: nec preuaricatio. Ac per hoc quia circuncisio ſignum rege/nerationis fuit: non immerito paruulum propter originale peccatum quo primum dei diſſipatũ ẽ teſtamẽtũ: generatio diſperdet: niſi regeneratio liberet. Sed ĩtelligen/da ſunt hec uerba diuina: tanq̃ dictũ ſit: qui nõ fuerit regeneratus: interibit anima illa de genere eius. quia teſtamentum dei diſſipauit quando in Adam cum omnibus etiam ipſe peccauit. Si enim dixiſſet: quia hoc teſtamentum meum diſſipauit: non niſi de iſta circũciſione intelligi cogeret. Nunc uero quoniã nõ expreſſit: cuiuſmõi teſtamentum paruulus diſſipauerit: liberum eſt intelligere: de illo teſtamento dictũ: cuius diſſipatio pertinere poſſit ad paruulum. Si autem quiſq̃ hoc non niſi de iſta circunciſione dictum eſſe contendit: ꝙ in ea teſtamentum dei: qui nõ eſt circũciſus diſſipauerit paruulus: quærat locutionis aliquem modum: quo non abſurde poſſit intelligi: ideo diſſipaſſe teſtamentum: quia licet non ab illo: tamẽ in illo eſt diſſipatũ. Verum ſic quoq; animaduertẽdum eſt nulla in ſe negligẽtia ſua iuſte interire in/circunciſi animam paruuli: niſi originalis obligatione peccati.

De commutatione nominum Abre: et Sarai: qui cum ob unius ſterilitatẽ: ob utriuſq; aũt ſenectutẽ generare nõ poſſẽt: munus fecũditatis adepti ſũt. C. XXVIII.

Facta igitur promiſſiõe tam magna tãq; lucida ad Abraam: cui euidentiſſime dictum eſt: patrem multarũ gentium poſui te: & augebo te ualde & ponã te in gentes: & reges exibunt ex te: & dabo tibi ex Sara filium: & benedicam illum et erit in nationes: & reges gentium ex eo erunt: quam promiſſionem nũc in Chriſto cernimus reddi: ex illo deinceps illi coniuges non uocantur in ſcripturis ſicut antea uocabantur Abram & Sarai: ſed ſicut nos eos abinitio uocauimus: quoniam ſic iam uocãtur ab omnibus Abraam & Sara. Cur autem mutatum ſit nomẽ Abrae: reddita eſt ratio: q̃a patrẽ inq̃t multarũ gentiũ poſui te. Hoc ergo ſignificare intelligendũ eſt Abraam. Abram uero q̃d ante uocabatur interpretat̃ pater excelſus. De nomĩe autẽ mutato Sare nõ eſt reddita ratio: Sed ſicut aiũt qui ſcripſerũt interpretatiões nominum Hebreorum que his litteris ſacris continent̃: Sarai interpretat̃ princeps

mea: Sara autem uirtus. Vnde scriptum est in epistola ad hebreos: Fide & ipsa Sara
uirtutem accepit ad emissionē seminis. Ambo autē senes erant sicut scriptura testat̃:
sed illa etiam sterilis & liquore menstruo iam destituta: propter quod iā parere nō
posset etiā si sterilis non fuisset. Porro si femina ita sit prouectioris etatis ut ei solita
mulierum adhuc fluant: de iuuene parere potest: de seniore non potest. q̃uis adhuc
possit ille senior: sed de adolescētula gignere: sicut Abraā post mortē Sare de Ce/
thura potuit: qa uiuidā eius inuenit etatem. Hoc ergo est quod mirum commēdat
Apostolus: & ad hoc dicit Abrae iam fuisse corpus emortuum: quoniam nō ex omi
femina: sed ex ea cui esset adhuc aliquod pariendi tempus extremum generare: ipse
in illa etate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuū corpus eius itelligere debemus:
nō ad omnia. Nam senectus uiui: non iam cadauer est mortui. Quamuis etiam sic
solui soleat ista questio: quod de Cethura postea genuit Abraā: qa donū gignendi
quod a domino accepit: etiam post obitū mansit uxoris. Sed propterea mihi uidet̃
illa quam secuti sumus questionis huius solutio preferenda: quia cētenarius quidam
senex sed temporis nostri de nulla potest femina gignere: non tunc quidem quādo
adhuc tā diu uiuebant ut centū anni nondū facerent hominē decrepite senectutis.

¶ De tribus uiris uel Angelis in quibus ad quercum Mambre
apparuisse Abrae dominus manifestatur. ¶ C.xxviiii.

ITem deus apparuit Abrae ad quercum Mambre in tribus uiris: quos dubitādū
nō est angelos fuisse: quamuis quidam existiment unum in eis fuisse dominum
Christum: asserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse uisibilē: esse quidē
diuine potestatis iuisibilis icorporalis incōmutabilisq; nature: sine ulla sui mutatiōe
etiā mortalibus aspectibus apparere: non per id: quod est: sed per aliquod quod sibi
subditū est. Quid autem illi subditū non est? Veruntamen si propterea confirmāt
horum trium aliquem fuisse Christū: quia cum tres uidisset ad dominū singulariter
est locutus: si c enim scriptum est: et ecce tres uiri stabant super eū: & uidens ꝑcurrit
obuiā illis ab ostio tabernaculi sui: & adorauit super terrā & dixit. Domie si inueni
gratiam ante te: & cetera: cur non etiam illud aduertunt: duos ex eis uenisse ut So/
domite delerentur: cum adhuc Abraam ad unum loqueretur dominum appellans:
et intercedens ne simul iustum cum impio in Sodomis perderet? Illos autem duos
sic suscepit Loth: ut etiā ipse in colloqo suo cū illis singulariter dominū appellaret.
Nam cum eis pluraliter dixisset: ecce domini declinate i domū pueri uestri: & cetera
que ibi dicunt̃: postea tamen ita legitur. Et tenuerūt angeli manum eius & manū
uxoris eius: & manus duarum filiarū eius: eo ꝙ dominus parceret illi. Et factum est
mox ut eduxerunt illum foras: dixerunt. Saluam fac animā tuam. Ne respexeris
retro: nec steteris in tota regiōe. In monte saluum te fac: nequādo cōprehendaris.
Dixit autem Loth ad illos: Oro domine quia inuenit puer tuus misericordiā ante
te: et que sequunt̃. Deinde post hec uerba singulariter illi respondit dominus: cum
in duobus angelis esset: dicēs. Ecce misertus sum faciem tuam: etcetera. Vnde multo
est credibilius ꝙ & Abraam in tribus & Loth i duobus uiris dominum agnoscebāt:
cui per singularem numerum loquebātur: etiā cum eos homines esse arbitrarentur.
Neq; enim aliam ob causam sic eos susceperunt: ut tanquā mortalibus et humana
refectione indigentibus ministrarent. Sed erat profecto aliquid quo ita excellebāt
licet tanq̃ homies: ut in eis esse dominū sicut eē assolet i Prophetis: ii q hospitalitatē

illis exhibebant dubitare nó possent. atq; ideo & ipsos aliqñ pluraliter ut dominos: aliquando singulariter: ut in eis dominú appellabant. Angelos autem fuisse scriptura testatur: nec solum in hoc genesis libro: ubi hæc gesta narrantur: uerum etiam in Epistola ad Hebreos: ubi cum hospitalitas laudaretur: per hanc inquit etiam quidá nescientes hospitio receperunt angelos. Per illos igitur tres uiros cú rursus filius Isaac de Sara promitteretur Abrae diuinitus datum est etiam tale responsum: ut diceret Abraá. erit in magná gentē & multá: & bñdicent̃ i eo omnes gētes terre. Et hic duo illa breuissi e plenissieq; pmissa súc: gens Israel scđm carnē: & omēs gētes scđm fidem.

De Loth a Sodomis liberato. atq; eisdem celesti igne consumptis. Et de Abimelech cuius concupiscentia castitati Sare nocere non potuit. C. xxx.

Post hanc promissionē liberato de Sodomis Loth: & ueniente igneo hymbre de celo: tota illa regio impie ciuitatis in cinerē uersa ē: ubi stupra in masculos in tantam consuetudinem conualuerant: quantam leges solent aliorum factorum prebere licentiam. Verum & hoc eorú suppliciú: specimen futuri iudicii diuini fuit. Nam ad quid pertinet: q̄ probibiti sunt: qui liberabantur ab angelis retro respicere: nisi quia non est animo redeundum ad ueterem uitam: qua per gratiam regenerati exuimur: si ultimum iudicium euadere cogitamus? Deniq; uxor Loth ubi respexit remansit: & in salem conuersa hominibus fidelibus quoddam prestitit cōdimentum: quo sapiant aliquid unde illud caueatur exemplum. Inde rursus Abraam fecit in Geraris apud regem ciuitatis illius Abymelech: quod in Egypto de coniuge fecerat: eiq; intacta similiter reddita est. Vbi sane Abraá obiurganti se Regi cur tacuisset uxorem: sororemq; dixisset: aperiens quid timuerit: etiam hoc addidit. Etenim uere soror mea est de patre sed non de matre. quia de patre suo soror erat Abrae: de quo ppinqua eius erat: tante aút pulchritudis fuit: ut etiá in illa etate posset adamari.

De Isaac secundum promissionem nato cuius nomen ex risu utriusq; parentis est inditum. C. xxxi.

Post hec natus est Abraæ secundum promissionem dei de Sara filius: eumq; nominauit Isaac quod ĩterpretatur risus. Riserat ení et pater quádo ei pmissus est admirans in gaudio: riserat et mater: quádo per illos tres uiros iterum promissus est dubitans in gaudio. Quamuis exprobrante angelo q̄ risus ille etiá si gaudii fuit: tamen plene fidei non fuit. Post ab eodem angelo etiam in fide confirmata est. Ex hoc ergo puer nomen accepit. Nam q̄ risus ille nó ad irridendum opprobrium: sed ad celebrandum gaudium pertinebat nato Isaac et eo nomine uocato: Sara monstrauit. Ait quippe: risú mihi fecit deus. Quicunq; enim audierit congaudebit mihi. Sed post aliquantum tempus ancilla de domo eiicitur cum filio suo: et duo illa secundum Apostolú testamenta significantur uetus et nouú: ubi Sara illius superne Hierusalem: hoc est ciuitatis dei figuram gerit.

De obedientia: et fide Abrae qua per oblationem immolandi filii probatus est. & de morte Sare. C. xxxii

INter hec: que omnia cōmemorare nimis longū est: temptat̄ Abraā de imolando dilectissimo filio suo Isaac: ut pia eius obedientia probaretur: seculis in noticiam proferenda non deo. Neq; enim omnis est culpanda temptatio: quia & gratulanda est: qua fit probatio. Et plærunq; aliter animus humanus sibiipsi innotescere non potest: nisi uires suas sibi non uerbo sed experimento: temptatione quodāmodo in/terrogante respōdeat. ubi si dei munus agnouerit: tūc pius est: tūc solidat̄ firmitate gratie: non inflatur inanitate iactātie. Nunq̄ sane crederet Abraam quia uictimis deus delectaretur humanis: quamuis diuino intonante precepto: obediendum sit: nō disputandū. uerūtamen Abraam confestim filiū cū fuisset immolatus: resurrecturū credidisse laudādus est. Dixerat nanq; illi deus: cū de ancilla & filio eius foras eiiciē/dis uoluntatem coniugis nollet implere: in Isaac uocabitur tibi semen. Et certe ibi sequitur ac dicitur. Filium autem ancillæ huius in magnam gentem faciam: quia semē tuū est. Quomodo ergo dictū est in Isaac uocabit̄ tibi semen: cū & Ysmaelē deus semen eius uocauerit? Exponens autem Apostolus: quid sit in Isaac uocabit̄ tibi semen: id est inquit: non qui filii carnis hi filii dei: sed filii promissiōis deputant̄ in semine. Ac per hoc filii promissionis ut sint semen Abrae in Isaac uocantur: hoc est in Christum uocante gratia congregantur. Hanc ergo promissionē pater pius fideliter tenens: q̄a per hūc oportebat impleri: quē deus iubebat occidi: nō hesitauit ꝙ sibi reddi poterat immolatus: qui dari potuit non speratus. Sic intellectum est & in Epistola ad Hebræos & sic expositum. Fide inquit præcessit Abraam in Isaac temptatus: & unicum obtulit qui promissiones suscepit: ad quem dictum ē in Isaac uocabitur tibi semē: cogitans quia et ex mortuis excitare potest deus. Proīde addit. Pro hoc etiam eum & in similitudinem adduxit. Cuius similitudinē nisi illū de quo dicit idem Apostolus: qui proprio filio nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum? Propterea & Isaac sicut dominus crucem suam: ita sibi ligna ad uictime locū quibus fuerat imponendus ipse portauit. Postremo q̄a Isaac occidi non oportebat: posteaq̄ est pater eum ferire prohibitus: quis erat ille aries quo immolato impletū est significatiuo sanguine sacrificium? Nempe quando eum uidit Abraā cornibus in frutice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur nisi Iesus Christus anteq̄ immolaret̄ spinis iudaicis coronatus? Sed diuina per āgelum uerba potius audiamus. Ait q̄ppe scriptura. Et extendit Abraam manum suam sumere macheram ut occideret filium suum. Et uocauit illum angelus domini de celo: et dixit Abraam. Ille autem dixit: ecce ego. Et dixit. ne iniicias manum tuam super puerū: neq; facias illi quicq̄. Nūc enim sciui quia times deum tuum: et nō pepercisti filio tuo dilecto ꝓpter me. Nūc sciui dictum est: nunc sciri feci. Neq; enim hoc nondum sciebat deus. Deinde ariete illo immolato pro Isaac filio suo: uocauit ut legitur Abraam nomen loci illius: do/minus uidit. ut dicat̄ hodie in mōte dominus apparuit. Sicut dictum est nūc sciui: pro eo q̄d est nunc sciri feci: ita hic dominus uidit: pro eo ꝙ est dominus apparuit: hoc est uideri se fecit. Et uocauit angelus domini Abraam secūdo de celo dicēs. Per memetipsum iuraui dicit dominus: propter quod fecisti uerbū hoc: et nō pepercisti filio tuo dilecto ꝓpter me: nisi benedicens benedicā tibi: & multiplicās multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: & tanq̄ arenā que est iuxta labiū maris. Et hereditate possidebit semen tuum ciuitates aduersariorum suorum: et benedicentur in semine tuo omnes gētes terre: quia obaudisti uocem meam. Hoc modo est illa de uocatiōe gentium in sæmine Abrae: post holocaustum quo significatus est Christus: etiam iuratione dei firmata promissio. Sæpe enim promiserat sed nunq̄ iurauerat. Quid

autem est dei ueri ueracisq; iuratio: nisi promissi confirmatio & infidelium quædam increpatio? Post hec Sara mortua est centesimo & uicesimo & septimo ãno uite sue: centesimo autem & tricesimoseptimo uiri sui. Decem quippe annis eam precedebat etate: sicut ipse quando sibi ex illa promissus est filius: ait. Si mihi annorum centum nascetur filius: et si Sara annorum nonaginta pariet? Tunc emit agrum Abraam in quo sepeliuit uxorem. Tunc ergo secundum narrationem Stephani in terra illa est collocatus: quoniã cepit ibi eẽ possessor: post mortẽ scilicet patris sui: qui colligitᵉ ante biennium fuisse defunctus.

¶De Rebecca nepte Nachor: quã Isaac accepit uxorẽ. ¶C.xxxiii.

Deinde Rebeccam neptem Nachor patrui sui: cum annorũ quadraginta esset Isaac duxit uxorem: scilicet centesimo et quadragesimo anno uitæ patris sui: triennio post mortem matris sue. ut autem eã duceret: quando ab eius patre in Mesopotamiam seruus missus est: quid aliud demonstratum est cum eidem seruo dixit Abraam: pone manum tuam sub femore meo: et adiurabo te per dominum deũ celi & dominũ terre: ut nõ sumas uxorẽ filio meo Isaac de filiabus Chananeoꝝ nisi dñm celi & dominum terre in carne que ex illo femore trahebatᵘ fuisse uenturꝝ? Nunqd hec parua sunt prenuntiata inditia ueritatis: que compleri uidemus in Christo?

¶Quid intelligendum sit in eo quod Abraam post mortem Sare accepit uxorem Cethurã. C.xxxiiii.

Quid autem sibi uult: ꝙ Abraam post mortem Sare Cethuram duxit uxorem? Ubi absit ut incontinentiam suspicemur: præsertim in illa iam etate et in illa fidei sanctitate. An adhuc procreandi filii querebantur: cum iam deo promittente tãta multiplicatio filiorũ ex Isaac: per stellas celi & arenam terre fide probatissima teneretᵘ? Sed ꝑfecto si Agar & Ysmael doctore Apostolo significauerũt carnales ueteris testamenti: cur non etiam Cethura & filii eius significent carnales: qui se ad ad testamentũ nouũ existimãt pertinere? Ambe qppe et uxores Abrae & cõcubine sunt appellate. Sara uero nunquam dicta est Abrae concubina sed uxor tantum. Nã & quando data est Agar Abrae ita scriptũ est: et apprehendit Sarai uxor Abrã Agar Egyptiã ancillã: suã post decem ãnos ꝗ̃ habitauerat Abram in terra Chanaã: et dedit eam Abram suo uiro uxorem. De Cethura autem quam post obitum Sare accepit sic legitᵘ. Adiectẽs autẽ Abraã assumpsit uxorẽ: cui nomẽ Cethura. Ecce ãbe dicuntur uxores: ambe porro concubine fuisse repeiuntur: postea dicente scriptura. Dedit autem Abraam omnem censum suum Isaac filio suo: & filiis concubinarum suarũ dedit Abraam dona: & diuisit eos ab Isaac filio suo adhuc se uiuo ad orientẽ in terra orientis. Habent ergo nõnulla munera filii concubinarũ in plaga orientis: sed non peruenient ad regnum promissum: nec heretici nec iudei carnales: quia pter Isaac nullus est heres: & non qui filii carnis hi filii dei: sed filii promissionis deputanẽ in sæmine: de quo dictum est. In Isaac uocabitur tibi semen. Neq; enim uideo cur etiam Cethura post uxoris mortem ducta: nisi propter hoc mysterium dicta sit cõcubina. Sed quisquis hec non uult in istis significationibus accipere: nõ calumnietẽ Abrae. Quid enim si et hoc prouisum est contra hæreticos futuros secundarum aduersarios nuptiarum: ut in ipso patre multarum gentium post obitũ coniugis iterũ coniugari: demonstraretur nõ esse peccatũ. Et mortuus est Abraam cũ esset annoꝝ

centum septuagintaquinq;. Annorum ergo septuagītaquinq; Isaac dereliquit filiū: quem centenarius genuit.

De geminis adhuc in utero Rebecce matris inclusis: quid indicauerit diuina responsio. C.xxxv.

IAm ex hoc quemadmodum per posteros Abrae ciuitatis dei percurrant tēpora uideamus. A primo igitur annorum uite Isaac usq; ad sexagesimū: quo ei nati sunt filii: illud memorabile est: ꝙ cum illi deum roganti ut pareret uxor eius: quæ sterilis erat: concessisset dominus: quod petebat: atq; haberet illa cōceptum: gestiebāt gemini adhuc ī utero eius inclusi. Qua molestia cū angeretᷓ: dominū interrogauit: accepitq; responsum. Due gentes in utero tuo sunt: & duo populi de uentre tuo se/parabuntur: & populus populum superabit: et maior seruiet minori. Quod Paulus Apostolus magnum uult intelligi gratie documentum. quia nondum illis natis nec aliqd agētibus boni: seu mali: sine ullis bonis meritis eligitᷓ minor: maiore reprobato: quoniam proculdubio quantum attinet ad originale peccatum ambo pares erant: quantum autem ad proprium nullius eorum ullum erat. Sed nunc de hac re dicere aliquid latius instituti operis ratio non sinit: unde & in aliis iā multa diximus. Quod autem dictū est: maior seruiet minori: nemo fere nostroꝝ aliter intellexit: ꝙ maiorē populum Iudeorum minori populo Xpiano seruiturum. Et reuera quāuis ī gēte Idumeoꝝ que nata ē de maiore: cui duo nomīa erāt: nā & Esau uocabatᷓ & Edom: unde & Idumei: hoc uideri possit impletū: quia postea superanda fuerat a populo q ortus ē ex minore: id ē Israelitico: eiq; fuerat futura subiecta: tamē ī aliqd maius intentā fuisse istā Prophetiā qua dictū ē populus populū supabit: & maior seruiet minori: cōuenientius creditᷓ. Et qd ē hoc: nisi ꝙ in Iudeis & Xpianis euidēter īpletᷓ?

De oraculo et benedictione quam Isaac non aliter ꝗ pater ipsius merito eiusdem: ac dilectione accepit. C.xxxvi.

ACcepit etiam Isaac oraculum tale: quale aliquotiens pater eius acceperat: de quo oraculo sic scriptum est: Facta est autē fames super terram: preter famem que prius facta est in tempore Abrae. Abiit autem Isaac ad Abymelech Regē Phi/listinorū ī Gerara. Apparuit autē illi dominus et dixit. Noli descendere ī Egyptū. Habita autem in terra quam tibi dixero: et incole in terra hac: & ego ero tecum et benedicā te. Tibi enim et semini tuo dabo omnē terrā hanc. Et statuā iuramentū meum quod iuraui Abraæ patri tuo: et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli. Et dabo semini tuo omnem terram hanc: & benedicentur in semīe tuo omnes gētes terre: pro eo ꝙ obaudiuit Abraam pater tuus uocem meam: et custodiuit præcepta mea: et mandata mea et iustificationes meas: et legittima mea. Iste Patriarcha nec uxorem habuit aliam: nec aliquam concubinam: sed posteritate duorum geminorū ex uno concubitu procreatorum cōtentus fuit. Timuit sane etiā ipse periculum de pulchritudine coniugis: cum habitaret inter alienos: fecitq; quod pater: ut eā sororē diceret: taceretq; uxorem. Erat enim ei propīqua et paterno et materno sanguine. Sed etiam ipsa ab alienigenis: cognito ꝙ uxor esset: mansit intacta. Nec ideo tamē istum patri eius preferre debemus: quia iste nullam feminam preter unam coniugē nouerat. Erant enim proculdubio paterne fidei et obedientie merita potiora: in tm̄ ut propter illū dicat deus huic se facere bona: que fecit. Benedicentur inqt in semīe

tuo omnes gentes terræ: pro eo ꝙ obaudiuit Abraam pater tuus uocem meam: et custodiuit precepta mea: & mandata mea: & iustificationes meas & legittima mea. Et alio rursus oraculo: ego sum inquit deus Abraam patris tui: noli timere. tecũ enĩ sum & benedixi te: & multiplicabo semen tuum propter Abraam patrem tuum. Vt intelligamus q̃ caste Abraam fecerit: quod hominibus impudicis et nequitiæ suæ de scripturis sanctis patrocinia requirentibus: uidetur fecisse libidine. Deinde ut etiam hoc nouerimus non ex bonis singulis inter se homines comparare: sed in uno quoq; consideremus uniuersa. Fieri enim potest ut habeat aliqd ĩ uita & moribus q̃spiam quo superet alium: idq; sit longe prestabilius: q̃ est illud unde ab alio superatur. Ac per hoc solo dei ueroq; iudicio: cum continentia coniugio preferatur: melior tamen est homo fidelis coniugatus: q̃ continens infidelis. Sed continens infidelis homo non solum minus laudandus est: quia se continet: dum non credat: uerum etiam multo magis uituperandus quia non credit: cum se contineat. Constituamus ergo ambos bonos. Etiam sic profecto melior est cõiugatus fidelissimus et obedientissimus deo: q̃ continens minoris fidei minorisq; obedientie. Si uero paria sint cetera: continentẽ coniugato preferre quis ambigat?

¶ De iis que in Esau & Iacob Mystice prefigurantur. ¶ C.XXXVII.

DVo igitur Isaac filii Esau et Iacob pariter crescunt: Primatus maioris trans/fundicur in minorem: ex pacto et placito inter illos: eo ꝙ lẽticulam quẽ cibũ minor parauerat: maior ĩmoderatius concupiuit: eoq; pretio primogenita sua fratri iuratione interposita uẽdidit. Vbi discimus in uescendo nõ ibi genere: sed auiditate immodesta: uel immoderata quenq; culpandũ. Senescit Isaac: eiusq; oculis ꝑ senectã uisus aufertur. Vult benedicere filiũ maiorem: & pro illo nesciẽs benedicit minorẽ: ꝓ fratre maiore: q erat pilosus se paternis manibus supponentẽ: hedinis sibi pelliculis coaptatis: uelut hedina peccata portantẽ. Iste dolus Iacob ne putaretᷣ fraudulẽtus dolus: et in eo magis mysterium esse quereretur: superius predixit scriptura. Et erat Esau homo sciens uenari agrestis: Iacob autem homo simplex habitãs domũ. Hoc nostri quidam interpretati sunt: sine dolo. Siue autem sine dolo siue simplex: siue potius sine fictione dicatur: quod est græce aplastos: quis est in ista benedictione percipiẽda dolus hominis sine dolo? Quis ẽ dolus simplicis? Que fictio nõ mentiẽtis: nisi profundum mysterium ueritatis? Ipsa autem benedictio qualis est? Ecce inq̃t odor filii mei tanq̃ odor agri pleni: quẽ bñdixit dominus. Et det tibi deus de rore cæli: & de pinguedine terræ multitudinem frumenti & uini: & seruiãt tibi gentes et adorẽt te principes: et fias dominus fratris tui: & adorabunt te filii patris tui. Qui ma/ledixerit te: maledictus erit: et q benedixerit te: benedictiõibus repleatᷣ. Benedictio igitᷣ Iacob: predicatio Xp̄i ẽ in omnibus gẽtibus. Hoc facto igitᷣ lex & Prophetia est Isaac. Et per os Iudeorum Christus ab illa benedicitur: uelut a nesciẽte: quia in ea ab eis ipse nescitur. Odore nominis Christi sicut ager mundus impletur. Eius est benedictio de rore celi: hoc est de uerborũ pluuia diuinorum: et de ubertate terre hoc est de congregatione populorum: eius est et multitudo frumenti et uini: hoc ẽ multitudo quã colligit frumentum et uinũ in sacramento corporis eius & sanguinis eius. Ei seruiunt gentes: ipsum adorant principes. Ipse est dominus fratris sui: quia populus eius dominatur Iudeis. Ipsum adorant filii patris eius: hoc est filii Abraæ secundum fidem: quia & ipse est filius Abrae secundum carnem. Ipsũ q maledixerit: maledictus: & qui benedixerit: benedictus est. Christus inquam noster etiam ex ore

Iudeorum quamuis errantium: sed tamen legem Prophetasq; cātantium benedicit: id est ueraciter dicitur: & alius benedici putatur: qui ab eis errantibus expectatur. Ecce benedictionē promissam petēte maiore expauescit Isaac: et alium se pro alio benedixisse agnoscit. Miratur & quisnā ille sit percontatur: nec tamen se deceptum esse conqueritur. immo confestim reuelato sibi intus in corde magno sacramento deuitat indignationem: confirmat benedictionem. Quis ergo inquit uenatus est mihi uenationē: & intulit mihi: & māducaui de omībus anteq̄ tu uenires? Et bñdixi eū: et bñdictus sit. Quis nō hic maledictionē potius expectaret irati: si hec nō superna inspiratiōe: sed terreno more gererēt? O res gestas sed Prophetice gestas: ī terra: sed celitus: p hoīes: sed diuinitus. Si excutiātur singula tātis fecūda mysteriis: multa sunt implēda uolumina: sed huic opi mōdus moderate īponēdus: nos ī alia festiare cōpellit.

De missione Iacob in Mesopotamiam ad accipiendam uxorē et de uisione quā in itinere somniauit: & de q̄ttuor ipsius feminis: cum unam petisset uxorem. C.xxxviii.

Mittitur Iacob a parentibus in Mesopotamiam: ut ubi ducat uxorem. patris mittentis hec uerba sunt. Nō accipies uxorē ex filiabus Chananeo℞. Surgēs fuge in Mesopotamiam in domū Bathuel patris matris tue: & sume tibi inde uxorē de filiabus Laban fratris matris tue. Deus autem meus benedicat te: et augeat te: et multiplicet te. Et eris in congregationes gentium: & det tibi bendictionē Abraam patris tui: et tibi et semini tuo post te: ut heres fias terre incolatus tui: quā dedit deus Abrae. Hic iam intelligimus segregatum semen Iacob: ab alio semine: Isaac quod factum est per Esau. Quando enim dictum est in Isaac uocabitur tibi semē ptinēs utiq; semen ad ciuitatem dei: separatum est īde aliud semē Abrae quod erat ī ancille filio: quod futurū erat ī filiis Cethure. Sed adhuc erat ambiguū de duobus geminis filiis Isaac: an ad utrūq;: an ad unum eorum illa benedictio pertineret. Et si ad unū: quis nam esset illorum. Quod nunc declaratum est: cū Prophetice a patre benedicitur Iacob: et dicitur ei: et eris in congregationes gentiū: et det tibi benedictionē Abrae patris tui. Pergens itaq; in Mesopotamiam Iacob: in somnis accepit oraculum de quo sic scriptum est. Et exiuit Iacob a puteo iurationis: et profectus ē in Charrā: et inde uenit in locū et dormiuit ibi. Occiderat enī sol: et sumpsit ex lapidibus loci et posuit ad caput suū: et dormiuit ī loco illo: et somniauit. Et ecce scala stabilita sup terram: cuius caput pertingebat ad celum: & angeli dei ascendebant et descendebāt per illam & dominus incombebat super illam: & dixit. Ego sum deus Abraam patris tui: & deus Isaac: noli timere: terram in qua dormis super eā: tibi dabo illā & semini tuo. Et erit semen tuum sicut arena terre: & dilatabitur super mare: & in africum & in aquilonem: & ad orientem. & benedicentur in te omnes tribus terre & in semine tuo. et ecce ego sum tecum custodiens te ī omni uia quacunq; ibis: & reducam te in terrā hanc: quia non te derelinquā: donec faciā omnia que tecū locutus sum. Et surrexit Iacob de somno suo: & dixit: quia dominus ē in loco hoc: & ego nesciebā. Et timuit: et dixit: q̄ terribilis locus hic: nō est hic nisi domus dei: et hec porta ē celi. Et surrexit Iacob & sumpsit lapidem quem supposuit capiti suo: et statuit illum in titulum: et superfudit oleum in cacumine eius: et uocauit Iacob nomen loci illius domus dei. Hoc ad prophetiam pertinet. Nec more idolatrie lapidē pfudit oleo Iacob: uelut faciens illum deum: neq; enim adorauit eūdem lapidē: uel ei sacrificauit: sed quoniā

Xp̄i nomen a chrismate est: id est ab unctione: profecto figuratum est hinc aliqd quod ad magnum pertineat sacramẽtum. Scalam uero istam intelligit͛ ipse saluator nobis in memoriam reuocare in euangelio. Vbi cũ dixisset de Nathanaele: ecce uere israelita in quo dolus non est: quia Israel uiderat istam uisionẽ: Ipse est enim Iacob: eodem loco ait. Amen amen dico uobis: uidebitis celum apertum & angelos dei ascẽ/dentes & descendẽtes super filium hominis. Perrexit ergo Iacob in Mesopotamiã: ut inde acciperet uxorem. Vnde autẽ illi acciderit q̄ttuor habere feminas: de qbus duodecim filios & unam filiam procreauit: cum earum nullam cõcupisceret illicite: indicat scriptura diuina. Ad unam quippe accipiendum uenerat: sed cum illi altera pro altera supposita fuisset: nec ipsam dimisit: qua nesciens usus fuerat in nocte: ne ludibrio eã uideretur habuisse. Et ex eo tempore quoniã multiplicãde posteritatis causa plures uxores lex nulla prohibebat: accepit etiam illã cui uni iam futuri cõ/iugii fidem fecerat. Que cum esset sterilis: ancillam suam de qua filios ipsa susciperet marito dedit: qđ etiã maior soror eius q̄uis peperisset imitata: quoniã multiplicare prolem cupiebat: effecit. Nullam igitur Iacob legitur petisse: preter unã: nec usus plurimis nisi gignende prolis officio coniugali iure seruato: ut neq; hoc faceret: nisi uxores eius id fieri flagitassent: que corpis uiri sui habebant legitimam potestatem.

Que ratio fuerit: ut etiam Israel cognominaretur. C.xxxviiii.

Genuit ergo duodecim filios et unam filiam ex quattuor mulieribus. Deinde ingressus est in egyptum per filium suum Ioseph: qui uenditus ab inuidẽtibus fratribus: eoq; perductus fuit: atq; ibidem sublimatus. Iacob autem etiam israel sicut pauloante dixi uocabatur: quod nomen magis populus ex illo procreatus obtinuit. Hoc autem nomẽ illi ab angelo impositũ est: qui cũ illo fuerat in itinere de Meso/potamia redeunte luctatus: typum Christi euidentissime gerens. Nã ꝙ ei preualuit Iacob utiq; uolenti: ut mysterium figuraret: significat passionem Christi: ubi uisi sunt ei preualere Iudei. Et tamen benedictionem ab eodem angelo quẽ supauerat: impetrauit: ac sic huius nominis impositio benedictio fuit. Interpretatur autẽ Israel uidens deum: quod erit in fine premium sanctorum omnium. Tetigit porro illi idẽ angelus ueluti preualenti latitudinem femoris: eumq; isto modo claudum reddidit. Erat itaq; unus atq; idem Iacob: et benedictus: et claudus. benedictus in eis qui in Christum ex eodem populo crediderũt: atq; ĩ infidelibus claudus. Nam femoris la/titudo: generis multitudo est. Plures quippe sunt in ea stirpe de quibus Prophetice predictum est: & claudicauerunt a semitis suis.

Quomodo Iacob cum septuagintaquinq; animabus Egyptum narretur ingressus: cum pleriq; ex iis qui commemoranẽ tempore posteriore sit geniti. C.xl.

Ingressi itaq; referunẽ ĩ egyptum simul cũ ipso Iacob septuaginta q̄nq; homĩes: annumerato ipso cũ suis filiis. In quo numero due tãtum femine cõmeorantur una filia: neptis altera. Sed res diligenter considerata non indicat: ꝙ tãtus numerus fuerit in progenie Iacob: die uel anno quo ingressus est egyptũ. Commemorati sũt quippe in eis etiam pronepotes Ioseph: qui nullo modo iã tũc esse potuerũt quoniã tunc centum triginta annorum erat Iacob: filius uero eius Ioseph trigintanouem. Quem cum accepisse tricesimo anno suo uel amplius cõstet uxorem: quomõ potuit

per nouem annos habere pronepotes de filiis quos ex eadẽ uxore suscepit? Cũ igitur
nec filios haberent Effrẽ & Manasses filii Ioseph: sed eos pueros infra q̃ nouem nes
Iacob egyptum ingressus inuenerit: quo pacto eorum nõ solum filii sed etiam ne-
potes in illis septuagintaquinq; numerant: qui tunc egyptũ ingressi sunt cũ Iacob?
Nam commemoratur ibi Machir filius Manasse nepos Ioseph: et eiusdem Machir
filius idest Galaad nepos Manasse pronepos Ioseph. Ibi est & quem genuit Effrem
alter filius Ioseph: id est Vtalaam nepos Ioseph: ibi ẽ & Bareth filius ipsius Vtalae
id est nepos Effrem pronepos Ioseph: qui nullo modo esse potuerunt quãdo uenit
Iacob in egyptum: & filios Ioseph nepotes suos auos istorũ minores q̃ nouẽ annorum
pueros inuenit. Sed nimirum introitus Iacob in egyptum quando eum in septua-
gintaquinq; hominibus scriptura cõmemorat: nõ unus dies uel unus annus: sed totũ
illud est tempus: q̃diu uixit Ioseph: per quem factum est ut intrarent. Nam de ipso
Ioseph eadem scriptura sic loquitur: et habitauit Ioseph in egypto: ipse & fratres eius
et omnis cohabitatio patris eius: et uixit annos centum et decem: et uidit Ioseph
Manasses et Effrem filios usq; in tertiam generationem. Ipse est ille pronepos eius:
ab Effrem tertius. generatiõem quippe tertiam dicit: filium: nepotem: & pronepotẽ.
Deinde sequitur. Et filii Machir filii Manasse: nati sunt supra femora Ioseph. Et
illic ille ipse est nepos Manasse: pronepos Ioseph. Sed pluraliter appellati sũt sicut
scriptura consueuit: que unam quoq; filiam Iacob filias nuncupauit: sicut ĩ Latine
lingue consuetudine liberi dicuntur pluraliter filii: etiam si non sint uno amplius.
Cur ergo ipsius Ioseph predicetur felicitas: qa potuit uidere pronepotes: qui nullo
modo putandi sunt iam fuisse tricesimonono anno proaui sui Ioseph: quãdo ad eũ in
egyptũ Iacob pater eius aduenit? Illud autem est: quod fallit minus ista diligenter
intuentes: quoniã scriptũ ẽ: hec autẽ nomĩa filiorum israel q intrauerũt ĩ egypũ simul
cũ Iacob patre suo. Hoc. n. dictũ ẽ qa simul cum illo computantur septuagintaqnq;
non quia simul iam erãt omnes quando egyptũ ingressus est ipse: sed ut dixi totum
tempus habetur eius ingressus: quo uixit Ioseph: per quem eius uidetur ingressus.

De benedictione quã in Iudam filium suum promisit. C. xli.

IGitur propter populum Christianum in quo dei ciuitas peregrinatur in terris: si
Christi carnem in Abrae semine requiramus: remotis concubinarũ filiis occurrit
Isaac: si in sæmine Isaac: remoto Esau qui est etiam Edom occurrit Iacob: qui est
et Israel. Si in semine Israel ipsius remotis ceteris occurrit Iudas: quia de tribu Iuda
exortus ẽ Christus. Ac per hoc cũ ĩ egypto moriturus Israel filios suos benediceret:
quemadmodum Iudã Prophetice benedixerit audiamus. Iuda inquit te laudabunt
fratres tui. Manus tue super dorsum inimicorum tuorum: te adorabunt filii patris tui.
Catulus leonis Iudas. Ex germinatione fili mi ascendisti: recũbens dormisti ut leo:
et ut catulus leonis. Quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Iuda et dux de
femoribus eius: donec ueniant: que reposita sunt ei: et ipse erit expectatio gentium.
Alligans ad uitem pullum suum: & cilicio pullũ asine sue: lauabit in uino stolã suã:
et in sanguine uuæ amictũ suum. Fului oculi eius a uino: et dẽtes cãdidiores lacte.
Exposui hec aduersus Manicheum Faustum disputans: et satis esse arbitror q̃tum
ueritas Prophetie huius elucet: ubi et mors Christi p̃dicta ẽ uerbo dormitiõis: & nõ
necessitas sed potestas in mortem nomine leonis. Quam potestatem in euãgelio ipse
predicat: dicens potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatẽ habeo iterũ

sumēdi eam. Nemo eam tollit a me: sed ego eā pono a memetipso & iterū sumo eā. Sic leo fremuit: sic quod dixit: impleuit: ad eam namq; pertinet potestatem: quod de resurrectiōe eius adiunctū est. Quis suscitabit eū? Hoc est quia nullus hominū nisi se ipse suscitauit: qui etiam de corpore suo dixit. Soluite templū hoc: & ī triduo resuscitabo illud. Ipsum autem genus mortis hoc est sublimitas crucis: in uno uerbo intelligitur quod ait ascendisti. Quod uero addidit recumbens dormisti: euangelista exponit ubi dicit: & inclinato capite tradidit spiritum. Aut certe sepultura eius agnoscitur: in qua recubuit dormiens: et unde illum nullus hominum sicut Prophetæ aliquos: uel sicut ipse alios suscitauit: sed sicut a sōno ipse surrexit. Stola porro eius quā lauat in uino: id ē mundat a peccatis in sanguine suo: cuius sanguis sacramentū baptizati sciūt: unde et adiūgit & ī sanguine uue amictū suū: quid est: nisi ecclesia? Et fului oculi eius a uino spiritales eius: īebriati poculo eius: de quo canit psalmus. & calix tuus inebrians q̄ p̄clarus ē. Et dentes eius cādidiores lacte: qđ potāt apud apostolum paruuli: uerba scilicet nutriētia: nondū idonei solito cibo. Ipse igit̄ ē ī quo re posita erāt ꝓmissa Iude: que donec uenirēt: nūq̄ p̄ncipes hoc ē reges israel ab illa stirpe defuerūt. Et ipse expectatio gentiū: qđ clarius est uidēdo: q̄ sit exponendo.

De filiis Ioseph quos Iacob prophetica manuū suarum transmutatione benedixit. C.xlii

Sicut autem duo Isaac filii Esau et Iacob: figuram prebuerunt duorū populorum in Iudeis et Christianis: quamuis quod ad carnis propaginem pertinet: nec Iudei uenerūt ex semīe Esau sed Idumæi: nec Christiane gentes de Iacob sed potius Iudei. Ad hoc. n. tm̄ figura ualuit qđ dictū ē maior seruiet minori: ita factū est etiam in duobus filiis Ioseph. Nam maior gessit typum iudeorū: Xp̄ianoꝝ aūt minor. Quos cū benediceret Iacob: manum dexterā ponēs super minorē quē habebat ad sinistrā: sinistrā uero super maiorē quē habebat ad dexterā: graue uisum est patri eorū: & admonuit patrē uelut corrigens eius errorem: & quis nam esset eorum maior ostendens. At ille mutare manus noluit: sed dixit. Scio fili mi: scio. Et hic erit in populum: et hic exaltabitur: sed frater eius minor maior illo erit: et semen eius erit ī multitudinē gentiū. Etiā hic duo illa promissa demōstrant. nā ille ī populū: iste ī multitudinē gentiū. Quid euidētius: q̄ his duabus ꝓmissiōibus cōtineri populū Israelitarū: orbēq; terrarū in semine Abrae: illum secūdū carnē: istū secundū fidē?

De temporibus Moysi et Iesu naue et Iudicum: atq; exinde Regum: quorum quidem Saul primus est: Sed Saul p̄cipuus & sacramēto habet: & merito. C.xliii.

Defuncto Iacob: defuncto etiam Ioseph: per reliquos centū q̄dragintaq̄ttuor annos donec exiretur de terra Egypti: in modum incredibilem illa gens creuit etiam tantis attrita persecutionibus: ut quodam tempore nati masculi necarent: cū mirantes egyptios nimia populi illius incrementa terrerēt. Tūc Moyses subtractus furto trucidatoribus paruulorū: ad domum regiam ingentia pericula per eum deo preparante peruenit: nutritusq; et adoptatus a filia Pharaonis: quod nomē ī egypto omniū regū fuit: in tantū peruenit uirū: ut ipse illā gentem mirabiliter multiplicatā: ex durissimo & grauissimo quod ibi ferebat: iugo seruitutis extraheret: immo per eū

deus qui hoc promiserat Abrae: Prius q̃ppe ex inde in terrã Madian fugisse refert:
ꝙ cum Israelitam defẽderet egyptium occiderat: & territus fugeret: postea diuinitus
missus in potestate spiritus dei superauit Pharaonis resistentes Magos. Tunc per eũ
egyptiis illate sunt decem memorabiles plage: cum dimittere populũ dei nollẽt: aqua
in sãguinẽ uersa: rane: cynifes: cynomia: mors pecorũ: ulcera: grãdo: locusta: tenebre:
mors primogenitorum. Ad extremũ Israelitas quos plagis tot tantisq; ꝑfracti tandẽ
aliquando dimiserant egyptii in mari rubro dum persequuntur extincti sunt. Illis
quippe abeuntibus diuisum mare uiã fecit. Hos autẽ insequentes in se rediens unda
submersit. De inde per annos q̃draginta duce Moyse dei populus per desertũ actus
est: quando tabernaculum testimonii nuncupatũ est: ubi deus sacrificiis futura pre/
nuntiantibus colebatur: cum scilicet iam data lex fuisset in mõte multũ terribiliter.
attestabatur enim euidentissima mirabilibus signis uocibusq; diuinitas. Quod factũ
est mox ut exitũ est de egypto: & in deserto populus esse cepit: quinquagesimo die
post celebratũ pascha per ouis immolationem. Que usq; adeo typus Christi est: pre/
nuntians eum per uictimam passionis de hoc mũdo transiturum ad patrem: pascha
quippe Hebrea lingua transitus interpretatur: ut iam cum reuelaretur testamẽtum
nouum: posteaq̃ pascha nostrum immolatus est Christus: q̃inquagesimo die uenirec
de celo spiritus sanctus: qui dictus est ĩ euãgelio digitus dei: ut recordationẽ nostrã
in primi prefigurati facti memoriam reuocaret. quia et legis ille tabulæ digito dei
scripte referunt̃. Defuncto Moyse populũ rexit Iesus Naue: et in terrã ꝓmissiõis
introduxit: eamq; populo diuisit. Ab his duobus mirabilibus ducibus bella etiã pro/
sperrime ac mirabiliter gesta sunt: deo contestante: non tam propter merita Hebrei
populi: q̃ propter peccata earũ que debellabãt̃ gentiũ: illas eis prouenisse uictorias.
Post istos duces iudices fuerunt iam in terra ꝓmissionis populo collocato: ut incipet
interim reddi Abrae prima ꝓmissio de gente una id est Hebrea: & in terra Chanaan
nondum de omnibus gentibus & toto orbe terrarum: ꝙ Xp̃i aduentus in carne: et
non ueteris legis obseruationes: sed Euangelii fides fuerat impletura. Cuius rei p̃fi/
guratio facta est: ꝙ non Moyses qui legem populo acceperat in monte Syna: sed
Iesus cui etiam nomẽ deo precipiente mutatum fuerat ut uocaret̃ Iesus: populum
in terram promissionis introduxit. Temporibus autem Iudicum: sicut se habebant
et peccata populi et misericordia dei: alternauerunt prospera et aduersa bellorum.
Inde uẽtum est ad Regum tempora. Quorũ primus regnauit Saul: quo reprobato:
et bellica clade ꝓstrato: eiusq; stirpe reiecta: ne inde Reges orirent̃: Dauid successit
in regnum. cuius maxime Christus dictus est filius. In quo articulus quidam factus
est et exordium quodammodo iuuentutis populi dei: cuius generis quedam uelut
adolescentia ducebat̃ ab ipso Abraã usq; ad hunc Dauid. Neq;.n. frustra Matheus
Euangelista sic generatiões commemorauit: ut hoc primũ interuallũ q̃ttuordecim
generationibus cõmendaret: ab Abraã scilicet usq; ad Dauid. Ab adolescentia q̃ppe
incipit homo posse generare. ꝓpterea generationũ series ab Abraã sũpsit exordiũ:
qui etiam pater gentium constitutus est: quando mutatũ nomen accepit. Atne hũc
ergo uelut puericia fuit huius generis populi dei: a Noe usq; ad ipsum Abraam: et
ideo prima lingua inuẽta est: id est Hebrea: A puericia nãq; homo incipit loq post
infantiam: que hinc appellata est: quod fari non potest. Quam profecto ætatem
primã demergit obliuio: sicut etas prima generis humani est deleta diluuio. Quotus
enim quisq; est qui suam recordet̃ infãtiam? Quamobrẽ in isto procursu ciuitatis
dei: sicut superior unam eandemq; primam: ita duas etates secundam & tertiam liber

iste cõtineat. In qua tertia ꝓpter uaccā trimā: caprā trimā: arietē trimū: & impositū ē legis iugū: & apparuit abūdantia peccatorū: et regni terreni surrexit exordium. ubi non defuerūt uiri spirituales quoꝝ in turture & colūba figuratū ē sacramentū.

¶ Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi de Ciuitate dei Liber decimusseptimus. De temporibus prophetarum. ¶ C. primum.

Promissiones dei que facte sunt ad Abraā: cuius semini et gentē Israeliticam secundum carnem: & omnes gentes deberi secundū fidem deo pollicente didicimus: quemadmodum compleantē per ordinem temporum procurrens dei ciuitas indicauit. Quoniam ergo superioris libri usq; ad regnum Dauid factus est finis: nūc ab eodem regno quantū suscepto operi sufficere uidetur: cetera que sequuntur attingamus. Hoc itaq; tempus ex quo sanctus Samuel prophetare cepit: et deinceps donec populus israel captiuus ī Babyloniam duceretur: atq; inde secundum sancte Hieremie prophetiā post septuaginta annos reuersis Israelitis dei domus instauraretē: totum tempus est Prophetarū. Quāuis enim et ipsū Noe Patriarchā in cuius diebus uniuersa terra diluuio deleta ē: & alios supra et infra usq; ad hoc tēpus quo reges in dei populo esse ceperūt: propter quedam per eos futura: siue quoquomodo significata: siue predicta: que pertinent ad ciuitatem dei regnumq; celorum: non immerito possumus appellare Prophetas. presertim quia nonnullos eorum id expressius legimus nuncupatos: sicut Abraam: sicut Moysē: tñ dies Prophetarum precipue maxīeq; hi dicti sūt ex quo cepit prophetare Samuel: qui et Saulem prius: et eo reprobato ipsum Dauid deo precipiente unxit in regem: de cuius ceteri stirpe succederent quousq; illos succedere sic oporteret. Que igitur a Prophetis sint predicta de Xp̄o: cōmoriendo decedētibus: et nascēdo succedētibus suis membris ciuitas dei per ista cu rreret tempora: si omnia uelim commemorare in immensum pergitur. Primum quia ipsa scriptura: que per ordinē reges: eoꝝq; facta et euenta digerens: uidetur tanq̄ historica diligentia rebus gestis occupata esse narrandis: si adiuuante dei spiritu considerata tractetur: uel magis: uel certe non minus prenunciandis futuris: q̄ preteritis enuntiandis inuenietur intēta. Et hoc ꝑscrutādo indagare: ac disserendo monstrare: q̄ sit operosum atq; prolixū: & q̄ multis indigeat uoluminibus quis ignorat: qui hec uel mediocriter cogitat? Deīde quia ea ipsa que ad prophetiam non ambigitur pertinere: ita sūt multa de Christo regnoq; celorum que ciuitas dei est: ut ad hoc aperiendū maior sit disputatio necessaria: q̄ huius opis modus flagitat. Proinde ita si potuero stilo moderabor meo: ut huic operi in dei uoluntate peragendo nec ea que supersūt dicā: nec ea que satis sunt: pretermittam.

¶ Quo tempore sit impleta promissio dei de terra Chanan: quā in possessionem etiam Israel carnalis accepit. ¶ C. ii.

In precedēte libro diximus: ab initio Abraam pro missionum dei duas res fuisse promissas. Unam scilicet: q̄ terram chanaan possessurum foret semen eius: quod significat ubi dictum est: uade in terram quam tibi demonstrauero: et faciam te in gentem magnam: aliam uero longe prestantiorē: nō de carnali: sed de spiritali semīe: per quod pater est non unius gentis Israeliticæ: sed omnium gentium que fidei eius

uestigia consequũt. Quod ꝓmitti cepit his uerbis Et benedicenẗ ĩ te omnes tribus terre. Et deinceps aliis multis admodũ testimoniis hec duo ꝓmissa esse mõstrauimus. Erat igitur iam in terra promissionis semen Abrae: id est populus Israel secundum carnem: atq; ibi non solum tenendo: ac possidendo ciuitates aduersariorum: uerum etiam reges habendo regnare iam ceperant: impletis de ipso populo promissionibus dei magna iã ex ꝑte: nõ solũ que tribus illis partibus Abraã Isaac et Iacob: q̃buscũq; dictis: uel signis: aut figuris temporibus eorum facte sũt: uerum etiam que per ipsũ Moysen: per quẽ populus idem de seruitute Egyptiaca liberatus: et per quem cũcta preterita reuelata sunt: temporibus eius cum populum per heremum duceret: facte fuerant. Neq; autẽ per insignẽ ducẽ Iesum Naue: per quẽ populus ille in ꝓmissiõis inductus est terram: qui expugnatis gentibus eam duodecim tribubus quibus deus deus iusserat diuisit et mortuus ẽ: neq; post illũ toto tempore Iudicũ impleta fuerat promissio dei de terra Chanaã: ꝙ a flumine egypti usq; ad flumẽ magnũ Euphratẽ populus ille dominaretur: nec tamẽ adhuc prophetabatur futurũ: sed expectabatẽ implendũ. Impletũ ẽ autẽ per Dauid & filiũ eius Salomonẽ: cuius regnũ tãto q̃to promissum fuerat spatio dilatatũ ẽ. Uniuersos q̃ppe illos subdiderunt: tributariosq; fecerunt. Sic igitur in terra promissionis secundũ carnẽ: hoc est in terra Chanaan sub his regibus semen Abrae fuerat constitutũ: ut nihil deĩde superesset quo terrena illa dei promissio compleretur: nisi ut ĩ eadem terra quantũ ad prosperitatẽ attinet temporalem: per posteritatis successionem in concusso statu usq; ad mortalis huius seculi terminũ gens permaneret Hebrea: si domini dei sui legibus obediret. Sed q̃m deus nouerat hoc eam non esse facturam: usus est etiam temporalibus penis ad exercendos in ea paucos fideles suos: et admonẽdos: qui postea futuri erant in om̃ibus gẽtibus quas per eos admoneri oporteebat: in quibus alteram promissionẽ reuelato nouo testamento per incarnationem Xp̃i fuerat impleturus.

De tripartitis significationibus prophetarum: que nũc ad terrenam: nunc ad celestem Hierusalem: nunc autem ad utranq; referuntur. Ca. iii.

Quocirca sicut oracula illa diuina ad Abraam Isaac et Iacob: et quecunq; alia signa uel dicta ꝓphetica in sacris litteris p̄cedentibus facta sũt: ita etiã cetere ab isto regum tempore prophetie partim pertinent ad gentẽ carnis Abrae: partim uero ad illud semẽ illius in quo benedicunẗ om̃es gẽtes coheredes Xp̃i ꝑ testamẽtũ nouum: ad possidendam uitam eternam regnumq; celorum. Partim ergo ad ancillã que in seruitutẽ generat id terrenã Hierusalẽ: que seruit cũ filiis suis: partim uero ad liberam ciuitatem dei: id est ueram Hierusalem & eternam in celis: cuius filii omnes secundum deum uiuentes peregrinanẗ in terris: sed sunt in eis quedã que ad utrãq; pertinere intelligunẗ ad ancillã ꝓprie: ad liberam figurate. Tripartita itaq; reperiũẗ eloquia prophetarum. siquidem aliqua sũt ad terrenã Hierusalem spectãtia: aliqua ad celestem: nõnulla ad utranq;. Exemplis uideo probandum esse quod dico. Missus ẽ Nathan propheta a deo: qui Regẽ Dauid argueret de peccato graui: & ea que consecuta sunt mala: futura prediceret. Hæc atq; huiusmodi siue publice id est pro salute uel utilitate populi: siue priuatim cũ pro suis q̃sq; rebus diuina ꝓmereẗ eloq̃a: quibus pro usu temporalis uitæ futuri aliquid agnosceretur: ad terrenam ciuitatem pertinuisse quis ambigat? Ubi autẽ legiẗ: ecce dies ueniũt dicit dominus: & cõsũabo

domui Israel et domui iuda testamentum nouum: non secundum testamentū quod disposui patribus eorum: in die qua apprehendi manum eorum: ut educerem eos de terra egypti: quoniā ipsi non permanserunt in testamento meo: et ego neglexi eos: dicit dominus: quia hoc est testamentum meum: quod cōstituam domui Israel post dies illos dicit dominus: dabo leges meas in mentem eorum: et super corda eorū scribā eas: et uidebo eos et ero illis in deum: et ipsi erunt mihi in plebem: Hierusalem sine dubio superna prophetatur: cuius deus ipse premium est: eumq; habere atq; ipsius esse: summum illi est atq; totum bonum. Ad utranq; uero pertinet hoc ipsū q̄ Hierusalem dicitur dei ciuitas: & in ea prophetat̄ futura domus dei: eaq; ꝓphetia uidet̄ impleri cum Salomō Rex edificat illud nobilissimū templū. Hec enim & in terrena Hierusalem secundū historiā contigerunt: & celestis Hierusalē figure fuerūt. Quod genus prophetie ex utroq; ueluti compactum atq; commixtum: in libris ueteribus canonicis quibus rerum gestarum narrationes continentur: ualet plurimū: multūq; exercuit et exercet ingenia scrutantium litteras sacras. ut quod historice predictum completumq; legit̄ in semine Abrae secundū carnem: etiā in semine Abrae secundū fidē quid implendū allegorice significet: inquiratur: in tātum ut quibusdā uisū sit: nihil esse in eisdem libris uel prenuntiatum et effectum: uel non effectum quamuis prenuntiatum: quod non insinuet aliquid ad supernam ciuitatem dei: eiusq; filios in hac uita peregrinos figurata significatione referendū. Sed si hoc ita est iā bipartita non tripartita erunt eloquia Prophetarum: uel potius illarum scripturarū omniū que ueteris instrumenti appellatione censentur: nihil iam erit illic quod ad hierusalē terrenam tantū pertineat: sed quicquid ibi de illa uel propter illā dicitur atq; cōplet̄: significat aliquid quod etiam ad Hierusalem celestem allegorica prefiguratione referatur: sed erunt sola duo genera. unum quod ad Hierusalem liberam: alterum quod ad utranq; pertineat. Mihi autem sicut multū uidentur errare: qui nullas res gestas in eo genere litterarum aliquid aliud præter id quod eo modo geste sunt significare arbitrantur: ita multum audere: qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis inuoluta esse cōtendūt. Ideo tripartita nō bipartita esse dixi. Hoc enim existimo: non tamen culpans eos qui potuerint illic de quacunq; re gesta sensum intelligentie spiritualis exculpere: seruata primitus dumtaxat historie ueritate. Ceterum que ita dicuntur ut rebus humanitus seu diuinitus gestis siue gerendis cōuenire non possint. quis fidelis dubitet non esse inaniter dicta? Quis ea non ad intelligentiam spiritualē reuocet si possit: aut ab eo qui potest reuocanda esse fateatur?

De prefigurata commutatione Israelitici regni & Sacerdotii: & de iis que antea mater Samuelis ꝑsonā gerēs Ecclesie prophetauit. C. iiii.

PRocursus igitur ciuitatis dei: ubi peruenit ad Regum tempora: quādo Dauid Saule reprobato ita regnū primus obtinuit: ut eius deinde posteri in terrena Hierusalem diuturna successione regnarent: dedit figuram rei geste: significans atq; prenuntians quod non est prætereundū silentio: de rerum mutatione futurarum: quod attinet ad duo testamenta: uetus et nouum: ubi sacerdotiū regnumq; mutatū est per Sacerdotē eundemq; Regem nouum ac sempiternum: qui est Christus Iesus. Nam et Hely sacerdote reprobato: substitutus in dei ministerium Samuel simul officio fūctus Sacerdotis et Iudicis: & Saule abiecto Rex Dauid fūdatus ī regno: hoc quod dico: figurauerūt. Mater quoq; ipsa Samuelis Anna: que prius fuit sterilis

et posteriore fecūditate letata ē: probetare aliud nō uidet̄ cum congratulationem suam domino fundit exultans: quādoquidem eundem puerum natum & ablactatū deo reddidit: eadem pietate qua uouerat. Dicit enim. Confirmatum est cor meum in domino: et exaltatum est cor meum in deo meo. Dilatatum est super inimicos meos os meum: letata sum in salutari tuo: quoniam non est sanctus sicut dominus: & non est iustus sicut deus noster: nō est sanctus preter te: nolite gloriari & nolite loq excelsa: neq; procedat magniloquiū de ore uestro: quoniā deus scientiarū dominus: et deus preparans adinuentiones suas. Arcum potentiū fecit infirmum: et infirmi precincti sunt uirtute. Pleni panibus minorati sunt: & esurientes transierūt terram. quia sterilis peperit septem: et multa in filiis infirmata est. Dominus mortificat et uiuificat: deducit ad inferos: & reducit. Dominus pauperem facit et ditat: humiliat: et exaltat. Suscitat a terra pauperem: & de stercore erigit inopem: ut collocet eum cum potentibus populi: & sedem glorie hereditatem dans eis: dans uotum uouenti: & benedicens annos iusti. Quoniam non in uirtute potens est uir: dominus infirmum facit aduersarium suum: dominus sanctus. Non glorietur prudens in prudētia sua: et non glorietur potens in potentia sua: & nō glorietur diues in diuitiis suis. Sed in hoc glorietur: qui gloriatur: intelligere & scire dominū: & facere iudiciū & iustitiā in medio terre. Dominus ascendit in celos: & tonuit: ipse iudicabit extrema terre: qa iustus ē: & dat uirtutē regibus nostris: & exaltauit cornu Christi sui. Ita ne uerba hec unius putabuntur esse muliercule: de nato sibi filio gratulātis? Tantum ne mēs hominum a luce ueritatis auersa est: ut nō sentiat supergredi modum femine huius dicta quæ fudit? Porro qui rebus ipsis: quæ iam ceperunt etiam et in hac terrena peregrinatione compleri: conuenienter mouet̄: nōne intendit: & aspicit: & agnoscit: per hanc mulierem cuius etiam nomen id est Anna gratia eius interpretatur: ipsā religionem xp̄ianam: ipsam ciuitatem dei cuius rex est & conditor Christus: ipsam postremo dei gratiam prophetico spiritu sic locutam: a qua superbi alienantur: ut cadant: qua humiles implent̄: ut surgant: qđ maxime hymnus iste personuit? Nisi quis q̄ forte dicturus est: nihil istam prophetasse mulierem: sed deū tantūmō ꝑpter filium: quem precata impetrauit: exultanti predicatione laudasse? Quid ergo sibi uult quod ait: arcum potētium fecit infirmū: & infirmi precincti sunt uirtute: pleni panibus minorati sunt: & esurientes transierūt terrā: & sterilis peperit septē: & multa in filiis infirmata est? Nunquid septem ipsa peperat? Quamuis sterilis fuerit: unicū habebat quando ista dicebat. Sed nec postea septem peperit siue sex: qbus septimus eēt ipse Samuel: sed tres mares & duas feminas. Deīde in illo populo cū adhuc nemo regnaret: qđ in extremo posuit: dat uirtutem Regibus nostris: & exaltauit cornu Xp̄i sui: unde dicebat si non probetabat? Dicat ergo Ecclesia Xp̄i: ciuitas Regis magni: gratia plena: ꝓle fecūda: dicat qđ tāto ante de se ꝓhetatū per os huius pie matris agnoscit. Confirmatum est cor meum in domino: & exaltatū est cornu meū in deo meo. Vere confirmatum est cor: et cornu uere exaltatum: quia non in se sed in domino deo suo. Dilatatum est super inimicos meos os meum: quia & in angustiis pressurarū sermo dei non est alligatus: nec in preconibus alligatis. Letata sum inqt in salutari tuo. Christus est ipse Iesus quem Simeon sicut in Euangelio legit̄ senex amplectens paruulum: agnoscens magnum: nūc dimittis inquit domine seruum tuū in pace: quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. Dicat itaq; Ecclesia letata sum in salutari tuo. Quoniā nō ē sanctus: sicut dominus: & nō ē iustus: sicut deus noster: atnq̄ sanctus et sanctificans: et iustus et iustificans. Non est sanctus preter te: quia

nemo fit nisi abs te. Deniq; sequitur. Nolite gloriari superbe: & nolite loqui excelsa:
neq; exeat magniloquium de ore uestro: quoniam deus scientiarum dominus ipse:
et nemo scit quod ipse scit: quoniam qui putat se aliquid esse: cum nihil sit: seipsum
seducit. Hec dicuntur aduersariis ciuitatis dei ad Babyloniam pertinentibus: de sua
uirtute presumentibus: in se non in domino gloriantibus: ex qbus sũt etiã carnales
Israelite terrenæ Hierusalem ciues terrigene: qui ut dicit Apostolus ignorantes dei
iustitiã: id est quã dat hominibus deus: qui solus ẽ iustus & iustificãs: & suã uolẽtes
constituere: id est uelut a se sibi paratam nõ ab illo impartitã: iusticie dei non sunt
subiecti. Itaq; quia superbi se de suo putantes non de dei posse placere deo: qui est
deus scientiarum: atq; ideo & arbiter conscientiarum: ibi uidens cogitationes hoĩm
quoniã uane sunt si hominũ sunt & ub illo nõ sũt. Et preparans inqt adinuentiões
suas. Quas adinuentiones putamus: nisi ut superbi cadant: et humiles surgãt? Has
quippe adinuentiones exequitur dicens. Arcus potentium infirmatus est: & infirmi
precincti sunt uirtute. Infirmatus est arcus id est intentio eorum: qui tam potẽtes
sibi uidenẽ: ut sine dei dono atq; adiutorio humana sufficiẽtia diuina possint ĩplere
mandata. Et precinguntur uirtute: quorum interna uox est. Miserere mei domine
quoniam infirmus sum. Pleni panibus inquit minorati sunt: et esurientes transierũt
terram. Qui sunt intelligendi pleni panibus: nisi iidem ipsi quasi potentes id est Isra/
elite: quibus credita sunt eloquia dei? Sed in eo populo ancillæ filii minorati sunt.
Quo uerbo minus quidem latine bene tamen expressum est: ꝙ ex maioribus mĩores
facti sunt: quia et in ipsis panibus id est diuinis eloquiis quæ Israelitæ soli tunc ex
omnibus gentibus acceperunt: terrena sapiunt. Gentes autem quibus lex illa nõ erat
data: postea q̃ per nouum testamentum ad eloquia illa uenerunt: & multũ esuriẽdo
terrã transierũt: quia in eis nõ terrena sed celestia sapuerunt. Et hoc uelut quererẽ
causa cur factum sit: quia sterilis inquit peperit septem: et multa in filiis infirmata
est. Hic totum quod prophetabatur eluxit agnoscentibus numerum septenarium:
quo est uniuersa Ecclesie significata ꝑfectio. Propter quod et Iohannes Apostolus
ad septem scribit Ecclesias: eo modo se ostendens ad unius plenitudinem scribere. Et
et in ꝓuerbiis Salomonis hoc antea prefigurans: sapiẽtia inqt edificauit sibi domũ:
et suffulsit columnas septem. Sterilis enim erat: in omnibus gẽtibus dei ciuitas: anteq̃
iste fetus: per quem eam factam fecundam cernimus oriretur. Cernimus etiam quæ
multa in filiis erat: nunc infirmatam Hierusalem terrenam: quoniam quicunq; filii
libere in ea erant: uirtus erant eius. Nunc uero ibi quoniam littera est & spiritus nõ
est: amissa uirtute infirmata est. Dominus mortificat et uiuificat: mortificauit illã:
que multa erat in filiis: et uiuificauit hanc sterilem: que peperit septem. Quãuis cõ/
modius possit ĩtelligi eosdẽ uiuificare: quos mortificauerit. Id enim uelut repetiuit:
addendo deducit ad inferos: et reducit. Quibus enim dicit Apostolus: si mortui estis
cum Christo: que sursum sunt querite: ubi Christus ẽ in dextera dei sedens: salubriter
utiq; mortificantur a domino: quibus adiungit: que sursũ sunt sapite: non que sup
terram: ut ipsi sint illi qui esurientes transierunt terrã. Mortui enim estis inquit. Ecce
quomodo salubriter mortificat deus. Deinde sequitur: et uita uestra abscondita est
cum Christo in deo. Ecce quomõ eosdẽ ipsos uiuificat deus. Sed nũquid eosdem de/
duxit ad inferos: et reduxit? Hoc utrunq; sine controuersia fidelium: in illo potius
uidetur impletum capite scilicet nostro: cum quo uitam nostram in deo Apostolus
dixit absconditam. Nam qui ꝓprio filio non pepercit: sed ꝑ nobis omnibus tradidit:
eum isto modo utiq; mortificauit. Et quia resuscitauit eum a mortuis: eũdẽ rursus

uiuificauit. Et quia in Prophetia uox eius agnoscitur: non derelinques animam meam in inferno: eundē deduxit ad inferos: & reduxit. Hac eius paupertate ditati sumus. Dominus enim pauperes facit: et ditat. Nam quid hoc sit: ut sciamus: quod sequit̃: audiamus. Humiliat. et exaltat. utiq; superbos humiliat: & humiles exaltat. Quod enim alibi legitur: deus sup̄bis resistit: humilibus autem dat gratiā: hoc totus habet sermo huius: cuius nomen interpretatur gratia eius. Iam uero quod adiungit̃: suscitat a terra pauperem: de nullo melius: q̃ de illo intelligo: qui propter nos factus est pauper: cum diues esset: ut eius paupertate: sicut pauloante dictũ ē: ditaremur. Ipsum enim de terra suscitauit tam cito: ut caro eius non uideret corruptiōem. Nec illud ab illo alienabo quod additum est: et de stercore erigit inopem. Inops quippe idem est quod pauper. Stercus uero unde erectus est: rectissime intelligunt̃ p̄secu/tores Iudei. In quorũ numero cũ se dixisset Apostolus Ecclesiā p̄secutũ: que mihi inquit fuerunt lucra: hec propter xp̄m damna: nec solum detrimenta uerum etiam stercora existimaui esse: ut Xp̄m lucrifacerē. De terra ergo suscitatus ē supra om̄es diuites ille pauper: et de illo stercore erectus est supra omnes opulentos ille inops: ut sedeat cum potentibus populi: quibus ait. Sedebitis super duodecim sedes. Et sedem glorie hereditatem dans eis. Dixerant enim potētes illi. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Hoc uotum potentissimi uouerant. Sed unde hoc eis: nisi ab illo de quo hic continuo dictum est: dans uotum uouenti? Alioquin ex illis essent po/tentibus: quorum infirmatus est arcus: dans inquit uotum uouenti. Nō enim domīo quis q̃ quicq̃ ratum uoueret: nisi qui ab illo acciperet: quod uoueret. Sequitur. Et benedixit annos iusti: ut cum illo scilicet sine fine uiuat: cui dictum est. Et anni tui non deficient. Ibi enim stant anni: hic autem transeunt: immo pereunt. Anteq̃ enim ueniant: non sunt: cum autem uenerīt non erunt: quia cum suo fine ueniũt. Hoꝝ autem duum: id est dans uotum uouenti: et benedicens annos iusti: unum est: quod facimus: alterum quod sumimus. Sed hoc alterum deo largitore non sumitur: nisi cũ ipso adiutore primum illud efficitur. Quia non in uirtute potens est uir. Dominus infirmum faciet aduersarium eius: illũ scilicet: qui homini uouēti inuidet: & resistit: ne ualeat implere: quod uouit. Potest ex ambiguo greco intelligi et aduersarium suum. Cum enim dominus possidere nos ceperit: p̄fecto aduersarius q noster fuerat ipsius fit: et uincetur a nobis: sed non uiribus nostris: quia nō in uirtute sua potens est uir. Dominus ergo infirmum faciet aduersariũ suum: dominus sāctus ut uincat̃ a sanctis: quos dominus sanctus sanctorum effecit sanctos. Ac per hoc nō glorietur prudens in prudentia sua: & non glorietur in diuiciis suis diues: & nō gloriet̃ potēs in potentia sua: sed in hoc glorietur: qui gloriatur: intelligere et scire dominum: et facere iudiciũ et iusticiā ī medio terre. Nō parua ex parte intelligit: & scit dominũ: qui intelligit: et scit: hoc a domino sibi dari: ut intelligat: et sciat dominũ. Quid enī habes ait apostolus quod non accepisti? Si autem et accepisti: quid gloriaris: quasi non acceperis: id est quasi a te ipso tibi sit unde gloriaris? Facit autem iudicium et iusticiam: qui recte uiuit. Recte autem uiuit qui obtemperat precipienti deo. Et finis precepti id est ad quod refertur preceptũ: caritas est: de corde puro & cōsciētia bona & fide non ficta. Porro ista caritas sicut Iohannes Apostolus testatur ex deo est. Facere igitur iudicium: et iusticiā ex deo est. Sed quid est in medio terre? Neq; enim non debent facere iudicium: et iustitiam: qui habitāt in extremis terre. Quis hoc dixerit? Cur ergo additum est in medio terre? Quod si non adderet̃: & tm̄mō diceretur facere iudiciũ & iusticiam: magis hoc p̄ceptum ad utrosq; homīs p̄tineret:

et mediterraneos et maritimos. Sed ne quis q̃ putaret post finem uite: quæ in hoc agitur corpore: superesse tempus iudicium iustitiamq; faciendi: que cũ esset in carne non fecit: et sic diuinum euadi posse iudicium: in medio terre mihi uidetur dictum: cum quisq; uiuit in corpore. In hac quippe uita suam quisq; terram circunfert: quã moriẽte homine recipit terra cõmunis: resurgenti utiq; reditura. Proinde in medio terre id est cum anima nostra isto terreno clauditur corpore: faciendum est iudiciũ et iustitiam: quod nobis prosit in posterum: quãdo recipiet quisq; secundum ea: que per corpus gessit: siue bonum siue malum. Per corpus quippe ibi dixit Apostolus: ꝑ tempus quo uixit in corpore. Non enim siquis maligna mente atq; impia cogitatiõe blasfemet: neq; id ullis membris corporis operetur: ideo nõ erit reus quia id nõ motu corporis gessit: cum hoc per illud tempus gesserit: quo gessit et corpus. Isto modo cõ/gruenter intelligi potest etiam illud: quod ĩ psalmo legitur. Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem ĩ medio terre. ut dominus Iesus accipiatur deus no/ster: qui est ante secula: quia per ipsum facta sunt secula: operatus est salutem nostrã in medio terre: cum uerbum caro factũ est: & terreno habitauit in corpore. Deinde postea q̃ prophetatum est ĩ his uerbis Anne quomodo gloriari debeat: qui gloriat̃: non in se utiq; sed in domino: propter retributionem que in die iudicii futura est: dominus inquit ascendit in celos & tonuit: ipse iudicabit extrema terre: quia iustus est. Prorsus ordinem tenuit cõfessionis fidelium. Ascendit. n. in celũ dominus Xpus: & inde uenturus est ad uiuos et mortuos iudicandos. Nam quis ascendit: sicut dicit Apostolus: nisi qui & descendit in inferiores partes terre? Qui descẽdit ipse est & qui ascendit super omnes celos: ut adimpleret omnia. Per nubes ergo suas tonuit: quas spiritu sancto cum ascẽdisset impleuit: de quibus ancille Hierusalem: hoc est ingrate uineæ comminatus est apud Esaiam Prophetam: ne pluant super eam hymbrem. Sic autem dictum est: ipse iudicabit extrema terre: ac si diceret̃: etiã extrema terre. Non enim alias terre partes non iudicabit: qui omnes homines ꝓculdubio iudicabit. Sed melius intelligũtur extrema terre extrema hominis: quoniam non iudicabunt̃: que in melius uel deterius medio tempore commutantur: sed in quibus extremis in/uentus fuerit: qui iudicabit̃. Propter quod dictũ est: qui perseuerauerit usq; in finẽ hic saluus erit. Qui ergo perseueranter facit iudicium & iustitiam in medio terre: nõ damnabitur: cum iudicabuntur extrema terre. Et dat inquit uirtutem regibus no/stris: ut nõ eos iudicando cõdemnet. Dat eis uirtutem qua carnem sicut reges regãt: et in illo mundum qui propter eos fudit sanguinem: uincant. Et exaltabit cornu Xp̃i sui. Quomodo Xpristus exaltabit cornu Xp̃i sui? de quo enim supra dictum est dominus ascendit in celos: et intellectus est dominus Christus: ipse sicut hic dicit̃ exaltabit cornu Xp̃i sui: qui est Christus. Christus ergo Xp̃i sui cornu exaltabit: id est uniuscuiusq; fidelis sui: sicut ista ipsa ĩ principio huius hymni ait: exaltatũ est cornu meũ ĩ deo meo. Omnes q̃ppe unctos eius chrismate recte Xp̃os possumus dicere. Quod tamen totum cũ suo capite corpus unus est Christus. Hec Anna pro/phetauit Samuelis sãcti uiri mater: multumq; laudati. In quo quidem tũc figurata est mutatio ueteris Sacerdotii: & nunc impleta quando infirmata est: quæ multa erat in filiis: ut nouum haberet in Christo sacerdotium sterilis que peperit septem.

De iisque at Heli Sacerdotem homo dei ꝓphetice loquutus est: significans sacerdotium: quod scđm Aaron institutum fuerat: auferendum. C. V

Sed hoc euidentius ad ipsum Hely Sacerdotem missus loquit̃ homo dei: cuius quidem nomẽ tacetur: sed intelligitur officio ministerioq; suo sine dubitatiõe Propheta. Sic enim scriptũ ẽ. Et uenit homo dei ad Hely: & dixit. Hec dicit dñs. Reuelãs reuelatus sum ad domũ patris tui: cũ essent in terra Egypti serui in domo Pharaõis: & elegi domũ patris tui ex omnibus Sceptris Israel mihi sacerdotio fũgi: ut ascenderent ad altare meum & incenderent incensũ: & portarẽt ephoth. Et dedi domui patris tui omnia que sunt ignis filiorum israel in escã. Et ut quid respexisti incensum meum et in sacrificium meum impudenti oculo: et glorificasti filios tuos super me: benedicere primitias omnis sacrificii in israel in conspectu meo? Propter hoc hec dicit dominus deus israel. Dixi: domus tua & patris tui transibunt coram me usq; ineternũ. Et nũc hec dicit dominus. Nequaq̃: sed glorificãtes me glorificabo: & qui spernit me spernet̃. Ecce dies ueniũt & extermĩabo semẽ tuũ & semẽ domus patris tui: & nõ erit tibi senior in domo mea omnibus diebus: & uirũ extermĩabo tibi ab altari meo: ut deficiant oculi eius: et defluat anima eius. Et omnis qui supererit domus tue: decidet in gladio uirorum. Et hoc tibi signum quod ueniet super duos filios tuos: Ophni & Phinees. Vna die moriet̃ ambo. Et suscitabo mihi Sacerdotem fidelẽ: q omnia que in corde meo & in anima mea sũt: faciet: & edificabo ei domũ fidelem: & transibit coram Xp̃o meo omnibus diebus Et erit qui supererit in domo tua: ueniet adorare ei obolo argẽti dicens. Iacta me in unam partẽ Sacerdotii tui: manducare panem. Non est: ut dicatur istam prophetiã ubi Sacerdotii ueteris tãta manifestatione prenuntiata mutatio est: in Samuele fuisse completam. Quãq̃ enim non esset de alia tribu Samuel: q̃ que constituta fuerat a domino ut seruiret altari tamẽ nõ erat de filiis Aaron: cuius ꝓgenies fuerat deputata: ut inde fierẽt Sacerdotes Ac per hoc in ea quoq; re gesta eadẽ mutatio: que per Xp̃m Iesum fuerat futura adumbrata est: et ad uetus testamẽtum proprie: figurate uero pertinebat ad nouũ: Prophetia tam facto etiam ipso q̃ uerbo: id scilicet facto significãs: quod uerbo ad Hely Sacerdotem dictum est per Prophetam. Nam fuerunt postea Sacerdotes ex genere Aaron: sicut Sadoch et Abiathar regnãte Dauid: & alii deicepsi: anteq̃ tẽpus ueniret: quo ista que de sacerdotio mutãdo tanto ante predicta sunt: effici p Xp̃m oportebat. Quis autẽ nuuc fideli oculo hec intuẽs: nõ uideat esse cõpleta: qñquidẽ nullum tabernaculum: nullum templum: nullũ altare: nullũ sacrificium: & ideo nec ullus Sacerdos remansit Iudeis: quibus ut de semine Aaron ordinaret̃: in dei fuerat lege mandatum. Quod et hic commemoratum est illo dicente Propheta: hæc dicit dominus deus Israel: dixi: domus tua et domus patris tui transibunt coram me usq; ineternum. Et nunc dicit dominus. Nequaq̃: sed glorificantes me glorificabo: & q me spernit: spernetur. Quod enim nominat domũ patris eius: nõ eũ de ꝓxĩo patre dicere: sed de illo Aaron qui primus Sacerdos est institutus: de cuius progenie ceteri sequerentur: superiora demonstrant: ubi ait. Reuelatus sum ad domum patris tui: cũ essent in terra egypti serui ĩ domo Pharaonis: & elegi domũ patris tui ex om̃ibus sceptris Israel mihi sacerdotio fungi. Quis pater fuit huius in illa ægyptia seruitute. unde cũ liberati fuissent electus est ad sacerdotiũ nisi Aaron? De huius ergo stirpe isto loco dixit futurum fuisse: ut non essent ulterius Sacerdotes. Quod iã uidemus impletum. Vigilet fides: presto sunt res: cernuntur: tenentur: et uidere uolentium oculis ingeruntur. Ecce inquit dies ueniunt: et exterminabo semen tuum et semen domus patris tui: et nõ erit tibi senior ĩ domo mea om̃ibus diebus: et uirũ extemĩabo tibi ab altari meo: ut deficiãt oculi eius: et defluat anima eius. Ecce dies q p̃nuntiati

sunt iam uenerunt. nullus Sacerdos est secundum ordinem Aaron. Et quicunq; ex
eius genere ē homo: cum uidet sacrificium Xp̄ianorum toto orbe pollere: sibi autē
honorem illum magnum esse subtractum: deficiunt oculi eius: & defluit anima eius
tabe meroris. Proprie autem ad huius domum Hely cui hec dicebantur: qđ sequit:
pertinet: & omnis q supererit domus tue decidet in gladio uiroꝝ. Et hoc tibi signū
quod ueniet super duos filios tuos Ophni & Phinees. Die uno morient̄ ambo. Hoc
ergo signum factum est mutandi sacerdotii de domo huius. quo signo significatum
est: mutādum sacerdotium domus Aaron. Mors quippe filiorum huius significauit
mortem nō hominū sed ipsius sacerdotii de filiis Aaron. Quod autem sequit: ad illū
iam pertinet sacerdotē: cuius figuram gessit huic succedendo Samuel. Proinde que
sequunt: de Xp̄o Iesu noui testamenti uero sacerdote dicuntur. Et suscitabo mihi
Sacerdotē fidelē: q oīa que ī corde meo & que ī aīa mea sūt faciat. & edificabo
ei domū fidelē. Ipsa ē eterna & sup̄na Hierusalem. Et transibit inqt corā Xp̄o meo
omnibus diebus. Transibit dixit conuersabit: sicut superius dixerat de domo Aarō.
dixi domus tua & domus patris tui transibūt corā me ineternū. Quod autē ait corā
Xp̄o meo transibit: de ipsa utiq; domo intelligendum ē: nō de illo sacerdote qui est
Xp̄us ipse mediator atq; saluator. Domus ergo eius corā illo trāsibit. Potest & trā/
sibit intelligi de morte ad uitā: omnibus diebus qbus peragit usq; in finē seculi huius
ista mortalis. Quod autē ait deus: qui omnia que in corde meo & que in anima mea
sunt: faciat: nō arbitremur habere animam deū cum sit conditor anime: sed ita hoc
de deo tropice nō proprie dicit: sicut manus & pedes & alia corporis membra. Et ne
sc̄dm hoc credatur homo in carnis huius effigie factus ad imaginē dei: adduntur
et ale quas utiq; nō habet homo: & dicitur deo: sub umbra alarum tuarū p̄tege me:
ut intelligāt hoīes de illa ineffabili natura: nō p̄priis sed translatis rerū uocabulis
ista dici. Quod uero adiungitur: & erit qui supererit in domo tua ueniet adorare ei:
non proprie dicitur de domo huius Hely: sed illius Aaron: de qua usq; ad aduentū
Xp̄i homines remanserūt: de quo genere etiā nūc usq; nō desunt. Nā de illa domo
huius Hely iam supradictū erat. Et omnis q supererit domus tue decidet in gladio
uirorum. Quomō ergo hic uere dici potuit: & erit qui supererit ī domo tua ueniet
adorare ei: si illud est uerū: ꝙ ultore gladio nemo inde supererit: nisi qa illos intelligi
uoluit: qui pertinent ad stirpē: sed illius totius sacerdotii secundū ordinē Aarō. Ergo
si est de illis predestinatis reliquiis de quibus alius Propheta dixit: reliquie salue fiēt:
unde et Apostolus: sic ergo inquit et in hoc tempore reliquie per electiōem gratie
salue facte sunt. quia de talibus reliquiis bene intelligitur esse: de quo dictū est: qui
supererit in domo tua profecto credit in Christum: sicut temporibus Apostolorum
ex ipsa gente plurimi crediderunt: neq; nūc desunt: qui licet rarissime tamē credāt:
& impletur in eo quod hic iste homo dei continuo secutus adiunxit: ueniet adorare
ei obolo argenti: cui adorare nisi summo illi Sacerdoti q et deus est? Neq; enim in
illo sacerdotio secundū ordinē Aaron ad hoc ueniebāt hoīes ad templū uel altare
dei: ut sacerdotē adorarēt. Quid ē aūt ꝙ ait obolo argēti: nisi breuitate uerbi fidei:
de quo cōmemorat Apostolus dictū: uerbū consumās & breuiās faciet dominus sup
terram? Argentū autem pro eloquio poni Psalmista testis est ubi canitur. Eloquia
domini eloqa casta: argentū igne examinatū. Quid ergo dicit iste: q uenit adorare
sacerdoti dei & sacerdoti deo? Iacta me in partem sacerdotii tui manducare panem.
Nolo in patrū meorū collocari honore: qui nullus est. Iacta me in partē sacerdotii
tui. elegi enim abiectus eē ī domo domini. q̄lecunq; & q̄ntulumcūq; membrū eē cupio

sacerdotii tui. Sacerdotiũ quippe hic ipsam plebem dicit: cuius plebis ille sacerdos est mediator dei & hoim homo Xpristus Iesus. Cui plebi dicit Apostolus Petrus: plebs sancta regale sacerdotiũ. Quãuis nõnulli sacrificii tui sint interp̃tati nõ sacerdotii tui. Quod nihilomius eũdẽ significat populũ Xp̃ianũ: unde dicit Paulus Aposto/lus: unus panis unũ corpus multi sumus. Et iterũ. exhibeatis corp̃a uestra hostiam uiuã. Quod ergo addidit manducare panem: etiam ipsum sacrificii genus eleganter expressit de quo dicit sacerdos ipse. panis quem ego dedero: caro mea est pro seculi uita. Ipsum est sacrificiũ nõ scd̃m ordinem Aaron: sed scd̃m ordinẽ Melchisedech: qui legit: intelligat. Breuis itaq; est ista confessio: et salubriter humilis: qua dicitur. Iacta me in partem sacerdotii tui manducare panem. Ipse est obolus argenti: quia et breue est: & eloquiũ domini est: habitantis in corde credentis. Quia enim dixerat sup̃ius dedisse se domui Aaron cibos de uictimis ueteris testamẽti: ubi ait dedi domui patris tui omnia: que sũt filiorũ israel in escam: hec q̃ppe fuerant sacrificia Iudeorũ: ideo hic dixit mãducare panẽ: qđ est in nouo testamẽto sacrificium Xp̃ianorum.

De Iudaico Sacerdotio: et Regno que cum in eternum dicant̃ statuta: nõ ꝑmanẽt: ut alia intelligant̃: que spondent̃ eterna. C. VI

CVm igit̃ hec tanta tunc altitudine prenuntiata sint: q̃nta nũc manifestatiõe clarescunt: nõ frustra tamẽ moueri q̃spiã potest ac dicere. Quomõ cõfidimus cõuenire omnia que in libris illis uẽtura predicta sunt: sic hoc ipsũ qđ ibi diuinitus dictũ ẽ: domus tua & domus patris tui transibũt corã me in eternũ: effectum habere nõ potuit: q̃m uidemus illud sacerdotiũ fuisse mutatũ: & quod illi domui promissum est nec sperari aliquando complendũ: quia illud qđ ei reprobato mutatoq; succedit: hoc potius predicatur eternum? Hoc qui dicit: nondũ intelligit aut non recolit etiã ipsum secundum ordinem Aaron sacerdotium: tanq̃ umbram futuri eterni sacerdotii constitutum: ac per hoc quando ei eternitas promissa est: non ipsi umbre ac figure: sed ei quod per ipsam adumbrabatur figurabaturq; promissum est. Sed ne putaret̃ ipsa umbra mãsura: ideo etiam mutatio eius debuit prophetari. Regnũ quoq; isto modo etiã Saulis ipsius qui certe reprobatus atq; reiectus ẽ: futuri regni erat umbra in eternitate mansuri. Oleum quippe illud quo unctus est: & ab eo chrismate Xp̃us est dictus: mistice accipiendum & magnum sacramentum intelligendum est. Quod in eo tãtũ ueneratus ẽ ipse Dauid: ut percusso corde pauitauerit quãdo ĩ tenebroso occultatus antro: quo etiã Saul urgẽte intrauerat necessitate nature: exiguã ꝑticulã uestis eius retrorsum latenter abscidit: ut haberet unde monstraret q̃uo ei pepercerit cum posset occidere: atq; ita suspitionẽ de animo eius qua sanctum Dauid putans inimicum suum uehementer persequebat̃ auferret. Ne itaq; reus esset tãti sacramẽti in Saule uiolati: qa uel ĩdumentũ eius sicut attrectauit extimuit. Ita enim scriptũ est: & percussit cor dauid super eum: quia abstulit pẽnulam clamidis eius. Viri autẽ qui cum illo erant: et ut Saulem in manus suas traditum interimeret suadebant: non mihi inquit contingat a domino: si fecero hoc uerbum domino meo xp̃o domini: inferre manum meam super eum quia christus domini est: Huic ergo umbre futuri: non propter ipsam sed propter illud quod prefigurabat tãta ueneratio exhibebat̃. Vnde et illud quod ait Sauli Samuel: quoniam non seruasti mandatum meũ quod mandauit tibi dominus: quemadmodum nunc parauerat dominus regnum tuũ usq; in eternum super israel: et nunc regnũ tuũ non stabit tibi. Et queret dominus nunc

sibi hominem scd̃m cor suũ: & mandabit ei dominus esse in principem super populũ suum: qa nõ custodisti que mãdauit tibi dominus: nõ sic accipiendũ ẽ ac si ipsũ Saulẽ deus ĩeternũ prepauerit regnaturũ: & hoc postea noluerit seruare peccãti. Neq; enim eũ peccaturũ eẽ nesciebat: sed pparauerat regnũ eius in quo figura regni esset eterni. Ideo addidit: & nunc regnũ tuũ nõ stabit tibi. Stetit ergo & stabit quod in illo significatũ est. Sed nõ huic stabit: qa non ineternũ ipse fuerat regnaturus nec progenies eius: ut saltem per posteros altero alteri succedente uideret̃ impleri quod dictum est ineternũ. Et queret ĩquit deus sibi hoĩem: siue Dauid siue ipsum mediatorẽ significans testamenti noui: qui figurabat̃ in chrismate etiã quo unctus est ipse Dauid et progenies eius. Non autẽ quasi nesciat ubi sit ita deus hominẽ sibi querit: sed per hoĩem more hoĩm loquit̃: qa & sic loquendo nos querit. Nõ solũ enim deo patri uerum etiã ipsi quoq; unigenito eius qui uenit querere qd̃ perierat: usq; adeo iam eramus noti: ut in ipso essemus electi ante constitutionẽ mũdi. Queret sibi ergo dixit pro eo ac si diceret: quẽ suũ esse iam nouit: sibi esse familiarem aliis ostendet: Vnde in latina lingua hoc uerbum scilicet querit accipit prepositionem: & acquirit dicitur: quod satis apertũ est quid significet. Quamq̃ & sine additamẽto ppositionis querere intelligatur acquirere. ex quo lucra uocantur et questus.

De diruptione Regni Israelitici: qua prefigurat̃ ppetua diuisio Israelis spiritalis ab Israele carnali. C. vii.

Rursus peccauit Saul p inobedientiã: & rursus Samuel ait illi ĩ uerbo domini. Quia spreuisti uerbũ domini: spreuit te dominus: ut nõ sis Rex super Israel. Et rursus pro eodẽ peccato cum id confiteretur Saul: & ueniã precaret̃: rogaretq; Samuelẽ ut reuerteret̃ cũ illo ad placandũ deũ: nõ reuertar inqt tecũ: qa spreuisti uerbũ domini: & spreuit te dominus: ut non sis Rex sup Israel. Et cõuertit Samuel faciem suam ut abiret: & tenuit Saul penulam diploidis eius: & dirupit eã. & dixit ad eum Samuel. Dirupit dominus regnũ Israel de manu tua hodie: & dabit pximo tuo bono super te. Et diuidetur Israel in duo: & non conuertetur nec penitebit eũ: quoniam non est sicut homo: ut peniteat eum. Ipse minatur & permanet. Iste cui dicitur: spreuit te dominus ut non sis Rex super Israel: & dirupit dominus regnum ab Israel de manu tua hodie: quadraginta regnauit annos super Israel: tãto scilicet spatio temporis q̃nto & ipse Dauid: & audiuit hoc primo tẽpore regni sui: ut intelligamus ideo dictũ: qa nullus de stirpe eius fuerat regnaturus: & respiciamus ad stirpẽ Dauid: unde exortus est scd̃m carnem mediator dei & hominũ homo Xp̃us Iesus. Non autem habet scriptura qd̃ in plerisq; Latinis codicibus legitur: dirumpet dñs: regnum Israel de manu tua: sed sicut a nobis positum est inuentũ in Grecis: dirupit dominus regnũ ab Israel de manu tua: ut intelligat̃ de manu tua quod ẽ ab Israel. Populi ergo Israel personam figurate gerebat homo iste: qui populus regnũ fuerat amissurus Christo Iesu domino nostro per nouum testamentum non carnaliter sed spiritaliter regnaturo. De quo cum dicitur & dabit illud proximo tuo: ad carnis cognationem id refertur. Ex Israel enim Xp̃us secundum carnem: unde & Saul. Quod uero additum est bono super te: potest quidem intelligi meliori te. Nam et quidam sic sũt interpretati: sed melius sic accipitur bono super te: ut quia ille bonus est: ideo sit super te: iuxta illud aliud propheticum. Donec ponam omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. In quibus ẽ & Israel cui suo persecutori regnũ abstulit Xp̃us.

Quãuis fuerit illic & Israel in quo dolus non erat: quoddam quasi frumentũ paleaꝝ illarũ. Nam utiq; inde erant Apostoli: inde tot martyres quorum prior Stephanus: inde tot Ecclesie q̃s Apostolus Paulus cõmemorat in cõuersione eius magnificãtes deum: de qua re non dubito intelligendum esse: quod sequitur: & diuidetur Israel in duo. in Israel scilicet inimicum Xp̃i: & israel adherentem Xp̃o. in Israel ad ancillã: et Israel ad liberam pertinentem. Nam ista duo genera primum simul erant: uelut Abraã adhuc adhereret ancille: donec sterilis per dei gratiã fecundata clamaret eiice ancillam & filium eius. Propter peccatũ quidẽ Salomõis: regnante filio eius Roboã: scimus Israel in duo fuisse diuisum: atq; ita perseuerasse habentibus singulis partibus Reges suos: donec illa gens tota a Chaldeis esset ingẽti uastatiõe subuersa: atq; trãslata? Sed hoc quid ad Saulem? cum si tale aliquid comminandum esset: ipsi Dauid fuerit potius comminandum: cuius erat filius Salomon? Postremo nunc inter se gẽs Hebrea diuisa nõ est: sed indifferenter in eiusdẽ erroris societate dispersa per terras. Diuisio uero illa: quam deus sub persona Saulis illius regni & populi figurã gerẽtis: eidẽ regno populoq; minatus ẽ: eterna atq; ĩmutabilis significata ẽ: per hoc q̃d adiũctum ẽ: & nõ cõuertetᷣ neq; penitebit eũ. q̃m nõ ẽ sicut homo: ut peniteat eũ. ipse minatᷣ: & ꝑmanet. Id ẽ homo minatᷣ: & nõ permanet: nõ autẽ deus quẽ nõ penitet: sicut hoĩem. Vbi n. legitᷣ: ꝙ eũ peniteat: mutatio rerũ significatᷣ ĩmutabili ꝑsciẽtia manente diuina. Vbi ergo non penitere dicitur: non mutare intelligitur. Prorsus insolubilem uidemus per hec uerba prolatã diuinitus fuisse sententiã: de ista diuisiõe populi Israel & omnino perpetuã. Quicũq; enim ad Xp̃m transierũt uel transeũt: uel transibunt inde: erant inde scd̃m dei prescientiã: non secundum generis humani unam eandemq; naturam. Prorsus quicunq; ex Israelitis adherentes Xp̃o ꝑseuerãt in illo: nũq̃ erunt cum eis Israelitis qui eius inimici usq; in finẽ uite huius eẽ ꝑsistũt: sed in diuisione que hic prenuntiata est perpetuo permanebunt: Nihil enim ꝓdest testamentum uetus de mõte Syna in seruitutem generans: nisi q̃a testimoniũ ꝑhibet testamento nouo. Alioq̃n q̃diu legitur Moyses: uelamẽ super corda eorũ positum est. Cum autem inde quisq; transierit ad Xp̃m: auferetur uelamen. Transeuntium quippe intentio ipsa mutatur de uetere ad nouum: ut non iã quisq; intendat accipe carnalem: sed spiritalem felicitatem. Propter quod ipse magnus Propheta Samuel anteq̃ unxisset Regẽ Saul: quando exclamauit ad dominũ pro Israel & exaudiuit eum: & cum offerret holocaustum accedẽtibus alienigenis ad pugnã cõtra populũ dei: tonuit dominus super eos & cõfusi sunt: & offenderũt coram Israel atq; supati sunt: assumpsit lapidem unum & statuit illum inter Masphat nouam & ueterem: et uocauit nomẽ eius Abnezer q̃d ẽ Latine lapis adiutorii. Et dixit. usq; huc adiuuit nos dominus. Masphat interp̃tatᷣ intẽtio. Lapis ille adiutorii medietas ẽ Saluatoris: per quem transeundum est a Masphat uetere ad nouam: id est ab intentione qua expectabatᷣ in carnali regno beatitudo falsa carnalis: ad intentionem qua p nouũ testamentum expectatur in regno celorum beatitudo uerissima spiritalis. Qua q̃m nihil est melius: huc usq; adiuuat deus.

De promissionibus ad Dauid in filio eius: que nullatenus in Salomone: Sed plenissime inueniuntur in Christo. C. viii.

Iam nunc uideo esse monstrandum: quid ipsi Dauid: qui Sauli successit in regnũ: cuius mutatione finalis illa mutatio figurata est: propter quam diuinitus cuncta dicta: cuncta conscripta sunt: deus promiserit quod ad rem: de qua agimus: pertinet.

Cum Regi Dauid multa prospera prouenissēt: cogitauit facere deo domū: templū illud scilicet excellētissime diffamatū: qđ a rege Salomōe filio eiuſ postea fabricatū est. Hoc eo cogitante factum est uerbum domini ad Nathan Prophetam: quod perferret ad Regem. Vbi cum deuſ dixiſſet ꝙ non ab ipſo Dauid ſibi edificaretur domuſ: neq; per tantum tempuſ ſe mādaſſe cuiq̄ in populo ſuo: ut ſibi fieret domuſ cedrina: & nunc inquit hec diceſ ſeruo meo Dauid. hec dicit dominuſ omnipotenſ. Accepi te de ouili ouium: ut eſſeſ ī ducem ſuper populum meum Iſrael: & erā tecum in omnibuſ quibuſ ingrediebariſ: & exterminaui omneſ inimicoſ tuoſ a facie tua: et feci te nominatum ſecundum nomen magnorum qui ſunt ſuper terram. Et ponam locum populo meo Iſrael: & plantabo illum & inhabitabit ſeorſum: & non ſollicituſ erit ultra: & nō apponet filiuſ iniquitatiſ humiliare eū: ſicut ab initio a diebuſ q̄buſ cōſtitui Iudiceſ ſuper populum meū Iſrael: & requiē tibi dabo ab omnibuſ inimiciſ tuiſ. & nunciauit tibi dominuſ quoniam domum edificabiſ ipſi. Et erit cum impleti fuerint dieſ. tui dormieſ cum patribuſ tuiſ. & ſuſcitabo ſemen tuum poſt te qui erit de uentre tuo: & reparabo regnum eiuſ. Hic edificabit mihi domum nomini meo: & dirigam thronum eiuſ uſq; ineternū. Ego ero illi ī patrem & ipſe erit mihi in filiū. Et ſi uenerit iniquitaſ illiuſ: redarguam illū in uirga uirorum & in tactibuſ filiorū hominum: miſericordiam autem meam non amoueam ab eo: ſicut amoui: a quibuſ amoui faciem meam. & fideliſ erit domuſ eiuſ: & Regnum eiuſ erit uſq; ineternum coram me: & thronuſ eiuſ erit erectuſ uſq; ineternū. Hanc ergo tā grandē ꝓmiſſionē qui putat in Salomone fuiſſe completā: multum errat. Attendit enim qđ dictū ē hic edificabit mihi domum: quoniā Salomō templū illud nobile ſtruxit: et nō attēdit: fideliſ erit domuſ eiuſ. & regnum eiuſ uſq; ineternum coram me. Attendat ergo et aſpiciat Salomōiſ domum plenā mulieribuſ alienigeniſ colentibuſ deoſ falſoſ: & ipſū ab eiſ Regem aliquando ſapientem in eandem idolatriam ſeductum atq; deiectum: et non audeat exiſtimare deum uel hoc promiſiſſe mendaciter: uel talem Salomonē domumq; eiuſ futuram non potuiſſe preſcire. Non hinc autē deberemuſ ambigere: nec ſi non in Xp̄o domino noſtro qui factuſ eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnē: iam uideremuſ iſta compleri: ne uane atq; inaniter hic alium aliquem requiramuſ: ſicut carnaleſ Iudei. Nam & ipſi uſq; adeo filiū quem loco iſto Regi Dauid ꝓmiſſū legunt intelligūt nō fuiſſe Salomonē: ut eo qui promiſſuſ ē tāta iā manifeſtatione declarato: adhuc mirabili cecitate alium ſperare ſe dicant. Facta eſt quidē nōnulla imago rei future etiā in Salomone: ī eo ꝙ templū edificauit & pacē habuit ſecundū nomen ſuū. Salomon q̄ppe pacificuſ eſt Latine: & ī exordio Regni ſui mirabiliter laudabiliſ fuit. ſed eadem ſua perſona per umbram futuri prenūtiabat etiā ipſe Xp̄e Xp̄m dominum noſtrū: non exhibebat. Vnde de illo quedā ita ſcripta ſūt: q̄ſi de ipſo ita p̄dicta ſint: dū ſcriptura ſācta etiā rebuſ geſtiſ ꝓphetāſ quodammō in eo figuram deliniat futurorū. Nā preter libroſ diuine hiſtorie ubi regnaſſe narratur: Pſalmuſ etiā ſeptuageſimuſ primuſ titulo nominiſ eiuſ inſcriptuſ ē: in quo tā multa dicunt̄ que omnino ei conuenire non poſſunt: domino autem Chriſto apertiſſima perſpicuitate cōueniunt: ut euidēter appareat ꝙ in illo figura qualiſcūq; adūbrata ſit: ī iſto autem ipſa ueritaſ preſentata. Notum eſt enim quibuſ terminiſ Regnum concluſum fuerat Salomoniſ. Et tamē in eo Pſalmo legitur ut alia taceā: dn̄abitur a mari uſq; ad mare: & a flumine uſq; ad terminoſ orbiſ terre. quod ī Xp̄o uidemuſ impleri. A flumine quippe dominandi ſumpſit exordium: ubi baptizatuſ a Iohāne: eo demonſtrante cepit agnoſci a diſcipuliſ: qui eum non ſolum magiſtrum: uerum

etiam dominū appellauerūt. Nec ob aliud uiuente adhuc patre suo Dauid regnare
Salomō cepit: quod nulli eorum regum contigit: nisi ut hinc quoq; satis eluceat: nō
esse ipsum quem Prophetia ista presignat: que ad eius patrem loquit̄ dicens. Et erit.
cum impleti fuerint dies tui: & dormies cum patribus tuis: suscitabo semen tuum post
te qui erit de uentre tuo: & preparabo regnum illius. Quomodo ergo propter id qđ
sequitur: hic edificauit mihi domum: iste Salomon putabitur prophetatus: et non
potius propter id: quod precedit: cum impleti fuerīt dies tui & dormies cum patribus
tuis: suscitabo semen tuum post te: alius pacificus intelligitur esse promissus: qui non
ante sicut iste sed post mortem Dauid prenuntiatus est suscitandus? Quālibet enim
lōgo interposito tempore Iesus Xpristus uenerit: proculdubio post mortem regis
Dauid cui sicut est promissus eū uenire oportebat: q edificaret domū dn̄o non de
lignis & lapidibus: sed de hominibus: qualē illū edificare gaudemus. Huic .n. domui
dicit Apostolus hoc est fidelibus Xp̄i. Templum enim dei sanctum ē: qđ estis uos.

¶ Quam similis in psalmo. lxxxviii. sit prophetia de Xp̄o iis que
in Regnorum libris Nathan prophetante ꝑmittunt̄. ¶ C. viii.

PRopter quod & in Psalmo. lxxxviii. cuius est titulus intellectus ipsi Ethan
Israelite: commemorant̄ promissiōes dei facte Regi Dauid: & istis que ī libro
Regnorū sunt posita: quedā ibi similia dicunt̄. sicut ē: iuraui Dauid seruo meo usq;
in eternū p̄parabo semē tuū. Et iterū. Tunc locutus es ī aspectu filiis tuis: & dixisti:
posui adiutoriū super potentem: & exaltaui electum de plebe mea. Inueni Dauid
seruum meum: oleo sancto meo unxi eū. Manus enim mea auxiliabit̄ ei: & brachiū
meū cōfortabit eum. Non proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nō apponet
nocere ei. & concidam inimicos eius a facie ipsius: & eos qui oderūt eum: fugabo. Et
ueritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me
pater meus es tu: deus meus & susceptor salutis mee. Et ego primogenitum ponā illū:
excelsum apud Reges terre. In eternū seruabo illi misericordiā meā: & testamentū
meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius: & thronū eius sicut dies celi.
Que omnia de domino Iesu intelliguntur sub nomine Dauid: propter formā serui
quam de semine Dauid idem mediator dei assumpsit ex uirgine. Cōtinuo etiā dicit̄
de peccatis filiorum eius: tale aliquid: quale in Regnorum libro positum est: & q̄si
de Salomone procliuius accipitur. Ibi nāq; hoc est in Regnorum libro: & si uenerit
inqt iniqtas eius redarguā illū in uirga uirorum & in tactibus filiorum hominum:
misericordiā autem meā nō amoueā ab eo. Tactibus significans plagas correctiōis.
unde illud ē: ne tetigeritis Xp̄os meos. Quod quid est aliud: q̄ ne leseritis? In psalmo
uero cum ageret tanq̄ de Dauid: ut quiddā eiusmodi etiā ibi diceret: si dereliquerint
inquit filii eius legē meā: & ī iudiciis meis nō ābulauerīt: si iusticias meas ꝓphana-
uerint: & mandata mea non custodierint: uisitabo in uirga iniquitates eorum: & in
flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Nō dixit
ab eis: cum loqueretur de filiis eius: non de ipso: sed dixit ab eo: quod bene intellectū
tandē ualet. Non enim Xp̄i ipsius: qđ ē caput ecclesie: possēt inueniri ulla peccata:
que opus esset humanis correctiōibus seruata misericordia diuinitus coerceri: sed in
in eius corpore ac membris quod populus eius est. Ideo in libro Regnorū iniquitas
eius dicitur: in psalmo autem filiorum eius: ut intelligamus de ipso dici quodāmodo

quod de eius corpore dicitur. Propter quod etiam ipse de celo cum corpus eius quod sunt fideles eius persequeretur Saulus: Saule inquit Saule qd me persequeris? Deiñ in cõsequẽtibus psalmi: neq; nocebo inqt ĩ ueritate mea: neq; ꝓphanabo testamẽtũ meum & que procedunt de labiis meis: nõ reprobabo. Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar: id est nequaq̃ Dauid mentiar. Solet enim sic loqui scriptura. Quid autem non mentiatur: adiungit: & dicit. semen eius in eternum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in eternum: & testis in celo fidelis.

¶ Quã diuersa acta sint in regno terrene Hierusalem ab iis que promiserat deus ut intelligeret̃ promissionis ueritas: ad alterius Regis: & Regni gloriã ꝑtinere. ¶ C. x.

Post hec tante promissionis ualidissima firmamenta: ne putarent̃ in Salomõe completa: tanq̃ id speraretur: nec inueniretur: tu uero inquit repulisti & ad nihilum deduxisti domine. Hoc quippe factũ est de Regno Salomonis in posteris eius: usq; ad euersiõem ipsius terrene Hierusalem: que Regni eiusdem sedes fuit: et maxime ipsius templi labem: quod fuerat a Salomone constructum. Sed ne ob hoc putaretur deus contra sua promissa fecisse: continuo subiecit. Distulisti Xp̃m tuum. Non est ergo ille Salomon: sed nec ipse Dauid: sed dilatus est Xp̃us domini. Cũ enĩ Xp̃i dicerentur omnes Reges mystico illo chrismate consecrati: non solum a Rege Dauid & deinceps: sed ab illo etiam Saule qui populo eidẽ Rex primus est unctus. Ipse quippe Dauid eũ Xp̃m domini appellat: erat tamẽ unus Christus uerus: cuius illi figuram Prophetica unctione gestabant: qui secũdum opinionem hominũ qui eum putabant in Dauid uel in Salomone intelligendum: differebatur in longum: secundum autem dispositionem dei uenturus suo tempore parabatur. Interea dum ille differẽ: qd factũ sit de regno terrene Hierusalem ubi sperabat̃ utiq; regnaturus: secutus iste psalmus adiunxit: atq; ait. Euertisti testamentum serui tui: prophanasti in terra sanctitatem eius: destruxisti omnes macerias eius: posuisti munitiões eius in formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes uiã: factus est opprobriũ uicinis suis. Exaltasti dexteram inimicorum eius: iucundasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladii eius: & nõ es opitulatus ei in bello. Dissoluisti eũ ab emundatiõe: sedẽ eius in terra collisisti. Minuisti dies sedis eius: perfudisti eum in confusione. Hec om̃ia uenerũt sup ancillã Hierusalẽ: ĩ q̃ regnauerũt nõnulli etiã filii libere: Regnũ illud tenentes in dispensatiõe tẽporali: Regnũ aũt celestis Hierusalẽ cuius erãt filii in uera fide habentes: & in uero Xp̃o sperantes. Quõ autẽ ista uenerint super illud Regnũ: index ẽ rerũ gestarũ si legat̃ historia.

¶ De substantia populi dei que per successionem carnis in Xp̃o ẽ: qui solus eruendi animam suam ab inferis habuit potestatem. ¶ C. xi.

Post hec autem ista prophetata: ad precandum deum Propheta conuertitur: sed & ipsa precatio prophetatio ẽ. Vsquequo domine auertis ĩ finẽ: subaudit̃ faciem tuam? sicut alibi dicitur usquequo auertis faciem tuã a me? Nã ideo qdam codices hic nõ habẽt auertis: sed auerteris: quãq̃ possit intelligi: auertis misericordiã tuam quam promisisti Dauid. Quod autem dixit in finem: quid ẽ nisi usq; in finem? Qui finis intelligendus est ultimum tempus: quando in Christum Iesum etiam gẽs illa ẽ creditura: ante quem finem illa fieri oportebat: que superius erũnosa defleuit:

pp̃ter que & hic sequit᷑: exardescet sicut ignis ira tua: memẽto que ẽ mea substãtia. Nihil hic melius quam ipse Iesus intelligitur substantia populi eius: ex quo natura est carnis eius. Non enim uane inquit constituisti omnes filios hominum: nisi enim esset unus filius hominis substantia israel: per quem filium hominis liberarent̃ multi filii hominum: uane utiq; constituti essent omnes filii hominum. Nunc uero omnis quidẽ humana natura per peccatum primi hominis ĩ uanitatẽ de ueritate collapsa est. Propter quod dicit alius psalmus. Homo uanitati similis factus ẽ: dies eius uelut umbra pretereunt. Sed nõ uane deus cõstituit omnes filios hominũ: quia & multos a uanitate liberat per mediatorem Iesum. Et quos liberandos non esse præsciuit ad utilitatem liberandorum: & comparationem duarum inter se a cõtrario ciuitatum: nõ utiq; uane in totius rationalis creature pulcherrima atq; iustissima ordinatione constituit. Deinde sequitur. Quis ẽ homo qui uiuet: & non uidebit mortem: eruet animam suam de manu inferi? Quis est iste nisi de substantia illa Israel ex sæmine Dauid Xpristus Iesus: de quo dicit Apostolus: ꝙ surgens a mortuis iam nõ morit᷑: et mors ei ultra non dominabitur? Sic enim uiuit: & non uidebit mortem: ut tamen mortuus fuerit: sed animam suam eruerit de manu inferi: quo propter quorundam soluẽda peccata: uel ĩfernalia uincula descẽderat. Eruit autẽ potestate illa de q̃ in Euãgelio dicit: ptãtem habeo ponẽdi animã meã: & ptãtem habeo iterũ sumẽdi eã.

¶ Ad quorũ personã ptinere intelligẽda sit flagitatio promissorum: de quibus in psalmo dicitur: ubi sunt misericordie tue antique domine. ¶ Ca. xii.

Sed cetera psalmi huius: que ita se habent: ubi sunt miserationes tue antiquæ domine: quas iurasti Dauid in ueritate tua? Memor esto domine opprobrii seruorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentiũ: qđ exprobrauerũt inimici tui domine: quod exprobrauerunt commutatiõem Xp̃i tui: utrũ ex psona dicta sint illorum Israelitarum qui desiderabant reddi sibi promissionem: que facta est ad Dauid: an potius ad Xp̃ianorum qui non secundum carnem sed secundum spiritum sunt Israelite: merito queri potest. Dicta sunt quippe ista uel scripta tẽpore quo fuit Ethan: de cuius nomine titulum iste psalmus accepit: & idem tempus regni Dauid fuit: ac per hoc non diceretur ubi sunt miserationes tue antique domine q̃s iurasti Dauid in ueritate tua: nisi eorum personam in se Propheta transfiguraret: qui longe postea futuri erant: quibus hoc tempus esset antiquũ q̃ndo Regi Dauid ista promissa sunt. Potest autem intelligi dictum hoc esse propter multas gentes: q̃ Xp̃ianos persequebantur Prophetam exprobrasse illis passionẽ Xp̃i: quã scriptura commutationem uocat: quoniam moriendo immortalis est factus. Potest & cõmutatio Xp̃i secũdum hoc accipi exprobrata Israelitis: quia cũ eorũ sperarent̃ futurus: factus est gentium: & hoc eis nunc exprobrant multe gentes: que crediderunt in eũ per testamentum nouum: illis in uetustate remanentibus: ut ideo dicatur memento domine opprobrii seruorum tuorum: quia non eos obliuiscente: sed potius miserãte domino: & ipsi post hoc opprobrium credituri sunt. Sed ille quem prius posui: cõuenientior sensus mihi uidetur: inimicis enim Xp̃i quibus exprobratur ꝙ eos ad gẽtes transiens reliquerit Christus: incõgrue uox ista coaptatur: memento dñe opprobrii seruorum tuorũ. Non enim serui dei nuncupandi sunt tales Iudei. Sed eis uerba ista conpetunt: qui cum graues humilitates persecutionum pro Xp̃i nomine paterent̃:

recordari potuerunt excelsum regnũ semini Dauid fuisse promissũ: & eius desiderio dicere non desperando: sed petendo: querendo: pulsando: ubi sunt misericordiæ tue antique domine: quas iurasti Dauid in ueritate tua? Memento domine opprobrii seruorum tuorum: quod cõtinui in sinu meo multarum gentiũ: hoc ẽ ĩ interioribus meis patienter pertuli: ꝙ exprobrauerunt inimici tui domine: ꝙ exprobrauerunt commutationem Xp̃i tui: non eam putantes commutationem sed consumationem. Quid est autẽ memento domine nisi ut miserearis: & ꝑ tolerata patiẽter humilitate mea reddas celsitudinẽ quã iurasti Dauid ĩ ueritate tua? Si autẽ Iudeis assignemus hec uerba: illi serui dei talia potuerunt dicere: qui expugnata terrena Hierusalem anteq̃ Iesus Christus humanitus nasceretur in captiuitatem ducti sunt intelligentes commutationem Xp̃i. quia scilicet nõ per eũ terrena carnalisq; felicitas q̃lis paucis annis Regis Salomonis apparuit: sed celestis esset ac spiritalis expectanda quã tunc ignorans infidelitas gẽtium cum dei populum exultabat atq; insultabat eẽ captiuũ: quid aliud q̃ Xp̃i commutationem sed scientibus nesciens exprobrabat? Et ideo q̃d sequitur: ubi psalmus iste cõcluditur: benedictio domini ineternũ fiat fiat: uniuerso populo dei ad celestem Hierusalem pertinenti: siue in illis qui latebãt in testamẽto ueteri anteq̃ reuelaretur nouũ: siue ĩ his qui iã testamẽto nouo reuelato manifeste pertinere cernuntur ad Xp̃m: satis congruit. Benedictio quippe domini in semine Dauid: nõ ad aliquod tempus q̃lis diebus Salomonis apparuit: sed ineternũ sperãda est: in qua certissima spe dicitur fiat fiat. Illius enim spei ẽ confirmatio: uerbi huius iteratio. Hoc ergo intelligens Dauid ait in secundo Regnorum libro: unde ad istũ psalmum digressi sumus: & locutus es pro domo serui tui in longinquum. Ideo autẽ post paululũ ait. Nunc incipe & benedic domum serui tui usq; ineternum: etcetera: quia tunc geniturus erat filiũ: ex quo ꝓgenies eius duceretẽ ad Xp̃m: per quẽ futura erat domus eius eterna: eademq; domus dei. Domus enĩ Dauid ꝓpter genus Dauid: domus autem dei eadem ipsa ꝓpter templũ dei: de hominibus factũ nõ de lapidibus: ubi habitet ineternum populus cũ deo & in deo suo: & deus cũ populo: atq; ĩ populo suo. ita ut deus sit implens populum suum: & populus plenus deo suo: cum deus erit omnia in omnibus: ipse in pace premiũ: q uirtus in bello. Ideo cũ in uerbis Nathan dictum sit: & enuntiauit tibi dominus quoniam domum edificabis ipsi: postea dictũ est in uerbis Dauid: quoniam tu dominus omnipotens deus Israel reuelasti aurem serui tui dicens: domum ædificabo tibi. Hanc enim domum & nos ædificamus bene uiuendo: & deus ut bene uiuamus opitulãdo. Quia nisi dominus edificauerit domũ: inuanum laborauerunt edificantes eam. Cuius domus cum uenerit ultima dedicatio: tunc fiet illud quod hic per Nathan locutus est deus dicens. Et ponam locũ populo meo Israel: & plantabo illum & inhabitabit seorsum: & nõ sollicitus erit ultra & nõ apponet filius iniquitatis humiliare eũ: sicut ab initio a diebus q̃bus cõstitui iudices super populum meum Israel.

¶ An promisse pacis ueritas illis temporibus possit asscribi que sub Salomone fluxerunt. ¶ C. xiii.

HOc tam magnum bonũ quisquis in hoc seculo & in hac terra sperat: insipiẽter sapit. An quispiam putabit ĩ pace Regni Salomonis id esse completum? Pacem quippe illam scriptam in umbra futuri: excellenti predicatione commendat. Sed huic suspitioni uigilanter occursum est: cum postea q̃ dictum est: non apponet filius iniquitatis humiliare eum: cõtinuo subiunctum est. Sicut abinitio a diebus quibus

constitui Iudices super populum meum Israel. Iudices nanque prius quam ibi Reges esse cepissent super illum populum fuerant constituti: ex quo terram promissionis accepit. & utique humiliabat eum filius iniquitatis: hoc est hostis alienigena: per interualla temporum quibus leguntur paces alternasse cum bellis: & inueniuntur illic pacis tempora prolixiora quam Salomon habuit: qui. xl. regnauit annos. Nam sub eo Iudice qui est appellatus Aoth. lxxx. anni pacis fuerunt. absit ergo ut Salomonis tempora in hac promissione predicta esse credantur. Multo minus itaque cuiuslibet Regis alterius. Non enim quisquam eorum in tanta quanta ille pace regnauit: nec unquam omnino gens illa ita Regnum tenuit: ut sollicita non fuerit ne hostibus subderetur. quia in tanta mutabilitate rerum humanarum nulli aliquando populo concessa est tanta securitas: ut huic uite hostiles non formidaret incursus. Locus ergo iste qui promittitur tam pacate ac secure habitationis: eternus est: eternisque debetur in matre Hierusalem libera: ubi erit ueraciter populus Israel. hoc enim nomen interpretatur uidens deum. Cuius premii desiderio pia per fidem uita in hac erumnosa peregrinatione ducenda est.

De studio Dauid in positione psalmorum. C. xiiii.

PRocurrente igitur per tempora ciuitate dei: primo in umbra futuri in terrena scilicet Hierusalem regnauit Dauid. Erat autem Dauid uir in canticis eruditus: qui harmoniam musicam non uulgari uoluptate sed fideli uoluntate dilexit: eaque deo suo qui uerus est deus mystica rei magne figuratione seruiens & diuersorum nominum sonorum rationabilis moderatusque concentus: concordi uarietate compactam bene ordinate ciuitatis insinuat unitatem. Denique omnis fere Prophetia eius in psalmis est: quos centumquinquaginta liber continet: quem psalmorum uocamus. In quibus nonnulli uolunt eos solos factos esse a Dauid: qui eius nomine inscripti sunt. Sunt item qui putant non ab eo factos nisi qui prenotantur ipsius Dauid: qui uero habent in titulis ipsi Dauid: ab aliis factos persone ipsius fuisse coaptatos. Que opinio uoce Euangelica Saluatoris ipsius refutatur: ubi ait: quod ipse Dauid in spiritu Christum dixerit esse suum dominum: quoniam psalmus centesimusnonus sic incipit. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et certe idem psalmus non habet in titulo ipsius Dauid: sed ipsi Dauid: sicut plurimi. Mihi autem credibilius uidentur existimare: qui omnes illos centum & quinquaginta Psalmos eius operi tribuunt: eumque aliquos prenotasse etiam nominibus aliorum aliquid quod ad rem pertineat: figurantibus: ceteros autem nullius hominis nomen in titulis habere uoluisse: sicut ei uarietatis huius dispositionem quamuis latebrosam non tamen inanem dominus inspirauit. Nec mouere debet ad hoc non credendum: quod non nullorum nomina Prophetarum qui longe post Dauid Regis tempora fuerunt: quibusdam psalmis in eo libro leguntur inscripta: & que ibi dicuntur: uelut ab eis dici uidentur. Neque enim non potuit propheticus spiritus prophetanti Regi Dauid hec etiam futurorum Prophetarum nomina reuelare: ut Rex aliquid quod eorum persone conueniret prophetice cantaret: sicut Rex Iosias exorturus & regnaturus post annos amplius quam trecentos: cuidam Prophete qui etiam facta eius futura predixit cum suo nomine reuelatus est.

An omnia que in psalmis de Christo & Ecclesia prophetantur ad contextum huius operis coaptanda sint. C. xv.

NVnc iam expectari a me uideo: ut hoc loco libri huius aperiam: quid in psalmis Dauid de domino Iesu Christo uel eius Ecclesia prophetauerit. Ego autem ut

hoc non ita faciam sicut uidet̄ ipsa expectatio postulare: q̄uis iam in uno fecerim: copia q̄ īopia magis impedior. Omnia enim ponere uitād̄e ꝓlixitatis causa ꝓhibeor. uereor autem ne cum aliqua elegero: multis qui ea nouerūt uidear magis necessaria preterisse. Deinde q̄a testimoniū quod profert̄ de contextione totius psalmi. debet habere suffragium. ut certe nihil sit: q̄d ei refragret̄: si nō omnia suffragant̄: ne more cētonū ad rē quā uolumus tanq̄ uersiculos decerpere uideamur: uelut de retrogrado carmine quod nō de re illa sed de alia longeq; diuersa reperiatur esse conscriptum. Hoc autem ut in quocunq; psalmo possit ostendi: exponendus est totus: q̄d quāti operis sit: & aliorum & nostra uolumina in quibus hoc fecimus satis indicāt. Legat ergo illa q uoluerit & potuerit: & īueniet quot & q̄nta rex Dauid idēq; Propheta de Xp̄o et eius Ecclesia prophetauerit: de Rege scilicet & ciuitate quam condidit.

¶ De iis que in. xliiii. psalmo ad Xpristum & Ecclesiam pertinentia: aut aperte dicuntur: aut tropice. ¶ C. xvi.

Valibet enim de quacunq; re proprie sint atq; manifeste prophetice locutiōes: necesse est ut eis etiam tropice misceant̄: que maxime ꝓpter tardiores ingerūt doctoribus laboriosum disputandi exponēdiq; negotium. Quedam tamen Xp̄m & Ecclesiam ipsa prima facie mox ut dicunt̄: ostendūt. & si ex ocio restāt exponēda: que in eis minus intelligūtur. Quale illud est in eodem Psalmorum libro. Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea Regi: lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Speciosus forma pre filiis hominū: diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus īeternum. Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua: intēde ꝓspere ꝓcede & regna. Propter ueritatem & mansuetudinē & iusticiā: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute potentissime: populi sub te cadent in corda inimicoꝝ regis. Sedes tua deus in seculoꝝ secula: uirga directiōis uirga regni tui. Dilexisti iusticiā & odio habuisti iniquitatē: propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Myrrha & gutta & casia a uestimētis tuis a domibus eburneis: ex q̄bus delectauerūt te filii regū in honore tuo. Quis nō hic Xp̄m quē predicamus: & ī quē credimus: quamlibet sit tardus agnoscat: cum audiat deum: cuius sedes est in secula seculorum: & unctū a deo utiq; sicut ungit deus: nō uisibili sed spiritali atq; ītelligibili chrisma/te? Quis enim tam rudis est in hac religione uel tam surdus aduersus eius famā lōge lateq; diffusam: ut Christum a chrismate hoc est ab unctione appellatum esse non norit? Agnito autem Rege Xp̄o: iam cetera que hic tropice dicta sūt: quomodo sit speciosus forma pre filiis hominum: quadam tanto magis amanda atq; mirāda q̄nto minus corporea pulchritudine: quis gladius eius: que sagitte & cetera isto modo non proprie sed tropice posita: iam subditus ei qui regnat ꝓpter ueritatē & mā̄suetudinē & iusticiam inquirat ex ocio. Deinde aspiciat eius Ecclesiam tāto uiro suo spiritali connubio & diuino amore coniunctam: de qua dicitur in iis que sequuntur. Astitit regina a dextris tuis in uestitu de aurato: circunamicta uarietate. Audi filia & uide & inclina aurē tuā: & obliuiscere populum tuū & domū patris tui. Quoniā cōcupiuit rex speciem tuam: quia ipse est dominus deus tuus: & adorabunt eum filii Tyri in muneribus. Vultum tuū deprecabuntur omnes diuites plebis: omnis gloria eius filie regis intrinsecus in fimbriis aureis circunamicta uarietate. Afferentur regi uirgines post eam: proxime eius afferentur tibi in leticia & exultatione: adducent̄ in templū

regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: cōstitues eos principes super omnem terrā. Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione & progenie. Propterea populi confitebuntur tibi ineternum & in seculum seculi. Non opinor quenquā ita desipere: ut hic aliquam mulierculā predicari credat atq; describi: cōiugem uidelicet illius cui dictum est. Sedes tua deus in secula seculorū: uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo exultatiōis pre participibus tuis: Xpristū utiq; pre Xpristianis. Hi sunt enim par/ticipes eius: ex quorū in omnibus gentibus unitate atq; concordia fit ista regina: sicut et in alio psalmo de illa dicitur: ciuitas regis magni. Ipsa est Syon spiritaliter. Quod nomen latine interpretatum est speculatio. Speculatur enim futuri seculi magnum bonum: quoniam illuc dirigitur eius intentio. Ipsa est & Hierusalem eodem modo spiritaliter unde multa iam diximus. eius inimica est ciuitas dyaboli Babylon quæ confusio interpretatur. ex qua tamen Babylone regina ista in omniū gentiū gene/ratione liberatur: & a pessimo rege ad optimū regē: id est a diabolo trāsit ad Xp̄m. Propter quod ei dicitur: obliuiscere populum tuū & domū patris tui. Cuius ciuitatis impie portio sunt Israelite sola carne non fide: inimici etiam ipsi magni huius regis eiusq; regine. Ad ipsos enim ueniens & ab eis Xpristus occisus: magis aliorum factus est quos non uidit in carne. Vnde p̱ cuiusdā psalmi prophetiā dicit ipse rex noster. Erues me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui: seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Populus ergo iste gentium quem non cognouit Xpristus presentia corporali: in quem tamen Xp̄m sibi annunciatum credit: ut merito de illo diceretur ī obauditu auris obediuit mihi: quia fides ex auditu est: iste inquam populus additis ueris & carne & fide Israelitis: ciuitas est dei: que ipsum quoq; secundum carnem peperit Christum: quando in solis illis Israelitis fuit. Inde quippe erat uirgo Maria: ī qua carnē Xp̄us ut homo esset: assumpsit. De qua ciuitate psalmus alius ait. Mater Syō dicet homo & homo factus est in ea: & ipse fūdauit eā altissimus. Quis est altissimus nisi deus? Ac per hoc Xp̄us deus anteq̄ in illa ciuitate per Mariam fieret: homo ipse in Patriarchis & Prophetis fundauit eam. Cum igitur huic regine ciuitati dei tāto ante dictum sit per ꝓphetiā quod iam uidemus impletum: pro patribus tuis nati sunt tibi filii: cōstitues eos prin/cipes super omnem terram: ex filiis quippe eius super omnem terram sunt præpositi principes: cum confiteantur ei populi concurrentes ad eam confessione laudis eterne in seculum seculi: proculdubio quicquid hic tropicis locutionibus subobscure dictum est: quoquomodo intelligatur debet his rebus manifestissimis conuenire.

De iis que ad sacerdotium Xp̄i in psalmo centesimonono: et de iis que ī psalmo .xxi. ad passionē ipsius spectāt. C. xvii

Sicut etiam in illo psalmo ubi sacerdos Xp̄us quemadmodū hic Rex aptissime predicat᷑: dixit dominus domīo meo sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorū: sedere Christus ad dexteram dei patris credit᷑: nō uidet᷑: Eius etiam inimicos poni sub pedibus eius nōdum apparet. Idigit᷑ apparebit ī fine: nunc hoc uere creditur: post uidebitur. Verum hoc quod sequitur: uirgam uirtutis tue emittet dominus ex Syon: dominare in medio inimicorum tuorum: ita clarum est: ut non solum infideliter & infeliciter: sed etiam impudenter neget᷑. Et ipsi q̄ppe fatentur inimici ex Syō missam fuisse legem Christi: quod euangeliū nos uocamus:

et eam uirgam uirtutis eius agnoscimus. Dominari uero eum in medio inimicorum suorum iidem ipsi inter quos dominat᷑ dentibus & tabescendo & nihil aduersus eum ualẽdo testantur. Deinde quod paulopost dicit. Iurauit dominus: & non penitebit eũ: qbus uerbis immutabile futurũ esse signat: qđ adiungit᷑: tu es sacerdos in eternũ scđm ordinẽ Melchisedech: ex eo ꝙ iam nusq̃ est sacerdotium et sacrificium scđm ordinem Aaron: & ubiq; offert᷑ sub sacerdote Xp̄o: qđ protulit Melchisedech q̃ndo bñdixit Abraã: quis ambigere ꝑmittit᷑: de quo & ista dicant᷑? Ad hec itaq; manifesta referuntur: que paulo obscurius in eodem psalmo posita sunt: que quomodo recte intelligant᷑: in nostris iam popularibus sermonibus notum fecimus. Sic & in illo ubi passionis sue humilitatem per prophetiam Xp̄us loquitur dicens. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerunt et inspexerunt me. Quibus utiq; uerbis in cruce corpus significauit extẽtum manibus pedibusq; confixis: & clauorũ transuerberatione cõfossis: eoq; modo se spectaculum considerantibus & conspicientibus prebuisse. Addens etiã diuiserunt sibi uestimenta mea: & super uestem meam miserũt sortẽ. Que prophetia quemadmodũ impleta sit: Euangelica narrat historia. Tunc ꝑfecto alia recte & intelligũtur que ibi minus aperte dicta sunt: cum congruunt iis que tanta manifestatione claruerũt presertim cũ & illa: que non transacta credimus sed presentia cõtuemur. sicut in eodẽ psalmo legunt᷑ tanto ante p̄dicta ita nũc exhibita iã toto orbe terrarũ cernunt᷑. Ibi enim paulopost dicit᷑. cõmemorabunt᷑ & cõuertent᷑ ad dñm uniuersi fines terre. & adorabunt in cõspectu eius oẽs patrie gentiũ. qm̃ domini est regnũ: & ipse dñabit᷑ gentiũ.

De psalmo. iii. & de. xl. et de. xv. et de. lxvii. in quibus mors et resurrectio domini prophetant᷑. C. xviii.

DE resurrectione quoq; eius neq̃q̃ psalmorum oracula tacuerunt. Nã quid est aliud quod in psalmo tertio ex persona eius canit᷑: ego dormiui et somnũ cepi: et exurrexi quoniã dominus suscepit me? An forte quisq̃ ita desipit: ut credat uelut aliquid magnum nobis indagare uoluisse Prophetam: ꝙ dormierit et exurrexerit: nisi sõnus iste mors eẽt: & euigilatio resurrectio: quã de Xp̄o sic oportuit ꝓphetari? Nam & in quadragesimo multo manifestius id ostenditur: ubi ex persona eiusdem mediatoris more solito tanq̃ preterita narrãtur: que futura prophetabant᷑: quoniã que uentura erant: iam in predestinatione & prescientia dei uelut facta erant: quia certa erant. Inimici inqt mei dixerũt mala mihi: quando morietur & ꝑibit nomen eius? Et si ingrediebat᷑ ut uideret: uana locutũ ẽ cor eius: congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras & loquebatur simul ĩ unum: aduersũ me susurrabãt omnes inimici mei: aduersum me cogitabãt mala mihi: uerbũ iniquũ constituerũt aduersum me. Nunquid qui dormit: non adiiciet ut resurgat? Hec certe ita posita sunt uerba: ut nihil aliud dixisse intelligat᷑ q̃ si diceret: nunqd qui moritur non adiiciet ut reuiuiscat? Superiora quippe demonstrant mortem ipsius cogitasse & disposuisse inimicos eius: & hoc actum esse: per eũ qui ingrediebat᷑ ut uideret: & egrediebat᷑ ut proderet. Cui autem hic nõ occurrat ex discipulo eius factus traditor Iudas? Quia ergo facturi erant: quod moliebant᷑: id est occisuri erant eum: ostendens illos uana malicia frustra occisuros resurrecturum: sic adiecit hunc uersum uelut diceret. Quid agitis uani? Quod uestrũ est scelus: meus sõnus erit. Nunqd qui dormit: nõ adiiciet ut resurgat? Et tamen tam magnum nefas non impune facturos: consequentibus

indicat uersibus dicens. Etenim homo pacis mee in quo speraui: q edebat panes meos: ampliauit super me calcaneum suum: id est cõculcauit me. Tu autem inqt domine miserere mei & resuscita me: & reddam illis. Quis hoc iã neget: q Iudeos post passio/nem resurrectiõemq; Xp̄i de sedibus suis bellica strage & excidio fũditus eradicatos uidet? Occisus enim ab eis resurrexit: & reddidit eis interim tẽporaneam disciplinã excepto q̄ non correctis seruat quãdo uiuos et mortuos iudicabit. Nam dominus ipse Iesus istum ipsum traditorem suũ per panem porrectum ostendens Apostolis: hunc etiam uersum psalmi huius cõmemorauit: & in se dixit impletum. Qui edebat panes meos ampliauit super me calcaneum suum. Quod autem ait in quo speraui: non congruit capiti: sed corpori. Neq; enim nesciebat eum ipse saluator: de quo ante iam dixerat unus ex uobis diabolus est: sed solet in se membrorum suorũ transferre personam: & sibi tribuere quod est illorum: quia caput & corpus unus est Christus. Vnde illud est in Euangelio. Esuriui et dedistis mihi manducare. quod exponens ait. Quando uni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Se itaq; dixit sperasse: qđ tũc sperauerunt de Iuda discipuli eius quando est cõnumeratus Apostolis. Iudei autem Xp̄m quem sperant, moriturum esse nõ sperant. Ideo quẽ lex & Prophete annun/tiauerunt: nostrum esse non putant: sed nescio quẽ suum: quẽ sibi alienum a mortis passione confingunt. Ideo mirabili uanitate atq; cecitate: uerba que posuimus: non mortem & resurrectionem: sed somnũ & euigilationem significare contendunt. Sed clamat eis etiam quintusdecimus psalmus: propter hoc iocundatum est cor meum: et exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. quoniã nõ derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Quis in ea spe diceret requieuisse carnẽ suã: ut nõ derelicta anima sua ĩ inferno: sed cito ad eam redeunte reuiuisceret: ne corrumperetur sicut cadauera corrumpi solent: nisi q die tertio resurrexit? Quod utiq; dicere non possunt de Propheta et rege Dauid. Clamat et sexagesimusseptimus psalmus. Deus noster deus saluos faciendi: & domini domini exitus mortis. Quid apertius diceretur? Deus enim saluos faciẽdi: dominus ẽ Iesus quod interpretatur Saluator siue salutaris. Nã ratio nominis huius hec reddita est: quãdo prius q̃ ex uirgine nasceretur: dictũ est: paries filium & uocabis nomẽ eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suũ a peccatis eorũ. In quorũ peccatorum remissionem quoniã sanguis effusus est: non utiq; oportuit eum de hac uita exitus alios habere q̃ mortis. Ideo cum dictũ esset: deus noster deus saluos faciendi: cõtinuo subiunctum est: et domini domini exitus mortis. ut ostenderetur moriẽdo saluos eẽ facturus. Sed mirando dictum est et domini: tanquam diceretur. Talis est ista uita mortalium: ut nec ipse dominus aliter ab illa exiret: nisi per mortem.

¶ De psalmo. lxviii. In quo Iudeoꝝ ꝑtinax infidelitas declaratur. ¶ C.xix.

SEd ut Iudei tã manifestis huius Prophetie testimoniis: etiã rebus ad effectũ tam clarum certumq; perductis omnino nõ credãt: ꝑfecto ĩ eis illud impletur: quod in eo psalmo qui hunc sequitur scriptum: ẽ. Cum enim & illic ex persona Xp̄i que ad eius passionem pertinent prophetice dicerentur: commemoratum est quod in Euangelio patuit. Dederunt in escam meam fel: & in siti mea dederũt mihi potũ acetũ. Et uelut post tale conuiuiũ epulasq; sibi huiuscemõi exhibitas: mox intulit. Fiat mensa eorum coram ipsis in muscipulam: & in retributionem & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne uideant: & dorsum eorum semper incurua. Et cetera

que non optando sunt dicta sed optandi specie prophetando predicta. Quid ergo mirum si hæc manifesta non uident: quorũ oculi sunt obscurati ne uideant? Quid mirum si celestia non suspiciunt: qui ut in terrena sint proni dorsum eorum semper incuruatum est? His enim uerbis translatis a corpore: uitia significantur animorũ. Ista de psalmis hoc est de Prophetia regis Dauid satis dicta sit. ut aliquis modus sit. Ignoscant autem qui hec legũt: & cũcta illa nouerũt: & de iis que fortasse firmiora me pretermisisse uel intelligunt: uel existimant: non querantur.

¶ De Regno ac merito Dauid: & de filio ipsius Salomone: eaq; ꝓphetia que ad Xp̄m ptinens inuenit̃: uel ĩ eis libris q̃ scriptis ipsius copulant̃: uel in eis: quos ipsius esse: nõ dubiũ ẽ. ¶ C. xx.

REgnauit ergo Dauid in terrena Hierusalem filius celestis Hierusalem: diuino multum testimonio predicatus. quia & delicta eius tanta pietate supata sũt ꝑ saluberrimã penitendi humilitatem: ut prorsus inter eos sit de quibus ipse ait. Beati quorum remisse sunt iniquitates: & quorũ tecta sunt peccata. Post hunc regnauit eidem populo uniuerso Salomon eius filius: qui ut supra dictũ est patre suo uiuẽte cepit regnare. Hic bonis initiis malos exitus habuit. Quippe secũde res: que sapiẽtiũ animos fatigant: magis huic obfuerunt: q̃ profuit ipsa sapiẽtia etiã nũc & deinceps memorabilis: & tunc longe lateq; laudata. Prophetasse etiã ipse reperit̃ in suis libris: qui tres recepti sunt in autoritatem canonicam. Prouerbia Ecclesiastes: Canticum canticorum. Alii uero duo. quorum unus sapiẽtia: alter Ecclesiasticus dicitur: ꝓpter eloquii nõnullam similitudinem ut Salomonis dicantur: obtinuit consuetudo: non autẽ esse ipsius non dubitant doctiores. eos tamen in autoritatem maxime occidẽtalis antiquitus recepit Ecclesia. Quorũ in uno qui appellat̃ Sapientia Salomonis: passio Xp̄i apertissime prophetatur. Impii q̃ppe interfectores eius commemorant̃ dicentes Circunueniamus iustum quoniam insuauis est nobis: & cõtrarius ẽ operibus nostris: & inproperat nobis peccata legis: & infamat ĩ nos peccata discipline nostre. Promittit se scientiam dei habere: & filiũ dei se nominat: factus ẽ nobis in traductionem cogitationum nostrarũ. Grauis est nobis etiam ad uidendũ: quoniã dissimilis est aliis uita illius: et immutate uie eius. Tanquam nugaces estimati sumus ab illo: & abstinet se a uiis nostris quasi ab immundiciis. Profert nouissima iustorũ: & gloriat̃ patrem se deum habere. Videamus ergo si sermões illius ueri sũt. et temptemus que uentura sunt illi: & sciemus que erunt nouissima illius. Si enim iustus est filius dei: suscipiet illũ & liberabit eũ de manu contrarioꝝ. Contumelia et tormẽto ĩterrogemus illum: ut sciamus reuerentiam illius: et probemus patientiam ipsius: morte turpissima condemnemus eum. Erit enim ei respectus in sermonibus illius. Hec cogitauerunt et errauerunt. excæcauit enim illos malicia eorum. In Ecclesiastico autem fides gentium futura predicitur isto modo. Miserere nostri dominator deus omnium: et immitte timorem tuũ super omnes gentes. Extolle manũ tuam super gentes alienas: et uideant potentiam tuã. ut sicut coram illis sanctificatus es ĩ nobis: ita corã nobis magnificeris in illis. & agnoscant te secundum quod nos agnouimus te: quia non est deus p̄ter te domine. Hanc sub optandi et precãdi specie prophetiã per Iesũ Xp̄m uidemus impletam. sed aduersus contradictores non tanta autoritate proferuntur que scripta nõ sunt in canone Iudeoꝝ. In tribus uero illis quos Salomõis eẽ cõstat et Iudei canonicos habent: ut ostẽdatur ad Xp̄m & Ecclesiã pertinere quod in eis

eiusmodi reperitur: operosa disputatio necessaria est: que nos ultra q̃ oportet si nunc adhibeatur: extendit. Tamen ꝙ in Prouerbiis legitur uiros impios dicere: abscõdamus in terra uirum iustũ iniuste: absorbeamus uero eum: tanq̃ infernus uiuentẽ: et auferamus eius memoriã de terra: possessionem eius preciosam apprehendamus: non ita obscurum est: ut de Christo & possessione eius Ecclesia sine laboriosa expositiõe non possit intelligi. Tale qppe aliqd etiã dñs ipse Iesus per Euangelicã parabolam ostendit dixisse malos colonos. Hic est hæres. Venite occidamus eum: et nostra erit hereditas. Itemq; illud in eodẽ libro quod iam ante perstrinximus: cũ ageremus de sterili: que peperit septem: non nisi de Xp̃o et Ecclesia mox ut fuerit pronuntiatũ consueuit intelligi: ab iis qui Xpristũ sapientiam dei esse nouerunt. Sapiẽtia edificauit sibi domum: et suffulsit columnas septem: immolauit suas uictimas: miscuit in cratere uinum suũ: & parauit mensam suã. Misit seruos suos conuocans cũ excellẽti predicatione ad craterem dicens. Quis est insipiens: diuertat ad me. Et inopibus sẽsu dixit. Venite & mãducate de meis panibus: et bibite uinum quod miscui uobis. Hic certe agnoscimus dei sapiẽtiam: hoc est uerbum patri coeternum in utero uirginali domum sibi edificasse corpus humanum: & huic tanq̃ capiti membra Ecclesiam subiunxisse: martyrũ uictimas immolasse: mensam in uino et panibus preparasse. Vbi apparet etiam ad sacerdotiũ scd̃m ordinem Melchisedech insipiẽtes et inopes sensu uocasse. quia sicut dicit Apostolus: infirma huius mundi elegit deus ut confunderet fortia. Quibus etiam tamen infirmis quod sequitur dicit. Derelinquite insipientiam ut uiuatis: et querite prudentiam ut habeatis uitam. Participem autem fieri mensæ illius: ipsum est incipere habere uitam. Nam & in alio libro qui uocatur Ecclesiastẽ ubi ait: nõ ẽ bonũ homini nisi ꝙ mãducabit & bibet: qd credibilius dicere intelligitẽ: q̃ quod ad participationẽ mense huius ꝑtinet: quã Sacerdos ipse mediator testamẽti noui exhibet secundum ordinẽ Melchisedech: de corpore & sanguine suo? Id enim sacrificiũ successit omĩbus illis sacrificiis ueteris testamẽti: que immolabantᷣ ĩ umbra futuri. Propter quod etiã uocem illã in psalmo tricesimo & nono eiusdẽ mediatoris per prophetiam loquentis agnoscimus. Sacrificium et oblationem noluisti: corpus autẽ ꝑfecisti mihi: qa pro illis omnibus sacrificiis & oblationibus corpus eius offertur et participantibus ministratᷣ. Nam istum Ecclesiasten in hac sententia manducãdi & bibẽdi quã sepe repetit plurimũq; cõmẽdat: nõ sapere carnales epulas uoluptatis satis illud ostẽdit ubi ait. Melius ẽ ire in domũ luctus: q̃ ad domũ potus. Et paulo post: cor inquit sapientiũ in domo luctus: & cor insipiẽtium in domo epularũ. Sed illud magis cõmemorandum existimo de hoc libro: quod pertinet ad ciuitates duas: unã diaboli: & alterã Xp̃i: & earũ reges: diabolũ & Xp̃m. Ve tibi terra ĩquit cuius rex adolescens: & principes tui mane comedunt. Beata tu terra cuius rex tuus filius ingenuorũ: & principes tui in tempore comedũt in fortitudĩe & non in confusione. Adolescentẽ dixit diabolũ: ꝓpter stulticiã & superbiã & temeritatem & petulantiã: ceteraq; uitia que huic etati assolent abundare. Xp̃m aũt filiũ ingenuoꝝ. sanctoꝝ scilicet Patriarcharũ pertinentiũ ad liberã ciuitatẽ: ex quibus est ĩ carne ꝓgenitus. Principes illius ciuitatis mane manducantes id est ante horam congruam: quia non expectãt opportunã que uera ẽ in futuro seculo felicitatẽ: festinanter beari huius seculi celebritate cupientes. Principes aũt ciuitatis Xp̃i: tẽpus nõ fallacis beatitudĩs patienter expectant. Hoc ait in fortitudine & non in cõfusione: quia nõ eos fallit spes de qua dicit Apostolus: spes aũt non confundit. Dicit & psalmus. Etenim qui te expectant: non confundentᷣ. Iam uero canticũ canticorũ spiritalis quedã sanctoꝝ

ē uoluptas mentiū: ī cōiugio illius Regis: & Regie ciuitatis: qđ ē Xp̄us & Ecclesia. Sed hec uoluptas allegoricis tegminibus inuoluta ē: ut desideretur ardētius: uideatq̄ iucundius: & appareat sponsus cui dicit̄ in eodē cātico: eq̄tas dilexit te: & sponsa que ibi audit: caritas in deliciis tuis. Tacite multa transimus cura huius opis terminandi.

De Regibus post Salomonem siue in Iuda: siue in Israel. C.xxi.

CEteri post Salomonē Reges Hebreorum uix inueniunt̄: per aliq̄ enygmata doctoꝝ suoꝝ rerūue gestarū: qđ ad Xp̄m & ad Ecclesiā ꝑtineat ꝓphetasse: siue ī Iuda siue ī Israel. Sic.n.appellate sūt illius populi partes: ex quo ꝓpter Salomonis offensā tēpore filii eius Roboam qui patri successit in regnū: deo uindicante diuisus ē. Proinde tribus decē q̄s accepit Hieroboā seruus Salomōis Rex eius ī Samaria cōstitutus: ꝓprie uocabant̄ Israel: q̄uis hoc uniuersi illius populi nomē eēt. Duabus uero tribubus: Iude scilicet & Beniamī: que ꝓpter Dauid ne penitus regnū stirpis eius fuisset eradicatū: remanserāt subiacētes ciuitati Hierusalē: Iudæ nomen fuit: qa ip̄a erat tribus uñ Dauid: Beniamī uero tribus altera ad idē regnū sicut dixi pertinens erat: unde fuit Saul Rex ante Dauid. Sed simul iste due tribus ut dictū ē Iuda uocabant̄: & hoc nomine discernebant̄ ab Israel: q̄ appellabant̄ ꝓprie decē tribus habētes suū regē. Nā tribus Leui qm̄ sacerdotalis fuit: dei non regū seruitio mancipata: tertiadecima numerabat̄. Ioseph quippe unus ex duodecim filiis Israel: non unā sicut ceteri singulas: sed duas tribus fecit: Effrē & Manassen. Verūtñ etiā tribus Leui ad regnū Hierosolymitanū pertinebat magis: ubi erat dei templum cui seruiebat. Diuiso igit̄ populo p̄mus regnauit ī Hierusalē Roboā Rex Iuda filius Salomōis: & ī Samaria Hieroboā Rex Israel seruus Salomonis. Et cum uoluisset Roboā tanq̄ tyrannidē diuise ptis illius bello ꝑseq̄: ꝓhibitus ē populus pugnare cū fratribus suis: dicēte deo ꝑ Prophetā se hoc fecisse. Vñ appuit nullū ī ea re uel Regis Israel uel populi fuisse peccatū: sed uolūtatē dn̄i uindicātis impletā fuisse. Qua cognita ꝑs utraq; īter se pacata cōqeuit. nō.n. religionis sed Regni fuerat facta diuisio.

De Hieroboam qui impietate Idolatrie subditum sibi populum profanauit. in quo tamen non destitit deus & ꝓphetias inspirare: et multos sub Idolatrie crimine custodire. C. xxii.

VErum Rex Israel Hieroboā: mente ꝑuersa nō credēs deo quē ueracē ꝓmisso sibi regno: d atq; ꝓbauerat: timuit ne ueniēdo ad templū dei: qđ erat ī Hierusalē: quo scđm diuinā legem sacrificādi causa uniuerse illi genti ueniendum fuit: seduceretur ab eo populus: & stirpi Dauid tanq̄ Regio semini redderetur: instituit idolatriam in regno suo: & populum dei secum simulacrorum cultu obstrictum nefanda impietate decepit. Nec tamen omnino cessauit deus: non solum illum Regē: uerum etiam successores & impietatis imitatores populumq; ipsum arguere per Prophetas. Nam ibi exstiterunt et magni illi insignesq; Prophete: qui etiam mirabilia multa fecerunt: Helias et Heliseus discipulus eius. Ibi etiam dicenti Helie domine Prophetas tuos occiderunt: altaria tua suffoderūt: et ego relictus sum solus & querunt animam meam. Responsū est illic esse: septemmilia uirorū: qui nō curuauerūt genua ante Baal.

¶De uario utriusq; Regni Hebreorum statu: donec ambo populi in captiuitatem diuerso tempore ducerent͛. reuocato postea Iuda in Regnū suū: qđ nouissime ī romanoꝝ trāsiit potestatē. C.xxiii.

ITē q; in regno Iuda ꝑtinēte ad Hierusalē: etiā succedentiū Regū tēporibus nō defuerūt Prophete: sicut deo placebat eos mittere uel ad prenuntiandū qđ opus erat: uel ad corripienda peccata precipiendāq; iusticiā. Nā & illic & si longe minus q̄ in Israel: tñ extiterūt Reges q suis īpietatibus deū grauiter offenderēt: & moderatis flagellis cū populo simili plecterentur. Piorū sane Regū merita ibi non parua laudāt͛. in Israel aūt reges alios magis: alios minus: oms tñ reprobos legimus. Vtraq; igit͛ pars sicut iubebat diuina ꝓuidētia: uel sinebat: uariis & erigebat͛ ꝓsperitatibus: & aduersitatibus premebatur: & sic affligebat͛ nō solum externis: uerū etiā inter se ciuilibus bellis: ut certis existentibus causis misericordia dei uel ira patesceret: donec eius indignatiōe crescēte uniuersa gēs illa a Chaldeis debellātibus nō solū subuerteret͛ in sedibus suis: sed etiā ex maxīa sui parte transferret͛ ī terras Assyriorum: ꝑus illa pars que uocabat͛ Israel ī tribubus decē postea uero etiā Iudas euersa Hierusalē & templo illo nobilissimo. in q̄bus terris ꝑ annos septuaginta captiuū egit ociū. post quos inde dimissa templum quod euersū fuerat instaurauit. Et q̄uis plurimi eius in alienigenarū degerēt terris: nō habuit tñ deinceps duas regni partes: & duos diuersos in singulis partibus Reges: sed in Hierusalē principes eorū unus eorum erat: atq; ad dei tēplū qđ ibi erat omēs undiq; ubicūq; eēnt & undecunq; possent: ꝑ certa tēpora ueniebāt. Sed nec tunc eis hostes ex aliis gētibus expugnatores defuerunt. Nā etiā Romanorū iam tributarios eos Xp̄us inuenit.

¶De ꝓphetis qui uel apud Iudeos postremi fuerūt: uel quos circa tēpus natiuitatis Xp̄i euāgelica ꝓdit historia. ¶C.xxiiii.

TOto autē illo tēpore ex quo redierūt de Babylonia post Malachiā: Aggeū & Zachariā q tūc ꝓphetauerūt & Esdrā: nō habuerūt Prophetas usq; ad Saluatoris aduentū: nisi aliū Zachariam patrē Iohānis: & Elizabet eius uxorem Xp̄i natiuitate iā ꝓxima: & eo iā nato Simeonē senem & Annā uiduā iāq; grandeuā: et ipsū Iohannē nouissimū: q iuuenis iā iuuenē Xp̄m non quidē futurū predixit: sed tñ īcognitū ꝓphetica cognitiōe mōstrauit. ꝓpter qđ ipse dñs ait. Lex & Prophete usq; ad Iohannē. Sed istoꝝ quinq; prophetatio ex Euāgelio nobis nota est: ubi & ipsa uirgo mater domini ante Iohannem prophetasse inuenitur. Sed hanc istorum Prophetiā Iudei reprobi non accipiūt. acceperunt autem qui ex eis innumerabiles Euangelio crediderūt. Tūc enim uere Israel diuisus est in duo: diuisiōe illa que per Samuelē Prophetā Sauli Regi ē immutabilis prenūtiata. Malachiā uero Aggeum Zachariā & Esdrā: etiā Iudei reprobi ī autoritatem canonicā receptos nouissimos habēt. Sūt. n. & scripta eorū sicut aliorū: qui in magna multitudine prophetarunt perpauci: & scripserūt que autoritatē canonis obtinerēt. De quorū predictis que ad Xp̄m Ecclesiāq; eius pertinēt: nōnulla mihi ī hoc opere uideo ponēda esse. Quod cōmodius fiet adiuuāte dño sequēti libro: ne hūc tā ꝓlixū ulterius oneremus.

¶Aurelii Augustini Hipponeñ Episcopi: de Ciuitate dei. Liber.xviii. De iis que usq; ad tempora Saluatoris decē et septē uoluminibus disputata sunt. ¶Ca. primum.

DE ciuitatum duarum: quarum dei una: saeculi huis est altera in: qua nũc ẽ: quantũ ad hoĩm genus pertinet: etiã ista peregrinat: exortu: & procursu: & debitis finibus: me scripturũ esse promisi: cum prius inimicos ciuitatis dei qui conditori eius Xp̃o deos suos preferunt: et liuore sibi pñiciosissimo attrociter inuidẽt xp̃ianis: quantum me adiuuaret eius gratia: refellissem: quod uolumibus decem prioribus feci. De hac uero mea: quam modo cõmemoraui tripertita promissione: decimum sequentibus quattuor libris: ambarum est digestus exortus. Deinde procursus ab homine primo: usq; ad diluuium libro uno: q ẽ huius operis quintusdecimus: atq; inde usq; ad Abraam: rursus ambe sicut in tẽporibus ita et in nostris litteris cucurrerunt. Sed a patre Abraã usq; ad Regũ tẽpus Israelitaꝝ: ubi sextumdecimum uolumen absoluimus: & inde usq; ad ipsius in carne Saluatoris aduentum: quousq; decimusseptimus liber tendit: sola uidet in medio stilo cucurisse dei ciuitas: cum in hoc seculo non sola cucurrerit: sed ambe utiq; in genere humano sicut ab initio simul suo procursu tẽpora uariauerint. Verũ hoc ideo feci: ut p̃us ex quo apertiores dei promissiones esse ceperunt: usq; ad eius ex uirgine natiuitatem in quo fuerant que promittebantur implenda: sine interpolatione a cõtrario alterius ciuitatis ista que dei est: procurrens distinctius appareret: q̃uis usq; ad reuelationem testamenti noui: nõ in lumine: sed in umbra cucurrerit. Nunc ergo qđ intermiserã uideo esse faciẽdum: ut ex Abrae temporibus quomodo etiam illa cucurrerit q̃ntũ satis uidetur: attingam: ut ambe inter se possint cõsideratione legentium cõparari.

De terrene ciuitatis regibus: Atq; temporibus quibus exortu Abrae sanctorum tempora supputata conueniunt. C.ii.

SOcietas igitur usq;quaq; mortaliũ diffusa per terras: & in locorum quãtislibet diuersitatibus: unius tamen eiusdẽq; nature: quadam communione distinctas: utilitates & cupiditates suas quibusq; sectãtibus: dum id quod appetitur: aut nemini: aut non omnibus sufficit: qa non est id ipsũ: aduersũ seipsã plerũq; diuidit: & pars partem que preualet: opprimit. Victrica enim uicta succumbit: dñationi scilicet uel etiã libertati qualencũq; pacẽ preferens ac salutẽ: ita ut magne fuerint admirationi qui perire: q̃ seruire maluerũt. Nã in omnibus fere gentibus quodamõ uox nature ista p̃sonuit: ut subiugari uictoribus mallẽt: qbus contigit uinci: q̃ bellica omĩpharia uastatione deleri. Hinc factum est: ut non sine dei prouidentia: in cuius potestate ẽ: ut qsq; bello subiungetur: aut subiunget: qdam essẽt regnis prediti: qdã regnãtibus subditi: sed inter plurima regna terrarum in que terrene utilitatis: uel cupiditatis est diuisa societas: quã ciuitatẽ mũdi huius uniuersali uocabulo nũcupamus: duo regna cernimus longe ceteris prouenisse clariora. Assyriorũ primũ: deinde Romanorũ: ut tẽporibus ita locis ĩter se ordĩata: atq; distĩcta. Nã quomõ illud p̃us: hoc posterius eo modo: illud in oriente: hoc in occidente surrexit. Deniq; in illius fine huius initiũ cõfestim fuit. Regna cetera ceterosq; Reges uelut appẽdices istoꝝ dixerĩ. Ninus ergo iã secundus Rex erat Assyrioꝝ: q patri suo Belo successerat: regni illius primo Regi: quando in terra Chaldeoꝝ natus ẽ Abraã. Erat aũt tẽpore illo regnũ Sicy/niorum admodũ paruum: a quo ille undecunq; doctissimus. M. Varro scribens de gẽte populi Romani: uelut antiquo tẽpore exorsus ẽ. Ab his.n. Sicynioꝝ Regibus ad Atheniẽses p̃uenit: a qbus ad Latinos: inde ad Romanos: sed añ conditã Romã

in cōparatiōe regni Assyrioꝝ pexigua ista memorant̄. Quāuis Atheniēses ī Grecia plurimū claruisse: fateat̄ etiā salustius Romāus historicus. plus tamē fama q̄ re ipa. Nam loquens de illis. Atheniensium inquit res geste sicuti ego existimo: satis ample magnificeq; fuerunt. Verum aliquanto minores tamen: q̄ fama ferūtur. Sed quia prouenere ibi scriptorum magna ingenia per terrarū orbē: Atheniensium facta pro maximis celebrant̄. Ita eorū qui fecere uirtus tanta habetur: quantum eam uerbis potuere extollere preclara ingenia. ¶ Accedit huic ciuitati non parua etiā litteris et philosophis gloria: ꝙ ibi potissimum talia studia uiguerūt. Nam quantū attinet ad Imperiū: nullū maius primis tēporibus q̄ Assyriorū fuit: nec tā lōge lateq; diffusū. Quippe ubi Ninus Rex: Beli filius: uniuersā Asiā: que totius orbis ad numeꝝ ꝑtiū tertia dicitur: ad magnitudinem uero dimidia reperitur: usq; ad libye fines subegisse traditur. Solis quippe indis in partibus orientis nō dn̄abat̄: quos tamē eo defuncto Semiramis uxor eius est aggressa bellādo. Ita factum est: ut quicunq; in illis terris populi siue Reges erant: Assyrioꝝ regno ditioniq; parerent: & quicquid imperaret̄ efficerent. Abraā ergo in eo regno apud Chaldeos Nini tēporibus natus ē. Sed qm̄ res grece historie multo sūt nobis q̄ Assyrie notiores: & ꝑ Grecos ad Latinos: ac deiñ ad Romāos q etiā ipsi Latini sūt: tēporū seriē deduxerūt: q gentē populi Romāi in originis eius antiqtate rimati sūt: ob hoc debemus: ubi opus ē Assyrios memorare Reges: ut appareat quēadmodū Babylonia: quasi prima Roma cū ꝑegrina in hoc mundo dei ciuitate ꝓcurrat. Res autem quas ꝓpter comparationē ciuitatis utriusq; terrene scilicet: & celestis huic operi oportet īserere: magnis ex Grecis & Latinis ubi ipsa Roma q̄si secūda Babylonia est: debemus assumere. Quādo ergo natus ē Abraā secundi Reges erāt: apud Assyrios Ninus: apud Sicyonios Cecrops. Primi autem: illic Belus hic Agialeus fuerūt. Cū uero egresso Abraā de Babylonia promisit ei deus ex illo magnā futurā gentē: & in eius semine oīm gentiū bn̄dictionē: Assyrii quartū Regē habebāt: Sicyonii quintū. Apud illos.n. regnabat filius Nini post matrē Semiramidē: que ab illo interfecta perhibet̄: ausa filiū mater īcestare cōcubitu. Hāc putāt nōnulli cōdidisse Babylonē: quā qdē potuit instaurare. Quādo autē uel quō cōdita fuerit in sextodecio libro diximus. Filiū porro Nini & Semiramidis q matri successit in regnū: quidā etiā ipsū Ninū: qdā uero deriuato a patre uocabolo Ninū uocāt. Sicyniorū autē Regnum tūc tenebat Telexion. Quo regnante usq; adeo ibi initia & leta tēpora fuerūt: ut eū defunctum uelut colerēt deū: sacrificādo: & ludos celebrādo: quos ei ꝑmitus institutos ferūt.

¶ Quibus regnantibus apud Assyrios atq; Sicyonios Abrae cētenario Isaac de ꝓmissione sit natus. uel ipsi Isaac sexagenario Esau & Iacob gemini de rebecca sint editi. ¶ C. iii.

QVius tēporibus etiā Isaac ex promissione dei natus est: cētenario patri filius Abrae: de Sara coniuge que sterilis & anus iam spem prolis amiserat. Tunc et Assyriis quintus erat Rex Arabus ipsi uero Isaac sexagenario nati sunt filii gemini Esau & Iacob: quos ei Rebecca uxor pepit auo eoꝝ Abraā adhuc uiuēte: & centū sexaginta etatis annos agente: q expletis centū septuaginta qnq; annis defunctus ē: regnātibus apud Assyrios Xerxe illo antiquiore qui etiā Baleus uocabatur: et apud Sicyonios Thyriacho: quē qdā Thyrimachū scribūt septimis regibus. Regnū autē Arguiorum simul cū Abrae nepotibus ortū est. ubi primus regnauit Inachus. Sane qd̄ pretereundū nō fuit: etiā apud sepulchrū septimi sui regis Thyriachi sacrificare

Sicyonios solere Varro refert. Regnantibus porro octauis regibus Armamitre Assyrioꝝ: Sicyonioꝝ Leucippo: & primo argiuoꝝ Inacho: deus locutus ē ad Isaac: atq; ipsi quoq; eadē que patri eius duo illa ꝓmisit: semini scilicet eius terrã Chanan: & in eius semine benedictionē cunctarũ gētium. Hec ipsa promissa sunt etiam filio eius nepoti Abrae qui est appellatus primo Iacob: post Israel: cũ iã Bellonus Rex nonus Assyrius & Phoroneus Inachi filius secũdus regnaret Argiuis: Leucippo apud Sicyonios adhuc permanēte. His tēporibus Gretia sub Phoroneo Argolico Rege: legum & iudicioꝝ quibusdã clarior est facta institutis. Phegous tamen frater huius Phoronei iunior cũ esset mortuus: ad eius sepulchrũ templũ est constitutum in quo coleretur ut deus: & ei boues immolarent̃. Credo honore tanto ideo dignũ putarũt: quia in regni sui parte pater quippe loca ambobus distribuerat in quibus eo uiuēte regnarent: iste sacella constituerat ad colendos deos: et docuerat obseruari tempora per menses atq; annos: quid eorum quatenus metirentur atq; numerarent. Hec in eo noua mirantes rudes adhuc homīes: morte subdita deum esse factũ siue opinati sũt: siue uoluerunt. Nam & Io filia Inachi fuisse perhibetur: que postea Isis appellata: ut magna dea culta ē in Egypto: quamuis alii scribãt eã ex Ethiopia in Egyptũ uenisse Reginã: & ꝙ late iusteq; imꝑauerit: eisq; multa cõmoda & litteras īstituerit: hunc honorem ei habitum esse diuinum posteaq̃ ibi mortua est: et tantũ honorē: ut capitali crimine reus existeret: si quis eam fuisse hominem diceret.

De temporibus Iacob: & filii eius Ioseph. C. iiii.

Regnãtibus Assyrioꝝ decio Rege Baleo: & Sicyonioꝝ nono Mesappo: q̄ etiã Cephisos a q̄busdã tradit̃: si tamē duũ nominũ homo unus fuit: ac non potius alterũ ꝓ altero putauerunt fuisse hominē: q̄ in suis posuerunt scriptis alterũ nomē: cũ Rex Argiuoꝝ tertius Apis esset: mortuus ē Isaac annoꝝ centũ. lxxx: et reliquit geminos suos annoꝝ centũ & uigiti. Quorũ minor Iacob pertinēs ad ciuitatē dei de qua scribimus maiore utiq; reprobato: habebat duodecim filios: quoꝝ illũ q̄ uocabãt Ioseph: mercatoribus in Egyptũ trãseuntibus fratres adhuc Isaac auo eorũ uiuēte uendiderant. Stetit autem ante Pharaonem Ioseph: quando ex humilitate quam pertulit sublimatus est cũ triginta annoꝝ eēt: q̄m somnia Regis diuine interp̄tatus: prenũtiauit septem ubertatis annos futuros: quorũ abundantiã prepollentem cõse/quentes alii septē steriles fuerant consũpturi: & ob hoc eũ Rex prefecerat Egypto de carcere liberatũ: quo eum coniecerat integritas castitatis: quam fortiter seruans male amanti dñe & male credulo dño mentiture: ueste etiam derelicta de manibus attrahētis aufugiens nõ cõsensit ad stuprũ. Secũdo aũt anno septē annoꝝ sterilitũ: Iacob ī Egyptũ cũ omnibus suis uenit ad filiũ: agens annos centum & triginta sicut interroganti Regi ipse respondit: cum Ioseph ageret triginta et nouem ad trigīta scilicet quos agebat q̄n a rege honoratus ē additis septem ubertatis & duobus famis.

De Api Rege Argiuorum: quem Egyptii Serapin nominatum diuino honore coluerunt. C. v.

His tēporibus Argiuoꝝ Rex Apis nauibus trãsuectus ī Egyptũ: ibi cũ mortuus fuisset factus ē Serapis omniũ maximus Egyptioꝝ deus. Nominis autē huius cur non Apis etiã post mortē sed Serapis appellatus sit: facillimam rationem Varro

reddidit. Quia enim arca ĩ qua mortuuſ ponitᷣ q̃d oẽſ iã ſarcophagũ uocãt ſoroſ dicitur grece: & ibi eũ ſepultũ uenerari ceperunt: priuſ q̃ templũ eiuſ eẽt extructũ: uelut Soroſapiſ uel Sorapiſ p̃mo: deide una littera ut fieri aſſolet cõmutata: Serapiſ dictuſ eſt. Conſtitutum eſt etiam de illo: ut quiſq̃ſ eũ fuiſſe hominẽ dixiſſet: capitalẽ penderet penam. Et quoniam fere in omnibuſ templiſ ubi colebantur Iſiſ & Serapiſ: erat etiã ſimulacrum q̃d digito labiiſ impreſſo admonere uideretᷣ ut ſilẽtium fieret: hoc ſignificare idem Varro exiſtimat ut homieſ eoſ fuiſſe taceretᷣ. Ille autẽ boſ quẽ mirabili uanitate decepta Egyptuſ in eiuſ honorẽ deliciiſ affluẽtibuſ alebat: q̃m eũ ſine ſarcophago uiuũ uenerabantᷣ: Apiſ nõ Serapiſ uocabatᷣ. Quo boue mortuo q̃m querebatur: & reperiebatᷣ uituluſ coloriſ eiuſdẽ: hoc ẽ albiſ q̃buſdam maculiſ ſimiliter inſignituſ: mirũ & quiddã diuinituſ ſibi procuratũ eſſe credebãt. Nõ enim magnũ erat demonibuſ ad eoſ decipiendoſ: phantaſiã taliſ tauri quã ſola cernerent: oſtẽtare uacce concipienti: atq; pregnanti: unde libido matriſ attraheret quod in eiuſ fetu iã corpaliter appareret: ſicut Iacob de uirgiſ uariatiſ ut oueſ & capre uarie naſcerentᷣ effecit. Quod enim homineſ coloribuſ & corporibuſ ueriſ: hoc demoneſ figuriſ fictiſ facillime poſſunt animalibuſ concipientibuſ exhibere.

¶Quo regnante apud argiuoſ: quoue apud Aſſyrioſ Iacob in Egypto mortuuſ ſit. ¶C. vi.

APiſ autẽ rex nõ Egyptiorũ: ſed Argiuorũ mortuuſ eſt ĩ Egypto. Huic filiuſ Arguſ ſucceſſit in regnum: Ex cuiuſ nomine Argi & ex hoc Argiui appellati ſunt. Superioribuſ autẽ Regibuſ: nondũ uel locuſ uel genſ habebat hoc nomẽ. Hoc regnante apud Argiuoſ: & apud Sicyonioſ Eracho: apud Aſſyrioſ uero adhuc ma/nente Baleo: mortuuſ ẽ Iacob ĩ Egypto annoꝝ centũq̃dragintaſeptẽ cũ morituruſ filioſ ſuoſ & nepoteſ ex Ioſeph benedixiſſet: Xp̃mq; aptiſſime prophetaſſet dicẽſ in benedictione Iudæ: non deficiet princepſ ex Iuda et dux de femoribuſ eiuſ: donec ueniant que repoſita ſunt ei: et ipſe erit expectatio gentium. Regnãte Argo cepit uti frugibuſ Grecia: & habere ſegeteſ in agricultura: delatiſ aliũde ſeminibuſ. Arguſ quoq; poſt obitũ deuſ haberi cepit: tẽplo & ſacrificiiſ honoratuſ. Qui honor eo reg/nante & ante illum delatuſ eſt homini priuato: & fulminato cuidam Homogyro: eo q̃ primuſ ad aratrum boueſ iunxerit.

¶Quuorum Regum tempore Ioſeph in Egypto defunctuſ ẽ. ¶C. vii.

REgnantibuſ Aſſyrioꝝ duodecimo Ermaſco & undecimo Sicyonioꝝ Pleminneo et Argiſ adhuc manẽte Argo: mortuuſ ẽ Ioſeph ĩ Egypto annoꝝ centũ & x. Poſt cuiuſ mortẽ populuſ dei mirabiliter creſcẽſ mãſit ĩ Egypto centumq̃dragita/quinq; annoſ: tranquille priuſ donec morerentᷣ q̃buſ Ioſeph notuſ fuerat. Deide quia inuidebatᷣ incrementiſ eiuſ eratq; ſuſpectuſ: quouſq; inde liberaretᷣ: perſecutionibuſ affligebatᷣ innumeriſ: inter quaſ tamẽ diuinituſ fecundata multiplicatione creſcebat: et laboribuſ premebatur intolerabiliſ ſeruitutiſ: In Aſſyria uero & Grecia per idem tempuſ regna eadem permanebant.

¶Quorum Regum etate Moyſeſ natuſ ſit. & quoꝝ demum iiſdem temporibu ſ ſit orta religio. ¶C. viii.

DVm ergo regnaret Aſſyriſ quartuſdecimuſ Saphruſ: & Sicyoniſ duodecimuſ Orthopoliſ: & Criaſuſ quintuſ Argiuiſ: natuſ eſt in Egypto Moyſeſ: per quẽ

populus dei de seruitute Egyptia liberatus ē. In qua eū ad desiderādū sui creatoris auxiliū sic exerceri oportebat. Regnātibus memoratis Regibus: fuisse a quibusdam credit̄ Prometheus: quem ꝓpterea ferūt de luto formasse hoīes: qa optimus sapientie doctor fuisse perhibet̄. nec tamē ostendit̄ q eius tēporibus fuerint sapientes. Frater eius Atlas magnus fuisse astrologus dicit̄. Vnde occasionem fabula inuenit: ut eum celū portare cōfingeret: quamuis mōs eius nomīe nuncupet̄: cuius altitudine potius celi portatio in opinionem uulgi uenisse uideat̄. Multa quoq; alia ex illis in Gretia tēporibus cōfingi fabulosa ceperūt. sed usq; ad Cecropem regem Athenensium: quo regnante eadem ciuitas etiā tale nomen accepit: & quo regnante deus per Moysen perduxit ex Egypto populū suū: relati sunt in deorū numerū aliq mortui ceca et uana consuetudine ac superstitiōe Grecorū. In quibus Girasi regis coniunx Melā/tomice: & Forbas filius eorū q post patrē Rex Argiuorum sextus fuit: & septimi regis Triope filius Iasus: & Rex nonus Stenelas siue Steneleus: uarie quippe in di/uersis autoribus inuenit̄. His tēporibus etiā Mercurius fuisse ꝑhibet̄ nepos Atlantis ex Maia filia eius: quod uulgatiores etiā littere ꝑsonāt. multarū autē artiū peritus claruit: q̄s & hominibus tradidit quo merito eū post mortē deū eē uoluerūt siue etiā crediderunt. Posterior fuisse Hercules dicit̄: ad ea tamē tēpora ꝑtinens Argiuorum q̄uis nōnulli eum Mercurio ꝓferāt tēpore: quos falli existimo. sed quolibet tēpore nati sint: cōstat inter historicos graues q hec antiq̄ litteris mādauerūt: ambos hoīes fuisse: & ꝙ mortalibus ad istā uitam cōmodius ducendā beneficia multa cōtulerint: honores ab eis meruisse diuinos. Minerua uero lōge his antiqor. Nā tꝑibus Ogygi ad locū q Tritonis dicit̄ uirginali fert̄ apparuisse etate: unde & Tritonia nūcupata ē multorū sane operū inuentrix: & tāto procliuius dea credita: q̄to minus origo eius innotuit. Quod enim de capite Iouis nata canit̄: poetis & fabulis nō historie rebusq; gestis est applicandū. Quamq̄ Ogygius ipse qn̄ fuerit: cuius tēporibus etiā diluuium magnū factū ē: non illud maximū in quo nulli homines euaserūt nisi q in arca esse potuerūt: ꝙ gentium nec greca nec latina nouit historia: sed tamen maius q̄ post ea tēpore Deucaliōis fuit: īter scriptores historie nō cōuenit. Nā Varro inde exorsus ē librū: cuius mentionē superius feci: & nihil sibi ex quo perueniat ad res Romanas proponit antiquius q̄ Ogygii diluuium: hoc est Ogygii factū temporibus. Nostri autē qui chronicā scripserūt prius Eusebius post Hieronymus: qui utiq; ꝓcedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt: post annos amplius q̄ trecentos iam secundo Argiuorum Foroneo Rege regnāte: Ogygii diluuiū fuisse commemorāt. sed quolibet tꝑe fuerit iam tn̄ Minerua tanq̄ dea colebat̄: regnante Atheniensibus Cecrope: sub quo Rege etiam ipsā uel instauratam ferunt uel conditam ciuitatem.

Quando Atheniensium ciuitas sit condita: & quā causam no minis eius Varro perhibeat. C. ix.

NAm ut Athene uocarent̄ quod certe nomen a Minerua est que grece Athena dicit̄: hanc causam Varro indicat: Cum apparuisset illic repēte oliue arbor & alio loco aq̄ erupisset: Regē ꝓdigia ista mouerunt. Et misit ad Apollinē Delphicū sciscitatum: quid intelligendū esset: quid ue faciendū. Ille respondit ꝙ olea Mineruā signaret: unda Neptunnum: & ꝙ esset in ciuium potestate ex cuius nomine potius duorum deorum: quorum signa illa essent ciuitas uocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto ciues oēs utriusq; sexus. mos enī eis tunc in eisdem locis erat ut etiam femine

publicis consultationibus interessent: ad ferendum suffragium conuocauit. Consulta
igitē multitudine mares ꝑ Neptunno: femine pro Minerua tulere sententias. Et qa
una plus inuenta est fæminarum : Minerua uicit. Tunc Neptunnus iratus marinis
fluctibus exestuātibus terras Atheniensiū populatus est: qm̄ spargere latius quolibet
aquas difficile demonibus non est. Cuius ut iracundia placaretē: triplici supplitio dicit
idem autor ab Atheniensibus affectas eē mulieres: ut nulla ulterius ferrent suffragia:
ut nullus nascentiū maternum nomē acciperet: ut ne quis eas Atheneas uocaret. Ita
illa ciuitas mater ac nutrix liberaliū doctrinarū: & tot tātorūq; philosophorū qua
nihil habuit Gretia clarius atq; nobilius: ludificātibus demonibus de lite deoꝝ suoꝝ
maris & femine: & de uictoria per feminas: femīe Athenas nomē accepit. Et a uicto
lesa ipsam uictricis uictoriam punire compulsa ē: plus aquas Neptunni q̄ Minerue
arma formidās: Nā in mulieribus que sic punite sūt: & Minerua que uicerat uicta
est. Nec affuit suffragatricibus suis: ut suffragioꝝ deīceps ꝑdita potestate & alienatis
filiis a nomibus matrum: Atheneas saltem uocari liceret: & eius dee mereri uocabolū
quam uiri dei uictricem fecerant ferendo suffragiū de quo satis apparet que & q̄nta
hinc dici possent: nisi sermo ad alia properaret.

¶ Quid Varro tradat de nūcupatiōe Areopagi & diluuio deucaliōis. ¶ C. x.

ET tamen. M. Varro nō uult fabulosis aduersus deos fidem adhibere figmentis:
ne de maiestatis eorum dignitate indignum aliquid sentiat. Et ideo nec Are/
opagon ubi cū Atheniēsibus Paulus Apostolus disputauit: ex quo loco Areopagite
appellati sunt curiales urbis eiusdē uult inde accepisse nomen: ꝙ Mars q grece Ares
dicitur. cum homicidii crimine reus fieret: iudicātibus duodecim diis in eo pago sex
sententiis absolutus est. & quia ubi paris numeri sententie fuissent: preponi absolutio
damnationi solebat. Sed contra istam que multo est amplius celebrata opinionē aliā
quādam de obscurarū noticia litterarū causam nominis huius conatur astruere: ne
Areopagon Atheniēses de noīe Martis & pagi q̄si Martis pagū nominasse credantē:
iniuriam uidelicet numinū a qbus litigia uel iudicia existimat aliena: non minus hoc
quod de Marte dicitur falsum esse asseuerans: q̄ illud quod de tribus deabus Iunone
scilicet & Minerua & Venere: que pro malo aureo adipiscendo apud iudicem Paridē
de pulchritudine excellentia certasse narrantē: & ad placādos ludis deos q delectantē
seu ueris seu falsis istis criminibus suis: inter theatricos plausus cantantē: atq; saltātur.
Hec Varro non credidit: ne deorū nature seu moribus credat incōgrua: & tamē nō
fabulosā sed historicā rationē de Athenarū uocabolo reddens tantam Neptunni &
Minerue litem suis litteris inserit: de cuius nomine potius illa ciuitas uocaretur: ut cū
ꝓdigioꝝ ostentatiōe contenderent: inter eos iudicare nec Apollo consultus auderet:
sed deorū iurgiū finiendū sicut memoratarū trium dearū ad Paridem Iupiter: ita &
iste ad homines mitteret: ubi uinceret Minerua suffragiis: & ī pena suarū suffraga/
tricum uinceretē. que in aduersariis suis uiris obtinere Athenas potuit: & amicas suas
femīas Atheneas habere nō potuit. His tēporibus ut Varro scripsit regnāte Atheni/
ensibus Cranao successore Cecropis: ut aūt nostri Eusebius et Hieronymus adhuc
eodem Cecrope permanente: diluuium fuit quod appellatum est Deucalionis: eo ꝙ
ipse regnabat in earum terrarum partibus ubi maxime factum est.

¶ Quo tempore Moyses populum dei de Egypto eduxerit: & Iesu
Naue: qui eidē successit: quoꝝ regū etate sit mortuus. ¶ C. xi.

HOc aũt diluuiũ nequaq̃ ad Egyptũ atq; ad eius uicinia puenit. Eduxit ergo Moyses ex Egypto populum dei nouissimo tempore Cecropis Atheniensium Regis: cũ apud Assyrios regnaret Astatades: apud Sicyonios Maratus: apud Argiuos Triopas. Educto autẽ populo in mõte Syna diuinitus acceptã tradidit legẽ: q̃d uetus dicitur testamentum: quia promissiones terrenas habet. & per Iesum Xpristũ futurum erat testamẽtum nouum: quo regnum celorum promitteretur. Hũc enim ordinem seruari oportebat. sicut in uno quoq; homine qui in deum proficit: id agitᷣ: quod ait Apostolus: ut nõ sit prius q̃d spiritale est: sed q̃d animale: postea spiritale. quoniam sicut dicit & uerum est: primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. Rexit autẽ populũ Moyses per ãnos q̃draginta ĩ deserto: & mortuus est annorũ centum & uiginti: cũ Xp̃m etiã ipse prophetasset p figuras obseruationũ carnaliũ in tabernaculo: & sacerdotio & sacrificiis: aliisq; mysticis plurimisq; mãdatis. Moysi successit Iesus Naue: & in terra promissionis introductum populũ collocauit ex autoritate diuina: debellatis gentibus a quibus eadem loca tenebantur. qui cum populum rexisset post mortem Moysi uiginti & septem annos: etiã ipse defunctus ẽ regnante apud Assyrios octauodecio Aminta: apud Sicyonios sextodecimo Corace: apud Argiuos decimo danao: apud Athenienses quarto Erichthonio.

De sacris falsorum deorum: que Reges Grecie illis temporibus instituerunt: quæ ab exitu Israel de Egypto: usq; ad obitũ Iesu Naue dinumeranturᷣ. C. xii.

POst hec tẽpora: id ẽ ab exitu Israel ex Egypto usq; ad mortẽ Iesu Naue: per quem populus idem terram repromissionis accepit: sacra sũt instituta diis falsis a Regibus Grecie: que memoriã diluuii & ab eo liberatiõis hoĩm uiteq; tũc erũnose: modo ad alta: modo ad plana migrantium: sollemni celebritate reuocarunt. Nam et Lupercorũ per sacram uiã ascensũ: atq; descensũ sic interpretanturᷣ: ut ab eis significari dicant hoĩes q propter aque inundationẽ summa montiũ petiuerunt: & rursus eadẽ residente ad ima redierunt. His tẽporibus Dionysũ q etiã Liber pater dictus est: & post mortẽ deus habitus: uitẽ ostẽdisse ferũt ĩ Attica terra hospiti suo. Tũc Apollini Delphico instituti sunt ludi musici: ut placaretur ira eius qua putabant afflictas esse sterilitate grece regiones: q̃a nõ defenderũt templũ eius q̃d Rex Danaus cũ easdẽ terras bello ĩuasisset incẽdit. Hos autẽ ludos ut instituerẽt oraculo sũt eius admoniti. In Attica uero rex Erichthonius ei ludos primus instituit: nec ei tantum sed etiam Minerue: ubi premiũ uictoribus oleũ ponebaturᷣ: q eius fructus inuentricẽ Mineruã sicut uini Liberũ tradũt. Per eos ãnos a Rege Xantho Cretensiũ: cuius apud alios aliud nomen inuenimus: rapta phibetᷣ Europa: & ĩde geniti Rhadamãtus: Sarpedõ & Minos: quos magis ex eadẽ muliere filios Iouis esse uulgatũ est. Sed taliũ deorũ cultores illud q̃d de Rege Cretẽsiũ diximus historice ueritati: hoc aũt q̃d de Ioue poete cantant: theatra cõcrepant: populi celebrant: uanitati deputãt fabularum. ut esset unde ludi fierent placandis numinibus etiã falsis eorum criminibus. His tp̃ibus Hercules in Tyria habebatur clarus. Sed nimirũ alius non ille de quo supra locuti sumus. Secretiore quippe historia plures fuisse dicunturᷣ: & Liberi patres & Hercules. Hunc sane Herculem cuius ingentia duodecim facta numerant: inter quæ Antei Afri necem non cõmemorant q ea res ad alterũ Herculem pertinet. in Oetha mõte a seipo incensũ pdunt suis litteris: cũ ea uirtute qua mõstra subegerat: morbũ tamẽ

quo languebat sustinere nó posset. illo tépore uel Rex uel potius Tyrãnus Busiris suis diis: suos hospites immolabat: quem filium perhibent fuisse Neptúni ex matre Lybia filia Epaphi. Verũ non credatur hoc stuprũ perpetrasse Neptunnus: ne dii accusent: sed poetis & theatris tribuant ista: ut sit unde placent. Erichthonii Regis Atheniẽsiũ: cuius nouissimis ãnis Iesus Naue mortuus reperit: Vlcanus & Minerua parentes fuisse dicũtur. Sed quoniã Mineruã uirginẽ uolunt in amboꝝ contentiõe Vulcanũ commotũ effudisse aiũt semẽ in terrã: atq; inde homini nato ob eã causã tale inditũ nomẽ. Greca.n. lingua erix cõtentio: & Chthon terra ẽ. ex qbus duobus compositũ uocabolũ ẽ Erichthonius. Verũ qd' fatendum est: refellunt & a suis diis repellunt ista doctiores: q hanc opini onem fabulosam hinc exortam ferũt: qa in templo Vulcani & Minerue ꝙ ambo unũ habebant Athenis: expositus inuentus est puer dracone inuolutus: qui eũ significauit magnũ futurũ: & ꝓpter hoc commune templũ cũ eẽnt parẽtes eius ignoti: Vulcani & Minerue dictũ eẽ filiũ: noĩs tñ eius originem fabula illa potius: q̃ ista designat historia. Sed quid ad nos hoc: cum isti in ueracibus libris homĩes instruant religiosos: illud in fallacibus ludis demones delectet impuros? Quos tamẽ illi religiosi tanq̃ deos colũt. & cũ de illis hec negant ab omni eos crimine purgare nõ possũt: qm̃ ludos eis poscentibus exhibẽt ubi turpiter agũt: que uelut sapienter negant: & his falsis ac turpibus dii placantur. ubi etiam si fabula cantat tã hominũ crimẽ q̃ numinũ falsũ: delectari tamẽ falso crimĩe: crimẽ ẽ uerũ.

Qualium fabularum figmenta exorta sint eo tempore quo hebreis Iudices preesse ceperunt. C. xiii.

POst mortẽ Iesu Naue populus dei Iudices habuit: qbus tꝑibus alternauerunt apud eos & humilitates laborũ ꝑ eorum peccatis: & prosperitates consolationũ ꝓpter miserationẽ dei. His tẽporibus fabule facte sunt de Triptolemo qui iubente Cerere anguibus portatus alitibus indigẽtibus terris frumẽta uolando contulerit. De minotauro ꝙ bestia fuerit inclusa labyrintho: quo cum intrassẽt hoĩes inexecrabili errore inde exire nõ poterãt. De cẽtauris ꝙ equoꝝ hoĩmq; natura fuerit cõiuncti. De cerebro ꝙ sit triceps īferoꝝ canis. De Phrixo & Helle eius sorore ꝙ uecti ariete uolauerũt. De Gorgone ꝙ fuerit crinita serpẽtibus: & aspiciẽtes cõuertebat in lapides. De Bellerophõte ꝙ equo pennis uolãte sit uectus. q equus Pegasus dictus ẽ. De Amphione ꝙ cithare suauitate lapides mulserit & attraxerit. De fabro Dædalo et eius filio Icaro ꝙ sibi coaptatis pennis uolauerint de Edipo: q monstrũ quoddã qd' Spinga dicebat humana facie q̃drupes soluta: que ab illa ꝓponi solebat uelut ĩsolubili questiõe suo ꝑcipitio perire cõpulerit. De Anteo quẽ necauit Hercules ꝙ filius Terre fuerit: ꝓpter qd' cadẽs in terrã fortior soleret assurgere. Et si qua forte alia pretermisi. He fabule ad bellũ usq; Troianum ubi secundum librum. M. Varro de Populi Romani gẽte finit ex occasiõe historiarũ que res ueraciter gestas continẽt: ita sũt ingeniis hoĩm ficte: ut nõ sint opprobriis numinũ affixe. Porro autẽ qcunq; finxerint a Ioue ad stuprũ raptũ pulcherrimũ puerũ Ganymedẽ: qd' nephas Rex Tantalus fecit: & Ioui fabula tribuit. Vel Danes per hymbrẽ aureũ appetisse concubitũ: ubi ĩtelligit' pudicicia mulieris auro fuisse corrupta: que illis tꝑibus uel facta uel ficta sunt: aut facta ab aliis & ficta de Ioue: dici non potest quantum mali de hominũ ꝑsumpserũt cordibus: ꝙ possent ista patiẽter ferre mendacia: que tamẽ etiã libenter amplexi sunt. Qui utiq; quanto deuotius Iouem colũt: tanto eos: q hec de

illo dicere ausi sunt seuerius punire debuerũt. Nũc uero nõ solũ eis: q ista finxerũt irati non sunt: sed nisi talia figmenta etiam in theatris agerentur: ipsos deos potius iratos habere timuerunt. His temporibus Latona Apollinẽ peperit: nõ illum cuius oracula solere consuli superius loquebamur: sed illũ quẽ cum Hercule ferũt Admeti Regis armenta pauisse. Qui tamẽ sic ẽ deus creditus ut plurimi ac pene omnes unũ eundẽq; Apollinem fuisse opinentᷓ. Tunc & Liber pater bellauit in India: q multas habuit in exercitu feminas que Bacche appellate sũt: nõ tã uirtute nobiles q̃ furore. Aliqui sane & uictum scribunt istum Liberum et uinctum. nonnulli et occisum in pugna a Perseo: nec ubi fuerit sepultus tacent. Et tamẽ eius uelut dei nomine ꝑ immundos demones Bacchanalia sacra: uel potius sacrilegia sunt instituta. De quorum rabiosa turpitudine post tã multos annos sic Senatus erubuit: ut in Vrbe Romana esse ꝓhiberet. Per ea tẽpora Perseus & uxor eius Andromeda postea q̃ sunt mortui: sic eos ĩ celũ eẽ receptos crediderũt: ut imagines eoꝝ stellis designare: eoꝝq; appellare noĩbus nõ erubescerent: nec timerent.

De Theologis poetis. C. xiiii.

PEr idem tẽporis interuallũ extiterũt poete q etiã Theologi dicerentᷓ: quoniã de diis carmĩa faciebãt: sed talibus diis q licet magni hoĩes: tamẽ hoĩes fuerunt: aut mundi huius quẽ uerus deus fecit elemẽta. Sunt aũt in principatibus & ptãtibus pro uoluntate creatoris et non suis meritis ordinati: et siquid de uno uero deo inter multa uana & falsa cecinerunt: colendo cũ illo alios qui dii non sunt: eisq; exhibẽdo famulatũ qui uni tantum debetur deo: non ei utiq; rite seruierunt: nec a fabuloso deorum suorũ dedecore etiã ipsi se abstinere potuerunt. Ex quorum numero fuisse ꝓhibentᷓ Orpheus: Museus: Linus. Verũ isti Theologi deos coluerũt: nõ ꝓ diis culti sũt. q̃uis Orpheum nescio quomõ infernis sacris uel potius sacrilegiis preficere soleat ciuitas impioꝝ. Vxor aũt regis Athamãtis que uocabatᷓ Io: & eius filius Melicertes precipitio spõtaneo in mari perierũt: & opiniõe hoĩm in deos relati sunt: sicut & alii hoĩes eorũ temporũ inter quos fuerunt Castor & Pollux. Illã sane Melicerte matrẽ Leucotheam greci Matrem Matutam Latini uocauerũt: utriq; tamẽ putãtes deã.

De occasu regni Argiuorum quo tempore apud Laurẽtes Picus Saturni filius regnũ patris primus accepit. C.xv.

PEr ea tẽpora Regnum finitũ ẽ Argiuorũ: translatum ad Micenas unde fuit Agamemnõ: & exortũ est regnũ Laurentiũ ubi Saturni filius Picus Regnũ primus accepit: iudicante apud Hebreos femina Delbora: sed per illã dei spiritus id agebat: nã & Prophetissa erat. Cuius ꝓphetia minus apta ẽ: quã ut possimus eam sĩ diuturna expositiõe de Xp̃o demõstrare ꝑlatã. Iã ergo regnabãt: Laurẽtes utiq; ĩ Italia: Ex q̃bus euidentior ducitᷓ origo Romana post Grecos: & tñ adhuc Regnũ Assyriorum permanebat: ubi erat Rex uicesimus & tertius Lampares: cum primus Laurentum Picus esse cepisset. De huius Pici patre Saturno uiderint quid sentiant talium deorum cultores: qui eum negãt hominem fuisse. de quo & alii scripserũt: ꝙ ante Picum filiũ suum in Italia ipse regnauerit: & Virgilius notioribus litteris dicit.

Is genus indocile et dispersum montibus altis.
Composuit: legesq; dedit: Latiumq; uocari. Maluit.
His quoniam latuisset tutus in oris.

Aurea que perhibent illo sub rege fuere. secula.
Sed hec poetica opinentur esse figmenta: & Pici patrē Stercen potius fuisse asseuerēt: a quo peritissimo agricola inuentum ferūt: ut fimo animalium agri fecundarentur: quod ab eius nomine stercus dictum est. unde & hunc quidam Stercutium uocatū ferunt. Qualibet autem ex causa eum Saturnum appellare uoluerint: certū est tamē hunc fuisse Stercen siue Stercutium quem merito agriculture fecerunt deum. Picum quoq; similiter eius filium in talium deorum numerum receperunt: quem preclarum Augurem & belligeratorem fuisse asserunt. Picus Faunum genuit: Laurentū Regē secundum. etiam iste deus illis siluestris fuit.

De Diomede post Troie excidium in deos relato: cuius socii traditi sunt in uolucres eē cōuersi. C.xvi.

Hos ante Troianū bellū diuinos honores mortuis hominibus detulerūt. Troia uero euersa & excidio illo usq;quaq; cātato puerisq; notissio: qđ & magnitudīe sui & scriptorū excellētibus linguis insigniter diffamatū atq; uulgatū est: gestumq; regnāte iā Latino Fauni filio: ex quo Latinorū Regnum dici cepit Laurentūq; dici cessauit: Greci uictores deletam Troiam derelinquētes & ad propria remeātes: diuersis & horrēdis cladibus dilacerati: atq; cōtriti sūt: & tñ etiā ex eis deorū suorum numerū auxerūt. Nā & Diomedē fecerūt deū: quē pena diuinitus irrogata phibēt ad suos nō reuertisse: eiusq; socios in uolucres fuisse conuersos: nō fabuloso poeticoq; mendacio sed historica attestatione confirmant. quibus nec deus ut putant factus humanā reuocare naturā: uel ipse potuit: uel certe a Ioue suo Rege tanq̄ celicola nouitius impetrauit. Quin etiā templū eius eē aiunt in insula diomedea: non longe a monte gargano q̄ est in apulia: & hoc templum circūuolare atq; incolere alites tam mirabili obsequio: ut rostrum aqua impleant: & aspergāt: & eo si greci uenerint uel Grecorum stirpe progeniti: nō solum quietas esse: uerum & super aduolare. si autem alienigenas uiderint subuolare: & capita eorū tanq̄ grauibus ictibus ut etiā perimāt uulnerare. Nam duris & grandibus rostris satis ad hec prelia perhibentur armate.

De incredibilibus hoim cōmutationibus qđ Varro crediderit. C.xvii.

Hoc Varro ut astruat commemorat alia non minus incredibilia: de Maga illa famosissima Circe que socios quoq; Vlyxis ī bestias mutauit: & de arcadibus q̄ sorte ducti transnatabāt quoddā stagnū: atq; ibi conuertebantur in lupos: et cum similibus feris per illius regiōis deserta uiuebāt. Si uero carne nō uescerēt humana: rursus post nouem annos eodē renatato stagno reformabant̄ in hoies. Deniq; etiā nominatim expressit quendā hoiem cū gustasset de sacrificio qđ Arcades immolato puero deo suo Lyceo facere solēt: in lupū fuisse mutatū: & anno decimo in figurā propriā restitutū: ad pugillatū sese exercuisse & Olympiaco uicisse certamine. Nec idē ppter aliud arbitratur ab historicis in Arcadia tale nomē affictum Panilyceo & Iouilyceo: nisi ppter hanc in lupos hominum mutationē: q̄ ea nisi ui diuina fieri nō putarent. Lupus. n. grece lycos dicit̄ unde Lycei nomē apparet inflexū. Romanos etiam Lupercos ex illorum mysterioꝝ ueluti semine dicit exortos. Sed de ista tāta ludificatione demonum nos quid dicamus: quia hec legent: fortassis & expectāt: qđ xpiani agere debeant: quando inter idola gentium miracula fieri asserunt? Et quid dicemus nisi de medio Babylonis esse fugiendum? Quod preceptum propheticū ita

spiritaliter intelligitur: ut de huius seculi ciuitate: que profecto & angelorũ & hoĩm societas impiorũ ẽ: fidei passibus: que per dilectionẽ operatur: in deum uiuũ ꝓficiẽdo fugiamus. Quanto quippe in hec ima potestatem demonum maiorem uidemus: tãto tenacius mediatori est inherendum: per quem de imis ad summa cõtendimus. Si enim dixerimus ea nõ esse credenda: nõ desunt etiã nũc qui eiusmodi quedã uel certissima audisse uel etiã expertos se esse asseuerẽt. Nã & nos cũ eẽmus in Italia: audiebamus talia de q̃dã regiõe illarũ partiũ: ubi stabularias mulieres imbutas his malis artibus: in caseo dare solere dicebant quibus uellent seu possent uiatoribus: unde in iumenta illico uerterent̃: & necessaria queq; portarent: post que perfuncta opera: iterum ad se redirent: nec tamen in eius mẽtem fieri bestialem: sed rationalẽ humanãq; seruari: sicut Apuleius in libris quos Asini Aurei titulo inscripsit sibi ipsi accidisse: ut accepto ueneno: humano animo permanente asinus fieret: aut indicauit: aut finxit.

Quid credendum sit de transformationibus que arte demonũ hominibus uident̃ accidere. C. xviii.

Hec aut falsa sunt aut tã inusitata: ut merito nõ credantur. Firmissime tamen credendum est omnipotentem deum omnia posse facere: que uoluerit: siue iudicando: siue prestando: nec demones aliquid operari scd̃m nature sue potentiã: qa & ipsa angelica creatura ẽ: licet ꝓprio sit uitio maligna: nisi qđ ille permiserit cuius iudicia occulta sunt multa: iniusta nulla. Nec sane demones naturas creãt: si aliquid tale faciunt de qualibus factis ista uertit̃ questio: sed specietenus que a uero deo sũt creata commutant: ut uideant̃ esse: quod non sunt. Modo itaq; solum animum: sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim demonum arte uel potestate in membra uel liniamenta bestialia ueraciter posse conuerti: sed phãtasticum hominis qđ etiam cogitando siue somniãdo per rerum innumerabilium genera uariatur: & cũ corpus non sit corporũ tamen similes mira celeritate formas capit. sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus: ad aliorum sensuũ nescioquo ineffabili modo figura corpea posse ꝑduci: ita ut corpora ipsa hoĩm alicubi iaceãt: uiuẽtia qdẽ: sed multo grauius atq; uehementius quã somno suis sensibus obseratis. Phantasticum autem illud ueluti corporatũ ĩ alicuius animalis effigie apparet sensibus alienis: talisq; etiã sibi homo eẽ uidet̃: sicut talis sibi uideri posset in somnis & portare onera: que onera si uera sunt corpora portant̃ a demõibus ut illudat̃ hominibus: partim uera onerũ corpa ꝑtim iumentorũ falsa cernẽtibus. Nã quidã noĩe Prestãtius patri suo cõtigisse indicabat: ut uenenũ illud per caseũ in domo sua sumeret: & iaceret in lecto suo q̃si dormiẽs: q tamẽ nullo mõ poterat excitari. Post aliquot aũt dies eũ uelut euigilasse dicebat: & q̃si sõnia narrasse que passus est: caballũ se scilicet factũ annonã inter alia iumẽta baiulasse militibus: que dicit̃ Retia: qm̃ ad Retias deportauit. Quod ita ut narrauit factũ fuisse compertũ ẽ que tñ ei sua somnia uidebant̃. Indicauit & aliud se domui sue ꝑ noctẽ anteq̃ reqesceret uidisse ueniẽtẽ ad se quẽdã Philosophũ sibi notissimũ: sibiq; exposuisse quedã Platonica que antea rogatus exponere noluisset. Et cum ab eodem Philosopho quesitũ fuisset: cur in domo eius fecerit quod in domo sua petẽti negauerat: nõ feci inquit sed me fecisse sõniaui. Ac per hoc alteri per imaginẽ phãtasticam exhibitum est uigilanti: qđ alter uidit in somnis. Hec ad nos nõ qbuscũq; qualibus credere putaremus indignũ: sed eis referẽtibus peruenerunt: quos nobis non existimaremus fuisse mẽtitos. Proinde ꝙ homines dicũt: mãdatũq; ẽ litteris a diis uel

potius demonibus Arcades in lupos solere conuerti: & q
Carminibus Circe socios mutauit Vlyxis:
Secundum istum modum mihi uidetur fieri potuisse quod dixi: si tamen factū est.
Diomedeas aūt uolucres: qñ quidē genus earū p successionē ppaginis durare phibet:
non mutatis hominibus factas: sed subtractis credo fuisse suppositas: sicut cerua pro
Iphigenia regis Agamēonis filia. Neq; enim demōibus iudicio dei pmissis huiusmodi
pstigia difficilia eē possūt. sed qa illa uirgo postea uiua reperta ē: suppositam p illa
ceruā eē facile cognitū ē. Socii uero Diomedis quia nusq̄ subito comparuerunt: &
postea nullo loco apparuerūt: perdētibus eos ultoribus angelis malis: & pro eis aues
occulte ex aliis locis ubi ē hoc genus auiū: ad ea loca pducte sūt: ac repēte supposite:
ideo credunt esse conuersi. Quod autē Diomedis in templū aquā rostris afferunt et
aspergunt: & q blandiunt greci genis atq; alienigenas psequunt: mirandū non ē fieri
demonū instinctu: quoꝝ interē: id est ad quos persuadere pertinet deū factum esse
Diomedē: ad decipiēdos hoīes ut falsos deos cū ueri dei iniuria multos colāt: & hoībus
mortuis q nec cū uiuerent uere uixerūt: tēplis: altaribus: sacrificiis: sacerdotibus: que
omnia cum recta sunt non nisi uni deo uiuo & uero debentur: inseruiant.

¶ Quod eo tempore Eneas in Italiam uenerit:
quo Labdon Iudex psidebat hebreis. ¶ C. xviii.

EO tēpore post captā Troiā atq; deletā: Eneas cū uiginti nauibus qbus portabantur reliquie Troianorum in Italiam uenit: regnante ibi Latino: & apud
Athenienses Menesteo: apud Sicyonios Polynphide: apud Assyrios Antane. Apud
Hebreos autē Iudex Labdon fuit. Mortuo autē Latino regnauit Eneas tribus
annis eiusdē in supradictis locis manentibus Regibus: nisi q Sicyoniorū iā Pelasgus
erat: & Hebreorū Iudex Samson. Qui cū mirabiliter fortis eēt: putatus ē Hercules.
Sed & Eneam quoniam quādo mortuus est non cōparuit: deū sibi fecerūt Latini.
Sabini etiā regem suū primū Xanthum siue ut aliq appellant Xanthiū: retulerūt
in deos. Per idem tempus Codrus Rex Atheniensiū Pelopōnensibus eiusdē hostibus
ciuitatis se interficiendū ignotus obiecit: & factū ē. hoc mō eum predicant patriam
liberasse. Responsum enim acceperāt pelopōnenses tūc demū se superaturos: si eorū
regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparendo: & in suā necem
per iurgia prouocando: Vnde ait Virgilius. ¶ Et iurgia Codri.
Hunc Athenienses tanq̄ deum sacrificiorum honore coluerūt. Quarto Latinorū
Rege Siluio Enee filio non de Creusa: de qua fuit Ascanius qui tertius ibi regnauit:
sed de Lauina Latini filia quem postumum Eneas dicitur habuisse. ¶ Assyriorum
autē uicesimo & nono Eneo. & Melantho Atheniensiū sextodecimo. Iudice autem
hebreorū Hely sacerdote: Regnū Sicyonioꝝ cōsumptū est: qd̄ p annos nōgentos
qnquagīta & nouē tradit̄ fuisse porrectū.

¶ De successiōe ordinis regni apud Israelitas post Iudices. C. xx.

MOx eisdem per lōga tempora memorata regnantibus: Israelitarū regnū finito
tempore iudicum a Saule Rege sumpsit exordium: quo tēpore fuit Prophetà
Samuel. Ab illo igitur tempore hi reges Latinorum esse ceperunt quos cognoīabāt
Siluios: ab eo qui filius Enee primus dictus est Siluius. ceteris subsecutis & propria
nomina imponebantur: & hoc non defuit cognomentum: sicut lōge postea Cesares

cognominati sunt qui successerunt Cesari Iulio. Reprobato autem Saule ne quis q̃
ex eius stirpe regnaret: eoq; defũcto Dauid successit in Regnũ post annos a Saulis
imperio quadraginta. Tunc Athenienses habere deinde Reges post Codri interitum
destiterũt: & magistratus habere ceperunt administrande reipu. Post Dauid q etiã
ipse. lx. regnauit: annos: filius eius Salomõ Rex Israelitarũ fuit: q illud nobilissimũ
dei Hierosolymitanũ templũ cõdidit. Cuius tẽpore apud Latinos condita ẽ. Alba:
ex qua deinceps nõ Latinoꝝ sed Albanoꝝ reges appellari in eodẽ tñ Latio ceperũt.
Salomoni aũt successit filius eius Raboã: sub quo ĩ duo regna populus ille diuisus
ẽ: & singule partes suos singulos reges habere ceperũt.

De Regibus Latii: quorum primus eneas et duodecimus Auentinus dii facti sunt. C. xxi.

NAtium post Eneã: quẽ deũ fecerãt undecĩ Reges habuit: quoꝝ nullus factus
ẽ deus. Auẽtinus autẽ qui duodecĩo loco Eneã sequit̃: cũ eẽt ꝓstratus in bello:
& sepultus in eo mõte: qui etiã nũc eius nõĩe nũcupat̃: deorũ taliũ q̃les sibi faciebãt:
numero ẽ additus. Alii sane noluerũt eũ in prelio scribere occisũ: sed non cõparuisse
dixerũt: nec ex eius uocabulo appellatũ montẽ: sed ab aduẽtu auiũ dictũ aduẽtinũ.
Post hũc nõ est deus factus ĩ latio nisi Romulus cõditor Rome. Inter istũ autem
& illum reperiunt̃ Reges duo. quorũ primus ẽ ut Virgiliano eum uersu eloquar.
Proximus ille procas: Troiane gloria gentis.

Cuius tempore quia iam quodammõ Roma parturiebat̃: illud omniũ regnorum
maximum Assyriorũ finem tante diuturnitatis accepit. Ad Medos q̃ppe trãslatum
est: post annos ferme mille trecentos quinq;: ut etiam Beli qui Ninum genuit: & illic
paruo cõtentus imperio primus Rex fuit: tẽpora computent̃. Procas autẽ regnauit
ante Amuliũ. Porro Amulius fratris sui Numitoris filiam Ream nomine: que etiam
Ilia uocabat̃: Romuli matrẽ Vestalẽ uirginẽ fecerat: quã uolũt de Marte geminos
cõcepisse: isto modo stuprũ eius honorantes uel excusãtes: & adhibentes argumentũ
ꝙ infantes expositos lupa nutrierit. Hoc enim genus bestie ad Martem existimant
pertinere: ut uidelicet ideo lupa credat̃ admouisse ubera paruulis: quia filios domini
sui Martis agnouit. Quãuis nõ desint q dicant: cũ expositi uagiẽtes iacerẽt a nescio
qua meretrice ꝑmũ fuisse collectos: & ꝑmas eius suxisse mamillas. Meretrices aũt lu/
pas uocabãt. unde etiã nunc turpia loca earũ lupanaria nuncupant̃. Et eos postea
ad Faustulũ peruenisse pastorẽ: atq; ab eius Acca uxore nutritos. Quãq̃ si ad arguẽ/
dum hominẽ Regẽ: q eos in aquã proiici crudeliter iusserat: eis infãtibus ꝑ quos tãta
ciuitas condenda fuerat de aqua diuinitus liberatis: ꝑ lactantem feram deus uoluit
subuenire: qd mirũ ẽ? Amulio successit in regnũ Latiale frater eius Numitor auus
Romuli. cuius Numitoris ꝑmo anno cõdita ẽ Roma: ac per hoc cum suo deinceps
id est Romulo nepote regnauit.

Quod eo tẽpore Roma sit cõdita: quo regnum Assyriorũ intercidit. quo Ezechias regnauit in Iudæa. C. xxii.

NAm altissima tunc cõdita ẽ ciuitas Roma: uelut altera Babylon & uelut ꝑoris
filia Babylõis: per quã deo placuit orbẽ debellare terrarũ: & in unã societatem
reipublice legumq; perductum longe lateq; pacare. Erant enim iam populi ualidi
& fortes: & armis gentes exercitate que nõ facile cederent: & q̃s opus esset ingẽtibus
periculis & uastatiõe utrinq; non parua: atq; horrendo labore superare. Nã quãdo

regnum Assyriorū totā pene Asiam subiugauit: licet bellando sit factum: non tamē multum asperis & difficilibus bellis fieri potuit: quia rudes adhuc ad resistendū gētes erant: nec tam multæ uel magnæ. Siquidem post illud maximum atq; uniuersale diluuium: cum in arca Noe octo soli homines euaserunt: anni non multo amplius q̄ mille transierant. quando Ninus Asiam totam excepta India subiugauit. Roma uero tot gentes orientis et occidētis quas Imperio Romano subditas cernimus nō ea celeritate ac facilitate perdomuit: quoniā paulatī ī crescēdo robustas eas & bellicosas quaquauersum dilatabatī inuenit. Tempore igitur quo Roma condita est populus Israel habebat in terra promissionis annos septingentos decem et octo. Ex quibus uigintiseptem pertinent ad Iesum Naue. deinde ad tempus Iudicum trecenti uigin/tinouem. Ex quo autē reges ibi esse ceperant anni erāt trecentisexagintaduo: & rex tūc erat in Iuda cuius nomen erat Achaz: uel sicut alii putāt q ei successit Ezechias: quē cōstat optimū & piissimū Regem Romuli regnasse temporibus. In ea uero his temporibus Hebraici populi parte que appellabatur Israel: regnare ceperat Osee.

De Sibylla Erythrea: que īter alias Sibyllas cognoscitī de Christo euidencia multa cecinisse. C. xxiii.

Eodem tēpore nōnulli Sibyllā Erithream uaticinatam ferunt. Sibyllas autem Varro ꝓdit plures fuisse nō unā. Hec sane Erythrea Sibylla quedā de Xp̄o manifesta conscripsit. que etiam nos prius in latina lingua uersibus male latinis: & nō stantibus legimus per nescio cuius interpretis imperitiam: sicut post cognouimus. Nā uir clarissimus Flactianus qui etiā procōsul fuit: homo facillime facundie multeq; doctrine: cū de Xp̄o loqueremur: grecum nobis codicem ꝓtulit: carmina esse dicens Sibylle Erythree: ubi ostēdit quodā loco in capitibus uersuū ordinē litterarū ita se habentē: ut hec in eo uerba legerentī Iesus: Xp̄us: theuhyos: sother: Quod est latine Iesus Xp̄us dei filius Saluator. Hi aūt uersus: quorū prime littere istū sensum: quē diximus reddūt: sicut eos quidā latinus extātibus uersibus ē interꝑtatus hec cōtinēt.

Iudicii signum: tellus sudore madescet.
E celo Rex aduenient per secla futurus.
Scilicet in carnem: presens ut iudicet orbem.
Vnde deum cernent: incredulus atq; fidelis.
Celsum cum sanctis: eui iam termino in ipso.
Sic anime cum carne aderunt: quas iudicet ipse.
Cum iacet incultus: densis in uepribus orbis.
Reiicient simulacra uiri: cunctā quoq; gazā.
Exuret terras ignis pontumq; polumq;.
Inquirens tetri portas effringet auerni.
Sanctorum sed enim cuncte lux libera carni.
Tradentur. sontes eterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens: tunc quisq; loquetur.
Secreta: atq; deus reserabit pectora luci.
Tunc erit & luctus: stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar: & chorus interit astris.
Soluetur celum: lunaris splendor obibit.
Deiiciet colles: ualles extollet ab imo.

Non erit in rebus hominum: sublime uel altum.
Iam equantur campis montes: & cerula ponti.
Omnia cessabunt: tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur: fluminaq; igni.
Et tuba tunc sonitum tristem: dimittet ab alto.
Orbe: gemens facinus miserum uariosq; labores.
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic domino: reges sistentur ad imum.
Recidet e celo: ignisq; & sulfuris amnis.

In his latinis uersibus de greco utcunq; translatis: ibi nõ potuit ille sensus occurrere q cũ fit litere que sũt in eorum capitibus connectũtur: ubi .y. littera in greco posita est: qa nõ potuerunt latina uerba inueniri: que ab eadem littera inciperẽt: & sẽtentie conuenirent. Hi autẽ sunt uersus tres. Quintus & octauusdecimus: & nonusdecimus deinde litteras: que sũt in capitibus omniũ uersuũ cõnectentes. hoꝝ triũ que scripte sũt: nõ legamus sed pro eis .y. litterã tanq̃ in eisdẽ locis ipsa sit posita: recordemur: & exprimit̃ in qnq; uerbis Iesus Xp̃us dei filius Saluator. Sed cũ grece hoc dicit̃: nõ Latine. Et sũt uersus uiginti & septẽ q numerus q̃dratũ ternariũ solidũ reddit. Tria enĩ ter ducta fiũt nouẽ. & ipsa nouẽ si ter ducant̃ ut ex lato in altũ figura cõsurgat: ad uiginti & septẽ ꝑueniunt. Horũ autẽ Grecorũ quinq; uerborum que sunt Iesus: Christus: Theubyos: soter. qđ est latine Iesus Christus dei filius Saluator: si primas litteras iungas erit ichthys id ẽ piscis. In quo nomĩe mystice intelligit̃ Xp̃us: eo ꝙ in huius mortalitatis abysso uelut in aquarũ ꝓfunditate uiuus hoc ẽ sine peccato: esse potuerit. Hec aũt Sibylla siue erythrea: siue ut qdã magis credũt Cumana: ita nihil habet ĩ toto carmĩe suo cuius exigua ista ꝑticula ẽ: qđ ad deoꝝ falsoꝝ: siue factoꝝ cultũ ꝑtineat. qñimo ita etiã cõtra eos: & cõtra cultores eoꝝ loqt̃: ut ĩ eorũ numero deputãda uideat̃: q ꝑtinent ad ciuitatẽ dei. Inserit etiã Lactantius opi suo quedam de Xp̃o uaticinia Sibylle: q̃uis nõ exp̃mat cuius. Sed que sigillatim ipse posuit: ego arbitratus sũ cõiunctim esse ponẽda: tanq̃ unũ sit ꝓlixũ: que ille plura cõmemorauit & breuia. In manus iniquas inqt infideliũ postea ueniet. & dabũt deo alapas manibus ĩcestis: & ĩpurato ore expuẽt uẽnatos sputos. Dabit uero ad uerbera simpliciter sanctũ dorsũ. Et colaphos accipiens tacebit: ne qs agnoscat quod uerbũ: uel unde uenit ut inferis loquat̃: & corona spinea coronet̃. Ad cibũ autẽ fel & ad sitĩ acetũ dederũt. In hospitalitate hãc mõstrabũt mensã. Ipsa enim insipiens gens tuũ deũ nõ ĩtellexisti: ludentẽ mortaliũ mẽtibus: sed spinis coronasti: & horridũ fel miscuisti. Tẽpli uero uelũ scindet̃: & medio die nox erit tenebrosa nimis ĩ tribus horis. Et morte morietur tribus diebus somno suscepto. Et tũc ab ĩferis regressus ad lucẽ letã ueniet. primus resurrectiõis principio reuocatus ostẽso. Ista Lactantius carptim ꝑ interualla disputatiõis sue: sicut ea poscere uidebãt̃: que ꝓbare intenderat: adhibuit testimonia Sibyllina. Que nos nihil interponẽtes sed in unã seriẽ cõnexa ponentes: solis capitibus si tñ deinceps ea scriptores seruare nõ negligãt distinguẽda curauimus. Nõnulli sane erythreã Sibyllã: nõ Romuli sed belli Troiani tp̃e fuisse scripserunt.

Quod regnante Romulo septem sapientes claruerunt: quo tempore decẽ tribus que Israel dicebant̃: in captiuitatm a Chaldeis ducte sunt: Idemq; Romulus mortuus diuio bonore donatus ẽ C.xxiiii.

Odē Romulo regnāte Thales Milesius fuisse phibet: unus de septē sapiētibus. q post theologos poetas ī qbus Orpheus maxīe omniū nobilitatus ē: Sophos appellatus ē qđ ē latine sapiēs. ¶ Per idem tempus decē tribus que in diuisiōe populi uocate sūt Israel debellate a Chaldeis: & in eas terras captiue ducte sūt: remanētibus in Iudea terra duabus illis tribubus que nomīe Iude uocabant: sedēq; regni habebāt Hierusalē. Mortuū Romulū cū & ipse nō cōparuisset: in deos qđ & uulgo notissimū ē: retulere Romani. Quod usq; adeo iā fieri desierat: nec postea nisi adulādo: nō errādo: factū ē temporibus Cesarum: ut Cicero magnis Romuli laudibus tribuat: q nō rudibus: & indoctis tēporibus: qn̄ facile hoīes fallebant: sed iam expolitis: & eruditis meruit hos honores: quis nondū efferbuerat ac pullulauerat philosophorum subtilis: & acuta loquacitas. Sed etiā si posteriora tempora deos homīes mortuos non instituerunt: tn̄ ab antiquis institutos colere ut deos: & habere: nō destiterunt. Quin etiam simulacris que ueteres nō habebant: auxerunt uane atq; impie superstitionis illecebrā: id efficientibus immūdis in eorū corde demōibus: per fallacia quoq; oracula decipiētibus: ut fabulosa etiā crimīa deorū: que iam urbaniore seculo nō fingebātur: p ludos tamē in eorundē falsoꝝ numinū obsequiū turpiter agerent. Regnauit deīn Numa post Romulū. Qui cū illā ciuitatē putauerit deorū ꝓfecto falsorū numerositate muniendā: in eadē turbā referri mortuus ipse non meruit: tanq̄ ita putatus sit celū multitudine numinū cōstipasse: ut locū ibi reperire nō posset. Hoc regnāte Rome & apud Hebreos in initio regni Manasse a quo impio Rege ꝓpheta Isaias perhibet occisus: Samiā fuisse Sibyllā referūt.

¶ Qui philosophi enituerint regnante apud Romanos Tarquinio prisco: apud Hebreos Sedechia cum Hierusalem capta est: templumq; subuersum. ¶ C.xxv.

Egnante uero apud Hebreos Sedechia: & apud Romanos Tarqnio Prisco q successerat Anco Martio: ductus ē captiuus ī Babylōiam populus Iudeorum: euersa Hierusalē: & tēplo illo a Salomōe constructo. Increpātes.n. eos Prophete de iniqtatibus & impietatibus suis: hec eis uētura ꝑdixerant: maxīe Hieremias: q etiam numerū definiuit annoꝝ. Eo tēpore Pyttacus Mitylenéus alius e septē sapientibus fuisse phibet. Et qnq; ceteros: q ut septē numerent: Thaleti quē supra commemorauimus & huic Pyttaco addūt: eo tēpore fuisse scribit Eusebius: quo captiuus dei populus in Babylonia tenebat. Hi sūt aūt Solon Atheniēsis: Chilon Lacedemōius: Periander corinthius Cleobulus Lydius: Bias Prieneus. Omnes hi septem appellati Sapiētes: post poetas theologos claruerūt: qa genera uite quedā laudabilia ꝑstabāt hoībus ceteris: & morū nōnulla precepta sententiarū breuitate complexi sūt. Nihil aūt monumentoꝝ: qđ ad litteras attinet: posteris reliquerūt: nisi q Solon quasdam leges Atheniensibus dedisse perhibet. Thales uero physicus fuit: & suorū dogmatum libros reliqt. Eo captiuitatis Iudaice tpe. & Anaximāder & Anaximenes: & Xenophanes physici claruerūt. Tunc & Pythagoras ex quo ceperūt appellari philosophi.

¶ Quod eo tempore quo impletis lxx. annis Iudeorum est resoluta captiuitas: Romani: quoq; a dn̄atu sunt regio liberati. ¶ C.xxvi.

Er idē tēpus Cyrus Rex Persarū q etiā Chaldeis & Assyriis impabat: relaxata aliquanta captiuitate Iudeorū: qnq̄ginta milia hoīm ex eis ad instaurandum

templū regredi fecit: a qbus tantū prima cepta fundamīa: & altare cōstructum est. Incursātibus autē hostibus: neq̄q̄ progredi edificādo ualuerunt. Dilatumq; opus est usq; ad Dariū. Per idē tempus etiā illa gesta sunt: que cōscripta sunt ī libro Iudith: quē sane in canone scripturarū Iudei nō recepisse dicuntur. Sub Dario ergo Rege Persarū īpletis septuagīta annis quos Hieremias ꝓpheta ꝑdixerat: reddita ē Iudeis soluta captiuitate libertas: regnāte Romanoꝝ septīo Rege Tarqnio: quo expulso etiā ipsi a Regū suoꝝ dn̄atione liberi eē ceperūt. Usq; ad hoc tēpus Prophetas habuit populus Israel. q cū multi fuerīt: paucoꝝ & apud Iudeos & apud nos canonica scripta retinent̄. De qbus me aliq̄ positurū esse ꝑmisi ī hoc libro cū clauderē supiorē: quod iam uideo esse faciendum.

De temporibus prophetarum: quorum oracula habentur in libris. quiq; tunc de uocatione gentium multa cecinerūt: qn̄ Romanorū regnū cepit. Assyriorumq; defecit. C.xxvii

TEmpora igit̄ eorum ut possimus aduertere: ī anteriora paululum recurramus. In capite libri Osee Prophete qui primus in duodecim ponit̄: ita scriptum est. Verbū dn̄i qd̄ factū ē ad Osee ī diebus Ozie Ioathā & Achaz & Ezechie Regū Iuda. Amos quoq; diebus Ozie Regis ꝓphetasse se scribit. Addit etiam Ieroboam Regē Israel q ꝑ eosdē dies fuit. Nec nō Esaias filius Amos siue supradicti Prophete: siue qd̄ magis ꝓhibet̄: alterius: q nō Propheta eodē noīe uocabat̄: eosdem Reges q̄ttuor quos posuit Osee ī capite libri sui ponit: quoꝝ diebus se ꝓphetasse ꝓloquit̄. Micheas etiā eadē sue ꝓphetie cōmemorat tp̄a: post dies Osee. nā tres qui sequuntur Reges noīat: quos & Osee noīauit. Ioathā & Achaz & Ezechiā. Hi sūt quos eodē tp̄e simul ꝓphetasse ex eorum litteris inuenit̄. His adiungit̄ Ionas eodē Ozia rege regnāte: & Iohel: cū iā regnaret Ioathan q successit Ozie. Sed istoꝝ Prophetarum duoꝝ tēpora in chronicis nō ī eorū libris inuenire potuimus: qm̄ de suis diebus tacēt. Tendūt̄ autē hi dies a Rege Latinorū Proca siue supiore Auētino: usq; ad Regē Romulum iam romanum: uel etiam usq; ad regni primordia successoris eius Nume Pompilii. Ezechias q ppe Rex Iuda ad eius tēpora usq; regnauit. ac per hoc per ea tēpora isti uelut fōtes ꝓphetie pariter eruperūt: quādo regnū defecit Assyriorum. cepitq; Romanoꝝ. ut scilicet quemadmodū regni Assyriorum primo tēpore extitit Abraam: cui promissiōes apertissime fierent in eius semīe benedictiōis oīum gentiū: ita in occidentalis babylonis exordio qua fuerat Xp̄us imꝑante regnaturus. in quo implerent̄ illa ꝓmissa ora Prophetarū nō solū loquentiū: uerū etiā scribentiū ī tāte rei future testimoniū soluerent̄. Cū enim Prophete nunq̄ uere defuissēt populo Israel: ex quo ibi Reges eē ceperūt ī usū tantūmō eoꝝ fuere: nō gentiū. quādo autem scriptura manifestius ꝓphetica cōdebat̄ que gētibus q̄nq; ꝓdesset: tūc oportebat incipe qn̄ condebat̄ hec ciuitas que gētibus imparet.

De iis que ad Euangelium Christi pertinent: quid Osee & Amos prophetauerint. C.xxviii.

OSee igit̄ Propheta quanto ꝓfundius quidē loq̄tur: tāto operosius penetrat̄. Sed aliq d inde sumendū ē: & hic ex nostra ꝓmissione ponendum. Et erit inquit in loco quo dictū est non populus meus uos: uocabunt̄ & ipsi filii dei uiui. Hoc testimoniū propheticū de uocatiōe populi gentiū: q prius nō pertinebat ad deū: etiam Apostoli intellexerūt. Et quia ipse quoq; populus gentiū spiritaliter ē ī filiis Abrae:

ac per hoc recte dicit Israel: ppterea seqt & dicit. Et cōgregabunt filii Iuda & filii Israel in ipsum: & ponent sibi principatum unum & ascendent a terra. Hoc si adhuc uelimus exponere: eloquii prophetici obtūdet sapor. Recolāt tn̄ lapis ille angularis: & duo illi parietes: unus ex Iudeis: alter ex gētibus: ille nomie filioꝝ Iuda: iste nomie: filioꝝ Israel: eidē uni principatui suo in idipsū innitētes: & ascendentes agnoscant in terra. Istos aūt carnaliter Israelitas q nūc nolūt credere i Xp̄m: postea credituros id est filios eoꝝ: nā utiq; isti in suū locū moriēdo transibūt: idem Propheta testatur dicens. Quoniā diebus multis sedebūt filii Israel sine rege: sine pncipe: sine sacrificio: sine altari: sine sacerdotio: sine manifestatiōibus. Quis non uideat nunc sine istis esse Iudeos? Sed qd adiūgat: audiamus. Et postea inqt reuertent filii Israel: & inqrent dn̄m deū suū: & Dauid regē suū: & stupescēt i dn̄o & i bonis eius i nouissimis diebus. Nihil ē ista pphetia manifestius: qua Dauid Regis nomie signatus intelligit Xp̄us: q factus ē sicut dicit Apostolus ex semie Dauid scd̄m carnē. Prenūtiauit iste Propheta etiā tertio die Xp̄i resurrectionē futurā: sicut eā pphetica altitudie pnūtiari oportebat ubi ait. Sanabit nos post biduū: in die tertia resurgemus. Scd̄m hoc enim dicit nobis Apostolus: si cōsurrexistis cū Xp̄o: que sursū sūt querite. Amos quoq; de rebus talibus sic pphetat. Prepara inqt te ut inuoces deum tuum Israel. qa ecce ego firmans tonitruū & creans spiritum: & annūtians in hoibus Xp̄m suū. Et alio loco. In illa die inquit resuscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit: & reedificabo: que ceciderunt eius: & destructa eius resuscitabo: & reedificabo ea sicut dies seculi: ita ut exquirant me residui hoim: & omnes gentes in quibus inuocatum ē nomen meū sup eos: dicit dominus faciens hec.

¶Que ab Esaia de Christo & ecclesia sint predicta: ¶C. xxix.

Isaias Propheta nō ē in libro duodecim pphetarū: qui ppterea dicunt miores qa sermones eorū sūt breues: in eoꝝ cōparatione qui ideo maiores dicunt. quia plixa uolumia cōdiderūt. ex qbus hic ē Esaias: quē propter eadē prophetie tēpora subiūgo supradictis duobus. Esaias ergo inter illa iniq que arguit: & iniusta pcepta: & peccatori populo futura mala predixit: etiā de Xp̄o et Ecclesia hoc ē de Rege & ea quā cōdidit ciuitate: multo plura quam ceteri prophetauit. ita ut a quibusdam Euangelista q̄ propheta potius diceret. Sed propter rationē opis terminādi unū de multis hoc loco ponā. Ex persona qppe dei patris loquens. ecce inqt intelliget puer meus: exaltabitur & glorificabitur ualde. Queadmodū super te stupescent multi: ita gloria priuabit ab hoibus species tua: & gloria tua ab hoibus. ita mirabuntur gētes multe sup eū: & cōtinebūt reges os suū: quoniā qbus nō ē annūtiatū de illo uidebūt. & q nō audierūt: itelligēt. Domie qs credidit auditui nostro: & brachiū domini cui reuelatū est? Annūtiauimus corā illo: ut infirmus ut radix in terra sitienti. Non est species illi: nec gloria. Et uidimus eum & non habebat speciē neq; decorem: sed species eius sine honore deficiens pre omnibus hoibus. Homo in plaga positus & sciens ferre infirmitatem: qm̄ auersa est facies eius. Inhonoratus ē: nec magni existimatus ē. Hic peccata nostra portat & pro nobis dolet. Et nos existimauimus illū esse in dolore: & in plaga: & i afflictiōe. Ipse aūt uulneratus ē ppter iniqtates nostras: & ifirmatus est ppter peccata nostra. Eruditio pacis nostre in eo: liuore eius sanati sumus. Omes ut oues errauimus. Homo a uia sua errauit: & dominus tradidit illum pro peccatis nostris. & ipse ppter quod afflictus ē: nō aperuit os. Ut ouis ad immolādū ductus est: & ut agnus ante eū: q se tōderet: sine uoce: sic nō aperuit os suum. In humilitate

iudiciũ eius sublatũ est. generationẽ eius quis enarrabit? Quoniã tollet̃ de terra uita eius. Ab iniqtatibus populi mei ductus ẽ ad mortẽ: & dabo malignos pro sepultura eius: & diuites pro morte eius: qm̃ iniqtatẽ nõ fecit: nec dolus inuentus ẽ in ore eius: et dñs uult purgare eũ de plaga. Si dederitis ꝑ peccato animã uestrã: uidebitis semen longeuũ. Et dominus uult auferre a dolore animã eius: ostẽdere illi lucẽ & formare intellectũ: iustificare iustũ bene pluribus seruientem: & eorũ peccata ipse portauit. Propterea ipse hereditabit plures: & fortiũ diuidet spolia. Propter quod tradita est ad mortẽ anima eius: & ĩter iniquos estimatus est: & ipse multoꝝ peccata portabit: & ꝑpter peccata eoꝝ traditus est. De Xp̃o hec. Iã uero de Ecclesia qđ seqt̃ audiamus. Letare inqt sterilis: que nõ paris: erũpe & clama: que nõ parturis: qm̃ multi filii deserte: magis q̃ eius que habet uirũ. Dilata locũ tabernaculi tui: & paulos caularũ tuarum fige. Noli parcere. ꝓlonga funiculos tuos: & palos tuos conforta. Adhuc in dexterã & sinistrã partẽ extẽde: & semẽ tuũ hereditabit gentes: & ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas quoniam confusa es: neq; reuerearis quia exprobrata es. qm̃ cõfusionẽ eternã obliuisceris: & opprobrii uiduitatis tue nõ eris memor. qm̃ dominus faciens te: dominus sabaoth nomen eius: & qui te eruit ipse deus Israel uniuerse terræ uocatur etcetera. Verum ista satis: & in eis sunt exponenda nonnulla: sed sufficere arbitror: quia ita sunt aperta: ut etiam intelligere cogantur inimici inuiti.

❡Que Micheas: & Ionas: & Iohel nouo testamẽto cõgruentia ꝑphetauerũt. ❡C. xxx.

Micheas Propheta Xp̃m ĩ figura ponẽs cuiusdã magni mõtis hec loqt̃. Erit in diebus nouissimis manifestus mõs domus dñi: p̃paratus super uertices mõtium: & exaltabitur super colles: & festinabũt ad eũ plebes: & gentes multe ibũt: & dicent: Venite ascẽdamus in montẽ dñi: & in domũ dei Iacob: & ostendet nobis uiã suã: et ibimus ĩ semitis eius: qa ex Syon ꝓcedet lex: & uerbũ dñi de Hierusalẽ. Et iudicabit inter plebes multas: & redarguet gẽtes potẽtes usq; in longinquũ. Predicẽs iste Propheta & locũ ĩ quo Xp̃us ẽ natus: & tu inqt Bethleẽ domus Ephrata: neq̃q̃ minima es sis ĩ milibus Iuda. Ex te mihi ꝓdiet dux ut sit in prĩcipẽ Israel: et egressus eius ab initio. et ex diebus eternitatis. ꝓpterea dabit eos usq; ad tẽpus: quo parturiẽs ꝑturiet: et residui fratres eius conuertent̃ ad filios Israel. Et stabit: et uidebit: et pascet gregẽ suũ ĩ uirtute domini: et in bonore nominis domini dei sui erũt. qm̃ nũc magnificabit̃ usq; ad summũ terre. Ionas autem Propheta nõ tã sermone q̃ sua quadam passione ꝓphetauit Xp̃m: ꝑfecto apertius q̃ si eius mortẽ et resurrectionem uoce clamaret. Vt qd enĩ exceptus ẽ uẽtre beluino: et die tertio redditus: nisi ut significaret Xp̃m de profundo inferni die tertio rediturũ? Iohel omnia que prophetat multis uerbis compellit exponi. ut que ad Xp̃m et Ecclesiã pertinent dilucescant. Vnũ tamẽ qđ etiam Apostoli cõmemorauerunt: qñ in cõgregatos credentes spiritus sanctus sicut a Christo promissus fuerat: desuper uenit: non pretermittam. Et erit inquit post hæc: effundam de spiritu meo super omnem carnem: et prophetabunt filii uestri et filiæ uestre: et seniores uestri somniabunt somnia: et iuuenes uestri uisa uidebũt. Et qdẽ in seruos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo.

❡Que in Abdia: In Naum: et Abacuc de salute mundi in Christo p̃nuntiata reperiant̃. ❡C. xxxi.

TRes Prophete de minoribus: Abdias: Naum: Abacuc: nec sua tpa dicũt ipsi: nec
in chronicis Eusebii & Hieronymi quãdo ꝓphetauerĩt inueniẽt. Abdias quidẽ
positus est ab eis cũ Michea: sed non eo loco ubi notant̃ tpa: qñ Micheã ꝓphetasse
ex eius litteris constat: qđ errore negligenter describẽtium labores alienos existimo
cõtigisse. Duos alios uero cõmemoratos: in codicibus chronicorũ quos habuimus non
potuimus inuenire: tñ quia in canõe continent̃: nec ipsi oportet pretereant̃ a nobis.
Abdias quantũ ad eius scripturã attinet omniũ breuissimus prophetarum: aduersus
Idumeã gentẽ loquitur scilicet Esau unius ex duobus geminis filiis Isaac nepotibus
Abrae maioris illius reprobati. Porro si Idumeam mõ locutionis quo intelligitur a
parte totũ: accipiamus positã esse ꝓ gentibus: possumus de Xp̃o agnoscere qđ dicit
inter cetera. In monte aũt syon erit salus: & erit sanctũ. Et paulopost in fine ipsius
Prophetie: & ascendent inqt saluati ex mõte syon ut defendãt montẽ Esau: & erit
dño regnũ. Apparet qppe id esse completũ: cũ saluati ex monte syon id ẽ ex Iudea
credẽtes in Xp̃m: q precipue agnoscunt̃ Apostoli: ascenderũt ut defenderẽt montẽ
Esau. Quõ defenderũt: nisi per euãgelii p̃dicationẽ saluos eos faciẽdo q crediderũt:
ut eruerent̃ de ptãte tenebrarũ: & trãsferrẽtur in regnum dei? Quos consequenter
expressit addendo: & erit dño regnũ. mons enim Syon Iudeã significat: ubi futura
predicta est salus: & sanctũ qđ ẽ Christus Iesus. Mons uero Esau Idumea est: per
quã significata ẽ Ecclesia gentiũ: quã defenderũt sicut exposui saluati de mõte syõ:
ut esset domĩo regnũ. Hoc obscurum erat anteq̃ fieret: sed factum quis non fidelis
agnoscat? Naum uero Propheta immo per illũ deus: extermĩabo inqt sculptilia: &
conflatilia ponã sculpturã tuã: quia ecce ueloces super montes pedes euangelizãtis &
annuntiantis pacẽ. Celebra Iuda dies tuos festos: redde uota tua: qa iã non adicient
ultra ut transeãt in uetustatẽ. Consumatũ est consumptum est. ablatũ est. Ascendit
qui insufflat ĩ faciẽ tuã: eripiens te ex tribulatione. Quis ascenderit ab inferis & in-
sufflauerit in faciẽ Iude: hoc ẽ Iudeorũ discipulorũ. Spiritum recolit sanctum qui
meminit euangeliũ. Ad nouũ enĩ testamentũ ptinent: quoꝝ dies festi ita spiritaliter
innouantur: ut in uetustatẽ transire nõ possint. Porro per Euangeliũ extermĩata
sculptilia & cõflatilia id ẽ idola deorũ falsorũ: & obliuioni tanq̃ sepulture tradita iã
uidemus: & hãc etiã in hac re Prophetiã completã esse cognoscimus. Abacuc de quo
alio q̃ de Xp̃i aduentu q futurus fuerat intelligit̃ dicere: & respõdit dominus ad me
& dixit: scribe uisum aperte in buxo: ut assequatur qui legit ea: quia adhuc uisio ad
tempus. & oriet̃ in fine & non inuacuum ibit: si tardauerit sustine eum: quia ueniens
ueniet & non morabitur?

De ꝓphetia que in oratione Abacuc: & cãtico continet̃. C.xxxii.

IN oratiõe autẽ sua cũ cantico cui nisi dño Xp̃o dicit: dñe audiui auditionẽ tuã
et timui: dñe cõsideraui opa tua & expaui? Quid enĩ hoc ẽ nisi p̃cognite noue ac
repentine salutis hoĩm ineffabilis ãmiratio? In medio duorũ animaliũ cognosceris:
qd est nisi aut in medio duorũ testamentoꝝ: aut in medio duorũ latronum: aut in
medio Moysi & Helie cũ eo in monte sermotinãtium? Dum appropinquant anni
cognosceris in aduẽtu tpis ostenderis. hoc qa per se pater nõ est exponendũ. Quod
uero sequit̃ exponendũ: in eo dum conturbata fuerit anima mea: in ira misericordie
memor eris: quid est nisi ꝙ Iudeos in se transfigurauit de quorũ gente fuit: qui cum
magna ira turbati crucifigerent Xp̃m: ille misericordie memor dixit: Pater ignosce
illis qa nesciunt qd faciũt? Deus de theman ueniet: & sanctus de monte umbroso &

condenso. Quod hic dictum est de themā ueniet: alii interpretati sunt ab austro uel ab africo: per quod significatur meridies id est feruor caritatis: & splēdor ueritatis. Montem uero umbrosum atq; cōdensum: quis multis modis possit intelligi: libentius acceperim scripturarū altitudinē diuinarū: qbus Xp̄us ꝓphetatus est. Multa quippe ibi umbrosa atq; condensa sunt: que mentē querentis exerceant. Inde autē uenit: cū ibi eū qui intelligit: inuenit. Operuit celos uirtus eius: & laudis eius plena ē terra: qd est nisi quod in psalmo etiam dicit̄: exaltare super celos deus: & super omnem terram gloria tua? Splendor eius ut lumen erit: quid ē nisi fama eius credētes illuminabit? Cornua in manibus eius sunt: qd est nisi tropheū crucis? Et posuit caritatem firmā fortitudinis sue: nec exponendū est. Ante faciē eius ibit uerbū: & prodiet in campū ante pedes eius: qd est nisi quod & antea q̄ huc ueniret p̄nuntiatus ē: & postea q̄ hic reuersus ē annuntiatus ē? Stetit & terra cōmota ē: quid est nisi ꝙ ad subueniendum stetit: & terra cōmota ē ad credendū? Respexit & tabuerunt gentes hoc ē misertus est & fecit populos penitentes? Contriti sunt montes uiolentia: hoc ē uim facientibus miraculis elatorū contrita ē superbia. Defluxerūt colles eternales: hoc est humiliati sunt ad tēpus ut erigerent̄ in eternū. Ingressus eternos eius pro laboribus uidi: hoc ē nō sī mercede eternitatis laborē caritatis aspexi. Tabernacula ethiopū expauescēt: tabernacula terre madian: hoc est gentes repente perterrite nuntio mirabiliū tuorū: etiā que non sunt in iure Romano erunt in populo Xp̄iano. Nunqd in flumibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus: aut in mari impetus tuus? Hoc ideo dictū ē: qa nō uenit nunc ut iudicet mundum. sed ut saluet̄ mundus per ipsum. Qui ascendes super equos tuos: & eqtatio tua salus. hoc est Euāgeliste tui portabūt te qa regunt̄ a te: & Euangeliū tuū salus ē eis q credūt in te. Intendēs intendes arcū tuum sup sceptra dicit dn̄s: hoc ē cōminaberis iudiciū tuū etiā Regibus terre. Fluminibus scindet̄ terra: hoc ē influentibus sermonibus predicantiū te aperient̄ ad confitendū hoim̄ corda: quibus dictū est scindite corda uestra: & nō uestimenta uestra. Quid ē uidebunt te: & dolebūt populi: nisi ut luendo sint beati? Quid est dispergens aquas incessu nisi ambulando in eis q te usquequaq; annuntiāt: hac atq; hac dispergis fluenta doctrine? Quid est abyssus dedit uocem suā? An profunditas cordis humani: quid ei uideret̄ expressit? Altitudo phantasie sue: tanq̄ uersus superioris est expositio. Altitudo enim ē abyssus. Quod aūt ait phātasie sue subaudiendū ē uocem dedit. hoc est quod diximus qđ ei uideret̄ expressit. Phātasia qppe uisio ē quam non tenuit: non operuit: sed confitendo eructauit. Eleuatus est sol: & luna stetit in ordine suo. Hoc est ascendit Xpristus in celum: & ordinata est Ecclesia sub Rege suo. In luce iacula tua ibunt: hoc est non in occultū sed in manifestum tua uerba mittent̄. In splendore coruscatio nis armorū tuorū subaudiendū ē iacula tua ibunt. Dixerat enim suis: que dico uobis ī tenebris dicite in lumie. In cōminatiōe terrā minorabis id ē cōminādo humiliabis homines: & in furore deicies gentes. quia eos qui se exaltant uindicando collides. Existi in salutem populi tui: ut saluos faceres Xpristos tuos. misisti ī capita inimicorū mortē. nihil horū exponendum est. Excitasti uincula usq; ad collum. Et bona hic possunt intelligi uincula sapientie: ut uinciantur pedes in compedes eius: & collū in torquem eius. Precidisti in stupore mentis: subaudiamus uincula. Excitauit enim bona: ꝑcidit mala: de quibus dicitur ei: dirupisti uincula mea. Et hoc ī stupore mentis id est mirabiliter. Capita potentiū mouebunt̄ in ea scilicet in ea admiratiōe. Adaperient morsus suos: sicut edens pauper absconse. Potentes enim qdam Iudeorū cōueniebāt ad dn̄m: uerba eius & facta mirati: & esuriētes panē doctrīe māducabāt

absconse propter metum Iudeorum: sicut eos prodidit Euangelium. Et immisisti in mare equos tuos: turbantes aquas multas: que nihil aliud sunt q̃ multi populi: Non enĩ alii timore cõuerterent alii furore ꝑsequerent: nisi omnes turbarent. Obseruaui & expauit uenter meus: a uoce orationis labiorũ meorũ. Et introiuit tremor in ossa mea: & subtus me turbata est habitudo mea. Intendit in ea que dicebat: & ipse sua ẽ oratiõe perterritus: quam ꝓphetice effundebat: & in qua futura cernebat. Turbatis enim populis multis: uidit ĩminentes Ecclesie tribulatiões: cõtinuoq; se eius membrũ agnouit: atq; ait. Requiescam in die tribulatiõis. Tanq̃ ad eos pertinens qui sunt spe gaudentes: in tribulatione patientes. Ut ascendam inquit ad populũ peregrinatiõis mee. Recedens utiq; a populo maligno carnalis cognationis mee: nõ peregrinante in hac terra: neq; supernam patriã requirente. Quoniam ficus inqt nõ afferet fructus: & nõ erunt natiuitates in uineis. Mentietur opus oliue & campi non facient escam. Defecerunt ab esca oues: & non supersunt in presepibus boues. Uidit eã gentẽ que Christum fuerat occisura: ubertatem copiarũ spiritaliũ perditurã: quas p terrenam fecunditatem more prophetico figurauit. Et quia irã dei talem propterea passa est illa gẽs: quia dei ignorans iusticiam: suã uoluit constituere: iste continuo: ego autem inquit in domino exultabo: gaudebo in deo salutari meo. Domine deus uirtus mea statuit pedes meos in consumationẽ: super excelsa imponet me: ut uincam in cãtico eius scilicet illo cantico: de quo similia quedã dicunt in psalmo. Statuit supra petrã pedes meos: & direxit gressus meos: & immisit in os meũ canticum nouũ: hymnũ deo nostro. Ipse ergo uincit in cãtico domini: q placet in eius laude: nõ sua: ut q gloriat: in domino glorietur. Melius autem mihi uidentur quidam codices habere gaudebo in deo Iesu meo: q̃ hi qui uolentes id latine ponere: nomen ipsum nõ posuerunt: qđ est nobis amicicius & dulcius nominare.

De Christo & uocatione gentium que Hieremias: et Sophonias ꝓphetico spiritu sunt ꝑfati. C.xxxiii.

IHieremias Propheta de maioribus ẽ sicut Esaias: nõ de mĩoribus: sicut & ceteri: de quorum scriptis non nulla iam posui. Prophetauit autem regnãte Iosia in Hierusalẽ: & apud Romanos Anco Martio: iã appropinq̃nte captiuitate Iudeoꝝ. Tetendit autẽ Prophetiam suam usq; ad quintum mensem captiuitatis: sicut in eius litteris inuenit. Sophonias autẽ unus de minoribus adiungit ei: Nã & ipse in diebus Iosie ꝓphetasse se dicit: sed quousq; non dicit. Prophetauit ergo Hieremias nõ solũ Anci Martii: uerũ etiã Tarquinii Prisci tẽporibus: quẽ Romãi habuerũt qntũ Regẽ. Ipse enim quando est illa captiuitas facta regnare iam ceperat. Prophetans ergo de Xp̃o Heremias: spiritus inqt oris nostri dominus Xp̃us captus ẽ in peccatis nostris: sic breuiter ostendens & dominũ nostrũ Xp̃m: & passum eẽ pro nobis. Itẽ alio loco: hic deus meus inqt & nõ extimabit alter ad eum: qui inuenit omnem uiã prudentie & dedit eam Iacob puero suo. & Israel dilecto suo. Post hec in terris uisus est & cum hominibus conuersatus est: Hoc testimonium quidam non Hieremie sed scribe eius attribuunt: qui uocabatur Baruch: sed Hieremie celebratius habetur. Rursus idem propheta de ipso. Ecce inquit dies ueniunt dicit dominus: & suscitabo Dauid germẽ iustũ: & regnabit Rex & sapiens erit: & faciet iudiciũ & iusticiam ĩ terra. In diebus illis saluabitur Iuda: & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomẽ quod uocabũt eũ dominus iustus noster. De uocatiõe aũt gẽtiũ que futura fuerat: & eã nũc ĩpletã cernimus: sic locutus ẽ. Domĩe deus meus & refugiũ meũ in die malorum: ad te gentes

ueniēt ab extremo terre: & dicent. Vere mēdacia coluerūt patres nostri: simulacra & nō ē in eis utilitas. Quia uero nō erāt eū agnituri Iudei: a qbus eū & occidi oportebat: sic idē Propheta significat. Graue cor ꝑ oīa: & homo ē. & qs cognoscet eū? Huius est etiam illud qđ in libro. xvii. posui de testamēto nouo: cuius est mediator Xp̄us. Ipse quippe Hieremias ait. Ecce dies ueniūt dicit dominus: & cōsumabo sup domū Iacob testamentum nouū: & cetera: que ibi legunt̄. Sophonie aūt Prophete qui cum Hieremia ꝓphetizabat: hec ꝓdicta interim de Xp̄o interponā. Expecta me dicit dominus in die resurrectiōis mee in futurū: ꝗa iudiciū meum ut congregem gētes: & colligā regna. Et iterū. Horribilis inquit dominus super eos: & extermīabit omnes deos terre: & adorabit eū uir de loco suo: omnes insule gentiū. Et paulopost. Tunc inquit transuertam in populos linguam & progenies eius: ut omnes inuocent nomen domini: & seruiant ei sub uno iugo. A finibus fluminum Ethiopiæ afferent mihi hostias. in illo die non confunderis ex omnibus adinuētionibus tuis: quas impie egisti in me. quia tunc auferam abs te prauitates iniurie tue: & iam non adicies ut magnificeris super mōtem sanctum meum. Et subrelinquā in te populū mansuetū & humilem: & uerebuntur in nomine domini qui reliqui fuerint Israel. He sunt reliquie: de quibus alibi prophetatur: quod Apostolus etiam commemorat. Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris: reliquie salue fiēt. He quippe in Christū illius gentis reliquie crediderunt.

De prophetia Danielis: et Ezechielis: que in Christū Ecclesiāq; concordat. C. xxxiiii.

IN ipsa porro captiuitate babylonie Daniel & Ezechiel ꝓphetauerūt prius: alii scilicet duo ex Prophetis maioribus. Quoꝝ Daniel etiā tēpus quo uēturus xp̄us fuerat: atq; passurus: numero definiuit annorū: qđ longū est cōputando mōstrare: & ab aliis factitatū ē ante nos. De potestate uero eius: & gloria sic locutus ē. Videbā inquit in uisione noctis. & ecce cum nubibus celi filius hominis ueniens erat: et usq; ad uetustum dierum peruenit. In cōspectu eius prelatus ē: & ipsi datus ē principatus & honor & regnū: & omnes populi: tribus & līgue ipsi seruiēt. Potestas eius potestas perpetua: que non transibit: & regnū eius quod non corrumpetur. Ezechiel quoq; more prophetico per Dauid Xp̄m significans quia carnē de Dauid semīe assumpsit. propter quā formā serui: qua factus est homo: etiā seruus dei dicit̄ idem dei filius. sic eum prophetando prenūtiat ex persona dei patris. Et suscitabo inquit super pecora mea pastorē unū: qui pascat ea seruū meum Dauid: & ipse pascet ea: & ipse erit his ī pastorē. Ego aūt dominus ero eis ī deū: & seruus meus Dauid princeps ī medio eorū: ego dominus locutus sū. Et alio loco: & Rex inq̄t unus erit oīibus imꝑans & non erūt ultra due gētes nec diuident̄ amplius in duo regna: neq; polluent̄ ultra in idolis suis: & abominationibus suis: & in cunctis iniquitatibus suis. Et saluos eos faciam de uniuersis sedibus suis: in quibus peccauerunt & mundabo eos: & erunt mihi populus: & ego ero eis deus: & seruus meus Rex Dauid sup eos: & pastor unus erit oīm eorū.

De trium prophetarum uaticinio idest Aggei. Zacharie. et Malachie. C. xxxv.

REstant tres minores Prophete: q̄ prophetauerūt in fine captiuitatis. Aggeus: Zacharias: Malachias. Quoꝝ Aggeus Xp̄m & Ecclesiā hac aptius breuitate

prophetat. Hec dicit dominuſ exercituú. Adhuc unum modicú: & ego cómouebo
cælum et terram et mare & aridam: & omneſ genteſ mouebo: & ueniet deſideratuſ
cunctiſ gentibuſ. Hec prophetia partim iam completa cernitur: partim ſperatur in
fine complenda. Mouit enim celú angelorú & ſiderum teſtimonio: quando Xp̃uſ
incarnatuſ eſt. Mouit terram ingẽti miraculo: de ipſo uirginiſ partu. Mouit mare et
aridã: & in inſuliſ & in orbe toto Xp̃uſ annuntiat̃. Ita moueri om̃eſ gẽteſ uidemuſ
ad fidẽ. Iam uero qđ ſequit̃: & ueniet deſideratuſ cũctiſ gẽtibuſ: de nouiſſimo eiuſ
expectat̃ aduentu. Vt enim deſideratuſ eẽt: & expectanduſ cunctiſ gentibuſ: priuſ
oportuit eum dilectú eſſe credentibuſ. Zachariaſ de Xp̃o & Eccleſia. exulta inquit
ualde filia Syon: iubila filia Hieruſalẽ. ecce Rex tuuſ ueniet tibi iuſtuſ & ſaluator.
Ipſe paup̃ & aſcendenſ ſuper aſinú: & ſuper pullú filiú aſine. Et poteſtaſ eiuſ a mari
uſq; ad mare: & a fluminibuſ uſq; ad fineſ terre. hoc qñ factú ſit: ut dominuſ Xp̃uſ
in itinere iumento huiuſ generiſ uteretur: in euangelio legitur ubi et hec prophetia
cómemoratur: ex parte quantú illi loco ſufficere uiſú ẽ. Alio loco ad ipſú Xp̃m in
ſpiritu ꝓphetie loquenſ de remiſſione peccatorú per eiuſ ſanguinem: tu quoq; inquit
in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctoſ tuoſ: de lacu in quo non eſt aqua. Quid
per hunc lacum uelit intelligi: poſſunt diuerſa ſentiri: etiam ſecundú rectam fidem.
Mihi tamen uidet̃ non eo ſignificari meliuſ: niſi humane miſerie ſiccam ꝓfunditatẽ
quodammodo et ſterilem: ubi nó ſunt fluenta iuſticie: ſed iniquitatiſ lutum. De hoc
q̃ppe lacu ĩ pſalmo etiã dicit̃: et eduxit me de lacu miſerie et de luto feciſ. Malachiaſ
prophetanſ eccleſiam quam per Chriſtum iam cernimuſ propagatam: iudeiſ: dicit
apertiſſime ex perſona dei. Non eſt mihi uoluntaſ in uobiſ: & munuſ non ſuſcipiam
de manu ueſtra. Ab ortu enim ſoliſ uſq; ad occaſú magnú eſt nomen meú in gẽtibuſ:
& in omni loco ſacrificabitur & offeretur nomini meo oblatio múda: quia magnum
nomen meum in gentibuſ dicit dominuſ. Hoc ſacrificium per ſacerdotium Xpriſti
ſecundum ordinẽ Melchiſedech: cum in omni loco a ſoliſ ortu uſq; ad occaſú deo iã
uideamuſ offerri. Sacrificiú autẽ Iudeorú quibuſ dictum eſt: non eſt mihi uoluntaſ
in uobiſ: nec accipiam de manibuſ ueſtriſ munuſ: ceſſaſſe negare nó poſſũt. q adhuc
expectãt aliú Xp̃m: cú hoc quod prophetatú legunt & impletum uident: impleri
nó potuerit niſi per ipſú. Dicit enim paulopoſt ex ꝑſona dei de ipſo. Teſtamentú
meum erit cum eo uite & paciſ: et dedi ei ut timore me timeret: & a facie nominiſ mei
uereret̃. Lex ueritatiſ erit in ore eiuſ: in pace dirigẽſ ambulabit mecum: & multoſ
ab iniquitate conuertet: quoniam labia ſacerdotiſ cuſtodient ſcientiã: & legẽ ingrent
de ore eiuſ qm̃ angeluſ domini omnipotentiſ ẽ. Nec mirandum ẽ: quia omnipotentiſ
domini angeluſ dictuſ ẽ Xp̃uſ Ieſuſ. Sicut enim ſeruuſ propter formam ſerui in qua
uenit ad hoĩeſ: ſic angeluſ propter euangelium quod nunciauit hominibuſ. Nam ſi
grece iſta ita interpretemur: & euangeliú bona núciatio ẽ & angeluſ núciuſ. De ipſo
quippe iterú dicit. Ecce angelum meum mittã: et proſpiciet uiam ante faciem meã:
et ſubito ueniet in templum ſuum dominuſ quem uoſ queritiſ: et angeluſ teſtamenti
quem uoſ uultiſ. ecce ueniet dicit dominuſ deuſ omnipotenſ. et quiſ ſuſtinebit diem
introituſ eiuſ? aut quiſ ſiſtet in aſpectu eiuſ? Hoc loco et primum et ſecúdum Xp̃i
prenunciauit aduentum. Primum ſcilicet de quo ait. Et ſubito in templú ſuú ueniet
dominuſ id eſt in carnem ſuã: de qua dicit in Euangelio: ſoluite templum hoc et in
triduo reſuſcitabo illud. Secundú uero ubi ait. Ecce uenit dicit dominuſ omnipotẽſ:
et quiſ ſuſtinebit diem introituſ eiuſ: aut quiſ perſiſtet in aſpectu eiuſ? Quod autem
dixit dominuſ quem uoſ queritiſ: et angeluſ teſtamenti quem uoſ uultiſ: ſignificauit

utiq; etiam Iudeos scd'm scripturas quas legunt Christũ querere et uelle. Sed multi eorum quem quesierunt et uoluerunt: uenisse nõ agnouerunt: excecati in cordibus suis: precedentibus meritis suis. Quod sane hic nominat testamentũ: uel supra ubi ait testamentum meum erit cum eo: uel hic ubi dixit eum angelum testamenti: nouum proculdubio debemus accipere testamentum: ubi sempiterna: non uetus ubi tẽporalia sunt promissa: que pro magno hic habentes plurimi infirmi: & deo uero talium rerũ mercede seruientes: quãdo uidẽt impios abũdare: turbant̃. Propterea idẽ Propheta: ut noui testamenti eternam beatitudinem: que non nisi bonis dabit̃: distingueret a ueteris terrena felicitate que plerunq; datur & malis: ingrauastis inqt super me uerba uestra dicit dominus et dixistis. In quo detraximus de te? Dixistis. uanus est omnis qui seruit deo. Et quid plus nobis quia custodiuimus obseruationes eius. et quia ambulauimus supplicantes ante faciem domini omnipotentis? Et nunc uos beatificatis alienos: & reedificantur omnes qui faciunt iniqua: aduersati sunt deo & salui facti sunt. Hec oblocuti sunt qui timebãt dominum: unusquisq; ad proximum suum. Et animaduertit dominus. & audiuit: & scripsit librum memorie in conspectu suo: eis q timent dominũ & reuerentur nomẽ eius. per istum librum significatũ ẽ testamentũ nouum. Deniq; quod sequitur audiamus. Et erũt mihi dicit dominus omnipotẽs in die quam ego facio in acquisitionem: & eligã eos sicut homo eligit filiũ suũ seruientẽ sibi. Et conuertemini & uidebitis inter iustum & iniustum: & inter seruientem deo & non seruientem. Quoniam ecce dies ueniet ardens sicut clibanus: et concremabit eos. et erunt omnes alienigene & omnes facientes iniquitatẽ sicut stipula: et incẽdet illos dies qui adueniet dicit dominus omnipotens: & nõ derelinquetur eorum radix neq; sarmentum. & orietur uobis timentibus nomen meum sol iusticie: & sanitas in pẽnis eius. & exibitis & exultabitis sicut uituli ex uinculis resoluti. Et cõculcabitis iniquos et erunt cinis sub pedibus uestris in die in quo ego facio: dicit dominus omnipotens. Hic est qui dicitur dies iudicii: de quo suo loco si deus uoluerit: loquemur uberius.

De Esdra et Machabeorum libris. C. xxxvi.

Post hos tres Prophetas: Aggeum: Zachariam: Malachiam: per idem tempus liberatiõis populi ex Babylõica seruitute scripsit etiã Esdras: qui magis rerum gestarum scriptor est habitus: q̃ Propheta: sicuti ẽ liber q appellatur Hester. Cuius res gesta in laudem dei non longe ab his tẽporibus inuenitur. Nisi forte Esdras in eo Xp̃m prophetasse intelligẽdus ẽ. q inter iuuenes quosdã orta questiõe qd amplius ualeret in rebus: cum Reges unus dixisset: alter uinum: tertius mulieres: que plerũq; Regibus imperarent: idẽ tñ tertius ueritatem super omnia demõstrauit eẽ uictricẽ. Consulto autem Euangelio Xp̃m cognoscimus esse ueritatẽ. Ab hoc tempore apud Iudeos restituto tẽplo: non Reges sed principes fuerũt usq; ad Aristobolũ. Quorũ supputatio tp̃m nõ in scripturis sanctis que canonice appellant̃: sed in aliis inueniũt̃. in qbus sũt & Machabeoꝝ libri: quos nõ Iudei sed Ecclesia ꝓ canõicis habet: ꝓpter quorũdã Martyꝝ passiões uehemẽtes atq; mirabiles: q ãteq̃ Xp̃us uenisset ĩ carnẽ: usq; ad mortẽ ꝓ dei lege certauerũt: & mala grauissima atq; horribilia pertulerunt.

Quod prophetica autoritas omni origine gentilis philosophie inueniatur antiquior. C. xxxvii.

TEmpore igitur nostrorū Prophetarum quorum iam scripta ad noticiam fere omnium gentium peruenerunt: philosophi gentium nondum erant: qui hoc etiā nomine uocarentur: q̄d cepit a Samo Pythagora: qui eo tempore quo iudeoꝝ soluta est captiuitas: cepit excellere atq; cognosci. Multo ergo magis ceteri philoso/phi: post Prophetas reperiuntur fuisse. Nam ipse Socrates Atheniensis magister oīm qui tūc maxime claruerūt: tenēs in ea parte que moralis uel actiua dicit̄ ꝑncipatū: post Esdram in chronicis inuenitur. Non multo post etiam Plato est natus: q longe ceteros Socratis discipulos anteiret. Quibus si addamus etiam superiores qui nōdum philosophi uocabantur: septem scilicet sapiētes: ac deinde physicos qui Thaleti successerunt: inperscrutanda natura rerum studium eius imitati. Anaximandrum sci/licet & Anaximenem & Anaxagoram: aliosq; nonnullos anteq̄ Pythagoras primus philosophiam profiteretur: nec illi Prophetas nostros uel uniuersos temporū anti/quitate precedunt. quando quidem Thales post quē ceteri fuerūt regnāte Romulo eminuisse fert̄: quādo de fōtibus Israel in eis litteris que toto orbe manarēt ꝓphetie flumen erupit. Soli igitur illi theologi poete: Orpheus: Linus: Museus: & si quis alius apud grecos fuit: his Prophetis Hebreis quorū scripta in autoritate habemus: annis reperiuntur priores. Sed nec ipsi uerum theologum nostrū Moysen: qui unū deum uerum ueraciter predicauit: cuius nunc scripta in autoritatis canone prima sunt: tp̄e preuenerūt. Ac per hoc quantum ad grecos attinet: in qua lingua littere huius seculi maxime floruerunt: nihil habent unde sapientiā suam iactent: quo religiōe nostra ubi uera est sapiētia: si nō superior saltem uideat̄ antiquior. Verum quod fatendū est: non quidē in Grecia sed in barbaris gentibus sicut iam in Egypto ante Moysen nonnulla doctrina fuerat que illorum sapiētia diceretur. Alioquin nō esset scriptū in sanctis libris: Moysen eruditū fuisse omni sapientia Egyptiorū: tunc utiq; quādo ibi natus est: & a filia Pharaonis adoptatus atq; nutritus etiā liberaliter educatus ē. Sed nec sapientia egyptiorū sapientiam prophetarū nostrorū tempore antecedere potuit quando quidem & Abraam propheta fuit. Quid autem sapientie esse potuit in egypto: anteq̄ eis Isis quam mortuā tanq̄ magnā deam colendā putarūt litteras traderet? Isis porro Inachi filia fuisse proditur: q ꝑmus regnare cepit Argis: quādo iam Abrae nepotes reperiuntur exorti.

¶Quod quedam sanctorum scripta ecclesiasticus
Canon propter nimiā nō receperit uetustatē: ne
ꝑ occasionē eorū falsa ueris insererent̄. C.xxxviii.

NAm uero si longe antiquiora repetam: & ante illud grande diluuium noster erat utiq; Noe patriarcha: quem prophetam quoq; non immerito dixerim. Siquidē ipsa arca quā fecit: & in qua cum suis euasit: prophetia nostrorū temporū fuit. Quid Enoch septimus ab Adam? Nonne etiam in canonica epistola apostoli Iudæ pro/phetasse predicatur? quorum scripta ut apud Iudeos & apud nos in auctoritate nō essent. nimia fecit antiquitas: propter quod uidebantur suspecta esse habenda: ne proferent̄ falsa pro ueris. Nam & proferuntur quedam que ipsorum esse dicantur: ab eis: q pro suo sēsu passim quod uolunt credunt. sed ea castitas canonis nō recepit. non ꝙ eorum hominum qui deo placuerūt reprobetur autoritas: sed ꝙ ista essē nō credantur ipsorum. Nec mirum debet uideri ꝙ suspecta habent̄: que sub tante anti/quitatis nomine proferuntur. quādo quidem in ipsa historia Regū Iude & Regū Israel: que res gestas cōtinet: de qbus eidē scripture canonice credimus: cōmemorant̄

plurima: que ibi non explicantur: & dicuntur in libris aliis inueniri quos prophetæ scripserunt. & alicubi eorum quoq; Prophetarum nomina non tacentur: nec tamen inueniuntur in canone quē populus dei recepit. Cuius rei fateor causa me latet: nisi ꝙ existimo etiam ipsos quibus ea que in autoritate religionis esse deberent: sanctus utiq; spiritus reuelabat. alia sicut homines historica diligentia: alia sicut Prophetas inspiratiōe diuina scribere potuisse: atq; hec ita fuisse distincta: ut illa tanquā ipsis: ista uero tanq̃ deo per ipsos loquenti iudicarentur esse tribuenda: ac sic illa ꝑtinerēt ad ubertatem cognitionis: hec ad religiōis autoritatem in qua autoritate custoditur canon. preter que si qua iam etiam sub nomīe uerorū Prophetarū scripta ꝓferunt: nec ad ipsam copiā scientie ualent. Quoniā utrum eorum sint: quorum esse dicunt: incertū est: & ob hoc eis non adhibet fides. maxīe his: in qbus etiā cōtra fidē libroꝝ canonicorum quedam leguntur: propter quod ea prorsus illorum nō esse apparet.

¶ De hebraicis litteris: que nunquam in sue lingue proprietate nō fuerunt. ¶ C. xxxix.

Non itaq; credendum est: quod nonnulli arbitrantur: hebream tantum linguā per illum q uocabatur Heber: unde hebreorū uocabulū est: fuisse seruatam: atq; inde ad Abraam peruenisse: hebreas autem litteras a lege cepisse que data ē per Moysen: sed potius per illam successionem patrū memoratā linguam cū suis litteris custoditam. Deniq; in populo dei Moyses constituit qui docendis litteris preessent: prius q̃ diuine legis ullas nossēt litteras. Hos appellat scriptura grammatō Isagogus. qui latine dici possunt litterarum inductores uel introductores: eo ꝙ eas inducāt id est introducāt quodammodo in corda discentiū. uel in eas potius ipsos quos docēt. Nulla igit̄ gens de antiquitate sapiētie sue super Patriarchas & Prophetas nostros qbus inerat diuina sapientia: ulla se iniqua uanitate iactauerit: quādo nec egyptus inuenitur quæ solet falso & inaniter de suarum doctrinarum antiquitate gloriari: qualicūq; sua sapientia: Patriarcharū nostroꝝ tp̄e sapientiā ꝓuenisse. Neq; enī qs q̃ dicere audebit: mirabilium disciplinarum eos peritissimos fuisse anteq̃ litteras nossēt: idest anteq̃ Isis eo uenisset: easq; ibi docuisset. Ipsa porro eoꝝ memorabilis doctrina que appellata ē sapientia: quid erat nisi maxīe Astronomia: et si quid aliud talium disciplinarum magis ad exercenda ingenia: q̃ ad illuminandas mentes sapientia uera ualere solet? Nam quod ad Philosophiam attinet: que se docere aliquid profitetur unde fiant homines beati: circa tempora Mercurii quem Trimegistum uocauerunt: in illis terris eiusmodi studia claruerunt. Longe quidē ante sapientes q̃ philosophos habuit Gretia. Sed tamen post Abraam & Isaac: & Iacob & Ioseph. Nimirū etiam post ipsum Moysen. Eo quippe tempore quo Moyses natus est fuisse reperit̄ Atlas ille magnus astrologus frater Promethei maternus: auus Mercurii maioris: cuius nepos fuit Trimegistus iste Mercurius.

¶ De Egyptiorum mendacissima uanitate que antiquitati scientie sue centum milia ascribit annorum. ¶ C. xxxx.

Frustra itaq; uanissima presumptiōe garriunt qdam dicentes: ex quo egyptus rationem siderum cōprehendit: amplius q̃ cenntum annorum milia numerari. In quibus enim libris istum collegerunt numerū: qui non multum ante annorū duo milia litteras magistra Iside didicerūt? Non enim paruus ē autor in historia Varro

qui hoc prodidit: quod a litterarum etiam diuinarum ueritate non dissonat. Cum enim ab ipso primo homine qui appellatus est Adam: nondum sex annorum milia compleantur: quõ nõ isti ridendi potius: q̃ refellendi sunt: qui de spatio temporũ tã diuersa & huic explorate ueritati tã cõtraria persuadere conant̃? Cui enim narrãti melius preterita credimus: q̃ qui etiã futura p̄dixerit que presentia iã uidemus? Nam et ipsa historicorum inter se dissonãtia: copiam nobis prebet ut eis potius credere debeamus. qui diuine quam tenemus: non repugnãt historie. Porro autem ciues impie ciuitatis diffusi usq̀quaq̀ p̄ ceteras: cũ legũt hoĩes doctissimos quorũ nullius cõtemnenda uideat̃ autoritas: inter se de rebus gestis ab etatis nostre memoria remotissimis discrepantes: cui potius credere debeant: nõ inueniunt. Nos uero in nostre religionis historia fulti autoritate diuina: quicquid ei resistit non dubitamus esse falsissimum quomõlibet sese habeãt cetera ĩ secularibus litteris: que siue uera seu falsa sint: nihil momenti afferũt quo recte beateq̀ uiuamus.

¶ De philosophicarum opinionum dissensionibus: et canonicarũ apud ecclesiã cõcordia scripturarũ. ¶ C. xli.

Ut autem cognitionẽ omittamus historie: ipsi philosophi a quibus ad ista p̄gressi sumus: qui non uidentur laborasse in studiis suis: nisi ut inuenirent quomodo uiuendum esset accomodate ad beatitudinem capessendam: cur dissenserunt & a magistris discipuli: & inter se cõdiscipuli: nisi q̄a ut homines humanis sensibus & humanis ratiocinationibus ista quesierunt? Ubi q̃uis esse potuerit & studiũ gloriãdi: quo quisq̀ alio sapientior & acutior uideri cupit: nec sententie quodammõ adductus aliene: sed sui dogmatis et opinionis inuentor: tamen ut nonnullos uel etiam eorum plurimos fuisse concedam: quos a suis doctoribus uel discendi socius amor ueritatis abruperit: ut pro ea certarent quã ueritatem putarent: siue illa eẽt: siue nõ esset: cũ aiũt quo uel qua ad beatitudinem perueniatur: humana se porrigit infelicitas: si diuina nõ ducit autoritas. Deniq̀ autores nostri in quibus non frustra sacrarum litterarum figitur et terminatur canon: absit ut inter se aliqua ratione dissentiant. Unde nõ immerito cum illa scriberent eis deum uel per eos locutum non pauci in scholis atq̀ gymnasiis litigiosis disputatiõibus garruli: sed in agris atq̀ in urbibus cum doctis atq̀ indoctis tot tãtiq̀ populi crediderũt. Ipsi sane pauci esse debuerũt ne multitudĩe uilesceret: quod carũ religiõe esse oporteret. nec tamẽ ita pauci: ut eorũ nõ sit mirãda cõsensio. Neq̀ enim in multitudine philosophorũ qui labore etiã litterario monumẽta suorũ dogmatũ reliquerunt facile quis inuenerit inter quos cuncta que sensere conueniãt: quod ostendere hoc opere longum est. Quis autem secte cuiuslibet autor sic est in hac demonicola ciuitate approbatus: ut ceteri improbarentur qui diuersa & aduersa senserunt? Nonne apud Athenas & Epicurei clarebant: asserentes res humanas ad deorum curam non pertinere: & Stoici qui contraria sentientes: eas regi atq̀ muniri diis adiutoribus atq̀ tutoribus disputabãt? Unde miror cur Anaxagoras reus factus sit quia solem dixit esse lapidem ardentem: negans utiq̀ deum cum in eadem ciuitate gloria floruerit Epicurus: uixeritq̀ securus: non solũ solem uel ullũ siderũ deum esse non credens: sed nec Iouem nec ullũ deorum omnino in mundo habitare cõtendẽs: sed ad quẽ preces hominũ supplicatiõesq̀ p̄ueniãt. Nõne ibi Aristippus ĩ uoluptate corporis summum bonum ponẽs: ibi Antisthenes uirtute animi potius hominẽ beatũ fieri asseuerãs: duo philosophi nobiles & ambo Socratici in tam diuersis atq̀ inter se contrariis finibus uite summã locantes. quorũ etiam ille fugiendã: iste amministrandã

sapienti dicebat esse rem publicam: & ad suam quisq; sectam sectandam discipulos
congregabat? Nẽpe palã in conspicua & notissima porticu: in gymnasiis: ac puatis
cateruatim: & in hortulis: in locis publicis: ꝓ sua quisq; opinione certabant. Alii asse/
rentes unum. alii innumerabiles mundos. ipsum autem unum alii ortum esse: alii uero
initium non habere: alii interiturũ: alii semper futurum: alii mente diuina: alii for/
tuitu & casibus agi. Alii mortales esse animas: alii immortales. Et qui immortales alii
reuolui in bestias: alii nequaq̃. Qui uero mortales: alii mox interire post corpus: alii
uiuere etiã postea uel paululum: uel diutius: non tamen semper. Alii constituẽtes in
corpore finem boni: alii in animo: alii in utroq;. Alii extrinsecus posita etiam bona
ad animã & corpus addẽtes. Alii sensibus corporis semper: alii nõ semper. Alii putãtes
nunquam esse credendũ. Has & alias pene innumerabiles dissensiones philosophoꝝ:
quis unq̃ populus: Senatus: que potestas uel dignitas publica impie ciuitatis: diiu/
dicandas: & alias probandas ac recipiendas: alias improbandas repudiandasq; curauit:
ac nõ passim sine ullo iudicio cõfuseq; habuit in gremio suo tot cõtrouersias hoim
dissidentiũ: nõ de agris & domibus uel quacunq; peccuniaria ratiõe: sed de his rebus
quibus aut misere uiuitur: aut beate? ubi & si uera aliqua dicebantur: eadem et falsa
prorsus licentia dicebant: ut nõ frustra talis ciuitas mysticum uocabulũ babylonis
accepit. Babylon quippe interpretatur cõfusio quod nos iã dixisse meminimus. Nec
interest diabolo regi eius q̃ cõtrariis inter se rixentur erroribus: quos merito multæ
uarieq; impietatis ꝑiter possidet. At uero ille populus: gens illa: illa ciuitas: illa respu:
illi Israelite quibus credita sunt eloquia dei: nullo modo Pseudo prophetas cum ueris
Prophetis pari licentia confuderũt: sed concordes inter se atq; in nullo dissentiẽtes:
sacrarum litterarum ueraces ab eis agnoscebant & tenebãtur autores. Ipsi erant eis
philosophi: hoc est amatores sapientie: ipsi sapientes: ipsi theologi: ipsi prophete: ipsi
doctores probitatis atq; pietatis. Quicũq; scd'm illos sapuit & uixit: non scd'm hoies
sed scd'm deum qui per illos locutus est sapuit & uixit. Ibi si prohibitũ est sacrilegiũ:
deus prohibuit. Si dictum est honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã: iussit deus. si dictũ est
non mechaberis: non homicidiũ facies: non furaberis: & cetera huiusmodi nõ hec ora
humana sed diuina oracula fuderunt. Quicquid philosophi quidam inter falsa quæ
opinati sunt uerum uidere potuerũt: & laboriosis disputationibus persuadere moliti
sunt: ꝙ mundũ istũ deus fecerit: eumq; ipse ꝓuidentissimus amministret: de honestate
uirtutũ: de amore patrie: de fide amicicie: de bonis operibus atq; omnibus ad mores
probos ꝑtinentibus rebus: q̃uis nescientes ad quẽ finẽ & quo nã mõ essent ista oĩa
referenda: propheticis hoc ẽ diuinis uocibus: q̃uis per homines in illa ciuitate populo
cõmẽdata sũt: nõ argumẽtationũ cõcertatiõibus ĩculcata: ut nõ hoĩs ĩgeniũ sed dei
eloquiũ contẽnere formidaret: q illa cognosceret.

¶ Qua dispensatione prouidentie dei scripture sacre
ueteris testamẽti ex hebreo in grecum eloquium
translate sint ut uniuersis gẽtibus innotescerẽt. ¶ C. xlii.

PAs sacras litteras etiã unus Ptolemeorũ Regũ Egypti nosse studuit & habere.
Nã post Alexãdri Macedonis q etiã magnus cognominatus ẽ mirificẽtissimã
minimeq; diuturnã potentiã: qua uniuersã Asiã immo pene totũ orbẽ partim ui &
armis: partim terrore subegerat: qñ inter cetera orientis regna etiã Iudeã ingressus
obtinuit. Eo mortuo comites eius cum regnum illud amplissimum nõ pacifice inter
se possessuri diuisissent: uel potius dissipassẽt bellis oĩa uastaturi: Ptolemeos Reges

habere cepit Egyptus: quorū ꝑmus Lagi filius multos ex Iudea captiuos ī egyptū transtulit. Huic aūt succedens Ptolemeus alius q appellatus est Philadelphus: omnes quos ille adduxerat subiugatos liberos redire pmisit: insuper & dona regia ī tem plū domini misit: petiuitq; ab Eleazaro tūc Pōtifice dari sibi scripturas: q̄s ꝑfecto fama audierat pdicāte diuinas. & ideo cōcupiuerat habere in bibliotheca quā nobilissimā fecerat. Has ei cū misisset idē Pōtifex Hebreas post etiā ille interpretes postulauit: et dati sūt ei .lxxii. de singulis tribubus duodecim: seni hoīes: ligue utriusq; doctissimi: Hebree scilicet atq; Grece. Quorum interpretatio ut .lxx. uocetur iam obtinuit cō/suetudo. Traditur sane tā mirabilem ac stupendū planeq; diuinum ī eorum uerbis fuisse consensum: ut cum ad hoc opus sepatim singuli sederint: ita enim eorum fidem Ptolemeo placuit explorare: in nullo uerbo quod idem significaret et tantundem ualeret: & in uerboꝝ ordine alter ab altero discreparet: sed tanq̄ unus esset interpres. ita qđ omnes interpretati sunt unū erat. quoniā reuera spiritus erat unus in oībus. Et ideo tam mirabile dei munus acceperant: ut illarum scripturarum non tanquam humanarum: sed sicut erant: tanquam diuinarum etiam isto modo commendaretur autoritas: crediturisquandoq; gentibus profutura: quod iam uidemus effectum.

De autoritate .lxx. interpretum: que saluo honore hebraice lingue oībus sit interpꝛtibus pferenda. C. xliii.

Nam cum fuerint & alii interpretes qui ex Hebrea ī grecam linguam sacra illa eloquia transtulerūt: sicut Aquila: Symmachus: Theodotion: sicut etiam illa ē interpretatio cuius autor non apparet: & ob hoc sine noīe interpretis quinta editio nuncupatꝰ: hāc tamē: que septuagīta ē: tanq̄ sola esset sic recipit Ecclesia: eaq; utunē greci populi Christiani. quorū plerīq; utrū alia sit aliq̄ ignorāt. Ex hac septuagīta interpretatione etiam in latinam linguam interpretatum est: quod latine Ecclesiæ tenent. q̄uis non defuerit ī nostris tēporibus presbyter Hieronymus: homo doctissi/mus & omniū triū linguarū peritus: q non ex greco sed ex hebreo in latinū eloquiū easdem conuertit scripturas. sed eius tantū litterarū laborem q̄uis Iudei fateanē esse ueracem: lxx. uero interpretes in multis errasse contendant: tamē Ecclesie Christi tot hominū autoritati ab Eleazaro tūc pōtifice: ad hoc tantū opus electorum neminē iudicant preferendum: quia & si non in eis unus apparuisset spiritus sine dubitatione diuinus: sed inter se uerba interpretatiōis sue .lxx. docti more hominū cōtulissēt: ut quod placuisset omnibus hoc maneret: nullus eis unus interpres debuit anteponi. Cū uero tātum in eis signū diuinitatis apparuit: ꝑfecto quisquis alius illarū scripturarū ex Hebrea in quamlibet aliam linguam interpres est uerax: aut congruit illis .lxx. interpretibus: aut si congruere non uidetur: altitudo ibi prophetica esse credenda ē. Spiritus enī q in Prophetis erat: quādo illa dixerūt: idē ipse erat in .lxx. uiris quando illa sunt interpretati. Qui profecto autoritate diuina & aliud dicere potuit: tāquam Propheta ille utrūq; dixisset: quia utrūq; idem spiritus diceret: & hoc ipsum aliter. ut si non eadē uerba: idē tamē sēsus bene intelligētibus dilucesceret. & aliqd ꝑtermittere & aliquid addere: etiā ut hinc ostenderet nō humanā fuisse in illo ope seruitutē quā uerbis debebat īterpres: sed diuinā potius potestatem que mentē replebat & agebat interpretis. Nōnulli a ūt codices grecos interpretationis .lxx. & ex hebreis codicibus emendandos putarūt: nec tamē ausi sūt detrahere: qđ hebrei non habebant & .lxx. posuerunt: sed tantūmodo addiderūt que in hebreis inuēta apud .lxx. nō erāt: eaq;

signis qbusdã in stellarũ modũ factis: ad capita eorũdẽ uersuũ notauerũt. que signa asteriscos uocãt. Illa uero que nõ habẽt hebrei: habẽt autem .lxx. similiter ad capita uersuum iacentibus uirgulis sicut scribuntur untie signauerũt. Et multi codices greci has notas habẽtes usq; quaq; diffusi sũt: & latini. Que autem nõ p̃termissa uel addita: sed aliter dicta sunt: siue alium sensum faciãt etiã ipsũ nõ abhorrentẽ: siue alio mõ eundem sensũ explicare monstrentẽ: nisi utrisq; codicibus inspectis nequeũt reperiri. Si igitẽ ut oportet nihil aliud intueamur in scripturis illis nisi q̄d per homines dixerit dei spiritus: quicquid ẽ in hebreis codicibus & nõ est apud interpretes. lxx: noluit hoc per istos sed p illos Prophetas dei sp̃us dicere. qcq̄d uero ẽ apud .lxx. in Hebreis aũt codicibus nõ ẽ: p istos maluit q̃ per illos idẽ spiritus dicere: sic ostendens utrosq; fuisse Prophetas: Isto .n. mõ alia p Esaiã: alia p Hieremiã: alia p aliũ atq; aliũ Prophetã: uel aliter eadẽ per hũc ac p illũ dixit ut uoluit. Quicq̄d porro apud utrosq; ĩuenitẽ: p utrosq; dicere uoluit unus atq; idẽ spiritus: sed ita ut illi precederent pphetãdo: isti sequerentẽ pphetice illos interp̃tando. Quia sicut in illis uera & cõcordãtia dicẽtibus spiritus pacis unus fuit: sic & in istis nõ secũ cõferentibus & tamẽ tanq̃ ore uno cũcta interp̃tantibus: idẽ spiritus unus apparuit.

¶ Quid intelligendum sit de Niniuitarum excidio cuius denuntiatio in hebreo quadraginta dierũ spatio tenditẽ. in septuagĩta autẽ tridui breuitate concluditẽ. ¶ C. xliiii.

SEd ait aliq̄s. Quomõ sciã q̄d Ionas ppheta dixerit Niniuitis: utrum triduũ & Niniue euertetẽ: an .xl. dies? Quis enim nõ uideat nõ potuisse utrũq; tunc dici a Propheta: q missus fuerat terrere cõminatiõe imminẽtis exitii ciuitatem: cui si tertio die fuerat futurus interitus: non utiq; die quadragesimo. si autem quadragesimo non utiq; tertio? Si ergo a me queritur q̄d Ionas horũ dixerit: hoc puto potius q̄d legitẽ in hebreo: q̃draginta dies & Niniue subuertetẽ. Septuaginta quippe longe posterius interp̃tati aliud dicere potuerũt: q̄d tamẽ ad rẽ pertineret: & in unum eundẽq; sensũ q̃uis sub altera significatione cõcurreret: ammoneretq; lectorem utraq; autoritate nõ spreta: ab historia sese attollere: ad ea requirenda propter que significanda historia ipsa cõscripta ẽ. Gesta sũt qppe illa in Niniue ciuitate: sed aliq̄d etiã significauerũt quod modum illius ciuitatis excedat: sicut gestum est q̄ ipse Propheta in uentre ceti triduo fuit: & tamẽ aliũ significauit in pfundo inferni triduo futurũ: q dñs ẽ omniũ Prophetarũ. Quapropter si per illã ciuitatẽ recte accipitẽ Ecclesia gentiũ: pphetice figuratẽ euersa scilicet per penitentiã: ut qualis fuerat iã non eẽt. Hoc qm̃ p Christũ factũ est in Ecclesia gentiũ: cuius illa Niniue figurã gerebat: siue per .xl. dies siue p triduũ idẽ ipse significatus est Xp̃us. Per .xl. scilicet quia tot dies peregit cũ discipulis suis post resurrectionẽ suã & ascendit ĩ celũ: per triduũ uero qa die tertio resurrexit. tanq̃ lectorem nihil aliud q̃ historie rerum gestarum inherere cupientem de somno excitauerit .lxx. ĩterpretes iidẽq; Prophete: ad perscrutandũ altitudinem Prophetie: et quodammõ dixerint: in .xl. diebus ipsum quere in quo & triduũ poteris inuenire. illud in ascensione: hoc in eius resurrectione reperies. Propter quod utroq; numero significari cõuenientissime potuit: quorũ unũ per Ionã Prophetam. alterũ per .lxx. interpretũ prophetiã. tamẽ unus atq; idẽ spiritus dixit. Lõgitudinẽ fugio. ut nõ hec per multa demõstrarẽ: ĩ qbus ab Hebraica ueritate putãtẽ .lxx. interp̃tes discrepare: et bene intellecti inueniuntẽ esse concordes. Vnde etiã ego p meo modulo uestigia sequẽs Apostolorum: qa et ipi ex utrisq; id ẽ ex Hebreis & ex .lxx. testimõia pphetica

posuerunt: utraq; autoritate utendū putaui. qm̄ utraq; una atq; diuina ē. Sed iā que restant: ut possumus exequamur.

¶ Quod post instaurationem templi prophetas Iudei habere destiterūt. et exinde usq; ad natiuitatē Christi cōtinuis aduersatibus sint afflicti. ut pbaret alterius tēpli edificationē pphetičis uocibus fuisse pmissā. ¶ C. xlv.

Posteaq̄ gens Iudea cepit non habere Prophetas: pculdubio deterior facta ē. eo scilicet tēpore quo se sperabat instaurato tēplo post captiuitatē que fuit in babylonia futurā esse meliorem. Sic quippe intelligebat populus ille carnalis quod prenuntiatum est per Aggeum prophetā dicētem: Magna erit gloria domus istius nouissime plus q̄ prime. qđ de nouo testamēto dictū esse paulo sup:ius demōstrauit: ubi ait aperte Xp̄m promittens: & mouebo omnes gētes: & ueniet desideratus cūctis gentibus. Quo loco. lxx. interpretes alium sensū magis corpori q̄ capiti: hoc ē magis Ecclesie q̄ Xp̄o conuenientem prophetica autoritate dixerunt. Veniēt que electa sūt domini de cūctis gētibus: id ē hoīes de qbus ipse Iesus in euangelio: multi inquit uocati: paucii uero electi. Talibus enī electis gentiū: domus dei edificat̄ p testamētū nouum lapidibus uiuis: longe gloriosior q̄ templum illud fuit qđ a Rege Salomōe constructū est: & post captiuitatē instauratū. Propter hoc ergo nec Prophetas ex illo tempore habuit illa gens: sed multis cladibus afflicta est ab alienigenis Regibus: ipsisq; Romanis: ne hāc Aggei pphetiā in illa instauratiōe tēpli opinaret̄ impletā. Nō multo enim post adueniente Alexandro subiugata ē: quādo & si nulla facta ē uastatio: qm̄ non sunt ausi ei resistere: & ideo placatum facillime subditi receperūt: nō erat tamē gloria tāta domus illius: quāta fuit in suorū Regum libera potestate. Hostias sane Alexander immolauit in dei templo: non ad eius cultum uera pietate conuersus: sed impia uanitate cum diis eum falsis colēdum putans. Deinde Ptolemeus Lagi filius: qđ supra cōmemoraui post Alexādri mortē captiuos inde in Egyptū transtulit: quos eius successor Ptolemeus Philadelphus beniuolentissime inde dimisit. per quē factū ē quod paulo ante narraui: ut. lxx. interpretū scripturas haberemus. Deinde contriti sunt bellis que in Machabeorum libris explicantur. Post hec capti a Rege Alexandrie Ptolemeo q est appellatus Epiphanes: inde ab Antiocho Rege Syrie multis & grauissimis malis ad idola colenda cōpulsi: tēplūq; ipsū repletū sacrilegis supstitionibus gentiū: qđ tamē dux eoꝝ strenuissimus Iudas q etiā Machabeus dictus ē Antiochi ducibus pulsis: ab illa omni idolatrie cōtaminatiōe mūdauit. Non aūt multo post Alchimus quidā p ambitionē cū a genere sacerdotali eēt alienus: qđ nefas erat: Pōtifex factus ē. Hinc iā post annos fere qnquaginta: in qbus eis tamen pax non fuit: q̄uis aliqua & prospere gesserint: primus apud eos Aristobolus assūpto diademate & Rex & Pōtifex factus ē. Antea qppe ex quo de Babylōie captiuitate reuersi sunt: templumq; instauratum est: nō Reges sed duces uel prīcipes habuerūt. q̄uis & qui Rex ē possit dici princeps a principatu impandi: & dux eo q sit ductor exercitus. Sed nō cōtinuo qcunq; prīcipes uel duces sunt: etiam Reges dici possunt: quod iste Aristobolus fuit. Cui successit Alexander etiam ipse Rex & Pontifex: qui crudeliter in suos regnasse tradit̄. Post hunc uxor eius Alexandra Regina Iudeoꝝ fuit. ex cuius deīceps tpe mala sūt eos secuta grauiora. Filii qppe huius Alexandre Aristobolus & Hyrcanus: inter se de imperio dimicantes: uires aduersus Israeliticam gentem puocauere Romanas. Hyrcanus nāq; ab eis contra fratrē poposcit auxiliū. Tunc iam Roma subiugauerat Africam & Gretiam: lateq; etiā aliis orbis partibus

imperãs: tanq̃ seipsã ferre non ualens: se suaq; quodammodo magnitudine fregerat. Peruenerat quippe ad seditiones domesticas graues: atq; inde ad bella socialia: moxq; ciuilia. tantumq; se comminuerat atq; contriuerat: ut ei mutandus rei publice status quo regeretur Regibus immineret. Põpeius ergo Romãi populi p̃clarissimus p̃nceps: Iudeã cum exercitu ingressus ciuitatẽ capit: templũ reserat: non deuotione supplicis sed iure uictoris: & ad sancta sanctorum quo nisi summum sacerdotem non licebat intrare: non ut uenerator sed ut prophanator accedit. Confirmatoq; Hyrcani pontificatu: & subiugate genti ĩposito custode Antipatro: quos tũc ꝓcuratores uocabãt: uinctum secum Aristobolũ ducit. Et ex illo die Iudei etiam tributarii Romanorũ esse ceperunt. Postea Cassius etiam templum expoliauit. Deinde post paucos annos etiam Herodem alienigenam Regem habere meruerũt: quo regnãte natus ẽ Xp̃us. Iã enim uenerat plenitudo tẽporis: significata prophetico spiritu ꝑ hos Patriarche Iacob: ubi ait. Nõ deficiet p̃nceps ex Iuda neq; dux de femoribus eius: donec ueniat cui repositũ est: & ipse erit expectatio gentiũ. Non ergo defuit Iudeorũ Princeps ex Iudeis usq; ad istũ Herodẽ: quẽ primum acceperunt alienigenã Regẽ. Tẽpus ergo erat ut ueniret ille cui repositũ erat: quod nouo promissum est testamento: ut ipse esset expectatio gentium. Fieri autem non posset ut expectarent gentes eum uenturũ: sicut eum cernimus expectari ut ueniat: ad faciendum iudiciũ in claritate potẽtie: nisi prius crederẽt ĩ eũ cũ uenit ad patiendũ iudiciũ in humilitate patiẽtie.

¶De ortu Saluatoris nostri scd̃m ꝙ uerbũ caro factũ ẽ. & de dispersiõe Iudeorum per omnes gentes sicut fuerat prophetatum. ¶C. xlvi.

REgnante ergo Herode in Iudea: apud Romanos autẽ iam mutato reipublice statu imperante Cesare Augusto: & per eũ orbe terre pacato: natus ẽ Xp̃us scd̃m precedentẽ prophetiã in bethleem Iude. homo manifestus ex homine uirgĩe: deus occultus ex deo patre. Sic enĩ Propheta p̃dixerat. Ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium: & uocabitur nomen eius Emanuel: quod est interpretatũ nobiscũ deus. Qui ut se commẽdaret deum: multa miracula fecit: ex quibus quedam quantũ ad eum predicandum satis uisũ est esse scriptura euangelica continet. Quorũ primũ est ꝙ tam mirabiliter natus est: ultimum autem ꝙ cũ suo resuscitato corpore a mortuis ascendit ad celum. Iudei autem qui eum occiderunt & in eum credere noluerũt: quia oportebat eum mori & resurgere: uastati infelicius a Romanis fũditusq; a suo regno ubi iã eis alienigene dominabant̃ eradicati sũt: dispsiq; ꝑ terras. Quandoq̃dem ubiq; non desunt: per scripturas suas testimonio nobis sunt ꝓphetias nos non finxisse de Xp̃o. Quas plurimi eorum considerantes: & ante passionem & maxime post eius resurrectionem crediderunt in eum: de q̃bus predictum est. Si fuerit numerus filioꝝ Israel sicut arena maris. reliq̃e salue fient. Ceteri uero excecati sũt. de q̃bus predictũ est. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in retributionem & in scandalum: obscurentur oculi eorum ne uideant: & dorsum eorum semper incurua. Proinde cũ scripturis nostris non credunt: complentur in eis sue quas cæci legunt. nisi quis forte dixerit illas prophetias Xp̃ianos finxisse de Christo: que Sibylle nomine uel alioꝝ ꝓferunt̃: si que sunt que nõ pertinẽt ad populũ Iudeorũ. Nobis quidẽ ille sufficiũt: que de nostrorum inimicorum codicibus proferuntur. quos agnoscimus propter hoc testimonium quod nobis inuiti perhibent: eosdem codices habendo atq; seruãdo per omnes gentes: etiam ipsos esse dispersos quaquauersũ Christi Ecclesia dilatat̃. Nam

prophetia in psalmis quos etiã legũt de hac re premissa est: ubi scriptũ ẽ. Deus meus misericordia eius preueniet me. Deus meus demonstrauit mihi de inimicis meis. Ne occideris eos neq̃ndo obliuiscant̃ legẽ tuã. Disperge eos ĩ uirtute tua. Demonstrauit ergo deus Ecclesie in eius inimicis Iudeis gratiam misericordie sue. quoniã sicut dicit Apostolus delictum eorum salus est in gentibus. Et ideo non occidit: id est non in eis perdidit: ꝙ sunt Iudei: quamuis deuicti & oppressi fuerint a Romanis: ne obliti legẽ dei ad hoc de quo agimus: testimonium nihil ualeret. Ideo parum fuit ut diceret ne occideris eos nequando obliuiscantur legem tuam: nisi etiã adderet disperge eos. q̃m si cum isto testimonio scripturarum in sua tantũ modo terra non ubiq; essent: ꝑfecto Ecclesia que ubiq; est: eos prophetiarũ que de Christo ꝓmisse sunt testes in omnibus gentibus habere non posset.

An ante tempora Christi aliqui fuerint extra Israeliticum genus qui ad celestis ciuitatis consortiũ ptinerent. C. xlvii

QVapropter quisqs alienigena id ẽ nõ ex Israel progenitus: nec ab illo populo in canone sacrarum litterarum receptus: legitur aliquid prophetasse de Xp̃o: si in nostram noticiam uenit: aut uenerit: ad cumulũ a nobis cõmemorari potest: nõ ꝙ necessarius sit etiã si desit: sed quia non creditur fuisse incõgrue & in aliis gẽtibus homĩes q̃bus hoc mysterium reuelatũ est: & qui hoc etiam predicere impulsi sũt: siue participes eiusdẽ gratie fuerint siue expertes: siue per malos angelos docti sint: quos presentem Christum quem Iudei nõ agnoscebant: scimus fuisse confessos. Nec ipsos Iudeos existimo audere cõtendere: neminẽ pertinuisse ad deum preter Israelitas: ex quo propagatio Israel eẽ cepit reprobato eius fratre maiore. Populus enim reuera qui dei populus ꝓprie diceret̃: nullus alius fuit. Homines aũt quosdã nõ terrena sed societate celesti ad ueros Israelitas superne ciues patrie ptinentes: etiã in aliis gentibus fuisse negare nõ possunt. Quia si negant facillime conuincunt̃ de sancto & mirabili uiro Iob: qui nec indigna nec Proselitus id ẽ aduena populi Israel fuit: sed ex gẽte Idumea genus ducens: ibi ortus ibidem mortuus. Qui diuino sic laudatur eloquio: ut quod ad iusticiam pietatemq; attinet etiã nullus ei homo suorũ temporũ coequetur. Que tempora eius q̃uis nõ inueniamus ĩ chronicis: colligimus tamẽ ex libro eius quẽ ꝓ sui merito Israelite in autoritatẽ canonicã receperũt: tertia generatiõe posteriorẽ fuisse q̃ Israel. Diuinitus autem fuisse prouisum non dubito: ut ex hoc uno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse: q sc̃d͞m deum uixerunt: eiq; placuerũt pertinẽtes ad spiritalem Hierosolymam. Quod nemini concessum fuisse credẽdum est: nisi cui diuinitus reuelatus est unus mediator dei & hominũ homo Xp̃us Iesus q uẽturus in carne sic antiqs sanctis ꝓnuntiabatur: queadmodũ nobis uenisse nuntiatus ẽ. ut una eademq; fides per ipsũ omnes in dei ciuitatem: dei domum: dei templũ: predestinatos ꝑducat ad deũ. Sed quecunq; aliorũ prophetie de dei ꝑ Iesũ Xp̃m gratia ꝓferunt̃: possunt putari a Xp̃ianis esse conficte. Ideo nihil ẽ firmius ad cõuincẽdos quoslibet alienos: si de hac re contenderint nostrosq; fulciendos si recte sapuerint: quam ut diuina predicta de Xpristo ea proferantur: que in Iudeorum codicibus sunt scripta. Quibus auulsis de propriis sedibus: et propter hoc testimonium toto orbe dispersis: Christi usquequaq; creuit ecclesia

Prophetiam Aggei qua dixit maiorem futuram gloriã domus dei q̃ primum fuisset: non in reedificatione tẽpli sed in Ecclesia Xpristi esse completam. C. xlviii.

HEc domus dei maioris est glorie: ꝗ fuerat illa prima: lignis & lapidibus ceterisq; preciosis rebus metallisq; cõstructa. Nõ itaq; Aggei prophetia in templi illius instauratione completa est. Ex quo enim instauratum est: nunꝗ ostenditur tantam gloriam habuisse quantam habuit tempore Salomõis: immo potius ostendit' primũ cessatiõe prophetie fuisse domus illius gloriã diminutã: deinde ipsius gentis cladibus cantis usq; ad ultimum excidiũ quod factum est a Romanis: sicut ea que supra sũt cõmemorata: testant'. Hec autẽ domus ad nouum pertinens testamentum: tãto utiq; maioris est gloriæ: quanto meliores sunt lapides uiui: quibus credentibus renouatisq; construit'. Sed ideo per instaurationẽ tẽpli illius significata est: quia ipsa renouatio illius edificii significat eloqo prophetico alterũ testamentum quod appellat' nouum. Quod ergo dixit deus ꝑ memoratũ Prophetã: & dabo pacẽ ĩ loco isto: ꝑ significãtẽ locum ille qui eo significatur est intelligendus. Vt quia illo loco instaurato signata est Ecclesia que fuerat edificanda per Xp̃m: nihil accipiat' qđ dictũ ẽ dabo pacẽ in loco isto: nisi dabo pacẽ in loco quẽ significat locus iste. Quia quodammõ omnia significantia uidentur earũ rerũ quas significant sustinere personas: sicut dictum est ab Apostolo petra erat Christus: quoniã petra illa de qua hoc est dictũ significabat utiq; Xpristũ. Maior est itaq; gloria domus huius noui testamẽti: ꝗ domus prioris ueteris testamenti: & tũc apparebit maior cũ dedicabitur. Tunc enim ueniet deside/ratus cunctis gentibus: sicut legitur in hebreo. Nam primus aduentus eius nondum erat desideratus omnibus gentibus. Non enim quem debebant desiderare sciebãt: in quẽ nõ crediderant. Tunc etiã scđm. lxx. interpretes: quia & ipse ẽ propheticus sẽsus: uenient que electa sũt dñi de cunctis gẽtibus. Tunc enim uere nõ uenient nisi electa de qbus dicit Apostolus. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ. Ipse qppe architectus qui dixit multi uocati: pauci uero electi: non de iis dixit qui uocati sic uenerunt ut de conuiuio proicerentur: sed de electis demonstraturus est edificatam domum que nullam deinceps formidabit ruinam. Nunc autem et hi quando replẽt Ecclesias: quos tanquam in area uentilatio separabit: nõ apparet tãta gloria domus huius: quanta tunc apparebit quando quisquis ibi erit: semper erit.

De incerta multiplicatione Ecclesie qua in hoc seculo multi reprobi miscent' electis. C: xlviiii

IN hoc ergo maligno seculo ĩ his diebus malis: ubi per humilitatẽ presentẽ futurã comparat Ecclesia celsitudinem: & timorum stimulis: dolorum tormentis: laborũ molestiis: temptationum periculis erudit': sola spe gaudens quando sane gaudet: multi reprobi miscentur bonis: & utriq; tanꝗ in sagenam euangelicam colligũtur: et in hoc mundo tanꝗ in mari utriq; inclusi retibus indiscrete natãt: donec perueniat' ad littus ubi mali segregentur a bonis: & in bonis tanꝗ in tẽplo suo sit deus omnia in omnibus. Proinde uocem nunc agnoscimus eius impleri qui loquebatur in psalmo atq; dice/bat. Annuntiaui & locutus sum multiplicati sunt super numerum. Hoc fit nunc ex quo primum per os precursoris sui Iohannis deinde per os proprium annuntiauit: & locutus est dicens. Agite penitentiam: appropinquabit enim regnum celorum. Elegit discipulos quos & Apostolos nominauit: humiliter natos: inhonoratos illitteratos. ut quicquid magnum essent & facerẽt: ipse in eis esset & faceret. Habuit inter illos unũ quo malo utens bene: & sue passionis dispositum impleret: & ecclesie sue tolerandoꝝ malorum preberet exemplum. Seminato quantum per eius oportebat presentiam

corporalem sancto euangelio: passus est: mortuus est: resurrexit: passione ostendens quid sustinere pro ueritate: resurrectiõe qd sperare in eternitate debeamus: excepta altitudine sacramenti qua sanguis eius in remissiõem peccatorũ fusus ẽ. Conuersatus est in terra .xl. dies cũ discipulis suis: atq; ipsis uidẽtibus ascẽdit in celũ: & post dies .x. ꝓmissum spiritũ sanctũ misit patris sui: cuius aduenientis in eos q crediderãt: tũc erat signum maximum: et maxime necessarium: ut unusquisq; eorum linguis omnium gentium loqueretur. ita significans unitatem catholice ecclesie per omnes gentes futuram: ac sic linguis omnibus locuturam.

¶ De predicatione Euangelii que per passiones predicantiũ clarior et potentior facta ẽ. C. l.

DEinde scd'm illã prophetiã: ex Syon lex ꝓdiet & uerbũ domini de Hierusalẽ: et scd'm dñi ipsius Xp̄i ꝑdicta: ubi post resurrectionẽ stupẽtibus eũ discipulis suis apperuit sensũ: ut intelligerẽt scripturas: & dixit eis quoniam sic scriptum ẽ: & sic oportebat Xpristũ pati & resurgere a mortuis die tertia: & predicari in eius nomine penitentiã & remissionẽ peccatorũ p omnes gentes: incipiẽtibus ab Hierusalẽ. Et ubi rursus eis de aduẽtu eius nouissimo reqrẽtibus respõdit: atq; ait. Nõ est uestrũ nosse tpa uel momẽta que pater posuit in sua potestate. sed accipietis uirtutẽ spiritus sãcti superuenientis in uos: & eritis testes mihi in Hierusalẽ: & in tota Iudea & Samaria: & usq; i fines terre. Primũ se ab Hierusalẽ diffudit Ecclesia: & cũ Iudea atq; Samaria plurimi credidissẽt: & i alias gẽtes seminatũ ẽ eis annũtiantibus Euangeliũ: quos ipse sicut luminaria coaptauerat uerbo: & accẽderat spiritu sãcto. Dixerat eni eis: nolite timere eos q corpus occidunt: animã aũt nõ possũt occidere. q ut frigidi timore non eẽnt: igne caritatis ardebãt. Deniq; p ipsos non solũ qui eũ ante passionẽ & post resurrectionẽ suã uiderãt & audierant: uerũ etiã post obitũ eorũ per posteros eorum inter horrẽdas ꝑsecutiones & uarios cruciatus: ac funera martyrũ predicatũ est toto orbe euangeliũ: contestãte domino signis & ostentis & uariis uirtutibus: & spus sãcti muneribus: ut populi gentiũ credẽtes in eũ q p eorũ redẽptione crucifixus ẽ: Xp̄iano amore uenerarent sãguinẽ martyrũ: quẽ diabolico furore fuderũt: ipsiq; reges quorũ legibus uastabat Ecclesia: eius nomini salubriter subderentur: quod de terra crudeliter auferri conati sunt: & falsos deos inciperent persequi: quorũ causa cultores dei ueri fuerant antea persecuti.

¶ Quod etiam per hereticorum dissensiones fides Catholica roboretur. ¶ Ca. li.

VIdẽs autẽ diabolus tẽpla demonũ deseri & ad nomẽ liberãtis mediatoris currere genus humanũ: hereticos mouit q sub uocabulo Xp̄iano doctrine resisterẽt Xp̄iane: quasi possent indifferenter sine ulla correptione haberi in ciuitate dei: sicut ciuitas confusiõis indifferẽter habuit philosophos inter se diuersa & aduersa sentiẽtes. Qui ergo in dei Ecclesia morbidũ aliqd prauũq; sapiũt: si correpti ut sanũ rectũq; sapiãt resistunt cõtumaciter: suaq; pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt: sed defensare persistunt: heretici fiunt: & foras exeuntes habentur in exercentibus inimicis: etiã sic quippiã ueris illis catholicis membris Xp̄i malo suo prosunt. Dũ eni deus utit & malis bene & diligẽtibus eũ oĩa coopant in bonũ: inimici oẽs Ecclesie quolibet errore cecentur uel malicia deprauentur: si accipiũt potestatẽ corporaliter affligendi: exercent eius patientiã: si tantũmõ male sentiendo aduersantur: exercent

eius sapientiā. Vt autem etiā inimici diligant̄: exercent eius beniuolentiā: aut etiam benificentiā: siue suasibili doctrina cum eis agatur: siue terribili disciplina. Ac per hoc diabolus princeps impie ciuitatis: aduersus peregrinantē in hoc mundo ciuitatem dei uasa propria cōmouendo: nihil ei nocere permittit̄: cui ꝓculdubio & rebus prosperis consolatio ut non frangat̄ aduersis: exercitatio ut non corrumpat̄ ꝓsperis: ꝑ diuinā prouidentiā procurat̄. atq; ita temperatur utrunq; ab alterutro: ut in psalmo illam uocē non aliunde cognoscamus exortam: scd̄m multitudinē dolorū meoꝝ in corde meo: consolatiōes tue iocundauerūt animam meam. Hinc est et illud Apostoli: spe gaudētes: in tribulatiōe patiētes. Nā & id qđ ait idē doctor qcunq; uolūt pie uiuere in Xp̄o persecutionē patiunt̄: nullis putandū est deesse posse tꝑibus. qa & cū ab eis qui foris sunt nō seuientibus uidet̄ esse tranqllitas: & reuera ē: plurimūq; cōsolatiōis aufert infirmis maxime. nō tamē desūt ī mo multi sunt intus: qui corda pie uiuentiū suis perditis moribus cruciāt: qm̄ per eos blasfematur Xp̄ianū & catholicum nomē. Quod quanto est carius eis qui uolunt pie uiuere in Christo: tāto magis dolēt ꝙ per malos intus positos fit: ut minus q̄ pioꝝ mētes desiderāt: diligat̄. Ipsi quoq; Heretici cū Xp̄ianū cogitant̄ habere nomē & sacramenta Xp̄iana: & scripturas & ꝓfessionē: magnū dolorem faciunt in cordibus piorū: qa & multi uolentes esse Xp̄iani ꝓpter eorum dissensiones hesitare cogunt̄: & multi maledici etiā in his inueniunt materiam blasfemandi Xp̄ianum nomen: qa ipsi quoquomō Xpristiani appellātur. His atq; huiusmodi prauis moribus & erroribus hominū: persecutionē patiunt̄ qui uolunt in Christo pie uiuere: etiā nullo infestāte neq; uexante corpus illorū. Patiunt̄ quippe hanc persecutionē nō in corporibus sed in cordibus. Vnde illa uox ē. scd̄m multitudinem dolorum meorum in corde meo. Non enim ait in corpore meo. Sed rursus quoniam cogitant̄ immutabilia diuina ꝓmissa & quod ait Apostolus nouit dominus qui sunt eius. quos enim presciuit & predestinauit conformes fieri imaginis filii sui: ex eis nullus perire potest. ideo sequit̄ in illo psalmo: consolatiōes tue iocundauerūt animā meā. Dolor aūt ipse q fit ī cordibus pioꝝ: quos persequunt̄ mores Xp̄ianoꝝ malorum: siue falsorū: prodest dolentibus: quoniā de caritate descēdit qua eos perire nolunt: nec impedire salutem aliorum. Deniq; magne consolationes fiunt: etiam de correctionibus eorum: qui piorum animas tanta iocūditate perfundunt: quātis de sua perditione doloribus cruciauerant. Sic in hoc seculo in his diebus malis: nō solum a tēpore corporalis ꝓsētie Xp̄i & Apostolorū eius: sed ab ipso Abel quē primū iustū impius frater occidit: & deinceps usq; ad huius seculi finem: inter ꝑsecutiones mundi & consolationes dei peregrināndo procurrit Ecclesia.

An credendum sit: quod quidam putant: impletis decem ꝑsecutiōibus que fuerūt: nullā superesse p̄ter undecimā que in ipso Antichristi tempore sit futura. C.lii.

PRoinde nec illud quidē temere puto esse dicendū siue credendū: qđ nōnullos uisum est uel uidetur non amplius Ecclesiā suam passurā persecutiones usq; ad tempus Antichristi: q̄ ꝙ iam passa ē: id est decē: & undecima eadēq; sit ab Antixp̄o nouissima. Primā qppe cōputant a Nerone: Secundā a domitiano: Tertiam a Traiano: Quartā ab Antonio: Quintā a Seuero: Sextā a Maximino: Septi/mam a Decio: Octauā a Valeriano: Nonā ab Aureliano: Decimā a Diocletiāo et Maximiano. Plagas enim egyptiorū qm̄ decem fuerūt anteq̄ inde exire inciperet populus dei: putant adhūc intellectū eē referēdas: ut nouissima Antichristi ꝑsecutio

similis uideatur undecime plage: qua egyptii dum hostiliter persequerent̃ Hebreos: in mari Rubro populo dei per siccum transeunte perierũt. Sed ego illa re gesta in Egypto istas persecutiones prophetice significatas esse nõ arbitror: q̃uis ab eis q̃ hoc putant exq̃site & ingeniose illa singula his singulis cõparata uideant̃: nõ ꝓphetico spiritu sed coniectura mentis humane: qua aliq̃n ad uerũ peruenit: aliquãdo fallit̃. Quid enim q̃ hoc sentiũt dicturi sũt de ꝑsecutiõe qua ipse dominus crucifixus ẽ? In quo eã numero posituri? Si aũt hac excepta existimãt computandũ: tanquam ille numerãde sint que ad corpus pertinent: nõ qua ipsũ caput ẽ appetitũ & occisũ: quid agẽt de illa que posteaq̃ Xp̃us ascendit in celum Hierosolymis facta est: ubi beatus Stephanus lapidatus ẽ: ubi Iacobus frater Iohãnis gladio trucidatus ẽ: ubi apostolus Petrus ut occideret̃ inclusus ẽ: & p ãgelũ liberatus: ubi fugati atq; dispsi de Hiero/solymis fratres: ubi Saulus qui postea Paulus Apostolus factus est uastabat Ecclesiã ubi ipse quoq; iã fidẽ quã persequebat̃ euangelizans: qualia faciebat est passus: siue per Iudeam siue per alias gentes: quacũq; Xp̃m feruentissime predicabat? Cur ergo eis a Nerõe uidet̃ ordiendũ: cum ad Neronis tẽpora inter attrocissimas ꝑsecutiones de q̃bus nimis ẽ longũ cuncta dicere: Ecclesia crescẽdo ꝑuenerit? Quod si a regibus factas persecutiones in numero existimãt esse debere: Rex fuit Herodes q̃ etiã post ascensũ domini grauissimã fecit. Deinde q̃d respõdent etiam de Iuliano: quem non numerãt in decẽ? An ipse nõ ẽ Ecclesiã ꝑsecutus: q̃ Xp̃ianos liberales litteras docere ac discere uetuit: sub quo Valentinianus maior q̃ post eũ tertius imperator fuit: fidei Xp̃iane confessor extitit: militiaq; priuatus est? Vt omittam que apud Antiochiam facere ceperat: nisi unius fidelissimi & constantissimi iuuenis: q̃ cũ multis apprehensis ut torquerent̃ per totũ diem primus est tortus: inter ungulas cruciatusq; psallentis: libertatem atq; hylaritatem miratus exhorruisset: & in cæteris deformius erubescere timuisset. Postremo nostra memoria. Valẽs supradicti Valẽtiniani frater Arianus: nonne magna persecutione per oriẽtis partes Catholicã uastauit Ecclesiã? Quale ẽ aũt non cõsiderare Ecclesiã per totũ mundũ fructificantem atq; crescentẽ. posse in aliq̃bus gentibus ꝑsecutionẽ pati a regibus: & quãdo in aliis nõ patit̃? Nisi forte nõ ẽ persecutio computanda: quãdo Rex Gothorũ in ipsa Gothia ꝑsecutus ẽ Xp̃ianos crudelitate mirabili: cũ ibi nõ eẽnt nisi Catholici: quoꝝ plurimi martyrio coronati sunt: sicut a q̃busdã fratribus qui tũc illic pueri fuerant: & se ista uidisse incontanter recordabãt̃: audiuimus? Quid mõ ĩ Perside? Nõne ita ĩ Xp̃ianos ferbuit ꝑsecutio: si tamẽ iã q̃euit: ut fugientes inde nõnulli usq; ad Romana oppida ꝑuenerint? Hec atq; huiusmõi mihi cogitanti nõ uidet̃ esse diffiniendus numerus persecutionũ: q̃bus exerceri oportet Ecclesiã. Sed rursus affirmare aliquas futuras a regibus preter illã nouissimã de q̃ nullus ambigit Xp̃ianus: nõ minoris ẽ temeritatis. Itaq; hoc ĩ medio relinquamus: neutrã partẽ questionis huius astruẽtes siue destruẽtes: sed tantũmodo ab affirmandi quodlibet horũ audacẽ presumptionẽ reuocantes. Illã sane nouissimã persecutionem que ab Antichristo futura est: presẽtia sua extinguet ipse Iesus. Sic enim scriptũ est ꝙ eũ interficiet spiritu oris sui: & euacuabit illuminatiõe ꝑsentie sue. Hic queri solet q̃n istud erit: importune omnino. Si.n. hoc nobis nosse prodesset: a quo melius q̃ ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis diceretur? No nenim siluerunt inde apud eum: sed a præsente quesierunt dicentes. Domine si hoc tempore representabis regnũ Israel? At ille non est inq̃t uestrũ nosse tẽpora: que pater in sua posuit potestate. Non utiq; illi de hora: uel die: uel ãno: sed de tp̃e interrogauerũt: q̃n illud accepere responsũ. Frustra igit̃ annos q̃ huic seculo remanẽt computare ac

definire conamur: cũ hoc scire non esse nostrũ ex ore ueritatis audiamus. Quos tñ alii q̃drmgentos: alii qngentos: alii etiã mille: ab ascẽsiõe domini usq; ad eius ultimũ aduentũ cõpleri posse dixerũt. Queadmodũ autẽ qsq; eorũ astruat opinionẽ suam: longũ est demõstrare: & nõ necessariũ.

De tempore nouissime persequutionis occulto. C.liii.

Oniecturis q̃ppe utunt͛ humanis: nõ ab eis aliq̃d certũ de autoritate scripture canonice ꝓfert͛. Omniũ uero de hac re calculantiũ digitos resoluit: & quiescere iubet ille q dicit. Nõ est uestrũ scire tempora: que pater in sua posuit potestate. Sed hec qa euãgelica sententia ẽ: mirũ ẽ nõ ea repressos fuisse deorũ multorũ falsorũq; cultores: quo minus fingerent demonum responsis quos tanq̃ deos colunt: definitum eẽ quãto tpe mãsura eẽt religio Xpiana. Cũ enĩ uiderẽt nec tot tãtisq; ꝑsecutiõibus eam potuisse consumi: sed his potius incrementa mira sũpsisse: excogitauerũt nescio quos uersus Grecos: tãq̃ cõsulenti cuidã diuino oraculo effusos. Ubi Xp̃m qdem ab huius tãq̃ sacrilegii crimie faciũt innocentẽ: Petrũ aũt maleficia fecisse subiungũt ut coleret͛ Xp̃i nomẽ per trecentos sexagintaqnq; annos. Deinde cõpleto memorato numero annoꝝ: sine mora sumeret finẽ. O hoĩm corda doctoꝝ: o ingenia litterata: digna credere ista de Christo: qui credere non uultis in Christum: ꝙ eius discipulus Petrus ab eo magicas artes non didicerit: sed ab ipso innocente tamen eius discipulus maleficus fuerit: nomẽq; illius q̃ suũ coli maluerit magicis suis artibus. magnis laboribus & periculis suis: postremo etiam effusione sanguinis sui? Si petrus maleficus fecit ut Christũ sic diligeret mundus: quid fecit innocẽs Christus ut eũ sic diligeret Petrus? Respondeant igitur sibiipsi & si possunt intelligant: illa superna gratia factum esse: ut propter eternam uitam Christũ diligeret mundus: qua gratia factum ẽ ut ꝓpter eternam uitam ab illo accipiendam: & usq; ad temporariã mortem pro illo patiendã Christum diligeret Petrus. Deinde isti dii qui sunt: qui possunt ista predicere: nec possunt auertere ita succumbẽtes uni malefico & uni sceleri magico quo puer ut dicunt ãniculis occisus: & dilaniatus & ritu nefario sepultus est: ut sectã sibi aduersariã tam prolixo tempore conualescere: tot tantarũq; persecutionum horrendas crudelitates non resistendo sed patiẽdo superare: & ad suorum simulacrorum: templorum: sacrorum: oraculorum: euersionem peruenire permitterent? Quis postremo est deus: non noster uti q; sed ipsorũ: qui uel illectus tãto scelere uel impulsus est ista ꝓstare? Non enim alicui demoni hoc ascribitur: sed dicunt illi uersus: hec Petrũ arte magica definisse. Talem deum habent: qui Christum non habent.

De stultissimo mendacio paganorum quo Christianam religionem non ultra trecentorum sexaginta quinque annorum mansuram spatium esse finxerunt. C.liiii.

Hec atq; huiusmõi multa colligerem: si nondũ annus iste trãsisset quẽ diuinatio ficta promisit: & decepta uanitas credidit. Cum uero ex quo nominis Christi cultus per eius in carne presentiã: & per Apostolos institutus est: ante aliquot annos anni trecenti sexagintaquinq; completi sint: quid aliud quærimus unde ista falsitas refellatur? Ut enim in Christi natiuitate huius rei non ponamus initium: quia infãs et puer discipulos nõ habebat: tamen quãdo habere cepit: proculdubio tũc innotuit per eius presẽtiam corporalem doctrina & religio Xpiana: id est posteaq̃ in fluuio

Iordane ministerio Iohānis est baptizatus. Propter hoc enim de illo prophetia illa
precesserat: dominabit̄ a mari usq; ad mare: & a flumīe usq; ad terminos orbis terre.
Sed qm̄ prius q̄ esset passus et resurrexisset a mortuis: nondum fides omnibus fuerat
definita: in resurrectione quippe Christi definita est. Nam sic Apostolus Paulus
Athenīēsibus loquit̄ dicēs. Iā nūc annūtiat hominibus omnes ubiq; agere penitentiā:
eo ꝙ statuit diem iudicare orbem in æquitate in uiro quo definiuit fidem omnibus:
resuscitans illum a mortuis: melius in hac questione soluenda inde initium sumimus:
presertim quia tūc etiā datus spiritus est sanctus: sicut eum dari post resurrectionē
Xp̄i oportebat in ea ciuitate ex qua debuit incipere lex secunda: hoc ē testamentū
nouum. Prima enim data fuit lex in monte Syna per Moysen: quod testamentum
uocatur uetus. De hac autem que per Christum dāda erat predictum est. Ex Syon
lex prodiet: & uerbum domini ex Hierusalem. Vnde & ipse per omnes gentes dixit
predicari oportere in nomine suo penitentiā: sed tamen incipiētibus ab Hierusalem.
Ibi ergo exortus est huius nominis cultus: ut in Iesū Christum qui crucifixus fuerat
et resurrexerat: crederet̄. Vbi hæc fides tam insignibus initiis incanduit: ut aliquot
hominum milia in Christi nomine mirabili alacritate conuersa uenditis suis rebus ut
egenis distribuerent̄: proposito sancto & ardentissima caritate ad paupertatē uolū-
tariam peruenirent atq; inter fremētes & sanguinem sitientes Iudeos se usq; ad mortē
pro ueritate certare non armata potentia: sed potentiore potentia ꝑpararent. Hoc
si nullis magicis artibus factū est: cur credere dubitant eadē uirtute diuina per totū
mundum idē fieri potuisse qua hic factū ē? Si aūt ut in hierosolymis sic ad cultum
huius nominis Christi accenderetur tāta hominum multitudo: que illū in cruce uel
fixerat comprehensum: uel riserat fixum: iam maleficiū illud fecerat Petrus: ex ipso
anno querendum est: quando trecenti sexagintaquinq; completi sunt. Mortuus est
ergo Xp̄us duobus Geminis Consulibus: viii. Kalendas Aprilis. Resurrexit tertio
die: sicut Apostoli sui etiā sensibus probauerūt. Deinde post. xl. dies asceudit in celū:
post decem dies id est quinquagesimo die post suam resurrectionem: misit spiritum
sanctum. Tunc tria milia hominum Apostolis eum predicantibus crediderunt. Tūc
itaq; nomīs illius cultus exortus ē: sicut nos credimus & ueritas habet: efficacia spiritus
sancti. Sicut autē finxit uanitas impia uel putauit magicis artibus Petri. Paulopost
etiam signo mirabili facto: quando ad uerbū ipsius Petri quidam mēdicus ab utero
matris ita claudus ut ab aliis portaretur: & ad portam templi ubi stipem peteret: po-
neretur: in nomine Iesu Christi saluus exiliit: quinq; milia hominum crediderunt.
Ac deinde aliis atq; aliis accessibus credentium creuit Ecclesia. Ac per hoc colligitur
etiam dies ex quo annus ipse sumpsit initiū: scilicet quando missus est spiritus sanctus
id est per idus maias. Numeratis deinde consulibus: ccclxv. anni reperiuntur impleti
per easdem idus maias: Consulatu Honorii & Euticiani. Porro sequenti anno cum
socium accepisset Honorius Consulem Mallium Theodorum: quādo iam secundū
illud oraculum demonū aut figmentū hominū nulla debuit esse religio Christiana:
quid per alias terrarū partes forsitā factum sit: nō fuit necesse perquirere. Interim
quod scimus in ciuitate notissima et eminentissima Carthagine Africe: Gaudentius
et Iouius comites imperatoris Honorii quartodecimo kalēdas Aprilis falsorū deoꝝ
templa euerterunt: & simulacra fregerūt. Ex quo usq; ad hoc tempus per. xxx. fere
annos: quis non uideat quantum creuerit cultus nominis christi: presertim posteaquā
multi eorum Christiani sunt facti: qui tanq̄ illa uera diuinatiōe reuocabant̄ a fide:
eamq; completo eodem annorum numero inanem irridēdamq; uiderūt? Nos igitur

qui sumus uocamurq; Christiani: non in petrū credimus sed in quem credidit Petrus: Petri de Christo edificati sermóibus: nó carmíbus ueneficis: nec decepti maleficiis: sed beneficiis eius adiuti. Ille Petri magister Xp̄us in doctrina quæ ad uitam ducit eternam ipse est magister noster. Sed aliquando iam claudamus húc librū: hucusq; differentes et quantum satis uisum est demonstrantes: quisnam sit duarum ciuitatum celestis atq; terrene ab initio usq; ad finem permixtarum mortalis excursus: quarum illa que terrena est: fecit sibi quos uoluit: uel undecūq; uel etiam ex hominibus deos falsos: quibus sacrificando seruiret. Illa autem celestis que peregrinaẗ in terra: falsos deos non facit: sed a uero deo ipsa fit: cuius uerum sacrificium ipsa sit. Ambe tamen temporalibus uel bonis utuntur pariter: uel magis pariter affliguntur: diuersa fide: diuersa spe: diuerso amore: donec ultimo iudicio separenẗ: & percipiat unaqueq; suū finem cuius nullus est finis. De quibus ambarum finibus deinceps differendum est.

Aurelii Augustini Hipponeñ Ep̄i de Ciuitate dei. Liber. xix.

Quod in questione quam de finibus bonorum & malorum philosophica disputatio uētilauit ducētas octogīta & octo sectas esse. M. Varro perspexerit. C. primum

QVoniā de ciuitatis utriusq; terrēe scilicet & celestis debitis finibus deinceps mihi uideo disputandum: prius exponenda sunt quanta operis huius terminandi ratio patitur argumēta mortaliū: q̄bus sibiipsi beatitudinem facere in huius uite infelicitate moliti sunt: ut ab eorum uanis rebus spes nostra quid differat: quā deus nobis dedit: et res ipsa hoc est uera beatitudo quam dabit: non tantum autoritate diuina sed indubitata etiam ratione: qualem propter infideles possumus adhibere clarescat. De finibus enim malorum & bonorum: multa et multipliciter inter se philosophi disputarunt. Quam questionē maxima intentiōe uersātes: conati sunt inuenire quid efficiat hominem beatū. Illud enim est finis boni nostri propter quod appetenda sunt cetera: ipsum autem propter seipsum. Et illud finis mali propter quod uitanda sunt cætera: ipsum autem propter seipsum. Finem ergo boni nunc dicimus: nó quo consumatur ut non sit: sed quo perficitur ut plenū sit: et finem mali non quo esse desinat: sed quousq; nocendo perducat. Fines itaq; isti sunt summum bonum: & summum malum. de quibus inueniendis atq; ita in hac uita summo bono adipiscendo: uitando autē summo malo: multū sicut dixi laborauerūt qui studiū sapientie in huius seculi uanitate professi sunt. nec tamen eos q̄uis diuersis errantes modis: nature limes in tantum ab itinere ueritatis deuiare permisit: ut nó alii in animo: alii in corpore: alii in utroq; fines bonorum ponerent & malorū. Ex qua tripartita uelut generalium distributiōe sectarū. M. Varro in libro de philosophia tam multam dogmatum uarietatem diligenter et subtiliter scrutatus aduertit: ut ad ducentas octoginta et octo sectas non que iam essent: sed que esse possent: adhibens quasdam differentias facillime perueniret. Quod ut breuiter ostendam inde oportet incipiam: quod ipse aduertit: & posuit in libro memorato: quattuor esse quedam que homines sine magistro: sine ullo doctrine adminiculo: sine industria uel arte uiuēdi que uirtus dicitur & proculdubio dicitur: uelut naturaliter appetūt. aut uoluptatem qua delectabiliter mouetur corporis sensus. aut quietem qua fit ut nullā molestiam corporis quisq; patiatur: aut utranq; quam tamē uno nomine uoluptatis Epicurus

appellat: aut uniuersaliter prima nature in quibus & hec sunt & alia: uel in corpore ut membrorum integritas: & salus atque incolumitas eius: ue l in animo ut sunt ea que uel parua uel magna in hominum reperiuntur ingeniis. Hæc igitur quattuor id est uoluptas: quies: utrumque: prima nature: ita sunt in nobis ut uel uirtus quam postea doctrina inserit: propter hec appetenda sit: aut ista propter uirtutem: aut utraque propter seipsam. Ac per hoc fiunt hinc duodecim secte. Per hanc enim rationem triplicantur singule: quod cum in una demonstrauero: difficile non erit in ceteris id inuenire. Cum ergo uoluptas corporis animi uirtuti aut subditur: aut prefertur: aut iungitur: tripertita uariatur diuersitate sectarum. Subditur autem uirtuti quando in usum uirtutis assumitur. pertinet quippe ad uirtutis officium: & uiuere patrie: & propter patriam: filios procreare: quorum neutrum fieri potest sine corporis uoluptate. Nam sine illa nec cibus nec potus sumitur ut uiuatur: nec concubitur ut generatio propagetur. Cum uero prefertur uirtuti ipsa appetitur propter seipsam: uirtus autem assumenda creditur propter illam: id est ut nihil uirtus agat nisi ad consequendam uel conseruandam corporis uoluptatem: que uita deformis est. Quippe ubi uirtus seruit domine uoluptati: quamuis nullo modo hec dicenda sit uirtus. Sed tamen etiam ista horribilis turpitudo habuit quosdam philosophos patronos & defensores suos. Virtuti porro uoluptas iungitur: quando eorum neutra propter alteram: sed propter seipsas ambe appetuntur. Quapropter sicut uoluptas uel subdita uel prelata uel iuncta uirtuti: tres sectas facit: ita quies: ita utraque: ita prima nature: alias ternas inueniuntur efficere. Pro uarietate quippe humanarum opinionum uirtuti aliquando subduntur: aliquando præferuntur: aliquando iunguntur: ac sic ad duodenarium sectarum numerum peruenitur. ¶ Sed iste quoque numerus duplicatur: adhibita una differentia socialis uidelicet uitæ: quoniam quisquis sectatur aliquam istarum duodecim sectarum: profecto aut propter se tantum id agit: aut etiam propter socium cui debet hoc uelle quod sibi. Quocirca duodecim sunt eorum qui propter se tantummodo unamquanque tenendam putant: & alie duodecim eorum qui non solum propter se si quid uelint philosophandum esse decernunt: sed etiam propter alios quorum bonum appetunt sicut suum. He autem secte uigintiquatuor iterum geminantur: addita differentia ex Academicis nouis: & fiunt quadragintaocto: Illarum quippe uigintiquatuor unamquanque sectarum potest quisque sic tenere ac defendere ut certam: quemadmodum Stoici defenderunt: quod hominis bonum quo beatus esset in animi tantummodo uirtute consisteret. Potest alius ut incertam: quemadmodum defenderunt Academici noui: quod eis & si non certum tamen uerisimile uidebatur. Vigintiquatuor ergo fiunt per eos qui uelut eas certas propter ueritatem: & alie uigintiquatuor per eos qui easdem uelut incertas propter ueri similitudinem sequendas putant. Rursus quia unamquanque istarum quadragintaocto sectarum potest quisque sequi: habitu cæterorum philosophorum. Itemque alius potest habitu cynicorum. ex hac etiam differentia duplicantur & nonagintasex fiunt. Deinde quia earum singulas quasque intueri homines possunt atque sectari: ut aut ociosam diligant uitam: sicut ii qui tantummodo studiis doctrine uacare uoluerunt atque ualuerunt: aut negociosam sicut ii qui cum philosopharentur: tamen administratione Reipublice regendisque rebus humanis occupatissimi fuerunt: aut ex utroque genere temperatam: sicut ii qui partim erudito ocio: partim necessario negotio: alternantia uitæ sue tempora tribuerunt. Propter has differentias potest etiam triplicari: numerus iste sectarum: & ad ducentas octogintaocto perduci. Hec de Varronis libro quantum potui breuiter ac dilucide posui sententias eius meis uerbis explicans. Quomodo autem refutatis

ceteris unam eligat: quam uult esse Academicoꝝ ueterum: quos a Platone institutos usq; ad Polemonem qui ab illo quartus eius scholam tenuit que Academia est dicta: habuisse certa dogmata uult uideri: & ob hoc distinguit ab academicis nouis quibus i͂certa sūt omnia: quod philosophie genus ab Archesilao cepit successore Polemonis: eamq; sectam id est ueterum Academicoꝝ sicut dubitatione: ita omni errore carere arbitretur. Lōgum est per omnia demonstrare: nec tñ ex omni parte res omittenda est remouet igit͂ prius omnes illas differentias: que numerum multiplicauere sectaꝝ: quas ideo remouendas putat: qa nō in eis est finis boni. Neq; enim existimat ullam philosophie sectam esse dicendam: que non in eo distet a ceteris ꝙ diuersos habeat fines bonorum & malorum. quando quidem nulla est homini causa philosophandi: nisi ut beatus sit. Quod autē beatum facit: ipse est boni finis. Nulla est igitur causa philosophandi: nisi finis boni. Quamobrem que nullū boni finem sectatur: nulla philosophie secta dicenda est. Cum ergo queritur de sotiali uita utrū tenēda sit sapiēti: ut summum bonum quo fit homo beatus ita uelit & curet amici sui quemadmodum suum: an sue tantummodo beatitudinis causa faciat quicquid facit: non de ipso sūmo bono questio est: sed de assumendo uel non assumendo sotio ad huius participationē boni: nō ꝑpter seipsū sed ꝑpter eiūdē sotiū: ut eius bono ita gaudeat sicut suo gaudet. Item cum queritur de Academicis nouis: quibus incerta sunt omnia: utrum ita sit res habende in quibus philosophandum est: an sicut aliis philosophis placuit certas eas habere debeamus: non queritur quid in fine boni sectandum sit: sed de ipsius boni ueritate quod uidetur sectandum: utrum sit nec ne dubitādum. hoc est ut id planius eloquar: utrum ita sectandum sit: ut qui sectatur dicat esse uerum: an ita ut qui sectatur dicat uerum sibi uideri: etiam si forte sit falsum: tamen uterq; sectetur unum atq; idem bonum. In illa enim differentia que adhibetur ex habitu & consuetudine cynicorum: non queritur quisnam sit boni finis: sed utrum in illo habitu & cōsuetudine sit uiuēdum ei qui uerum sectatur bonum: quodlibet ei uerum esse uideatur atq; sectandum. Deniq; sunt qui cum bona finalia sequerentur: alii uirtutem: alii uoluptatem: eundem tamen habitum & consuetudinem tenebant. ex quo cynici appellabantur. Ita illud quicquid est unde philosophi cynici discernuntur a ceteris: ad eligendum ac tenendum bonum quo beati fierent: utiq; nil ualebat. Nam si ad hoc aliquid interesset: ꝑfecto idem habitus eundē finem sequi cogeret: ex diuersis habitus eundem sequi finem non sineret.

Quomodo remotis omnibus differentiis que non secte sed questiones sunt: ad tripartitam sūmi boni definitionem uarro perueniat. quaꝝ tñ una sit eligenda. C. II.

IN tribus quoq; illis uite generibus: uno scilicet non segniter sed in contemplatiōe uel inquisitione ueritatis ocioso: altero in gerēdis rebus humanis negotioso: tertio ex utroq; genere temperato: cum querit͂ quid sit horum potius eligendum: nō finis boni habet controuersiam: sed quid hoꝝ trium difficultatem uel facilitatem afferat ad consequendum uel retinendum finem boni: id in ista questione uersat͂. Finis enī boni cum ad eum quisq; peruenerit: protinus facit beatum. In ocio autem litterato uel in negocio publico: uel quando utrunq; uicibus agitur: non cōtinuo qsq; beatus est. Multi quippe in quolibet horum triū uiuere possunt: & in appetendo boni finē quo fit homo beatus errare. Alia est igitur questio de finibus maloꝝ & bonoꝝ: quæ unamquanq; philosophorum sectā facit: & alie sunt quæstiones de sotiali uita: de

contatione Academicorum: & de uictu & uestitu cynicorũ: de tribus uite generibus:
ocioso: actuoso: ex utroq; modificato. Quoꝝ nulla est in qua de bonorũ & maloꝝ
finibus disputat̃. Proinde quoniã. M. Varro has quattuor adhibens differentias:
id est ex uita sociali: ex Academicis nouis: ex Cynicis: ex isto uite genere tripartito: ad
sectas ducentas octogintaocto peruenit. & si que alie possũt similiter adici: remotis
eis omnibus quoniam de sectando summo bono nullam inferunt questionem: & ideo
secte non sunt nec uocande sunt: ad illas duodecim in quibus queritur quid sit bonũ
hominis: quo assecuto fit beatus: ut ex eis unam ueram ceteras falsas ostendat esse
reuertitur. Nam remoto illo tripartito genere uite: due p̃tes huius numeri detrahũt̃:
& secte nonagintasex remanent. Remota uero differentia ex Cynicis addita: ad
dimidium rediguntur & quadragintaocto fiunt. Auferamus etiam quod ex Acade/
micis nouis adhibitum est: rursus dimidia pars remanet: id est uigintiquattuor. De
sociali quoq; uita quod accesserat similiter auferatur & duodecim sunt relique quas
ista differentia ut uigintiquattuor fierent duplicauerat. De his ergo duodecĩ nihil
dici potest cur sectæ non sunt habende. Nihil quippe aliud in eis quæritur: q̃ finis
bonorum & malorum. Inuentis autem bonorum finibus: profecto econtrario sunt
malorum. Hec autem ut ita fiãt duodecim secte: illa quattuor triplicant̃: uoluptas:
quies: utrũq;: & prima nature: que primigenia Varro uocat. Hec quippe quattuor
dum singillatim uirtuti aliq̃do subduntur: ut non propter seipsa sed ꝓpter uirtutis
officium appetẽda uideantur: aliquãdo preferuntur: ut non propter seipsa sed ꝓpter
hec adipiscenda uel conseruanda necessaria uirtus putetur: aliquando iunguntur: ut
propter seipsa & uirtus & ipsa appetenda credantur: quaternariũ numerum triplũ
reddunt: & ad duodecim sectas perueniunt. Ex illis aũt quatuor rebus tres Varro
tollit: uoluptatem scilicet & quietem & utrunq;: non ꝙ eas improbet sed ꝙ ꝑmigenia
illa nature & uoluptatem in se habeãt & quietem. Quid ergo opus est ex his duabus
quedam tria facere duo scilicet dum singillatim appetuntur uoluptas aut quies: &
tertium cum ambæ simul: quandoquidem prima nature: & ipsas & præter ipsas alia
multa contineant? De tribus ergo sectis ei placet diligenter esse tractandum: quæ
nam sit potius eligenda. Non enim ueram plus q̃ unam uera ratio esse permittit: siue
in his tribus sit siue alicubi alibi: quod post uidebimus. Interim de his tribus quomõ
unam Varro eligat: quantis breuiter aperteq; possumus: disseramus. Iste nanq; tres
secte ita fiunt: cum uel prima nature propter uirtutem: uel uirtus propter prima
nature: uel utraq; id est uirtus & prima nature propter seipsa sunt expetenda.

De tribus sectis sũmum hominis bonum querẽtibus quã elegendam Varro definiat sequens ueteris Academice Antiocho autore sẽtẽtiam. C. iii.

QVid ergo istorum trium sit uerum atq; sectãdũ isto modo persuadere conat̃.
Primum quia summum bonum in philosophia non arboris: non pecoris: non
dei sed hominis queritur: quid sit ipse homo querendum putat. Sentit quippe in eius
natura duo esse quædam: corpus & animam. Et horum quidem duum melius esse
animam: longeq; prestabilius omnino non dubitat. Sed utrum anima sola sit homo:
ut ita sit ei corpus tanquam equus equiti: querendum putat. Eques enim non homo
& equus: sed solus homo est. ideo tamen eques dicitur: ꝙ aliquo modo se habeat ad
equum. An corpus solum sit homo aliquo modo se habens ad animam: sicut poculũ

ad potionem. Non enim calix & potio quam continet calix simul dicitur poculum:
sed calix solus: ideo tamen ꝙ potioni continende sit accommodatus. An uero nec
anima sola: nec solú corpus: sed simul utrunq; sit homo: cuius sit pars una siue anima
siue corpus: ille autem totus ex utroq; constet ut homo sit. sicut iunctos duos equos
bigas uocamus: quorum siue dexter siue sinister pars sit bigarum unum uero eorum
quoquomodo se habeat ad alterum bigas non dicimus: sed ambos simul. Horum
autem trium: hoc eligit tertium: hominemq; nec animam solam nec corpus solum:
sed animam simul & corpus esse arbitratur. Proinde summum bonum hominis quo
fit beatus: ex utriusq; rei bonis constare dicit: & anime scilicet & corporis. Ac per hoc
prima illa nature propter seipsa existimat esse appetenda: ipsamq; uirtutem quam
doctrina inserit: uelut artem uiuendi que in anime bonis est: excellétissimum bonú.
Quapropter eadem uirtus id est ars agende uite: cum acceperit prima nature: quæ
sine illa erant sed tamen erant. etiá quádo eis adhuc doctrina deerat: omnia propter
seipsam appetit simulq; etiá seipsá: omnibusq; simul & seipsa utitur: eo fine ut omni-
bus delectetur atq; perfruatur: magis minusq;: ut queq; inter se maiora atq; minora
sunt: tamen omnibus gaudens: & quedam minora si necessitas postulat ꝓpter maiora
uel adipiscenda uel tenenda contemnens. Omnium autem bonorum uel animi uel
corporis nihil sibi uirtus omnino præponat: hec enim bene utitur & seipsa: & cæteris
que hominem faciunt beatú bonis. Vbi uero ipsa nó est: quálibet bona sint multa:
non bona eius sunt cuius sunt. Ac per hoc nec eius iam bona dicenda sunt: cum male
utenti utilia esse non possunt. Hæc ergo uita hominis quæ uirtute & aliis animi &
corporis bonis sine quibus esse non potest fruitur: beata esse dicitur. Si uero & aliis
sine quibus esse uirtus potest uel ullis uel pluribus: beatior. Si autem prorsus omnibus
ut nullum omnino bonum desit uel animi uel corporis: beatissima. Non enim hoc
est uita quod uirtus: quoniam non omnis uita sed sapiens uita uirtus est. Et tamen
qualiscunq; uita sine ulla uirtute potest esse: uirtus uero sine ulla uita esse nó potest.
Hoc & de memoria dixerim atq; ratione: & si quid aliud tale est in homine. Sút ení
hec & ante doctrinam: sine his autem non potest ulla esse doctrina. ac per hoc nec
uirtus que utiq; discitur. Bene auté currere: pulchrum esse corpore: uiribus preualere
ingentibus: & cetera huiusmodi: talia sunt: ut & uirtus sine his esse possit: & ipsa sine
uirtute. Bona sunt tamen: & secundum istos etiá ipsa propter seipsá diligitur uirtus:
utiturq; illis & fruitur sicut uirtutem decet. Hanc uitam beatam etiam esse phibent
sotialem: que amicorum bona ꝓpter seipsa diligat sicut sua: eisq; propter seipsos hoc
uelit quod sibi: siue in domo sint sicut coniunx & liberi: & quicunq; domestici: siue
in loco ubi domus eius est sicut urbs est ut sunt ii qui ciues uocantur: siue in orbe toto
ut sunt gentes quas eis sotietas humana coniungit: siue in ipso mundo qui censetur
nomine celi & terre: sicut dicunt esse deos quos uolunt amicos esse homini sapienti:
quos nos familiarius angelos dicimus. De bonorum autem & econtrario malorum fi-
nibus: negant ullo modo esse dubitandum. & hanc inter se & nouos Academicos
affirmant esse distantiam: Nec eorum interest quicq̃ siue Cynico siue alio quolibet
habitu & uictu: in his finibus quos ueros putant: qualiter quisq; philosophetur. Ex
tribus porro illis uite generibus: ocioso: actuoso: & quod ex utroq; est compositum:
hoc tertium sibi placere asseuerant. Hoc sensisse atq; docuisse Academicos ueteres
Varro asserit: Antiocho autore magistro Ciceronis & suo: quem sane Cicero in
pluribus fuisse Stoicum: q̃ Academicum mirabilem uult uideri. Sed quid ad nos qui
potius de rebus ipsis iudicare debemus: q̃ p magno de hominibus qd qsq; senserit scire.

¶ De summo bono & summo malo quid Christiani sentiant contra philosophos qui summum bonum in se sibi esse dixerunt. ¶ C. iiii.

Si igitur queratur a nobis quid ciuitas dei de his singulis interrogata respōdeat: ac primum de finibus bonorum malorumq; quid sentiat: respondebit: eternam uitam esse summum bonum: eternam uero mortem summum malum. Propter illam proinde adipiscendam istamq; uitandam: recte nobis esse uiuendum. propter quod scriptum est iustus ex fide uiuit. Quoniam neq; bonum nostrum iam uidemus unde oportet ut credendo queramus. Neq; ipsum recte uiuere nobis ex nobis est: nisi credentes adiuuet & orantes qui & ipsam fidem dedit: qua nos ab illo adiuuandos esse credamus: Illi autem qui in ista uita fines bonorum & malorum esse putauerunt: siue in corpore siue in anima: siue in utroq; ponentes summum bonum: atq; ut id efficacius eloquar: siue in uoluptate: siue in uirtute: siue in utroq;: siue in uoluptate simul & quiete: siue in uirtute: siue in utrisq;: siue in primis nature: siue in uirtute: siue in utrisq;. Hinc beati esse: & a seipsis beati fieri mira uanitate uoluerunt. Irrisit hos ueritas per Prophetā dicentem. Nouit dominus cogitationes hominum quoniā uanæ sunt. Aut sicut hoc testimonium posuit Apostolus Paulus. Dominus nouit cogitationes sapientium quoniā uane sunt. Quis enim sufficit quantouis eloquētie flumine uite huius miserias explicare: quam lamentatus est Cicero in consolatione de morte filie sicut potuit? Sed quantum est quod potuit? Ea quippe que dicunt̄ prima nature: quando: ubi: quomodo: tam bene se in hac uita habere possunt: ut non sub incertis casibus fluctuent? Quis enim dolor contrarius uoluptati: quæ inquietudo contraria quieti: in corpus sapientis cadere non potest? Membrorū certe amputatio uel membrorū debilitas: hominis expugnat incolumitatem: deformitas pulchritudinem: imbecillitas sanitatē: uires lassitudo: mobilitatem torpor ac tarditas. Et quid horū est quod nequeat in carnem sapientis irruere? Status quoq; corporis atq; motus: cum decentes atq; congruentes sunt: inter nature prima numerantur. Sed quid si aliqua mala ualitudo membra tremore concutiat? Quid si usq; ad ponendas manus in terram dorsi spina curuetur: & hominem quodāmodo quadrupedē faciat? Nonne omnem statuendi corporis & mouendi speciem decusq; peruertet? Quid ipsius animi primigenia que appellantur bona: ubi duo prima ponunt propter comprehensionem perceptionemq; ueritatis sensum & intellectum? Sed qualis quantuscunq; sensus remanet: ut si alia taceam fiat homo cecus & surdus? Ratio uero & intelligentia quo recedat ubi sopit̄: si aliquo morbo efficiat̄ insanus? Phrenetici multa absurda cum dicunt uel faciunt: plurimumq; a bono suo proposito & moribus aliena: immo suo bono proposito moribusq; contraria: siue illa cogitemus siue illa uideamus: si digne consideremus lachrymas tenere uix possumus: aut forte nec possumus. Quid dicam de iis qui demonum patiuntur incursus? Vbi habent abscōditam & obrutam intelligentiam suam: quando secundum suam uoluntatem & anima eorum & corpore: malignus utitur spiritus? Et quis confidit hoc malum in hac uita sapienti euenire non posse? Deinde perceptio ueritatis in hac carne qualis aut quanta est: quando sicut legimus in ueraci libro sapientie. corpus corruptibile aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem? Impetus porro uel actionis appetitus: si hoc modo recte Latini appellant eam quā greci uocant Hormen: quia ipsam primis bonis nature deputant. nonne ipse est

quo geruntur etiam insanorum illi motus miserabiles: & facta que horremus: quãdo
peruertitur sensus: ratioq; sopitur? Porro ipsa uirtus que non est inter prima nature:
quoniam eis doctrina postea introducẽte superuenit: cum sibi bonorum culmen
uindicet humanorum: quid hic agit nisi perpetua bella cum uitiis: nec exterioribus
sed interioribus: nec alienis sed plane nostris & propriis: maxime illa quæ Grece so/
phrosine Latine temperantia nominatur: qua carnales frenantur libidines: ne in
quæq; flagitia mentem consentientem trahant. Neq; enim nullũ est uitium cũ sicut
dicit Apostolus caro concupiscit aduersus spiritum: cui uitio contraria uirtus est:
sicut dicit idem. spiritus concupiscit aduersus carnem. Hæc enim inquit sibi inuicem
aduersantur: ut non ea que uultis: faciatis. Quid autem facere uolumus cum perfici
uolumus finem summi boni: nisi ut caro aduersus spiritum non concupiscat: nec sit
in nobis hoc uitium: contra quod spiritus concupiscat? Quod in hac uita quanuis
uelimus: quoniam facere non ualemus: id saltem in dei adiutorio faciamus. ne carni
concupiscenti aduersus spiritum: succumbente spiritu cedamus: & ad perpetrandum
peccatum nostra consensione pertrahamur. Absit autem ut quamdiu in hoc bello
intestino sumus: iam nos beatitudinem ad quam uincendo uolumus peruenire adep/
tos esse credamus. Et quis est usq; adeo sapiens: ut contra libidines nullum habeat
omnino conflictum? Quid illa uirtus que prudentia dicitur? Nonne tota uigilãtia
sua bona discernit a malis: ut in illis appetendis istisq; uitandis error nullus obrepat?
Ac per hoc & ipsa nos in malis: uel in nobis esse mala testatur. Ipsa enim docet nos:
malum esse ad peccandum consentire: bonumq; esse ad peccandum non consentire
libidini. Illud tamen malum cui nos non consentire prudẽtia docet: facit temperãtia.
Nec prudentia nec temperantia omnino uel imprudentiam uel intemperantiam
tollit huic uitæ. Quid iusticia: cuius munus est sua cuiq; tribuere: unde fit in ipso
homine quidam iustus ordo nature: ut anima subdatur deo: & anime caro: ac per
hoc deo & anima & caro? Nonne demõstrat in eo se adhuc opere laborare potius
q̃ in huius operis iam fine requiescere? Tanto quippe minus anima subditur deo:
quanto minus deum in ipsis suis cogitationibus cõcipit. & tanto minus anime subdit̃
caro: quanto magis aduersus spiritum concupiscit. Quamdiu ergo nobis in est infir/
mitas: hec pestis: hic languor: quomodo nos iam saluos: & si nondum saluos: quomõ
iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus? Iam uero illa uirtus cuius nomẽ
est fortitudo: in quantacunq; sapientia euidentissima testis est malorũ humanorum:
que cõpellitur patientia tolerare. Quæ mala Stoici philosophi miror qua fronte
mala non esse contendant: quibus fatentur si tanta fuerint: ut ea sapiens uel non
possit uel non debeat sustinere: eum cogi mortem sibimet inferre: atq; ex hac uita
migrare. Tantus autem superbie stupor est in his hominibus: hic se habere finẽ boni
& a seipsis fieri beatos putantibus: ut sapiens eorum hoc est qualem mirabili uani/
tate describunt: etiã si cecetur: obsurdescat: obmutescat: mẽbris debilitetur: doloribus
crucietur: & siquid aliud talium malorum dici aut cogitari potest incidat in eum:
quo sibi mortem cogatur inferre: hanc in his malis uitam constitutã eos non pudeat
uocare beatam. O uita beata: quæ ut finiatur mortis querit auxilium. Si beata est
maneatur in ea. Si uero propter ista mala fugitur ab ea: quomodo est beata? Aut
quomodo ista non sunt mala: que uincunt fortitudinis bonum: eãdemq; fortitudinẽ
non solum sibi cedere: uerum etiam delirare compellunt: ut & eandem uitam dicãt
beatam: & persuadeant esse fugiendam? Quis usq; adeo cecus est ut non uideat: ut si
beata esset: fugienda non esset? Sed si propter infirmitatis pondus qua præmitur:

hanc fugiendam fatentur. Quid igitur causæ est cur non etiam miseram fracta superbiæ ceruice fateantur? Verum obsecro Cato ille patientia: an potius impatientia se peremit? Non enim hoc fecisset nisi uictoriam Cæsaris impatienter tulisset. Vbi est fortitudo? Nempe cessit: nempe succubuit: nempe usq; adeo superata est: ut uitam beatam derelinqueret: desereret: ac fugeret. An non erat iam beata? Misera ergo erat. Quomodo ergo mala non erant: que uitam miseram fugiendaq; faciebant? Quapropter etiam ipsi qui mala ista esse confessi sunt: sicut Peripatetici: sicut ueteres Academici: quorum sectã Varro defendit: tolerabilius quidem loquũt: sed eorum quoq; mirus est error. ꝙ in his malis etsi tam grauia sunt ut morte fugienda sint: ab ipso sibimet illata qui hec patitur: uitam beatam tamen esse contendunt. Mala sunt inquit tormenta atq; cruciatus corporis. & tanto sunt peiora quanto potuerunt esse maiora: quibus ut carea s ex hac uita fugiendũ est. Qua uita obsecro? Hac inquit: que tantis aggrauatur malis. Certe ergo beata est in eisdem ipsis malis: propter quæ dicis esse fugiendam. an ideo beatam dicis quia licet tibi ab his malis morte recedere? Quid si ergo in eis aliquo diuino tenereris iudicio: nec permittereris mori: nec unq̃ sine illis esse sinereris? Nempe tunc saltem miseram diceres talem uitã. Non igitur propterea misera non est: quia cito relinquitur: quandoquidem si sempiterna sit: etiam abs teipso misera iudicabitur. non itaq; propterea quia breuis est nulla miseria uideri debet. aut quod est absurdius: quia breuis miseria est ideo etiam beatitudo appellari. Magna uis est in eis malis: que cogunt hominem secundum ipsos etiam sapientem: sibimet auferre ꝙ homo est. cum dicant & uerum dicant hanc esse nature primam quodammodo & maximam uirtutem: ut homo concilietur deo: & propterea mortem naturaliter fugiat. ita sibi amicus ut esse animal: & in hac coniũctione corporis atq; anime uelit uiuere uæhementerq; appetat. Magna uis est in eis malis quibus iste nature uincitur sensus: quo mors omnimodo omnibus uiribus conatibusq; uitatur: & ita uincitur ut que uitabatur: optetur: appetatur: & si nõ potuerit aliunde contingere: ab ipso homine sibimet inferatur. Magna uis est in eis malis: que fortitudinem faciunt homicidã: si tamen adhuc dicenda est fortitudo: quæ ita his malis uincitur: ut hominem quem sicut uirtus regendum tuendumq; suscepit: non modo non possit per patientiam custodire: sed ipsa insuper cogatur occidere. Debet quidem etiam mortem ferre sapiens patiẽter: sed que accidit aliunde. Secũdũ istos autem si eam sibiipsi inferre compellitur: profecto fatendum est eis: non solum mala: sed intolerabilia etiam mala esse: que hoc eum perpetrare compellunt. Vita igitur que istorum tam magnorum tam grauiumq; malorum aut premitẽ oneribus aut subiacet casibus: nullo modo beata diceretur: si homines qui hoc dicunt: sicut uicti malis ingrauescentibus cum sibi mortem ingerunt: cedunt infelicitati: ita uicti certis rationibus cum querunt beatam uitam: dignarentur cedere ueritati: & non sibi in ista mortalitate putarent fine summi boni esse gaudendum: ubi ipse uirtutes quibus hic nihil certe melius atq; utilius in homine reperitẽ: quanto maiora sũt adiutoria contra uim squalorum: laborum: dolorum: tanto fideliora testimonia miseriarum. Si enim uere uirtutes sunt: que nisi in eis quibus uera inest pietas esse non possunt: nõ se profitentur hoc posse: ut nullas miserias homines patiantur: in quibus sunt. Neq; enim mendaces sunt uere uirtutes: ut hoc profiteantur. sed ut uita humana quæ tot & tantis huius seculi malis cogitur misera: spe futuri seculi sit beata sicut & salua. Quomodo enim beata est: que nondum salua est? Vnde & Apostolus Paulus non

de hominibus imprudentibus: impatientibus: intemperantibus & iniquis: sed de iis qui secundum ueram pietatem uiuerent: & ideo uirtutes quas habent ueras haberent ait. Spe enim salui facti sumus. Spes aūt que uidetur non est spes. Quod enī quis uidet quid sperat? Si autem quod non uidemus: speramus: per patientiam expectamus. Sicut ergo spe salui: ita spe beati facti sumus. & sicut salutem: ita beatitudinem non iam tenemus præsentem: sed expectamus futuram: & hoc per patientiam. quia in malis sumus: que patiēter tolerare debemus: donec ad illa ueniamus bona: ubi omnia erunt quibus ineffabiliter delectemur: nihil erit autem quod iā tolerare debeamus. Talis salus que in futuro seculo erit: ipsa erit etiam finalis beatitudo. Quam beatitudinem ipsi philosophi quoniā non uidentes nolunt credere: hic sibi conantur falsissimam fabricare: quanto superbiore tanto mendaciore uirtute.

De sotiali uita quæ cum maxime expetenda sit: multis offensionibus sæpe subuertitur. C. V.

Quod autem sotialem uitam esse uolunt sapientes: nos multo amplius approbamus. Nam unde ista dei ciuitas de qua huius operis ecce iam undeuicesimū librum uersamus in manibus: uel inchoaretur exortu: uel progrederetur excursu: uel debitos apprehenderet fines: si non esset sotialis uita sanctorum? Sed in huius mortalitatis erumna: quot & quantis abundet malis humana sotietas quis enumerare ualeat? Quis existimare sufficiat? Audiant apud amicos suos: hominem cum sensu atq; consēsu omniū hominum dicere. duxi uxorem. quam ibi miseriam uidi: nati filii alia cura. Quid itidem illa que in amore uitia commemorat idem Terentius: iiurie: suspitiones: inimicicie: bellum: pax rursum? Nonne res humanas ubiq; impleuerūt? Nonne hec & in amicorum honestis amoribus plerunq; contingunt? Nonne his usquequaq; plene sunt res humane: ubi iniurias: suspitiones: inimicicias: bellum certa mala sentimus: pacem uero incertum bonum: quoniam corda eorum cum quibus eam tenere uolumus: ignoramus. & si hodie nosse possemus: qualia cras futura essent: utiq; nesciremus? Qui porro inter se amiciciores solent esse uel debent: quam qui una domo etiam continentur? Et tamen quis inde securus est: cum tanta sepe mala ex eorum occultis insidiis extiterint: tanto amariora quanto dulcior pax fuit: quæ uera putata est cum astutissime fingeretur? Propter quod omnium pectora sic attingit: ut cogat in gemitum: quod ait Tullius. Nulle sunt occultiores insidie: q̄ hæ que latent in simulatione officii: aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum qui palam est aduersarius facile cauendo uitare possis: hoc uero occultum: intestinū ac domesticum malum: non solum existit: uerum etiam opprimit antequam prospicere atq; explorare potueris. Propter qđ etiā diuina uox illa: & inimici hominis domestici eius cum magno dolore cordis auditur. quia & si quisq; tam fortis sit ut equo animo perferat: uel tam uigilans ut prouido consilio caueat: quæ aduersus eum molitur amicicia simulata: eorum tamen hominum perfidorum mala cum eos esse pessimos experitē: si ipse bonus est grauiter excrucietur necesse est: siue semꝑ mali fuerint & se bonos finxerint: siue in istam maliciam ex bonitate mutati sint. Si ergo domus commune perfugium in his malis humani generis tuta non est: quid ciuitas: que quanto maior est tanto forum eius litibus ciuilibus & criminalibus plenū

etiam si quiescant non solum turbulente: uerum etiam sepius & cruente seditiones & bella ciuilia. a quorum euentibus sunt aliquando libere ciuitates: a periculis nunquam?

De errore humanorum Iudiciorum cum ueritas latet. C. VI.

QVid ipsa iudicia hominum de hominibus: quæ ciuitatibus etiam quantalibet pace manentibus deesse non possunt: qualia putamus esse quam misera: quam dolenda. quandoquidem hi iudicant: qui conscientias eorum de quibus iudicant cernere nequeunt. Vnde sæpe coguntur tormentis innocentium testium ad alienam causam pertinentem quærere ueritatem. Quid cum in sua causa quisque torquetur: & cum queritur utrum sit nocens cruciatur. & innocens luit pro incerto scelere certissimas penas. non quia illud commisisse detegitur: sed quia non commisisse nescitur? Ac per hoc ignorantia iudicis plærumque est calamitas innocentis. Sed quod intolerabilius est magisque plangendum: rigandumque si fieri posset fontibus lachrymarum: cum propterea iudex torqueat accusatum: ne occidat nesciens innocentem: fit per ignorantie miseriam: ut & tortum & innocentem occidat: quem ne innocentem occideret: torserat. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac uita fugere: quam diutius illa sustinere tormenta: quod non commisit: commisisse se dicit. Quo damnato & occiso: utrum nocentem aut innocentem iudex occiderit: adhuc nescit: quem ne innocentem nesciens occideret: torsit. ac per hoc innocentem & ut sciret: torsit: & dum nesciret: occidit. In his tenebris uite sotialis sedebit iudex ille sapiens: an non audebit? Sedebit ille plane. Constringit enim eum & ad hoc officium pertrahit humana sotietas: quam deserere nefas ducit. Hoc enim nefas esse non ducit: quod testes innocentes in causis torquentur alienis: quod ii qui arguuntur ui doloris plerumque superati: & de falsa confessi: etiam puniuntur innocentes: cum iam torti fuerint innocentes. Quod etsi non morte puniantur: in ipsis uel ex ipsis tormentis plerumque moriuntur. Quod aliquando & ipsi qui arguunt humane sotietati fortasse ne crimina impunita sint prodesse cupientes: & mentientibus testibus reoque ipso contra tormenta durante immaniter nec fatente: probare quod obiiciunt non ualentes quamuis uera obiecerint: a iudice nesciente damnantur. Hæc tot & tanta mala non deputat esse peccata. Non enim hec facit sapiens iudex uoluntate nocendi: sed necessitate nesciendi. & tamen quia cogit humana sotietas iudicandi etiam necessitate. Hec est ergo quam dicimus miseria certe hominis: & si non malicia sapientis. An uero necessitate nesciendi atque iudicandi torqueat insontes: punit insontes: & parum est illi quod non est reus: si non sit insuper & beatus? Quanto consideratius & homine dignius & hominem agnoscit in ista necessitate eamque miseriam in se odit: & si pie sapit clamat ad deum. de necessitatibus meis erue me.

De diuersitate linguarum qua sotietas hominum dirimitur. & de miseria bellorum etiam quæ iusta dicuntur. C. VII.

POst ciuitatem uel urbem sequitur orbis terre: in quo tertium gradum ponunt sotietatis humane: incipientes a domo atque inde ad urbem: deinde ad orbem terre

progrediendo uenientes. Qui utiq; sicut aquarum congeries quanto maior est tãto periculis plenior. In quo primum linguarum diuersitas hominem alienat ab homine Nam si duo sibimet inuicem fiant obuiam: neq; præterire sed simul esse aliqua necessitate cogantur: quorum neuter nouit linguam alterius: facilius sibi animalia muta etiam diuersi generis: q̃ cum illi sint homines ambo sotiantur. Quando enim que sentiunt inter se communicare non possunt propter solam linguaꝝ diuersitatẽ: nihil prodest ad sotiandos homines tanta similitudo nature: ita ut libentius homo sit cum cane suo: q̃ cum homine alieno. At enim opera data est ut imperiosa ciuitas: non solum iugum uerum etiam linguam suam domitis gentibus per pacem sotietatis imponeret: per quam non deesset immo & abundaret etiam interpretum copia. Verum est. Sed hoc q̃ multis & q̃ grandibus bellis: quanta strage hominum: quanta effusione humani sanguinis comparatum est? Quibus transactis: non est tamen eorundem malorum finita miseria. Quamuis enim non defuerint neq; hostes desint exercere nationes: contra quas semper bella gesta sunt & geruntur: tamen etiam ipsa imperii latitudo peperit peioris generis bella: sotialia scilicet atq; ciuilia: quibus miserabilius quatitur genus humanum: siue cum belligeratur ut aliquando conquiescant: siue cum timetur ne rursus exurgant. Quorum malorũ multas & multiplices clades: duras & diras necessitates: si ut dignum est eloqui uelim: q̃q̃ nequaq̃ sicut res postulat possim: quis erit prolixe disputationis modus? Sed sapiens inquiunt iusta bella gesturus est. Quasi non si se hominem meminit: multo magis dolebit iustorum necessitates sibi extitisse bellorum: quia nisi iusta essent: ei gerenda non essent. Ac per hoc sapienti nulla bella essent. Iniquitas enim partis aduerse iusta bella ingerit gerenda sapienti. que iniquitas homini utiq; est dolenda: quia hominum est: & si nulla ex ea bellandi necessitas nasceretur. Hec itaq; mala tam magna: tam horrẽda: tam sæua: quiquis cum dolore considerat: miseriam necesse est fateatur. Quisquis autem uel patitur ea sine animi dolore uel cogitat: multo utiq; miserius ideo se putat beatum quia & humanum perdidit sensum.

Quod amicicia bonorum secura esse non possit: dum a periculis que in hac uita sunt trepidari necesse est. C. VIII.

SI autem non contingat quædam ignorantia similis dementie: que tamen in huius uite misera conditione sæpe contingit: ut credatur uel amicus esse qui inimicus est: uel inimicus qui amicus est: quid nos consolat̃ in hac humana sotietate erroribus erumnisq; plenissima: nisi fides nõ ficta: & mutua dilectio uerorũ bonoꝝq; amicorum. quos quanto plures & in pluribus locis habemus: tanto longius latiusq; metuimus: ne quid eis contingat mali de tantis malorum aggeribus huius seculi? Nõ enim tantummodo solliciti sumus ne fame: ne bellis: ne morbis: ne captiuitatibus affligantur: ne in eadem seruitute talia patiantur qualia nec cogitare sufficimus: ueꝝ etiam ubi timor multo amarior est: ne in perfidiam: maliciam: nequiciamq; mutẽt. Et quando ista contingunt: tanto utiq; plura quanto illi sunt plures: & in pluribus locis: & in nostram noticiam proferuntur: quibus cor nostrum flagris uratur. quis potest nisi qui talia sentit aduertere? Mortuos quippe mallemus audire: quamuis & hoc sine dolore audire non possemus. Quorũ enim nos uita ꝑpter amicicie specialis solacia delectabat: unde fieri potest ut eorum mors nobis nullã ingerat mestitudinẽ?

Quam qui prohibet: prohibeat si potest amica colloquia: interdicat amicabilem societatem: uel intercidat affectum omnium humanarum necessitudinum: uincula mentis immitis immiti stupore disrumpat. aut si eis utendum censeat: ut nulla ex eis animum dulcedo perfundat. Quod si fieri nullo modo potest: etiam hoc quo pac/to futurum est ut eius nobis amara mors non sit: cuius dulcis est uita? Hinc est enim & luctus quidā: in humano corde quasi uulnus aut ulcus: cui sanando adhibentur officiose cōsolationes. Non enī ꝓpterea non est qđ sanetur: quoniam quanto est animus melior: tanto in eo facilius citiusq; sanatur. Cum igitur etiā de carissimorum mortibus maxime quorum sunt humane societati officia necessaria: nūc mitius nūc asperius affligatur uita mortaliū: tamen eos mortuos quos diligimus: q̄uis a fide uel a bonis moribus lapsos. hoc est in ipsa anima mortuos: audire seu uidere mallemus. Qua ingenti materia maloꝝ plena est terra. ꝓpter quod scriptum est. Nunquid nō temptatio est uita humana super terram? Et ꝓpter quod dominus ipse ait. ue mūdo a scandalis. Et iterū. Quoniā abundauit inquit iniquitas refrigescet caritas multoꝝ. Ex quo fit ut bonis amicis mortuis gratulemur: & tamen mors eorū nos contristet: ipsa nos certius consoletur: quantum malis caruerunt quibus in hac uita etiam boni homines uel conteruntur: uel deprauantur: uel in utroq; periclitantur

De amicicia angeloꝝ que homini in hoc mundo nō potest esse manifesta ꝓpter fallaciā demonū in quos inciderūt: q multos sibi deos colendos putauerunt. C. ix.

IN societate uero sanctorum angelorum: quam philosophi illi qui nobis deos esse amicos uoluerunt quarto constituerunt loco: uelut ad mundum uenientes ab orbe terrarum: ut sic quodammodo complecterentur & celum: nullo modo q̄dem metuimus: ne tales amici uel morte nos sua uel deprauatione contristent. Sed quia nobis non ea qua homines familiaritate miscentur: quod etiam ipsum ad erumnas pertinet huius uite: & aliquando Sathanas sicut legimus transfigurat se in angelum lucis: ad temptandum eos quos ita uel erudiri opus est: uel decipi iustum est: magna dei misericordia necessaria est: ne quis q̄ cum bonos angelos amicos se habere putat: habeat malos demones amicos fictos: eosq; tanto nocentiores: quanto astutiores ac fallaciores patiatur inimicos. Et cui magna dei misericordia ista est necessaria: nisi magne humane miserie: que ignorantia tanta premitur: ut facile istorum simulatōe fallat? Et illos q̄dem philosophos in impia ciuitate qui deos sibi amicos esse dixerūt: in demones malignos īcidisse certissimum est: quibus tota ipsa ciuitas subditur: eternū cum eis habitura supplicium. Ex eorum quippe sacris uel potius sacrilegiis: quibus eos colendos: & ex ludis immundissimis ubi eorum crimina celebrantur: quibus eos placandos putauerunt: eisdem ipsis autoribus & ex actoribus talium tantorumq; dedecorum: satis ab eis qui colantur apertum est.

Quis fructus sāctis de superata huius uite temptatione pariatur. C. x.

SEd neq; sancti & fideles unius ueri dei summiq; cultores: ab eorum fallaciis & multiformi temptatione securi sunt. In hoc enim loco infirmitatis & diebus

malignis: etiam ista sollicitudo non est inutilis: ut illa securitas ubi pax plenissima atq; certissima est: desiderio ferventiore queratur. Ibi erunt enim nature munera: hoc est que nostre nature ab omnium naturarum creatore donant. non solu bona uerum etiam sempiterna: no solu in animo qui sanabit per sapientia: uerum etiam in corpore qd resurrectione renouabitur. Ibi uirtutes non contra ulla uitia uel mala quecunq; certates: sed habentes uictorie premiu eterna pace: qua nullus aduersarius inquietet. Ipsa est. n. btitudo finalis: ipsa perfectionis finis: qui consumente finem non habet. Hic aut dicimur beati: qn pacem habemus: qntulacunq; hic haberi potest in uita bona. Sed hec beatitudo illi qua finalem dicimus beatitudini coparata: prorsus miseria reperitur.

¶ De beatitudine pacis eterne in qua sanctis finis est. i. uera perfectio. ¶ C. xi.

Hanc ergo pacem qualis hic potest esse mortales homines in rebus mortalibus quando habemus: si uiuimus recte bonis eius recte utitur uirtus: quando uero eam non habemus: etiam malis que homo patitur bene utitur uirtus. Sed tunc est uera uirtus: quado & omnia bona quibus utitur bene: & qcquid in bono usu bonoꝝ & malorum facit: & seipsam ad eum finem refert: ubi nobis talis & tanta pax erit: qua melior & maior esse non possit. Quapropter possumus dicere fines bonorum nostrorum esse pacem: sicut eternam diximus uitam. presertim quia ipsi ciuitati dei de qua nobis est ista operosissima disputatio: in sancto dicit psalmo. Lauda Hierusalem dominum: lauda deum tuum Syon. Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filios tuos in te. Qui posuit fines tuos pacem. Quonia confirmate fuerunt sere portarum eius: iam in illam nullus intrabit: nec ab illa ullus exibit. Ac per hoc fines eius eam debemus hic intelligere pacem: quam uolumus demonstrare finalem. Nam & ipsius ciuitatis mysticum nomen id est Hierusalem: quod ut ante iam diximus uisio pacis interpretatur. Sed quoniam pacis nomen etiam in his rebus mortalibus frequetatur: ubi utiq; non est uita eterna: propterea finem ciuitatis huius ubi erit eius summum bonum: eternam uitam maluimus commemorare q pacem. De quo fine Apostolus ait. Nunc uero a peccato liberati: serui autem facti deo: habetis fructum uestrum in sanctificationem: finem uero uitam eternam. Sed rursus quia uita eterna ab eis qui familiaritatem non habent cum scripturis sanctis: potest etiam accipi maloꝝ uita: uel etia secudu quosda philosophos ꝑpter anime immortalitate: uel etiam secudum fidem nostram propter penas interminabiles impiorum: qui utiq; in eternum cruciari non poterunt: nisi etiam uixerint in eternum: profecto finis ciuitatis huius in quo summum bonum habebit: uel pax in uita eterna: uel uita eterna in pace dicendus est. ut ab omnibus facilius possit intelligi. Tantum est enim pacis bonum: ut etiam in rebus terrenis atq; mortalibus nihil gratius soleat audiri: nihil desiderabilius concupisci: nihil postremo possit melius inueniri. De quo si aliquanto diutius loqui uoluerimus: non erimus quantum arbitror onerosi legentibus. & ꝑpter finem ciuitatis huius de qua nobis sermo est: & propter ipsam dulcedinem pacis quæ omnibus cara est.

¶ Quod etiam bellantium seuicia omnesq; hominu inquietudines ad pacis finem cupiant peruenire sine cuius appetitu nulla natura sit. ¶ C. xii.

QVod enim quisquis mecum res humanas naturamq; communem utcūq; intuet̄:
agnoscit. Sicut enim nemo est: q gaudere nolit: ita nemo est: qui pacem habere
nolit. Quando quidem et ipsi qui bella uolūt: nihil aliud: q̄ uincere uolūt. ad gloriosā
ergo pacem bellando cupiūt peruenire. Nam quid aliud est uictoria: nisi subiectio
repugnantium? Quod cum factum fuerit: pax erit. Pacis ergo intentione geruntur
et bella: ab iis etiam qui uirtutem bellicā studēt exercere: imperando: atq; pugnādo.
Vnde pacem constat belli esse optabilem finem. Omīs enim homo etiā belligerando
pacem requirit. nemo autem bellum: pacificando. Nam et illi qui pacem: in qua sūt:
perturbari uolunt: non pacem oderunt: sed eam pro arbitrio suo cupiunt cōmutari.
Non ergo ut sit: pax: nolunt: sed ut ea sit: quam uolunt. Deniq; etsi per seditionem
se ab aliis separauerint: cum eis ipsis cōspiratis: uel coniuratis suis nisi qualencūq; pacis
speciem teneant: non efficiunt: quod intendunt. Proinde latrones ipsi ut uehemētius
et tutius infesti sint paci ceterorum: pacem uolunt habere sotiorum. Sed etsi unus sit
tam prepollens uiribus: et conscios ita cauens: ut nulli socio se committat: solusq; insi/
dians et preualēs: quibus potuerit oppressis et extinctis: predas agat: cū eis certe quos
occidere non potest: et quos uult latere: qđ facit: qualencunq; umbram pacis tenet.
In domo autem sua: cum uxore cum filiis: etsi quos alios illic habet: studet profecto
esse paccatus. eis quippe ad nutum obtemporantibus sine dubio delectatur. Nam et si
non fiat indignatur: corripit: uindicat. et domus sue pacē si ita necesse sit: etiā seuiēdo
componit: quam sentit esse non posse: nisi cuidam principio: quod ipse in domo sua
est: cetera in eadem domestica societate subiecta sint. Ideoq; si offeretur ei seruitus
plurium: uel ciuitatis: uel gentis: ita ut sic ei seruirent quemadmodum sibi domi sue
seruiri uolebat: non se iā latronē latebris conderet: sed regem cōspicuum sublimaret.
cum eadem in illo cupiditas: et malicia permaneret. Pacem itaq; cum suis omīs habere
cupiunt: quos ad suum arbitrium uolunt uiuere. Nam et cum quibus bellum gerūt.
suos facere: si possunt: uolunt: eisq; subiectis leges sue pacis imponere. Sed faciamus
aliquem: qualē canit poetica et fabulosa narratio. Quem fortasse propter ipsam in/
sotiabilem feritatem: semihominem: q̄ hominem dicere maluerūt. Quanuis ergo huius
regnū dire spelunce fuerit solitudo: tanq; malicia fuerit singularis: ut ex hac ei nomē
sit inuentum: nam malus grece cacos dicitur: quod ille uocabatur ut nulla cōiunx ei
blande ferret: referretq; sermonē: nullis filiis uel alluderet paruulis: uel grandiusculis
imperaret: nullo amici colloquio frueretur: nec Vulcani patris: quo uel hinc tantum
non parum felicior fuit: quia tale monstrū ipse nō genuit. nihil cuiq̄ daret: sed a quo
posset quicquid uellet: et quantum et quando posset: et quātum uellet: auferret. Tñ
in ipsa sua spelunca solitaria: cuius ut describitur. ¶ Semper recenti.
Cede tepebat humus: nihil aliud q̄ pacem uolebat.
In qua nemo illi molestus eēt: nec eius quietem uis ullius terrorq; turbaret. Cū corpe
suo deniq; pacem habere cupiebat. et quantum habebat: tātum illi bene erat. Quādo
quidem membris obtemperantibus imperabat: et ut suam mortalitatem aduersum se
ex indigentia rebellantem: ac seditionem famis ad dissotiandam atq; excludendam de
corpore animam concitantem: quanta posset festinatiōe pacaret: rapiebat: necabat:
uorabat. et quamuis immanis: ac ferus: paci tamen sue uite ac salutis immaniter ac fe/
rociter consulebat. Ac per hoc si pacem quam in sua spelunca: atq; in seipso habere
satagebat: cum aliis etiam habere uellet: nec malus: nec monstrum: nec semihomo uo/
caretur. Aut si eius corporis forma et atroꝝ ignium uomitus: ab eo deterrebat hoīm
sotietatē: forte nō nocēdi cupiditate: sed uiuendi necessitate: seuiebat. Verum iste nō

fuerit: uel quod magis credendum est: talis non fuerit: q̃lis uanitate poetica describit̃. Nisi enim nimis accusaretur Cacus: parũ Hercules laudaretur. Talis ergo homo siue semihomo: melius ut dixi creditur non fuisse: sicut multa figmenta poetarum. Ipse enim fere seuissime unde ille partem habuit feritatis: nam et semiferus dictus ẽ: genus proprium quadam pace custodiuit: coeundo: gignendo: pariendo: fetus fouẽdo atq; nutriendo: cum sint plereq; insotiabiles: et soliuage. Nõ scilicet ut oues: cerui: colũbe: sturni apes. sed ut leones: uulpes: aquile: noctue. Que enim tigris non filiis suis mitis immurmurat: et pacata feritate blanditur? Quis miluus et quatunlibet solitarius ra/pinis circunuolet: non coniugiũ copulat? nidum congerit? oua cõfouet? pullos alit? et quasi cum sua matrefamilias sotietatem domesticam quanta potest pace conseruat. Quanto magis homo fertur quodammodo nature sue legibus: ad ineundam sotietatẽ pacemq; cum hominibus quantum in ipso est omnibus obtinendam: cum etiam mali pro pace suorũ belligerent: omsq; si possent suos facere uelint: ut uni cuncti et cũcta deseruiant. quo pacto nisi ut in eius pacem uel amando uel timendo cõsentiant? Sic enim superbia peruerse deum imitatur. Deum nanq; odit: cum suis sotiis nõ eq̃litatem sub illo: sed imponere uult sotiis dominationem suam pro illo. Odit ergo iustã pacem dei: et amat iniquam pacem suam. Non amare tamen qualencũq; pacem nullomodo potest. Nullum quippe uitium: ita contra naturam est: q̃ ut nature deleat etiam ex/trema uestigia. Itaq; pacem iniquorum in pacis comparatione iustorũ: ille uidet nec pacem esse dicendam: qui nouit preponere recta prauis: et ordinata peruersis. Quod aũt etiã est peruersum: hoc necesse est ut in aliq̃: et ex aliqua: et cum aliqua rez parte pacatum sit: in qbus est: uel ex qbus constat. Alioqn nihil eẽt omnino. Velut si qs q̃ capite deorsum pendeat: peruersus est utiq; situs corporis et ordo membrorum. quia id quod desuper esse natura postulat: subtus est. et quod illa subter uult esse: desuper factum est. Cõturbabit carnis pacem ista peruersitas: et ideo est molesta. Verũtamẽ anima corpori suo pacata est: et pro eius salute satagit: et ideo est: qui doleat. Que si molestiis eius exclusa disscesserit: quam diu manet compago membrorum non ẽ sine quadam partium pace quod remanet. Et ideo adhuc est: qui pendeat: et q̃ terrenũ corpus in terram nititur: et uinculo quo suspensum est: renititur: in sue pacis ordinem tendit: et locum quo requiescat: quodammodo ponderis uoce poscit. Iamq; exanime sine ullo sensu: a pace tamen naturali sui ordinis non recedit: uel cum tenet eam: uel cum fertur ad eam. Si enim adhibeantur medicamẽta: atq; curatio: que formam ca/daueris dissolui: dilabiq; non sinat: adhuc pax quedam partes partibus iũgit: totamq; molem applicat terreno et conuenienti: ac per hoc loco pacato. Si autem nulla ad/hibeatur cura cõdiendi: sed naturali cursu relinq̃tur: tã diu q̃si tumultuat̃ dissidẽtibus exhalationibus: et nostro inconueniẽtibus sensui: id enim est quod in putore sentit̃: donec mundi conueniat elemẽtis: et in eorũ pacem particulatim paulatimq; discedat. Nullo modo tamẽ inde aliqd legibus summi illius creatoris ordinatorisq; subtrahit̃: a quo pax uniuersitatis administrat̃. Quia & si de cadauere maioris animãtis aĩmalia minuta nascantur: eadẽ lege creatoris queq; corpuscula in salutis pace suis aĩmalibus seruiunt. Et si mortuorum carnes ab aliis animalibus deuorentur: easdẽ leges p cũcta diffusas ad salutem generis cuiusq; mortaliũ congrua congruis pacificãtes: quaq̃uersũ trahant̃: et rebus qbuscũq; iungant̃: et in res q̃slibet cõuertant̃: et cõmutẽt̃: iueniũt.

De pace uniuersali: que inter q̃slibet ꝑturbationes priuari nõ põt lege nature dũ sub iusto iudice ad id quisq; ꝑuenit ordinatione: qd̃ meruit uoluntate.

PAx itaq; corporis est ordinata temperatura partium. Pax anime irrationalis ordinata requies appetitionũ. Pax anime rationalis: ordinata cognitõis actiõisq; cõsensio. Pax corporis et anime: ordinata uita et salus aĩmantis. Pax hoĩs mortalis est dei immortalis ordinata in fide sub eterna lege obedientia. Pax hoĩnũ: ordinata concordia. Pax domus ordinata imperandi atq; obediendi concordia cohabitantiũ. Pax ciuitatis ordinata imperandi obediendiq; cõcordia ciuiũ. Pax celestis ciuitatis: ordinatissima et concordissima societas fruendi deo et inuicem uidendi deum. Pax omnium rerum: tranquillitas ordinis. Ordo est parium disparium q; rerum: sua cuiq; loca distribuens dispositio. Proinde miseri in quantum miseri utiq; in pace nõ sunt. Tranquillitate quidem ordinis carent: ubi perturbatio nulla est. Veruntamen quia merito iusteq; miseri sunt: in ea quoq; ipsa sua miseria preter ordinem eẽ nõ possunt. non quidem coniuncti beatis: sed ab eis tamen ordinis lege seiuncti. Qui cum sine ꝑ/turbatione non sint: rebus quibus sunt quantacunq; congruentia coaptãtur. Ac per hoc est in eis ordinis nonnulla tranquillitas. inest ergo nonnulla pax. Verum ideo miseri sunt: quia etsi in aliqua securitate non dolent: non tamen ibi sunt: ubi securi eẽ: ac dolere non debeant. Miseriores autem si pax eis cum ipsa lege non est: q̃ naturalis ordo administratur. Cum autem dolẽt: ex qua parte dolent: pacis perturbatio facta est. nulla uero adhuc pax est in qua nec dolor urit: nec compago ipa dissoluit̃. Sicut ergo est quedam uita sine dolore: dolor autem sine aliqua uita esse non potest: sic est quedam pax sine ullo bello bellum uero sine aliqua pace esse non potest. nõ secundũ id quod bellum est: sed secundum id quod ab eis uel in eis geritur: que alique nature sunt. q̃d nullo modo essent si non qualicunq; pace subsisterent. Qua propter natura est in qua nullum malum est: uel etiam in qua nullum malum esse potest. Esse aũt natura in qua nullum bonũ sit: non potest. Proinde nec ipsius diaboli natura: inq̃tũ natura est: malum est: sed peruersitas eam malam facit. Itaq; in ueritate non stetit: sed ueritatis iudicium non euasit. Quia in ordinis tranquillitate non mansit: nec ideo tamen a potestate ordinatoris effugit. Bonum dei quod illi est in natura: non eum subtrahit iusticie dei: qua ordinatur in pena. nec ibi deus insequit̃ bonum: q̃d creauit: sed malum: quod ille commisit. Neq; enim totum aufert: quod nature dedit: sed aliqd adimit: aliquid relinquit. ut sit qui doleat: q̃ adimit: et ipse dolor testimoniũ est boni adempti: et boni relicti. Nisi enim bonum relictum esset: bonũ amissum dolere nõ posset. Nam qui peccat: peior est: si letatur in damno equitatis. Qui uero cruciatur: si inde nihil boni acquirat: dolet damnum salutis. Et quoniam equitas ac salus utrunq; bonum est: boniq; amissione dolendum est: potius q̃ letandum: si tamen non sit com/pensatio melioris. Melior est aũt animi eq̃tas: q̃ corporis sanitas. Profecto cõuenĩẽtius iniustus dolet in supplicio: q̃ letatus est in delicto. Sicut ergo leticia deserti boni in peccato: testis est uolũtatis male: ita dolor amissi boni in supplicio: testis est bone na/ture. Qui enim dolet amissam nature sue pacem: ex aliquibus reliquiis pacis id dolet: quibus fit ut natura sibi amica sit. Hoc autem in extremo supplicio recte fit ut iniq et impii naturalium bonorũ damna in cruciatibus defleant: sentientes eoꝝ ablatorẽ iustissimum deum: quem contempserunt benignissimum largitorem. Deus ergo na/turarum omniũ sapiẽtissimus cõditor et iustissimus ordinator: q terrenorũ ornamẽtoꝝ maximum instituit mortale genus humanum: dedit hominibus quedam bona huic uite congrua: id est pacem temporalem pro modulo mortalis uite. in ipsa salute et in/columitate ac societate sui generis: et queq; huic paci uel tuende uel recuperande sũt necessaria: sicut ea que apte ac conuenienter adiacent sensibus: lux ista uisibilis: aure

spirabiles: aque potabiles: et quicquid ad alendum uel tegendum: curandū: ornandūq; corpus congruit. eo pacto equissimo: ut quicūq; mortalis bonis talibus paci mortaliū accommodatis recte usus fuerit: accipiat ampliora atq; meliora: ipsam scilicet immortalitatis pacem: eiq; conuenientem gloriam et honorem in uitam eternam: ad fruēdū deo et proximo in deo. Qui aūt pperam id est iniuste: nec illa accipiat: et hec amittat.

¶ De ordine ac lege siue terrena: siue celesti: per quam societati humane etiam dominando consulitur: et cōsulēdo seruit. ¶ C.

OMnis igitur usus rerum temporaliū refertur ad fructū terrene pacis ī ciuitate terrena. in celesti autem ciuitate: refertur ad fructū pacis eterne. Quapropter si irrationabilia essemus animantia: nihil appeteremus preter ordinatam temperaturā partium corporis et requiem appetitionis. Nihil igitur preter quietē carnis et copiā uoluptatum: ut pax corporis prodesset paci anime. Si enim desit pax corpis: impeditē etiam rationalis pax anime. quia requiem appetitionum consequi non pōt. Vtrūq; autem simul eius paci prodest: quam inter se habent anima et corpus: id est ordinate uite ac salutis. Sicut enim pacem corporis amare se ostendunt animantia cum fugiūt dolorem et pacem anime cum propter explendas indigētias appetitionem uoluptatū consequuntur: ita mortem fugiendo satis indicant quantum diligant pacem: qua sibi conciliantur anima et corpus. Sed quia homini rationalis anima inest: totū hoc qđ habet commune cum bestiis: subdit paci anime rationalis: ut mente aliqd cōtemplet: et secundum hoc aliquid agat ut sit ei ordinata cognitionis actiōisq; consensio: quā pacem rationalis aīme dixeramus. Ad hoc enim uelle debet nec dolore molestari: nec desiderio perturbari: nec morte dissolui: ut aliquid utile cognoscat: et secundum eam cognitionem uitam moresq; componat. Sed ne ipso cognitionis studio propter humane mentis infirmitatem: in pestem alicuius erroris incurrat. opus habet magisterio diuino: cui certius obtemperet: et adiutorio ut liber obtemperet. Et quoniam q̄diu ē in corpore mortali isto: peregrinatur a domino: per fidem ambulat: non per speciem. ac per hoc omnem pacē uel copis uel anime: uel simul corporis et anime refert ad illā pacem: que homini mortali ē cum deo immortali: ut ei sit ordinata in fide sub eterna lege obedientia. Iam uero quia duo precipua precepta hoc est dilectionem dei: et dilectionem proximi: docet magister deus: in quibus homo tria inuenit que diligat: deū: seipsum: et proximum. atq; ille in se diligendo non errat: qui deum diligit: cōsequens est: ut etiam proximo ad diligendum deū consulat: quē iubetur: sicut seipsū diligere. Sic uxori: sic filiis: sic domesticis: sic ceteris homībus qbus potuerit: et hoc sibi a pxīo: si forte indiget: consuli uelit. Ac per hoc pacatus erit quantum in ipso est omī homini: pace hominum id est ordinata cōcordia: cuius ordo hic est. Primū ut nulli noceat. Deīde etiā ut prosit: cui poterit. Primitus ergo inest ei suoꝝ cura. ad eos qppe habet opportuniorem facilioremq; aditū consulendi: uel ordīe nature: uel ipsius societatis humane. Vnde apostolus ait: Quisquis autem suis et maxime domesticis non puidet: fidem denegat: et est infideli deterior. Hinc itaq; etiam pax domestica oritur: id est ordinata imperandi obediendiq; concordia cohabitantiū. Imperant enim q cōsulūt. sicut uir uxori: parētes filiis: & dn̄i seruis. Obediūt aūt qbus cōsulit̄. sicut mulieres maritis: filii parentibus: serui dn̄is. sed in domo iusti uiuētis ex fide: & adhuc ab illa celesti ciuitate pegrinātis: etiā q imperant: seruiūt eis qbus imperare uident̄. Neq; n. dn̄ādi cupiditate īperāt: sed officio cōsulēdi: neq; pncipādi supbia: sed puidēdi misericordia

¶ De libertate naturali: et de seruitute: cuius prima causa peccatū ē: qn homo male uolūtatis etiā si non est.

HOc naturalis ordo prescribit. Ita deus hominem condidit. Nam dominet̄ inqt piscium maris: et uolatilium celi: et omnium repentium que repunt sup terrā. Rationalem factum ad imaginem suam: noluit nisi irrationabilibus dominari. non hominem homini: sed hominem pecori. Inde primi iusti pastores pecorum magis q̄ reges hominum constituti sunt. ut deus etiam sic insinuaret: quid postulet ordo cre/aturarum: et quid exigat meritum peccatorū. Conditio qppe seruitutis iure ītelligit̄ imposita peccatori. Proinde nusq̄ scripturarum legimus seruum: anteq̄m hoc uo/cabulo. Noe iustus peccatum filii uindicaret. Nomen itaq; istud culpa meruit: non natura. Origo autem uocabuli seruorum in latina lingua inde creditur ducta: ꝙ ii qui iure belli possent occidi a uictoribus: cum seruabantur: serui fiebant a seruādo appellati. quod ipsum etiam sine merito peccati non est. Nam et cum iustū geritur bellum: pro peccato econtrario dimicatur. et omnis uictoria cū malis etiā prouenit: diuino iudicio uictos humiliat: uel emendans peccata uel puniēs. Testis est homo dei Daniel cum in captiuitate positus peccata sua et peccata populi sui confitetur deo: & hāc esse causam illius captiuitatis pio dolore testat̄. Prima ergo seruitutis causa pec/catum est: ut homo homini conditionis uinculo subderet̄. qd̄ nō fit nisi deo iudicāte: apud quem non est iniquitas: et nouit diuersas penas meritis distribuere delinquētiū. Sicut autem dominus supernus dicit. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati: ac per hoc multi quidem religiosi dominis iniquis non tamen liberis seruiunt: a quo ení quis deuictus est: huic et seruus addictus ē. Et utiq; felicius seruitur homini q̄ libidini: cum seuissimo dominatu uastet corda mortalium: ut alias omittam: libido ipā domi/nandi. Hominibus autem illo pacis ordine: quo alius alii subiecti sunt: sicut prodest humilitas seruientibus: ita nocet superbia dominantibus. Nullus autem natura in q̄ deus prius hominem condidit: seruus est hominis aut peccati. Verꝫ et penalis seruitus ea lege ordinatur: qua naturalem ordinem conseruari iubet: perturbari uetat. Quia si contra eam legem factum non esset: nihil esset penali seruitute coercendū. Ideoq; Apostolus monet seruos subditos esse dominis suis: et ex animo eis cum bona uolūtate seruire. ut scilicet si nō possūt a dominis liberi fieri: suam seruitutem ipsi quodāmodo liberam faciant: non timore subdolo: sed seruiendo dilectione fideli. donec transeat iniqtas et euacuetur omnis prīcipatus et potestas humana: et sit deus oīa in oībus.

¶ De equo Iure dominandi.

QVo circa etiam si habuerunt seruos iusti patres nostri: sic quidem admīstrabāt domesticam pacem: ut secundum hec temporalia bona filioꝝ sortē a seruoꝝ conditione distinguerent: ad deum autem colendum in quo eterna bona sperāda sūt: omnibus domus sue membris pari dilectione consulerent. Quod naturalis ordo ita prescribit: ut nomēn patrumfamilias hinc exortum sit: et tā late uulgatū ut inique etiā dominantes hoc se gaudeant appellari. Qui autē ueri patresfamilias sūt: oībus in familia sua tanquā filius ad colendū et promerendum deum consulunt: desiderātes atq; optantes uenire ad celestem domum: ubi necessarium non sit impandi officium mortalibus: quia non necessarium erit officium consulendi: iam in illa immortalitate felicibus. Quo donec ueniatur: magis debēt patres ꝙ dominantur quā serui tolerare

q̄ seruiunt. Si quis autem in domo per inobedientiam domestice aduersatur paci: corripiatur uerbo seu uerbere: seu quolibet alio genere pene iusto: atq; licito: quantū societas humana concedit: pro eius qui corripitur utilitate: ut paci unde dissilierat: coaptetur. Sicut enim non est beneficentie adiuuando efficere ut bonum qd̄ maius est amittatur: ita non est innocentie parcendo sinere: ut in malum grauius incidat. Pertinet ergo ad innocentis officium: non solum nemini malum inferre: uerū etiam cohibere a peccato uel punire peccatum. ut aut ipse: qui plectitur: corrigatur experimento: aut alii terreantur exemplo. Quia igitur omnis domus initium siue pticula debet esse ciuitatis: omne autem inicium ad aliquem sui generis finem: et omnis pars ad uniuersi: cuius pars est integritatem refertur: satis apparet esse consequens: ut ad pacem ciuicam pax domestica referatur. id est ordinata imperandi: obediēdiq; concordia cohabitantium: referatur ad ordinatam imperandi obediendiq; concordiam ciuium. Ita fit: ut ex lege ciuitatis precepta sumere patremfamilias oporteat: quibus suam domum sic regat: ut sit paci accommodata ciuitatis.

¶ Vnde celestis sotietas cum frena ciuitate pacem habeat: et unde discordiam.

Sed domus hominum qui non uiuunt ex fide: pacem terrenam ex huius tpalis uite rebus: commodisq; sectatur. Domus ergo hominum ex fide uiuētium: expectat ea que in futurum eterna promissa sunt. terrenisq; rebus ac temporalibus tanq̄ peregrina utitur. non quibus capiatur et auertatur quo tendit in deum: sed quibus sustentetur ad facilius toleranda minimeq; agenda onera corporis corruptibilis: quod aggrauat animam. Idcirco rerum uite huic mortali necessariaꝝ: utrisq; hominibus fidelibus et infidelibus et utriq; domui communis est usus: sed finis utendi cuiq; suus proprius: multumq; diuersus. Ita etiam terrena ciuitas: que non uiuit ex fide: terrenā pacem appetit: in eoq; defigit imperandi obediendiq; cōcordiam ciuium: ut eis sit de rebus ad mortalem uitam pertinentibus: humanarum quedā compositio uoluntatū. Ciuitas autem celestis uel potius pars eius: que in hac peregrinat̄ mortalitate et uiuit ex fide: etiam ista pace necesse est utatur: donec ipsa cui talis pax necessaria mortalitas transeant. Ac per hoc dum apud terrenam ciuitatem uelut captiuam uitam sue peregrinationis agit: iam promissione redemptionis et spiritali dono: tanq̄ pignore accepto: legibus terrene ciuitatis: quibus hec amministrantur: que sustentāde mortali uite accommodata sunt: obtemperare non dubitat. Vt quoniam communis est ipsa mortalitas: seruetur in rebus ad eam pertinentibus inter ciuitatem utranq; cōcordia. Verum quia terrena ciuitas habuit quosdā suos sapientes: quos diuina improbat disciplina: qui uel suspicati uel decepti a demonibus: crederent multos deos conciliandos esse rebus humanis: atq; eorum diuersa quodammodo officia: diuersa subdita ptinere ad aliū corpus ad aliū animū. Inq; ipso corpe ad aliū caput: ad aliū ceruicē: et cetera singula ad singulos. Similiter in animo ad alium ingenium: ad alium doctrinam: ad alium iram: ad alium concupiscentiam. inq; ipsis rebus uite adiacentibus: ad aliū pecus ad alium triticum: ad alium uinum: ad alium oleum: ad alium siluas: ad aliū nummos: ad alium nauigationem: ad alium bella atq; uictorias: ad alium cōiugia: ad aliū ptū: ac fecunditatem: et ad alios alia cetera. Celestis autem ciuitas unū deum solū colendū nosset: eiq; tantummodo seruiendum seruitute illa que grece latria dicitur: et nō nisi deo debetur: fideli pietate censeret: factum est: ut religionis leges cum eterna ciuitate

non posset habere communes: proq; iis ab ea dissentire haberet necesse: atq; oneri eē diuersa sentientibus: eorumq; iras et odia et persecutionum impetus sustinere: nisi cū animos aduersantiū aliquando terrore sue multitudinis: et semper diuino adiutorio propulsaret. Hec ergo celestis ciuitas cum peregrinatur in terra: ex omnibus gētibus ciues euocat: atq; in omnibus linguis peregrinam colligit sotietatē. non curans qcqd in moribus: legibus: institutisq; diuersum est: quibus pax terrena uel conquiritur uel tenetur: nihil eorum rescindens nec destruens: immo etiam seruans ac sequens: quod licet diuersum sit in diuersis nationibus: ad unū tamen eundemq; finē terrene pacis intenditur: si religionem qua unus summus et uerus deus colēdus docet: nō impedit. Utitur etiam ergo celestis ciuitas in hac sua peregrinatione pace terrena: et de rebus ad mortalem hominis naturam pertinentibus: humanarum uolūtatum cōpositionē quantum salua pietate ac religione conceditur: tuetur: atq; appetit. eamq; terrenā pacē refert ad celestem pacem: que uere ita pax est: ut rationalis duntaxat creature sola pax habenda atq; dicenda sit: ordinatissima scilicet atq; concordissima sotietas fruendi deo: et inuicem in deo. quo cum uentū fuerit: nō erit uita mortalis: sed plane certeq; uitalis. nec corpus animale quod dū corrumpitur aggrauat animam: sed spiritale sine ulla indigētia ex omni parte subditū uoluntati. Hanc pacē dū pegrinat in fide habet: atq; ex hac fide iuste uiuit: cum ad illam pacē adipiscēdam refert qcqd bonarū actionū gerit erga deū et proximum: quoniā uita ciuitatis utiq; sotialis est.

Quam diuersa sit Academie noue ambiguitas: a constantia fidei Christiane.

Quod autem attinet ad illam differentiam quam de Academicis nouis Varro adhibuit: quibus sunt incerta omnia. omnino ciuitas dei talem dubitationem: tanquam dementiā: detestatur. habens de rebus quas mente atq; ratiōe cōprehendit: etiam si paruam propter corpus corruptibile quod aggrauat animam: quoniā sicut dicit apostolus ex pte scimus: tamē certissimam scientiā: creditq; sensibus in rei cuiusq; euidentia: quibus per corpus animus utitur: quoniam miserabilius fallitur: qui nunq̄ eis putat esse credendum. credit etiam sanctis scripturis: et ueteribus et nouis q̄s canonicas appellamus: unde fides ipsa concepta ē: ex q̄ iustus uiuit: p quā sine dubitatiōe ambulamus: quamdiu peregrinamur a domino: qua salua atq; certa de qbusdā rebus: quas neq; sensu neq; ratiōe pcipimus: neq; nobis per scripturam canonicā claruerūt: nec per testes: quibus nō credere absurdum est in nostram noticiam peruenerūt: sine iusta reprehensione dubitamus.

De habitu et moribus populi christiani.

Nihil sane ad istam pertinet ciuitatem: quo habitu uel more uiuendi si non est contra diuina precepta: istam fidem qua peruenitur ad deum: qsq; sectetur: unde ipsos quoq; philosophos quando fiunt christiani: nō habitum: uel cōsuetudinē uictus: que nihil impedit religionem: sed falsa dogmata: permutare compellit. Vnde illam quam Varro adhibuit ex cynicis differentiā: si nihil turpiter atq; intempanter agat: omnino non curat. Ex tribus uero uite illius generibus: ocioso: actuoso: et ex utroq; compōsito: quamuis salua fide quisq; possit in quolibet uitam eorum ducere: & ad sempiterna pmia peruenire: interest tamen qd amore teneat ueritatis: qd officio caritatis impendat. Nec sic quisq; debet esse ociosus: ut in eodem ocio utilitatem non

cogitet proximi: nec sic actuosus: ut contemplationem nõ requirat dei. In ocio nõ iners uacatio delectare debet: sed aut inquisitio: aut inuentio ueritatis: ut in ea quisq; proficiat: et qđ inuenerit: teneat. et alteri non inuideat. In actiõe uero non amãdus est honor in hac uita siue potentia. quoniam omnia uana sub sole: sed opus ipsũ qđ per eundem honorem uel potentiam fit: si recte atq; utiliter fit: id est ut ad eã salutẽ ualeat subditorum que secundum deũ est: unde iam superius disputauimus. Propter quod ait apostolus. Episcopatũ qui desiderat: bonũ opus desiderat. Exponere uoluit quid sit episcopatus. quia nomen est operis: non honoris. Grecum est enim atq; inde ductum uocabulum: quod ille qui preficitur superintendit curam scilicet eorũ gerẽs. Epi quippe super: scopos uero intẽtio est. Ergo episcopin grece latine superintẽdere possumus dicere. ut intelligat non se episcopũ: q preesse dilexerit: non prodesse. Itaq; a studio cognoscende ueritatis nemo prohibetur: quod ad laudabile pertinet ocium. Locus uero superior sine quo populus regi non potest: et si ita teneatur: atq; ammini-nistretur: ut decet: tamen indecenter appetitur. Quamobrem ocium sanctum querit caritas ueritatis: negocium iustum suscipit necessitas caritatis. Quam sarcinã si nullus imponit: percipiende atq; intuẽde uacandũ est ueritati. Si aũt imponitur: suscipiẽda est propter caritatis necessitatem. Sed nec sic omnimõ ueritatis delectatio deserẽda est: ne subtrahatur illa suauitas: et opprimat ista necessitas.

Quod ciues sanctorum in huius uite tpi spe beati sint.

Quamobrem summum bonum ciuitatis dei cum pax sit eterna: atq; perfecta: nõ per quam mortales transeant nascendo: atq; moriendo: sed in qua immortales maneant nihil aduersi omnimodo paciendo: quis est qui illam uitam uel beatissimam neget: uel in eius comparatione istam: que hic agitur quantislibet animi et corporis externarumq; rerum bonis plena sit: non miserrimam iudicet? Quam tamen qcunq; sic habet: ut eius usum referat ad illius finem quem diligit ardentissime ac fidelissime sperat: non absurde dici etiam nunc beatus potest: spe illa potius q̃ re ista. Res uero ista sine spe illa: beatitudo falsa et magna miseria est. Non enĩ ueris aĩmi bonis utit: quoniam non est sapientia uera: que intentionem suã in his que prudenter discernit: gerit fortiter: cohibet temperanter: iusteq; distribuit: non in illũ finẽ dirigit ubi deus erit omnia in omnibus: eternitate certa: atq; pace perfecta.

An secundũ definitiones Scipionis que in dialogo Ciceronis: sunt unq̃ fuerit Romana Res. Pu.

Quapropter nunc est locus ut q̃potero breuiter ac dilucide expediam: quod in secundo libro huius operis me demõstraturum esse promisi: secundũ definitões quibus apud Ciceronẽ utitur Scipio in libris de Re. pu. nũq̃ Rem. pu. fuisse romanã. Breuiter enim Rem. pu. definit esse rem populi. Que definitio si uera est: nunq̃ fuit romana Res. pu. quia nunq̃ fuit res populi. quam definitionem uoluit esse Rei. pub. Populum enim esse definiuit cetum multitudinis iuris cõsensu et utilitatis cõmuniõe sociatum. Quid autem dicat iuris consensum: disputando explicat: per hoc ostendẽs geri sine iusticia Rem. pu. non posse. Vbi ergo iusticia uera non est: nec ius potest eẽ. Quod enim iure fit: profecto iuste fit. Quod autem fit iniuste: nec iure fieri potest. Non enĩ iura dicẽda sunt: uel putãda. iniqua hominum constituta: cum illud etiam

ipsi ius esse dicant: quod de iusticie fonte manauerit: falsumq; esse quod a quibusdam
non recte sentientibus dici solet: id esse ius quod ei qui plus potest: utile est. Quocirca
ubi non est uera iusticia: iuris consensu sotiatus cetus hominum: non potest esse: et
ideo nec populus iuxta illā Scipionis definitionem uel Ciceronis. Etsi non populus
nec res populi: sed qualiscunq; multitudinis: que populi nomine digna non est: ac per
hoc si Res. pub. res est populi: et populus non est: qui consensu non sotiatus est iuris:
non est autem ius ubi nulla est iusticia: proculdubio colligitur: ubi iusticia nō est: nō
esse Rē. Pub. Iusticia porro ea uirtus est: que sua cuiq; distribuit. Que igitur iusticia
est hominis: que ipsum hominē deo uero tollit: et immundis demonibus subdit? Hoc
non est cuiq; sua distribuere. An qui fundum aufert eius: a quo emptus est: et tradit
ei: qui nihil habet in eo iuris: iniustus est: et qui seipsum aufert dominanti deo: a quo
factus est: et malignis seruit spiritibus iustus est? Disputatē certe acerrime ac fortissīe
in eisdem ipsis de Re. Pub. libris: aduersus iniusticiam pro iusticia. Et quoniam cum
prius ageretur pro iniusticie partibus contra iusticiam: et diceretur nisi per iniusticiā
Rem. Pub. stare augeriq; non posse: hoc uelut ualidissimum positum erat: iniustum
esse ut homines hominibus dominantibus seruiant: quam tamen iniusticiam nisi seq̄ē
imperiosa ciuitas cuius est magna Res. Pu. nō eam posse prouinciis imperare. Res-
ponsum est a parte iusticie: ideo iustum esse q̄ talibus hominibus sit utilis seruitus: et
pro utilitate eorum fieri cum aliquid recte fit: id est cum improbis auferē iniuriarū
licentia: et domiti se melius habebunt q̄ indomiti se habuerunt. Subditūq; est ut ista
ratio firmaretur: ueluti a natura sumptum nobile exemplum atq; dictum est. Cur
igitur deus homini: aīmus corpi imperat: ratio libidini ceterisq; uiciosis aīmi ptibus?
Plane hoc exemplo satis edoctum est: quibusdam esse utilē seruitutem: et deo qdem
ut seruiatur: utile esse hominibus. Seruiens autem deo animus: recte corpori impat.
inq; ipso animo ratio domino deo subdita: recte impat libidini: ceterisq; uitiis. Qua-
propter ubi homo deo non seruit: quid in eo putandum est esse iusticie: q̄ndoqdem
deo non seruiens nullo modo potest iuste animus corpori: aut humana ratio uitiis
imperare? Et si in homine tali nō est ulla iusticia: proculdubio nec in hominū cetu:
qui ex talibus constat hominibus. Non est ergo hic iuris ille consensus: qui hōinum
multitudinem populum facit: cuius res dicitur esse Res. Pub. Nam de utilitate quid
dicam: cuius communione etiam sotiatus hominū cetus. sicut sese habet ista definitio
populus nūcupatur? Quamuis enim si diligenter attēdas: nec utilitas sit ulla uiuētiū
qui impie uiuunt: sicut uiuit omnis q deo non seruit seruitq; demonibus: tāto magis
impiis quanto magis sibi cum sint immundissimi spiritus tāquam diis sacrificari uolūt.
Tamen quod de iuris consensu diximus satis esse arbitror: unde appareat per hanc
definitionem non esse populum cuius Res. Pub. esse dicatur: in quo iusticia non est.
Si enim dicunt non immundis spiritibus: sed diis bonis atq; sanctis in sua Re. Publi.
seruisse Romanos: nunquid eadem totiens repetenda sunt: que iam satis immo ultra
q̄ satis est: diximus? Quis enim ad hunc locum p superiores huius operis libros puenit:
qui dubitare possit malis et impuris demōibus seruisse romāos: nisi uel nimiū stolidus
uel impudentissime contentiosus? Sed ut taceam quales sunt quos sacrifitiis colebāt:
in lege dei ueri scriptum est: Sacrificans diis eradicabitur nisi domino tantum. Nec
bonis igitur nec malis diis sacrificari uoluit: qui hec cum tanta comminatiōe precepit.

¶ An uerus sit deus cui christiani
seruiunt: cui soli debeat sacrificari.

SEd responderi potest. Quis iste deus est: aut unde dignus probat᷑ cui deberent obtemperare romani: ut nullum deoꝝ colerẽt sacrificiis preter ipsum? Magne cecitatis est adhuc querere: quis iste deus sit. Ipse est deus: cuius prophete predixerũt ista que cernimus. Ipse est deus: a quo responsum accepit Abraam. in semine tuo oĩs benedicentur gentes. Quod in Xp̃o fieri qui secũdum carnem de illo semĩe exortus est: idem ipsi q remanserunt huius nominis inimici uelint: nolint ue cognoscunt. Ipse est deus cuius diuinus spiritus per eos locutus est: quorum predicta atq; completa per ecclesiam: quã uidemus toto orbe diffusam in libris superioribus posui. Ipse est deus quem Varro doctissimus Romanorum Iouem putat: q̃uis nesciens: quid loquatur. Quod tamen ideo commemorandum putaui: quoniam uir tante scientie nec ullum istum deum potuit existimare nec uilem. Hunc enim esse eum credidit: quẽ summũ putauit deũ. Postremo ipse est deus: quẽ doctissimus phõrũ q̃uis christianoꝝ acerrimus inimicus: etiã ꝑ eoꝝ oracula quos deos putat: deũ magnũ Porphyrius cõfitetur.

Que Porphyrius dicat oraculis deoꝝ r̃nsa de Xp̃o.

NAm in libris quos Theologion philosophias appellat: in quibus exequitur atq; conscribit rerum ad philosophiam pertinentium uelut diuina responsa: ut ipsa uerba eius quemadmodum ex greca lingua in latinam interpretata sũt ponã. Interroganti inquit quem deum placãdo reuocare possit uxorem suã a christianissimo: hec ait uersibus Apollo. Deinde uerba: uelut Apollinis ista sũt. Forte magis poteris in aqua impressis litteris scribere. aut inflans pennas leues per aera ut auis uolare: q̃ semel pollute reuoces impie uxoris sensum. Pergat quomodo uult inanibus fallaciis perseuerans: et lamentationibus fallacissimis mortuum deum cantans: quem iudicibus recta sentientibus perditum: pessima in speciosis ferro uincta mors interfecit. Deĩde post hos uersus Apollinis: qui non stante metro latine interpretati sunt subiunxit: atq; ait. In his quidem tergiuersationem irremediabilis sententie eorum manifestauit dicens. Quoniam Iudei suscipiunt deum magis q̃ isti. Ecce uti decolorans Christum Iudeos preposuit Christianis: confitens ꝙ Iudei suscipiant deum. Sic enim exposuit uersus Apollinis. ubi a iudicibus recta sentientibus Christum dicit occisum. tanq̃ illis iuste iudicantibus: merito sit ille punitus. Viderit qd de Christo uates mẽdax Apollonis dixerit. atq; iste crediderit: aut fortasse uatem quod non dixit dixisse iste ipse confinxerit: q̃ sibi cõstet: uel ipsa oracula inter se faciat cõuenire: postea uidebimus. Hic tamen Iudeos tanquam dei susceptores recte iudicasse dicit de Christo: ꝙ eum morte pessima excruciandum esse censuerint. Deus itaq; Iudeorum: cui ꝑhibet testimonium: audiendus fuit sic dicens. Sacrificans diis eradicabitur nisi domino tantum. Sed ad manifestiora ueniamus. et audiamus: q̃ magnum deum dicat esse Iudeoꝝ. Itẽ ad ea que interrogauit Apollinem quid melius: uerbum: siue ratio: an lex. Respõdit inquit uersibus hec dicens. Ac deinde subiecit Apollinis uersus: in quibus et isti sunt: ut quantum satis est inde decerpam. In deum uerum inquit generatorem: et in regem ante omnia: quem tremit celum et terra atq; mare: et infernoꝝ abdita: et ipsa numĩa perhorrescunt. Quorum lex est pater: quem ualde sancti honorant Hebrei. Tali oraculo dei sui Apollinis Porphyrius tam magnum deum esse Hebreorum dixit: ut deum et ipsa numina perhorrescant. Cum ergo deus iste dixerit: sacrificans diis eradicabitur: miror ꝙ ipse Porphyrius non perhorruerit: et sacrificans diis eradicari nõ formidauerit. Dicit etiam bona de Christo philosophus iste: quasi oblitus illius de q̃

pauloāte locuti sumus cōtumelie sue: aut quasi in somnis dii eius maledixerit Xpo: et euigilantes eum bonum esse cognouerint: digneq; laudauerint. Deniq; tanq̄ aliqd mirabile atq; incredibile prolaturus: preter opinionem inquit profecto quibusdam uideatur esse quid dicturi sumus. Christum enim dii pissimum pronuntiauerunt: et immortalem factum: et cum bona predicatione eius meminerūt. Christianos autem pollutos inquit et cōtaminatos et errore implicatos esse dicunt: et multis talibus ad/uersus eos blasphemiis utunt̄. Deinde subiicit uelut deorum oracula blasphemantiū christianos. Et post hec de Christo autē inqt interrogantibus si est deus: ait Hecate. Quoniam quidem immortalis anima post corpus ut insidit nosti: a sapientia autem abscisa erat semper uiri pietate prestantissimi est illa anima. hanc colunt alieni a ue/ritate. Deinde post uerba eius quasi oraculi sui ipse contexens. Pissimum igitur uirū inquit eum dixit: et eius animam sicut et aliorum piorum post obitū immortalitate donatam: & hanc Christianos colere errantes. Interrogantibus autē inquit. Cur ergo damnatus est: oraculo respondit dea. Corpus quidem debilitantibus tormentis semꝑ oppositum est: anima autem piorum celesti sedi insidet. Illa uero anima aliis aīabus fataliter dedit: quibus fata non annuerunt deorū obtinere dona: neq; habere Iouis immortalis agnitionem errore implicari. Propterea ergo diis exosi: quia quibus fato non fuit nosse deum: nec dona a diis accipere: his fataliter dedit iste implicari errorē. Ipse uero pius et in celum sicut pii incessit. Itaq; hunc quidem non blasphemabis: mi/raberis autem dementiam hominum: ex eo in eis facile precepsq; periculum. Quis ita stultus est: ut non intelligat: aut ab homine callido eoq; christianis inimicissimo: hec oracula fuisse conficta: aut consilio simili ab impuris demonibus ita fuisse responsa: ut scilicet qm̄ laudant Christum: propterea credant̄ ueraciter uitupare Christianos: atq; ita si possint intercludant uiam salutis eterne: in qua quisq; fit Christianus? Sue quippe nocendi astutie milleformi sentiunt non esse contrarium: si credatur eis lau/dantibus Christum: dum tamen credatur etiam uituperantibus Christianos: ut eum qui utrunq; crediderit: talem Christi faciant laudatorem: ne Christianus eē uelit. Ac sic quanuis ab illo laudatus ab istorum tamen demonum dominatu eum non liberet Christus: presertim quia ita laudant Christum: ut quisquis in eum talem crediderit qualis ab ipsis predicatur: Christianus uerus nō sit. Sed Fotinianus hereticus q tm̄mō hominem non etiam deum nouerit Christum: et ideo per eum saluus esse non possit: nec istorum mendaciloquorum demonum laqueos uitare uel soluere. Nos aūt neq; Apollinem uituperantem Christum: neq; Hecaten possumus approbare laudantem. Ille autem tanq̄ iniquū Christum uult credi: quoniam a iudicibus recta sentiētibus dicit esse occisum: ista hominem pissimū: sed hominem tantū. Vna est tamen & illius et huius intentio: ut nolint homines esse Christianos: quia nisi Christiani erūt: ab eoꝝ erui potestate non poterunt. Iste uero philosophus uel potius qui talibus aduersus Christianos quasi oraculis credunt. prius faciant: si possunt: ut inter se de ipso Xpo Hecate atq; Apollo concordent: eumq; aut ambo uituperent aut ambo collaudent. Quod si facere potuissēt: nihilominus nos et uituperatores et laudatores Christi fal/laces demōes uitaremus. Cū uero eoꝝ deus et dea inter se de Christo: ille uitupando: ista laudando dissentiant: profecto eis blasphemātibus Christianos non credūt hoīes si recte ipsi sentiant. sane Christum laudans uel Porphyrius uel Hecate: cum dicant eum ipsum fataliter dedisse Christianis ut implicarentur errore. causas tamen eiusdē: sicut putat: pandit erroris. quas anteq̄ ex uerbis eius exponam: ꝑus quero: si fataliter dedit Christus Christianis erroris implicationem. Vtrum uolens aut nolens dederit?

Si uolens: quomodo iustus? Si nolens: quomodo beatus? Sed iã ipsius erroris causas audiamus. Sunt inquit spiritus terreni minimi loco terreno quodã: malorũ demonũ potestati subiecti. ab iis sapiẽtes hebreorum quorum unus etiam iste Iesus fuit: sicut audistis diuina Apollinis oracula: que superius dicta sũt: ab iis ergo Hebrei demõibus pessimis et minoribus spiritibus uetabant religiosos: et ipsis uacare prohibebant. ue/nerari autem magis celestes deos: amplius autem uenerari deum patrem. Hec aũt inqt et dii precipiunt: et in superioribus ostendimus quemadmodũ animaduertere ad deũ monent et illum imperant colere ubiq;. Verum indocti et impie nature: qbus uere fatum non concessit a diis dona obtinere: neq; habere Iouis immortalis notionẽ: non audientes et deos et diuinos uiros: deos quidem omnes recusauerunt: probibitos autẽ demones non solum nullis odiis inseqni: sed etiam uereri delegerunt. Deum autem simulantes se colere: ea sola per que deus adoratur: non agunt. Nam deus qdẽ utpote omnium pater nullius indiget: sed nobis est bene cum eum per iusticiam et castitatẽ: aliasq; adoramus uirtutes: ipsam uitam precem ad ipsum facientes: per imitationem & inquisitionem de ipso. Inquisitio enim purgat inquit: imitatio deificat affectionem ad ipsum operando. Bene quidẽ predicauit deum patrẽ: et qbus moribus sit colendus dixit. Quibus preceptis prophetici libri pleni sunt Hebreorum: quando sanctorum uita siue laudatur: siue uituperatur. Sed in Christianis tantũ errat: aut tm̃ calũniat: quantum uolunt demones quos deos opinat᷑. q̃si cuiq̃ difficile sit recolere que turpia: que de decora erga deorum obsequium in theatris agebantur et templis: et attendere que legantur: dicantur: audiãtur in ecclesiis: uel deo uero quid offeratur: et hinc in/telligere ubi edifitium et ubi ruina sit morum. Quis autem dixit huic: uel inspirauit: nisi diabolicus spiritus tam uanum apertumq; mendaciũ: ꝙ demones ab Hebreis coli prohibitos: reuereantur potius: q̃ oderint Christiani? Sed deus ille quem coluerunt sapientes hebreorum: etiã celestibus sanctis angelis: et uirtutibus dei: quos beatissimos tanquã ciues in hac nostra peregrinatione mortali ueneramur et amamus: sacrificari uetat intonans in lege sua quam dedit populo suo hebreo: et ualde minaciter intulit dicens. Sacrificans diis eradicabitur. Et ne quisquam putaret demonibus pessimis ter/renisq; spiritibus: quos iste dicit minimos uel minores: ne sacrificetur: esse preceptum: quia et in scripturis sanctis ipsi dicti sunt dii: non hebreorum sed gentiũ. qd᷑ euidẽter in psalmo septuagesimo interpretes posuerunt dicẽtes. Quoniam dii gentiũ demõia. ne quis ergo putaret istis quidem demonibus prohibitũ esse: celestibus aũt uel oĩbus uel aliquibus sacrificari esse permissum: mox addidit: nisi domino soli. id est nisi dño tantum. ne forte ꝙ ait domino soli: dominum solem credat esse quispiam: cui sacri/ficandum putat. Quod non ita esse intelligendũ in scripturis Grecis facilime repit᷑. Deus igitur Hebreoꝝ cui tã magnũ tantus etiã iste philosophus ꝑhibet testimõiũ: legem dedit suo populo hebreo: hebreo sermõe conscriptã: nõ obscuram et ĩcognitã: sed omnibus iam gentibus diffamatam. in qua lege scriptum est. Sacrificans diis era/dicabitur: nisi domino tantũ. Quid opus est in hac eius lege: eiusq; prophetis de hac re multa perquirere: immo non perquirere? Non enĩ obstrusa uel rara sunt: sed apta et crebra colligere: et in hac disputatiõe mea ponere qbus luce clarius apparet: nulli omnino nisi tantum sibi deum uerum et summum sacrificari uoluisse. Ecce hoc unũ breuiter immo granditer: minaciter: sed ueraciter dictum ab illo deo quem tam ex/cellenter eorum doctissimi predicant: audiatur: timeatur: impleatur: ne inobediẽtes eradicatio consequatur. Sacrificans diis eradicabitur inquit: nisi domino tantum. Non quo rei egeat alicuius: sed quia nobis expedit ut res eius simus. Huic .n. canit᷑

in sacris litteris Hebreorum. Dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorũ meorũ non eges. Huius autem preclarissimum atq; optimum sacrificium nosipsi sumus. Hec est ciuitas eius: cuius rei mysterium celebramus oblationibus nostris: que fidelibus note sunt: sicut in libris precedentibus disputauimus. Cessaturas enĩ uictimas quas in ũbra futuri offerebant Iudei: et unum sacrificium gentes a solis ortu usq; ad occasum: sicut iam fieri cernimus oblaturas: per Prophetas Hebreos oracula increpuerunt diuina. Ex quibus quantum satis uisum est: nonnulla protulimus: et iam huic operi aspsimus. Quapropter ubi non est ista iustitia: ut secundum suam gratiam ciuitati obedienti deus imperet unus et summus: ne cuiq̃ sacrificet: tñ nisi sibi: et per hoc in omnibus hominibus ad eandem pertinentibus ciuitatem: atq; deo obedientibus: animus etiam corpori atq; uitiis ratio: ordine legitimo imperet fideliter: ut quemadmodum iustus unus: ita cetus populusq; iustorum uiuat ex fide que operatur per dilectionem: qua homo diligit deum: sicut diligendus est deus: et proximũ sicut se ipsum. Ubi ergo nõ est ista iusticia: profecto non est cetus hominũ iuris consensu et utilitatis cõmuniõe sociatus. Quod si non est: utiq; populus non est: si uera est hec populi definitio. ergo nec Res. Pub. est. quia res populi non est: ubi ipse populus non est.

Qua definitione constet populi et Rei. Pub. nũcupationem recte sibi nõ solũ Roãnos.

SI autem populus non isto sed alio definitur modo: uelut si dicatur populus est cetus multitudinis rationalis: rerum quas diligit: concordi cõmunione sociatus: profecto ut uideatur q̃lis quisq; populus sit ista sunt intuenda: que diligit. Quecũq; tamen diligat: si cetus est multitudinis non pecorum: sed rationalium creaturarum: & eorum que diligit cõmunione concordi sociatus est: non absurde populus nũcupat. tanto utiq; melior: quanto in melioribus: tantoq; deterior quanto ẽ in deterioribus concors. Secundum istam definitionem nostram: Romanus populus est: et res eius sine dubitatione Res. Pub. Quid autem primis temporibus suis: quid ue sequentibus populus ille dixerit: et q̃bus moribus ad cruentissimas seditiones: atq; inde ad socialia atq; ciuilia bella peruenerit: ipsam concordiam que salus est quodammodo populi ruperit: atq; corruperit: testatur historia de q̃ in precedentibus libris multa posuimus. Nec ideo tamen uel ipsum non esse populum: uel eius rem dixerim non eẽ Rẽ. Pu. q̃diu manet qualiscunq; multitudinis rationalis cetus: rerum quas diligit cõcordi cõmuniõe sociatus. Quod aũt de isto populo et de ista Re. Pu. dixi: hoc de Atheniẽsiũ uel quorumcunq; Grecorum uel Egyptiorum: hoc de illa priore Babylõe Assyriorũ: q̃ndo in rebus suis publicis imperia uel parua uel magna tenuerunt: et de alia q̃cũq; aliarum gentium intelligat dixisse atq; sensisse. Generaliter quippe ciuitas impiorũ. cui nõ impat deus obediendi sibi: ut sacrificium non offerat: nisi tm̃mõ sibi: et per hoc in illa et aĩmus corpori ratioq; uitiis recte ac fideliter impet: caret iusticie ueritate.

Quod nõ possint ibi uere eẽ uirtutes ubi nõ sit uera religio.

QUamlibet enim uideatur animus corpori: et ratio uitiis laudabiliter imperare: si deo animus: et ratio ipsa non seruit sicut sibi seruiendum eẽ ipse deus p̃cepit: nullo modo corpori uitiisq; recte imperat. Nam qualis corporis atq; uitiorũ potest esse mens domina: dei ueri nescia: nec eius imperio subiugata: sed uitiosissimis demõibus

corrumpentibus prostituta? Proinde uirtutes quas sibi habere uidetur: p q̄s imperat corpori et uitiis: ad quodlibet adipiscendum uel tenendum retulerit: nisi ad deū: etiā ipsa uitia sunt potius q̄ uirtutes. nam licet a quibusdam tunc uere et honeste putent̄ esse uirtutes: cum ad seipsas referuntur: nec propter aliud expetunt̄: tūc etiā inflate atq; supbe sūt. et ideo nō uirtutes sed uitia iudicāda sūt. Sicut. n. non est a carne sed sup carnē qd̄ carnē facit uiuere: sic non ē ab homine sed sup hoīem qd̄ hoīem facit beate uiuere. nec solū hominē sed etiā quālibet potestatem uirtutēq; celestem.

De pace populi alieni a deo: qua utitur ad pietatē populus dei: dū in hoc pegrinus est mundo.

Quocirca ut uita carnis anima est: ita beata uita hominis deus est: de quo dicunt sacre littere Hebreorum. Beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Miser igitur populus ab isto alienatus deo. Diligit tamen etiam ipse quandam pacem suam non improbandam: quam quidem non habebit in fine: qui non ea bene utitur ante finem. Hanc autem ut interim habeat in hac uita nostra: etiā interest: quoniā q̄diu permixte sunt ambe ciuitates: utimur et nos pace babylonis. ex qua ita per fidē dei populus liberatur: ut apud hanc interim peregrinetur. Propter quod et Apostolus ammonuit ecclesiam ut oraret pro Regibus eius atq; sublimibus: addens et dicens ut quietam et tranquillam uitam agamus cum omni pietate et caritate. Et Propheta Hieremias cum populo ueteri dei uenturam prenuntiaret captiuitatem: et diuinitus imperaret: ut obedienter in babyloniam irent: deo suo etiā ista patient̄ia seruientes: monuit et ipse: ut oraretur pro illa dicens: quia in pace eius est pax uestra. Utiq; interim temporalis pax que bonis malisq; communis est.

De pace seruientium deo cuius pfecta tranqllitas in hac temporali uita non potest apprehendi.

Pax autem nostra propria: et hic est cum deo per fidem: et ineternum erit cum illo per speciem. Sed hic siue illa communis: siue nostra propria talis est pax: ut solatium miserie sit potius: q̄ beatitudinis gaudium. Ipsa quoq; nostra iusticia q̄uis uera sit: propter ueri boni finem ad quem refertur: tamen tanta est in hac uita: ut potius peccatorum remissione constet: q̄ perfectiōe uirtutū. Testis est oratio totius ciuitatis dei que peregrinatur in terris. Per omnia quippe mēbra sua clamat ad deū. Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Nec pro eis est efficax hec oratio: quorum fides sine operibus mortua est: sed pro eis quoꝝ fides per dilectionem operatur. Quia enim deo quidem subdita: in hac tamen conditione mortali et corpore corruptibili qd̄ aggrauat animā: nō perfecte uitiis ratio impat: ideo necessaria est iustis talis oratio. Nam profecto q̄q̄ imperetur: neq̄q̄ sine cōflictu uitiis imperatur. Et utiq; aliqd subrepit in hoc loco infirmitatis etiā bene cōfligēti: siue hostibus talibus uictis subditisq; dominanti: unde si non facili operatione certe labili locutione aut uolatili cogitatione peccetur. Et ideo q̄diu uitiis imperat̄ plena pax non est: quia et illa que resistunt: periculoso debellātur prelio. et illa que uicta sunt: nondum securo triumphantur otio: sed adhuc sollicito premuntur imperio. In his ergo temptationibus de qbus omnibus in diuinis eloquiis breuiter est dictū: nūqd non temptatio est uita humana super terram. quis ita uiuere se presumat ut dicendo

deo dimitte nobis debita nostra: non necesse habeat: nisi hō elatus: nec uero magnus: sed inflatus ac tumidus: cui per iusticiam resistit qui gratiam largit̄ humilibus. ꝓpter quod scriptum est deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam? Hic itaq; in unoquoq; fideli iusticia est: ut obedienti deus homini: aīmus corpori: ratio aūt uitiis etiam repugnantibus imperet: uel subigendo uel resistēdo: atq; ut ab ipso deo petat̄ et meritoꝝ gratia et uenia delictorū: ac de acceptis bonis gratiarum actio ꝑsoluat̄. In illa uero pace finali quo referēda et cuius adipiscēde causa habēda ē ista iusticia qm̄ sanata immortalitate atq; incorruptione natura uicia non habebit: nec unicuiq; nostrum ab alio uel a seipso quicq̄ repugnabit: nō opus erit ut ratio uitiis que nulla erunt: imperet: sed imperabit deus homini: animus corpori. tantaq; obediendi ibi erit suauitas: et facilitas: quanta uiuendi regnandiq; felicitas. et hoc illic in oībus hōibus atq; in singulis eternum erit: eternumq; esse certum erit. et ideo pax huius beatitudīs: uel beatitudo pacis huius summum bonum erit.

In quem finem uenturus sit exitus impiorum.

HOrum autem: qui non ꝑtinent ad istam ciuitatē dei: erit et econtrario miseria sempiterna: que etiam secunda mors dicitur. quia nec anima ibi uiuere dicēda est: que a uita dei alienata erit: nec corpus quod eternis doloribus subiacebit. Ac per hoc ideo durior ista secunda mors erit: quia finiri morte non poterit. Sed quoniam sicut miseria beatitudini et mors uite ita bellum paci uidetur esse cōtrarium: merito queritur sicut pax in bonorum finibus predicata ē atq; laudata: quod uel q̄le bellū in finibus malorū ecōtrario possit intelligi. Verū q hoc querit: attēdat qd in bello noxiū ꝑniciosumq; sit: et uidebit nihil aliud q̄ esse inter se reꝝ aduersitatē atq; conflictum. Quod igitur bellum grauius et amarius cogitari potest: q̄ ubi uoluntas sic aduersa ē passioni: et passio uolūtati: ut nullius eaꝝ uictoria tales inimicicie finiant̄: et ubi sic cōfligit cū ipsa natura corpis uis doloris: ut neutrū alteri cedat? Hic enim q̄ndo cōtingit iste cōflictus: aut dolor uincit. et sensū mors adimit: aut natura uicit: et dolorē sanitas tollit. Ibi autem et dolor ꝑmanet: ut affligat: et natura ꝑdurat: ut senciat. Quia utrunq; ideo nō deficit: ne pena deficiat. Ad hos aūt fines bonorum & malorum: illos expetendos istos cauendos: qm̄ per iudiciū transibūt ad illos boni: ad istos mali: de hoc iudicio q̄ntum deus donauerit in cōsequenti uolumine disputabo.

Aurelii Augustini Hipponeñ Epi de Ciuitate dei liber. XX. Quod quis omni tempore deus iudicet: in hoc tamen libro de nouissimo eius iudicio sit ꝓp̄e disputandum. C. ꝑmū.

DE die ultimi iudicii dei qd̄ ipse donauerit locuturi: eūq; asserturi aduersus impios et incredulos: tanq̄ in edificii fundamento ꝑus ponere testimonia diuina debemus. Quibus qui nolunt credere: humanis ratiunculis falsis atq; fallacibus contra uenire conant̄. ad hoc ut aut aliud significare cōtendāt: qd̄ adhibet̄ testimōiū de litteris sacris: aut omnino diuinitus esse dictum negent. Nam nullū existimo eē mortaliū: q cū ea sicut dicta sunt itellexerit: et a summo ac uero deo per animas sanctas dicta eē crediderit: non eis cedat: atq; cōsentiat: siue id ore etiā fateatur: siue aliquo

uitio fateri erubescat aut metuat: uel etiā puicacia simillima insanie id q̄d falsum esse
nouit: aut credit: etiam contentiosissime defendere moliatur. Quod ergo ī cōfessiōe
ac professione tenet omnis ecclesia dei ueri: Christum de celo esse uenturum ad uiuos
ac mortuos iudicandos: hunc diuini iudicii ultimum diem dicimus: id est nouissimum
tempus. Nam per quot dies hoc iudicium tendatur: incertum est. sed more sanctarū
scripturarū diem poni solere pro tempore: nemo qui illas litteras quālibet negligēter
legerit: nescit. Ideo autem cum diē iudicii dei dicimus: addimus ultimū: uel nouissimū:
quia et nunc iudicat: et ab humani generis initio iudicauit: dimittēs de paradiso et a
ligno uite separans primos homīes: magni peccati perpetratores. Immo etiam q̄ndo
angelis peccantibus non pepercit: quorum princeps homines a seipso subuersos in ui/
dendo subuertit: proculdubio iudicauit. nec sine illius alto iustoq; iudicio: et in hoc
aerio celo et in terris et demonum et hominum miserrima uita est: erroribus erūnisq;
plenissima. Verum et si nemo peccasset: non sine bono: rectoq; deus iudicio uniuersā
creaturam rationalem perseuerantissime sibi domino suo coherentem: in eterna bea/
titudine retineret. Iudicat etiam non solum uniuersaliter de genere demonum atq;
hominum: ut miseri sint: propter primorum meritū peccatoꝝ: sed etiam de sigulorū
operibus propriis que gerunt arbitrio uolūtatis. Nam et demones ne torqueantur:
precantur: nec iniuste utiq; uel parcitur eis: uel pro sua quiq; improbitate torquent̄.
Et homines plerunq; aperte: plerunq; occulte luunt pro suis factis diuinitus penas:
siue in hac uita: siue post mortem: quāuis nullus hominū agat recte: nisi diuino ad/
iuuetur auxilio: nullus demonum aut hominum agat inique: nisi diuino eodemq;
iustissimo dei iudicio permittatur. Sicut enim ait Apostolus: non est iniquitas apud
deum. Et sicut ipse dicit alibi inscrutabilia sunt iudicia dei: et inuestigabiles uie eius.
Non igitur in hoc libro de illis primis: nec de istis mediis dei iudiciis: sed de ipso no/
uissimo iudicio quantum ipse tribuerit disputabo. quando Christus de celo uenturus
est uiuos iudicaturus et mortuos. Iste qppe dies iudicii proprie uocatur: eo ꝙ nullus
ibi imperite erit querele locus: cur iniustus ille sit felix: et cur iustus ille infelix. Oīm
nanq; tunc non nisi bonorum plena et uera felicitas: et omnium non nisi malorum
digna et summa infelicitas apparebit.

¶ De uarietate rerum humanarū: cui non pōt dici deesse
iudiciū dei: q̄uis nequeat inuestigari. ¶ C. secundū.

NVnc autem et mala equo aīmo ferre discimus: que patiuntur et boni. & bona
non magnipendere: que adipiscuntur et mali. Ac per hoc etiam in iis rebus: in
quibus non apparet diuina iusticia: salutaris est diuina doctrina. Nescimus enī quo
iudicio dei bonus ille sit pauper: malus ille sit diues. Iste gaudeat: quem pro suis ꝑditis
moribus cruciari debuisse meroribus arbitramur: contristet̄ ille: quē uita laudabilis
gaudere debuisse persuadet: exeat de iudicio nō solum inultus: uerū etiā damnatus
innocens: aut iniqtate iudicis ꝑssus: aut falsis obrutus testimoniis. Ecōtrario scelestus
aduersarius eius nō solum impunitus: uerum etiā uindicatus insultet. Impius optime
ualeat: pius languore tabescat. Latrocinētur sanissimi iuuenes: et q nec uerbo ledere
quenq̄ potuerunt: diuersa morborum atrocitate affligantur. infantes utiles rebus
humanis immatura morte rapiantur: et q uidētur nec nasci debuisse diutissime īsup
uiuant. plenus criminibus sublimetur honoribus. et hominem sine querela: tenebre
ignobilitatis abscondant. et cetera huiusmodi. Que qs colligit? Quis enumerat? Que

si haberent: uelut in ipsa absurditate constantiam: ut in hac uita in qua sicut sacer psalmus eloquitur: homo uanitati similis factus est: et dies eius sicut ūbra pretereūt: non nisi mali adipiscerentur transitoria bona ista atq; terrena: nec nisi boni talia paterentur mala: posset hoc referri ad iudicium dei iustum: siue etiam benignum. ut qui non erant assecuturi bona eterna que beatos faciūt: his tēporalibus uel deciperēt pro malicia sua: uel pro dei misericordia consolarentur boni. et qui nō erant passuri eterna tormenta: temporalibus uel pro suis quibuscunq; uel quātuliscunq; peccatis affligerentur: uel propter implendas uirtutes exercerentur mali. Nunc uero quādo non solum in malo sunt boni: & in bono mali: quod uidetur iniustum: uerum etiam plerunq; et malis mala eueniunt: et bonis bona proueniunt: magis inscrutabilia fiūt iudicia dei: et inuestigabiles uie eius. Quamuis ergo nesciamus quo iudicio deus ista uel faciat: uel fieri sinat: apud quem summa uirtus est et summa sapientia: summaq; iusticia: nulla infirmitas: nulla temeritas: nulla iniquitas: salubriter tamē discimus nō magnipendere seu bona: seu mala: que uidemus bonis malisq; communia: et illa bōa querere que bonorum: atq; illa mala maxime fugere que propria sunt malorū. Cum uero ad illud iudicium dei uenerimus: cuius tempus iam proprie dicitur dies iudicii: et aliquando dies domini nuncupatur: non solum quecunq; tūc iudicabunt̄ uerum etiam quecunq; ab initio iudicata: et quecunq; usq; ad illud tempus adhuc iudicāda sunt: apparebūt esse iustissima. ubi hoc quoq; manifestabit̄ q̄ iusto dei iudicio fiat: ut nunc tam multa ac pene oīa iusta dei iudicia lateāt sensus: mortalesq; mētes: cū tamen in hac re piorum fidem non lateat: esse iustum quod latet.

¶ Quod in libro ecclesiaste Salomon.
De iis que in hac uita: et bonis et malis sūt cōia disputauerit. ¶ C. iii.

NEmpe Salomon sapientissimus Rex Israel qui regnauit in Hierusalē: librum qui uocatur ecclesiastes: et a Iudeis quoq; habetur in sacrarum canōe litterarū: sic exorsus est. Vanitas uanitatum dixit Ecclesiastes. uanitas uanitatum et omnia uanitas. Que homini abundantia ex omni labore suo quo laborat sub sole? Et cum ex hac sententia connecteret cetera: commemorans erumnas erroresq; huius uite: et euanescētes interea temporum lapsus: ubi nihil solidum nihil stabile retinetur in ea rerum uanitate sub sole: illud etiam deplorat quodammodo: ꝙ cum sit abundantia sapientie super insipientiā: sicut est lucis abundantia super tenebras: sapientisq; oculi sint in capite ipsius: et stultus in tenebris ambulet: unus tamē omnibus incurrat utiq; in hac uita que agit̄ sub sole significās uidelicet ea mala que bonis et malis uidemus esse communia. Dicit etiam illud ꝙ et boni patiantur mala: tanq̄ sint mali: et mali: tanq̄ boni sint: adipiscantur bona: ita loquens. Est inquit uanitas que facta ē sup terram: quia sunt iusti super quos uenit sicut factum impiorum: et sunt impii super quos uenit: sicut iustorum factum. Dixi quoniam hoc quoq; est uanitas. in hac uanitate cui quantum satis uisum est intimandum istum librum totū uir sapiētissimus deputauit. non utiq; ob aliud nisi ut eam uitā desideremus que uanitatem non habet sub sole: sed ueritatē sub illo q fecit hūc solē. in hac ergo uanitate: nūquid nisi iusto: rectoq; dei iudicio similis eidē uanitati factus uanesceret hō? In diebus tñ uanitatis sue interest plurimum: utrum resistat: an obtemperet uanitati: et utrum sit expers uere pietatis an particeps. Non propter uite huius uel bona acquirenda: uel mala uitanda uanescendo transeuntia: sed propter futurum iudicium: per quod erunt bonis bona

et malis mala sine fine mansura. Deniq; iste sapiens hunc librũ sic cõclusit: ut diceret. Deum time et mandata eius custodi: hoc est omnis homo. quia omne hoc opus deus adducet in iudicium in omni despecto: siue bonũ siue malum. Quid breuius: uerius: salubrius: dici potuit? Deum inquit time: et eius mandata custodi. quia hoc est omĩs homo. Quicunq; enim est: est custos utiq; mãdatorum dei. quoniam qui hoc nõ est: nihil est. Non enim ad ueritatis imaginẽ reformat᷑: remanens in similitudĩe uãitatis. Quia omne hoc opus id est: quod ab homĩe fit in hac uita siue bonum siue malum: deus adducet in iudiciũ in omĩ despecto: id ẽ in omĩ etiã q contẽptibilis hic uidet᷑: & ideo nec uidet᷑. qa deus et ipsum uidet: nec eum despicit: nec eũ cũ iudicat preterit.

Quod ad differendum de nouissimo iudicio dei: noui pmũ testimõiũ: ac deinde ueteris testimonia sunt. C. q̃rtum.

Huius itaq; ultimi iudicii dei testimonia de sanctis scripturis: que ponere ĩstitui: prius eligenda sunt de libris testamenti noui: postea de ueteri. Quãuis. n. uetera priora sint tempore: noua tamen anteponenda sunt dignitate: quoniam illa uetera preconia sunt nouorum. Noua igitur ponenda sunt prius. que ut firmius pbemus: assumuntur et uetera. In ueteribus habentur: Lex et Prophete: in nouis Euãgeliũ et Apostolice littere. Ait autem Apostolus: Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iusticia dei manifesta est: testificata per legem et Prophetas. Iusticia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt. Hec iusticia dei ad nouũ p/tinet testamentum: et testimoniũ a ueteribus libris habet: hoc est a lege et Prophetis. Prius igitur ipsa causa ponenda est: et postea testes introducẽdi. Hunc et ipse Iesus Christus ordinem seruandum esse demonstrans: Scriba inquit eruditus in regno dei: similis est patrifamilias proferenti de suo thesauro noua et uetera. Non dixit uetera et noua. qđ utiq; dixisset: nisi maluisset meritorũ ordinẽ seruare: q̃ temporum.

Quibus sententiis domini saluatoris diuinum iudicium futurum in fine seculi declaret᷑. C. V.

Ergo ipse Saluator cum obiurgaret ciuitates: in quibus magnas uirtutes fecerat: neq; crediderant: et eis alienigenas anteponeret: uerũtamen inquit dico uobis. Tyro et Sidoni remissius erit ĩ die iudicii q̃ uobis. et paulo post alteri ciuitati: Amẽ inquit dico uobis: quia terre Sodomorũ remissius erit in die iudicii: q̃ tibi. Hic eui/dentissime predicat diem iudicii esse uenturum. Et alio loco: Viri inquit Niniuite: surgent in iudicio: cum ista generatione: et condemnabunt eã: quia penitẽtiã gerũt in predicatione Ione. Et ecce plus q̃ Iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista: et condemnabit eam: quia uenit a finibus terre audire sapientiam Salomonis. et ecce plus q̃ Salomon hic. Duas hoc loco res discimus. et uenturum esse iudiciũ & cum mortuoꝝ resurrectione uenturũ. De Niniuitis enĩ et Regina austri quando hec dicebat: de mortuis sine dubio loquebatur. quos tamen in die iudicii re/surrecturos esse predixit. Nec ideo dixit condemnabũt: quia ipsi iudicabunt: sed qa ex ipsorum comparatione isti merito damnabuntur. Rursus alio loco cũ de maloꝝ hominum et bonorũ nunc pmixtione: postea separatiõe: que utiq; die iudicii futura est loqueretur: adhibuit similitudinẽ: de tritico seminato et super seminatis zizaniis: eamq; suis exponens discipulis. Qui seminat inquit bonum semen est filius hominis:

ager autem est hic mundus: bonum semen autem hi sunt filii regni: zizania aũt filii
sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea: ẽ diabolus. Messis uero consumatio
seculi est. messores aũt angeli sunt. Sicut ergo colligunt̃ zizania et igni cõburunt̃:
sic erit in consumatiõe seculi. Mittet filius hominis ãgelos suos: et colliget de regno
eius omnia scandala: et eos qui faciunt iniquitatem: et mittẽt eos in caminum ignis.
Ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris eoꝝ.
Qui habet aures audiendi audiat. Hic quidẽ iudiciũ uel diem iudicii nõ nõinauit:
sed eum multo clarius ipsis rebus expressit et in fine seculi futurũ esse predixit. Itẽ
discipulis suis: Amen inquit dico uobis: ꝙ uos qui secuti estis me: in regeneratiõe cũ
sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et uos super sedes duodecim iu/
dicantes duodecim tribus Israel. Hinc discimus cum suis discipulis Iesum iudicaturũ.
Vnde et alibi iudeis dixit. Si ego in Beelzebub eiicio demonia: filii uestri in quo
eiiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Hec quoniam super duodecim sedes sessuros
esse ait duodecim solos homines cum illo iudicaturos debemus putare. Duodenario
quippe numero uniuersa quedã significata est multitudo iudicantiũ: propter duas
partes numeri septenarii: quo plerunq; significatur uniuersitas: que due partes id est
tria et quattuor altera per alterã multiplicate duodecĩ sũt: uel faciunt. Nã q̃ttuor
ter et tria quatter duodecim sunt. et si qua alia huius duodenarii numeri que ad hoc
ualeat ratio reperitur. Alioquin quoniã in loco traditoris Iude Apostolũ Mathiã
legimus ordinatũ. Apostolus Paulus q plus illis om̃ibus laborauit: ubi ad iudicandũ
sedeat non habebit: qui profecto cum aliis sanctis ad numerum iudicũ se pertinere
demonstrat cum dixit. Nescitis quia angelos iudicabimus? De ipsis quoq; iudicandis:
in hoc numero duodenario similis causa est. Non enim quia dictum est iudicantes
duodecim Tribus Israel. Tribus Leui que tertiadecima ab eis est: iudicanda nõ erit.
Aut solum illum populum: non etiam gentes ceteras iudicabunt. Quod autem ait in
regeneratione: proculdubio mortuorum resurrectionem nomine regenerationis
uoluit intelligi. Sic enim caro nostra regenerabit̃ per incorruptionem: quẽadmodũ
anima nostra regenerata est per fidẽ. Multa pretereo que de ultimo iudicio ita dici
uidentur: ut diligenter considerata reperiantur ambigua: uel magis ad aliud perti/
nentia: siue scilicet ad eum saluatoris aduentum: quo per totũ hoc tempus in ecclesia
sua uenit: hoc est in membris suis particulariter atq; paulatim: quoniam tota corpus
eius est: siue ad excidium terrene Hierusalem: quia et de illo cum loquitur: plerunq;
sic loquitur tanq̃ de fine seculi: atq; de illo die iudicii nouissimo: et magno loquat̃:
ita ut dinosci non possit omnino: nisi ea que apud tres Euangelistas: Mattheum:
Marcum: et Lucam: de hac re similiter dicta sunt: inter se omnia cõferant̃. Quedã
quippe alter obscurius: alter explicat planius. ut ea que ad unam rem pertinentia
dicũt̃: appareat: unde dicant̃. Quod facere utcunq; curaui in q̃dã epistola: quã re/
scripsi ad beate memorie uirũ Esychium salonitane urbis episcopum: cuius epistole
titulus ẽ de fine seculi. Proĩde iã illud hic dicam quod in Euangelio scd̃m Mattheũ
de separatione bonorum et malorũ legitur: per iudiciũ presentissimũ atq; nouissimũ
Christi. Cum autem uenerit inquit filius hominis in maiestate sua: et om̃es angeli cũ
eo: tunc sedebit super sedem maiestatis sue. Et congregabuntur ante eũ om̃es gẽtes:
et separabit eos ab inuicẽ: sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet quidẽ oues
a dextris suis: hedos aũt a sinistris. Tunc dicet rex iis: qui a dextris eius erũt. Venite
benedicti patris mei: possidete paratum uobis regnũ a constitutione mũdi. Esuriui
enĩ et dedistis mihi mãducare: sitiui et dedistis mihi bibere. Hospes erã: et collegistis

me. Nudus: et cooperuistis me. Infirmus: et uisitastis me. In carcere eram: et uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine quãdo uidimus te esurientẽ et pauimus? Sitientem: et dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus hospitem: et collegimus te? Aut nudum: et cooperuimus te? Quando autem te infirmũ uidimus: aut in carcere: et uenimus ad te? Et respõdens Rex dicet illis: Amẽ dico uobis: q̃diu fecistis uni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris eius erũt: Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ: qui paratus est diabolo et angelis eius. Deinde similiter etiã his enumerat: ꝙ illa non fecerint: que dexteros fecisse memorauit. Similiterq; interrogantibus quãdo eũ uiderint in eoꝝ indigẽtia cõstitutũ: quod minimis suis non est factum: sibi factum non fuisse: respondet. Sermonemq; concludens: et ii inquit ibunt in supplicium eternum: iusti autem in uitam eternam. Iohannes uero Euangelista apertissime narrat eũ in resurrectiõe mortuoꝝ futuꝝ predixisse iudiciũ. Cum enim dixisset: neq; enim pater iudicat quẽq̃: sed omẽ iudiciũ dedit filio: ut omnes honorificent filiũ sicut honorificant patrem: q nõ honorificat filium: non honorificat patrem: qui misit illum: protinus addidit: Amen Amen dico uobis: quia qui uerbum meum audit: et credit ei: qui misit me: habet uitã eternam: & in iudicium non ueniet: sed a morte transit in uitam. Ecce hic dixit suos etiã fideles in iudicium non uenire. Quomodo ergo per iudiciũ separabuntur a malis: et ad eius dexteram stabunt: nisi quia hoc loco iudicium pro damnatione posuit? In tale enim iudicium non uenient qui audiunt uerbum eius: et credunt ei: qui illum misit.

Que sit prima resurrectio: que secunda. C. VI.

DEinde adiungit et dicit. Amen amen dico uobis: quia uenit hora: et nunc ẽ: q̃n mortui audient uocem filii dei: et q audierint uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso: sic dedit et filio uitã habere in semetipso. Nõdũ de resurrectiõe secunda id est corporum loquitur: que in fine futura est. Sed de prima: que nũc ẽ. Hanc quippe ut distingueret ait. Uenit hora et nunc est. Non autẽ ista corpoꝝ sed animarum est. Habent enim et anime mortem suam in impietate atq; peccatis: secundum quam mortem sunt mortui de quibus idem dominus ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos: ut scilicet in aĩma mortui: ĩ corpore mortuos: sepelirẽt. Propter istos ergo impietate et iniquitate in anima mortuos: uenit inquit hora et nunc est: quando mortui audient uocem filii dei: et qui audierint uiuent. Qui audierĩt dixit: qui obedierint: qui crediderint: et usq; in finem perseuerauerint. Nec fecit hic ullam differentiam bonorum et malorum. Omnibus enim bonum est audire uocem istius: et uiuere: ad uitã pietatis ex impietatis morte transeũdo. De q̃ morte ait Apostolus Paulus. Ergo omnes mortui sunt: et pro omnibus mortuus est unus: ut qui uiuunt non iam sibi uiuãt: sed ei qui pro ipsis mortuus est: et resurrexit. Oẽs itaq; mortui sunt in peccatis: nemine prorsus excepto: siue origenalibus siue etiam uolũtate additis: uel ignorando uel sciendo nec faciendo quod iustum est: et pro omnibus uiuis mortuis: uiuus mortuus est unus: id est nullum habens omnino peccatum. ut qui per remissionem peccatorum uiuunt: iam non sibi uiuant: sed ei: qui pro oĩbus mortuus est propter peccata nostra: et resurrexit propter iustificationem nostram. ut credentes in eum: qui iustificat impium: ex impietate iustificati tãq̃ ex morte uiuificati: ad primam resurrectionem que nunc est: pertinere possimus. Ad hanc enim primam non pertinent nisi qui beati erunt in eternũ. ad secundam uero de q̃ mox locuturus

est: et beatos docebit pertinere et miseros. Ista ẽ misericordie: illa iudicii: propter qđ in psalmo scriptum est. Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine? De quo iu/dicio consequenter adiunxit: atq; ait: Et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Hic ostendit ꝙ in ea carne ueniet iudicaturus: in qua uenerat iu/dicandus. Ad hoc enim ait qm̃ filius hominis est. Ac deinde subiũgens unde agimus: Nolite inquit mirari hoc: quod dixi: quia ueniet hora in q̃ omnes qui in monumẽtis sunt audient uocem filii dei: et procedent qui bona fecerunt in resurrectionẽ uite: qui uero mala egerunt in resurrectionẽ iudicii. Hoc est illud iudiciũ qđ paulo ãte sicut nunc pro damnatione posuerat dicens: Qui uerbum meum audit: et credit ei: qui misit me: habet uitam eternam: et in iudicium non ueniet: sed transiet a morte in uitam: id est pertinendo ad primam resurrectionem: qua nunc transitur a morte animarum ad uitã uirtutũ: in damnationẽ non ueniet: quã significauit appellatiõe iudicii. Sicut etiam in hoc loco ubi ait. Qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii id est damnationis. Resurgat ergo in prima qui non uult in secunda resur/rectione damnari. Venit ergo hora et nunc est: quando mortui audient uocẽ filii dei. et qui audierint: uiuent id est in damnationem non uenient: que secunda mors dicitur: in quam secundã mortẽ post secundam que corpoꝝ futura ẽ resurrectionẽ precipitabuntur: qui in prima: que animarum est: nõ resurgunt. Veniet enim hora: ubi non ait: et nũc est: qa in fine seculi erit: hoc est in ultimo et maxĩo dei iudicio: quando omnes qui in monumentis sunt: audient uocem eius: et procedẽt. Nõ dixit: quemadmodũ in prima: et qui audierint: uiuent. Non enim omnes uiuent: et uita: que scilicet quoniam beata est: sola uita dicenda est. Nam utiq; non sine qualicunq; uita possent audire: et de monumentis resurgente carne procedere. Quare autẽ nõ omnes uiuent in eo quod sequitur docet. Qui bona inquit fecerũt: ĩ resurrectionẽ uite: qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Hi sunt qui non uiuent: quia secunda morte morientur. Mala quippe egerũt: quoniam male uixerunt male aũt uixerunt: quia in prima: que nunc est: animarũ resurrectione non reuixerunt. aut in eo ꝙ reuixerant: non usq; in finem manserũt. Sicut ergo due sũt regeneratiões de quibus iam supra locutus sum: una que secundum fidem est: que nũc fit per bap/tismum: altera secundum carnem: que fiet in eius incorruptione atq; immortalitate ꝑ iudicium magnum atq; nouissimum: ita sunt et resurrectiones due. una prima: que nunc est: et est animarũ: que uenire in mortem secundã non permittit: alia secũda: que nunc non est: sed in fine seculi futura est: nec animarum sed corporũ est. que ꝑ ultimum iudicium alios mittit in secundam mortem: alios in eam uitam: que non habet mortem.

¶ De duabus resurrectionibus: et de mille annis quid in Apocalypsi Iohãnis scriptũ sit: et qđ de eis rationabiliter sentiatur. ¶ C. vii.

DE his duabus resurrectionibus idem Iohannes euangelista: in eo libro: q̃ dicitᷣ Apocalypsis: eo modo locutus est: ut prima earum a quibusdã nostris non in/tellecta: etiam in quasdam ridiculas fabulas uerteretur. Ait quippe in libro mẽorato Iohannes Apostolus. Et uidi angelum descendentem de celo: habentẽ clauẽ abyssi: et cathenam in manu sua: et tenuit draconem illum serpentem antiquum qui cog/nominatus ẽ diabolus et Sathanas: et alligauit illũ mille annis: et misit illũ in abyssũ: et clausit: et signauit super eum: ut iã nõ seduceret gentes donec finiantur mille ãni. Post hec oportet eũ solui breui tempore. Et uidi sedes: et sedẽtes sup eas: et iudiciũ

datum est illis: et animas occisorꝝ propter testimonium Iesu: et propter uerbum dei.
Et si qui non adorauerunt bestiam: nec imaginem eius: neq; acceperūt inscriptionē
in fronte aut in manu sua: et regnauerūt cum Iesu mille annis. Reliqui eorum nō
uixerunt: donec mille anni finiantur. Hec resurrectio ꝑma est. Beatus: et sanctus
est: qui habet in hac prima resurrectione partem. In istis secunda mors non habet
potestatem: sed erunt sacerdotes dei et Christi: et regnabunt cum eo annis mille. Qui
propter hec uerba huius libri primam resurrectionem: futuram suspicati sunt corp/
alem inter cetera maxime numero annorum mille permoti sunt: tanq̃ oporteret in
sanctis eo modo uelut tanti temporis fieri sabbatismum: uacationem scilicet sanctā
post labores annorū sex miliū ex quo creatus est hō: et magni illius peccati merito
in huius mortalitatis erumnas de paradisi felicitate dimissus est: ut quoniam scriptū
est: unus dies apud dominum sicut anni mille: et mille anni sicut dies unus: sex ānorꝝ
milibus tanq̃ diebus sex impletis: seq̃t̃ uelut sabbati septimus in annis mille postremis:
ad hoc scilicet sabbatū celebrandū resurgētibus sanctis. Que opinio esset utcunq; to/
lerabilis: si delicie alique spiritales in illo sabbato affuture sanctis per dñi ꝑsentiam
crederentur. Nam nos hoc etiam fuimus opinati aliquando. Sed cum eos qui tunc
resurrexerint dicant immoderatissimis carnalibus epulis uacaturos: in quibus cibus sit
tantus ac potus: ut non solum nullam modestiam teneant: sed modum quoq; ipsius
incredulitatis excedant: nullo modo possunt nisi a carnalibus ista credi. Ii autē qui
spiritales sunt: istos ista credentes chiliastas uocant greco uocabulo. Quod uerbum e
uerbo exprimentes: nos possumus miliarios nuncupare. Eos autem longū ē refellere
ad singula. sed potius quemadmodum hec scriptura accipiēda sit: iā debemus oñdere.
Ait ipse dominus noster Iesus Christus. Nemo potest introire in domū fortis & uasa
eius eripere: nisi prius alligauerit fortem: diabolum uolens intelligi fortem: quia ipse
genus humanum potuit tenere captiuum. uasa uero eius que fuerat erepturus: fideles
suos futuros quos ille in diuersis peccatis atq; impietatibus possidebat. Ut ergo alli/
garet̃ hic fortis: ꝓpterea uidit iste Apostolus ĩ Apocalypsi angelū de celo descēdētē:
habentem clauem abyssi: et cathenam in manu sua. Et tenuit inquit draconem illum
serpentem antiquum qui cognominatur diabolus et sathanas: et alligauit illū mille
annis: hoc est potestatem eius ab eis seducendis ac possidendis qui fuerant liberandi
cohibuit atq; frenauit. Mille autem anni duobus modis possunt: q̃ntū mihi occurrit:
intelligi: aut quia in ultimis mille annis res ista agitur id est sexto annorum miliario:
tanquam sexto die cuius nunc spatia posteriora uoluuntur: secuturo deīde sabbato
quod non habet uesperam: requiem scilicet sanctorū que non habet finem ut huius
miliarii tanquam diei nouissimam partem: que remanebit usq; ad terminum seculi:
mille annos appellauerit: eo loquendi modo quo pars significatur a toto. Aut certe
mille annos pro annis omnibus huius seculi posuit. ut perfecto numero notaret̃ ipa
temporis plenitudo. Millenarius quippe numerus denarii numeri quadratū solidum
reddit. Decem quippe decies ducta: fiunt centum: que iam figura quadrata sed plana
est. Ut autem in altitudine surgat et solida fiat: rursus centum decies multiplicātur:
et mille sunt. Porro si centum ipsa aliquo modo pro uniuersitate ponantur: quale
illud est: quod dominus omnia sua dimittenti & eum sequēti: promisit dicēs: accipiet
in hoc seculo centuplum: quod exponens quodammodo Apostolus ait: quasi nihil
habentes: et omnia possidentes: quia et ante iam dictū est fidelis homis totus mūdus
diuitiarum est: quanto magis mille pro uniuersitate ponūtur: ubi est soliditas ipsius
denarie quadrature? Unde nec illud melius intelligit̃: quod in psalmo legit̃: Memor

fuit in seculum testamenti sui: uerbi quod mandauit in mille generationes:id est in omnes. Et illum inquit in abyssum misit:utiq; diabolum in abyssum misit: quo noíe significata est multitudo innumerabilis impiorum: quorum in malignitate aduersus ecclesiam dei multa profunda sunt corda. Non quia diabolus ibi añ nó erat:sed ideo dicitur missus illuc:quia exclusus a credentibus plus cepit impios possidere. Plus náq; a diabolo possidetur :qui non solú alienatus a deo :ue℞ etiá gratis odit seruiẽtes deo.

De alligatione et solutione diaboli. C.viii.

ET clausit inquit et signauit super eú:ut iá non seduceret gentes: donec finiant̃ mille anni. Clausit sup eum dictum ẽ: interdixit ei:ne possit exire:id ẽ uetitú transgredi. Signauit autem quod addidit significasse mihi uidetur: ꝙ occultum esse uoluit: qui pertineant ad partem diaboli: et qui non pertineant. Hoc in seculo isto prorsus latet. quia et qui uidetur stare: utrum sit casurus: et qui uidet̃ iacere: utrum sit surrecturus: ignotum est. Ab eis aút gentibus seducendis: huius interdicti uículo et claustro diabolus prohibetur: atq; cohibetur: q̃s pertinẽtes ad Christum seducebat antea uel tenebat. Has enim deus elegit ante cóstitutionem mundi eruere de ptãte tenebrarum: et transferre in regnum filii claritatis sue. sicut dicit Apostolus. Nam seducere illum gentes etiam nunc et secum trahere in eternam penam: sed non pre/destinatas in eternam uitam quis fidelis ignorat? Nec moueat: ꝙ sepe diabolus illos etiam seducit: qui iá regenerati í Christo uias ingrediuntur dei. Nouit enim dñs: q sunt eius. ex his in damnationem eternam neminem ille seducit. Sic enim nouit dñs eos ut deus: quem nihil latet etiam futurorum. non ut homo qui hominem ad pre/uidet: si tamen uidet: cuius cor non uidet: qualis autem postea sit futurus: nec seipsú uidet. Ad hoc ergo ligatus est diabolus: et inclusus in abysso: ut iá non seducat gẽtes ex quibus constat ecclesia: quas antea seductas tenebat: anteq̃ esset ecclesia. Neq;.n. dictum est: ut non seduceret aliquem: sed ut non seduceret inquit iam gẽtes: in qbus ecclesiam proculdubio intelligi uoluit. donec inquit finiantur mille anni: id est aut quod remanet de sexto die qui constat ex mille annis: aut anni omnes qbus deíceps hoc seculum peragendum est. Nec sic accipiendú est: qđ ait ut non seduceret gẽtes donec finiantur mille anni: quasi postea sit seducturus eas duntaxat gentes ex qbus predestinata constat ecclesia: a qbus seducendis illo est uinculo claustroq; ꝓhibitus. Sed aut illa locutione dictum est: que in scripturis aliquotiens inuenitur: qualis est in psalmo: Sicut oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. Neq; enim cum misertus fuerit: non erút oculi seruorum eius ad dominum deú suú: aut certe iste est ordo uerborum. Et clausit et firmauit super eum donec finiantur mille anni. Quod uero interposuit: ut non seduceret iam gentes: ita se habet: ut ab huius ordinis cónexióe sit libe℞ et seorsú intelligendú uelut si post adderet̃: ut sic se haberet tota sententia. Et clausit et signauit super eum: donec finiantur anni mille: et iam non seduceret gentes. id est ideo clausit: donec finiantur anni mille: ut iá nó seduceret gentes. Post hoc inquit oportet eum solui breui tempore. Si hoc ẽ diabolo ligari et includi Ecclesiam non posse seducere: hec ergo erit solutio eius: ut possit? Absit. Nunq̃ enim ab illo Ecclesia seducetur predestinata et electa ante mundi có/stitutionem: de qua dictum est: nouit dominus qui sunt eius. Et tamen hic erit illo tempore etiam quo soluendus est diabolus: sicut ex quo est instituta hic fuit: et erat omni tempore: in suis utiq; qui succedunt nascendo moriẽtibus. Ná paulopost dicit:

ꝙ solutus diabolus seducet has gentes toto orbe terrarum: ac trahat in bellũ aduersus eam: quorum hostium erit numerus ut harena maris. Et ascenderunt inquit super terre latitudinem: et cinxerũt castra sanctorum et dilectam ciuitatem. Et descẽdit ignis de celo a deo: et commedit eos. et diabolus qui seducebat eos missus est ĩ stagnũ ignis et sulfuris: ubi est et bestia et pseudo Prophete: et cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum amen. Sed hoc iam ad nouissimum iudicium pertinet: quod nũc propterea commemorandum putaui: ne quis existimet eo ipso tempore paruo quo soluetur diabolus in hac terra: ecclesiam non futuram: illo hic eam uel non ĩueniẽte cum fuerit solutus: uel absumente cum fuerit persecutus. Non itaq; per totum hoc tempus quod liber iste cõplectitur a primo scilicet aduentu Christi usq; in finẽ seculi: quo erit eius secundus aduentus: ita diabolus alligatur: ut hec eius ipsa sit alligatio: ꝑ hoc interuallum quod mille annorum numero appellat: nõ seducere Ecclesiã: q̃ndo quidem illam nec solutus utiq; seducturus est. Nam profecto si eius alligatio est: nõ posse seducere: siue non permitti: qd erit solui nisi posse seducere siue permitti? Quod absit: ut fiat. Sed alligatio diaboli est non permitti exercere totã temptationẽ quã potest: uel ui: uel dolo ad seducendos homines in partem suam cogendo uiolenter: fraudulenter ue fallendo. Quod si permitteretur: in tam longo tempore et tanta infirmitate multorum: plurimos tales quales deus id perpeti nõ uult: et fideles deiceret: et ne crederẽt: impediret. Quod ne faceret: alligatus est. Tũc autem soluetur: q̃ndo et breue tempus erit. Nã tribus annis et sex mensibus legitur totis suis suorũq; uiribus seuiturus: et tales erunt: cum quibus ei belligerandum est: ut uinci tanto eius impetu insidiisq; non possint. Si autem nunq̃ solueretur: minus appareret maligna eius potentia: minus sancte ciuitatis fidelissima patientia probaretur. Minus deniq; ꝓspiceretur q̃ magno eius malo tam bene usus fuerit omnipotens deus: qui eum nec oĩno abstulit a temptatione sanctorum: q̃uis ab eorum interioribus hominibus ubi in deũ creditur: foras missum: ut forinsecus eius oppugnatione proficerẽt: et in eis qui sunt ex parte ipsius alligauit: ne quantam posset effundendo et exercendo maliciã: innumerabiles infirmos ex quibus multiplicari Ecclesiã: et impleri oportebat: alios credituros alios iam credentes a fide pietatis hos deterreret: hos frangeret: et solueretur in fine. ut q̃ fortem aduersariũ dei ciuitas superauerit: cũ ingenti gloria sui redẽptoris: adiutoris: liberatoris: aspiciat. In eorum sane qui tunc futuri sunt atq; fidelium comparatione quid sumus nos: quando quidem ad illos probandos tantus soluetur inimicus: cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus? Quamuis et hoc temporis interuallo quosdam Christi milites tam prudentes et fortes fuisse atq; esse non dubium est: ut etiam si tũc in ista mortalitate uiuerent quando ille soluetur: omnes eius insidias atq; impetus et cauerent prudentissime: et patientissime sustinerẽt. Hec autem alligatio diaboli nõ solum facta est ex quo cepit ecclesia preter Iudeam terram in nationes alias: aliasq; dilatari: sed nunc etiam fit et fiet usq; ad terminum seculi quo est soluendus. quia et homines nunc ab infidelitate: in qua ipse eos possidebat: conuertuntur ad fidem. et usq; in illum finem conuertẽtur sine dubio. Et utiq; unicuiq; fidelium iste fortis tũc alligatur: quando ab illo tanq̃ uas eius eripitur: et abyssus ubi inclusus est: nõ in eis consumpta est: quando sunt mortui: qui tunc erant quando cepit esse inclusus: sed successerunt eis alii nascendo atq; succedunt: donec finiatur hoc seculum qui oderint Christianos: in quorum quotidie uelut in abysso cecis et profũdis cordibus includatur. Utrum autẽ etiam illis ultimis tribus annis et sex mensibus: q̃ndo solutus totis uiribus seuiturus est: aliquis in qua non fuerat sit accessurus ad fidem: nonnulla questio est.

Quomodo enim stabit quod dictum est: quis intrat in domum fortis ut uasa eius eripiat: nisi prius alligauerit fortem: si etiam soluto eripiuntur? Ac per hoc cogere uidetur ista sententia: ut credamus illo licet exiguo tempore neminem accessurū esse populo Christiano: sed cum eis qui iam Christiani reperti fuerit diabolū pugnaturꝫ: ex quibus etiam si uicti aliqui secuti eum fuerint: non eos ad predestinatum filiorū dei numerum pertinere. Neq; enim frustra idem Iohannes Apostolus qui et hanc Apocalypsin scripsit: in epistola sua de quibusdam dixit. Ex nobis exierunt: sed nō erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: mansissent utiq; nobiscum. Sed quid fiet de paruulis? Nimium quippe incredibile est nullos iam natos et nondum baptizatos preoccupari Christianorum filios illo tempore infantes: nullos etiam ipsis nasci iam diebus: aut si erunt non eos a parentibus suis usq; ad generationis lauacrū quocunq; modo perduci. Quod si fiet: quo pacto soluto iā diabolo uasa ista eripientᷣ: in cuius domum nemo intrat ut eius uasa eripiat: nisi prius alligauerit eum? Immo uero id potius esse credendum: qui cadant de Ecclesia: nec qui accedāt ad Ecclesiam: illo tpe defuturos. sed profecto tam fortes erunt et parentes pro baptizandis suis paruulis: et hi qui tunc primitus credituri sunt: ut illum fortem uincant etiam non ligatum: id est omnibus qualibet antea nunquā uel artibus insidiantem: uel urgentē uiribus: et uigilanter intelligant: et toleranter ferant: ac si etiam illi nō ligato eripiuntᷣ. Nec ideo falsa erit Euangelica illa sententia. Quis intrat in domum fortis ut uasa eius e/ripiat: nisi prius alligauerit fortem. Secundum enim eius sententie ueritatem ordo iste seruatus est: ut prius alligaretur fortis: ereptisq; uasis eius longe lateq; ex firmis: et infirmis omnibus gentibus ita multiplicaretur Ecclesia: ut ex ipsa reꝝ diuinitus predictarum: et impletarū robustissima fide: etiam soluto uasa posset auferre. Sicut enim fatendum est multorum refrigescere caritatem cum abundat iniquitas: etiam inusitatis maximisq; persecutionibus atq; fallaciis diaboli iam soluti: eos qui in libro uite scripti non sunt esse multos cessuros: hinc cogitandum est: non solū quos bonos fideles illud tempus inueniet: sed nonnullos etiam qui foris adhuc erunt: adiuuante dei gratia: per scripturarum considerationem: in quibus et alia et finis ipse p̄nuntiatᷣ quem uenire iam sentiunt: ad credendū quod non credebant: futuros esse firmiores: et ad uincendum. etiam non ligatum diabolū fortiores. Quod si ita erunt: ꝓpterea precessisse credenda est eius alligatio: ut et ligati et soluti expoliatio sequeretur: qm̄ de hac re est dictum. Quis intrabit in domum fortis ut uasa eius eripiat: nisi prius alligauerit fortem?

Quid sit regnum sanctorū cū Xp̄o per mille annos: et in quo discernatur a regno eterno. C. VIIII.

INterea dum mille annis ligatus est diabolus: sancti dei cum Christo regnant: etiam ipsius mille annis eisdem sine dubio et eodem modo intelligēdis. id ē iam isto tempore prioris eius aduentus. Excepto qppe illo regno de quo ī fine dicturus est: uenite benedicti patris mei possidere paratū uobis regnū. Nisi enim alio aliquo modo longe quidem impari: iam nunc regnarēt cum illo sancti eius quibus ait: ecce ego uobiscum sum usq; in consummationem seculi: profecto non etiā nunc diceretᷣ Ecclesia regnum eius: regnum ue celorum. Nam utiq; isto tpe ī regno dei eruditur scriba ille qui profert de thesauro suo noua et uetera: de quo supra locuti sumus. Et de Ecclesia collecturi sunt zizania messores illi: que permisit cū tritico simul crescere usq; ad messem. Quod exponens ait: messis est finis seculi: messores autem sunt āgeli.

Sicut ergo colliguntur zizania et igni comburuntur: sic erit in consumatiõe seculi. Mittet filius hominis angelos suos: et colligent de regno eius omnia scãdala. Nunqd de regno illo: ubi nulla sunt scandala? De isto ergo regno eius: quod est Ecclesia hic colligentur. Item dicit. Qui soluerit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines: minimus uocabit̃ in regno celorũ. Qui autẽ fecerit et sic docuerit: magnus uocabitur in regno celorum. Vtrunq; dicit in regno celorũ et q non facit mandata que docet: hoc est enim soluere: non seruare: non facere: et illũ qui facit: et sic docet: sed istum minimum: illum magnum. et continuo secutus adiungit. Dico enim uobis: quia nisi abundauerit iusticia uestra super Scribaꝝ et Phariseorũ: id est sup iusticiã eorum qui soluunt: quod docent. De Scribis enim et Phariseis alio loco dicit: quoniã dicunt: et non faciunt. Nisi ergo super eos abundauerit iusticia uestra: id est ut uos non soluatis: sed potius quod docebitis: faciatis: non intrabitis inquit in regnũ celoꝝ. Alio modo igitur intelligendum est regnum celorum: ubi ambo sunt: et ille scilicet qui soluit: quod docet: et ille qui facit. Sed ille minimus: ille magnus. Alio modo aũt regnum celorum dicitur: quo nõ intrat nisi ille q facit. Ac ꝑ hoc ubi utrunq; genus est: Ecclesia est: qualis nunc est. Vbi autem illud solum erit: Ecclesia est: qualis tunc erit: quando malus in ea non erit. Ergo Ecclesia et nunc est regnum Xp̃i regnũq; celorum. Regnant cum illo etiam nũc sancti eius aliter quidem: q̃ tunc regnabũt. nec tamen cum illo regnant zizania: quamuis in Ecclesia cũ tritico crescãt. Regnãt enim cum illo: qui faciunt: quod ait Apostolus. Si consurrexistis cum Christo que sursum sunt sapite: ubi Christus est ĩ dextera dei sedens: que sursum sunt querite: nõ que super terram. De qualibus item dicit ꝙ eorum conuersatio sit in celis. Postremo cum illo regnant: qui eo modo sunt in regno eius: ut ipsi etiã sint regnũ eius. Quõ autem sunt regnum Christi: qui ut alia taceam: q̃uis ibi sint: donec colligant̃ in fine seculi de regno eius omnia scandala: tamen illic sua querunt: non que Iesu Christi? De hoc ergo regno militie in quo adhuc cum hoste confligitur: et aliquãdo repug/nantibus uitiis aliquando cedẽtibus imperatur: donec ueniatur ad illud pacatissimũ regnum ubi sine hoste regnabitur. Et de hac resurrectione prima que nũc ẽ: liber iste sic loquitur. Cum enim dixisset alligari diabolum mille ãnis et postea breui tp̃e solui: mox recapitulando quid in illis mille annis agat Ecclesia uel agatur in ea: et uidi inquit sedes et sedentes super eas: et iudicium datum est. Non est hoc putandũ de ultimo iudicio dici: sedes prepositorum et ipsi prepositi intelligendi sunt: per quos nunc Ecclesia gubernatur. Iudicium autem dictum nullum accipiendum melius ui/detur: q̃ id quod dictum est: que ligaueritis in terra ligata erunt et in celo. Et que solueritis in terra: soluta erunt et in celo. Vnde Apostolus. quid enim mihi est inq̃t de iis qui foris sunt: iudicare? Nonne de iis q sunt intus: uos iudicatis? Et anime inq̃t occisorum propter testimonium Iesu: et propter uerbum dei: subauditur qđ postea dicturus est et regnauerunt cum Iesu mille annis: anime scilicet Martyrũ nondũ sibi corporibus suis redditis. Neq; enim piorum aĩme mortuoꝝ separant̃ ab Ecclesia: que nunc est etiam regnum Christi. Alioquin nec ad altare dei eorũ memoria fieret in communione corporis Christi: nec aliquid prodessent ad eius baptismũ in periculis currere: ne sine illo finiat̃ hec uita: nec ad reconciliationẽ si forte ꝑ penitentiã malã ne conscientiam quisq; ab eodem corpore separatus est. Cur enim fiunt ista: nisi q̃a fideles etiam defuncti membra eius sunt? Quamuis ergo cum suis corporibus nondũ: iam tamen eorum anime regnant cum illo: dum isti mille anni decurrũt. Vnde in hoc eodem libro et alibi legitur. Beati mortui: q in domino moriuntur. Amodo etiã

iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. nam opera eorum sequuntur illos. Regnat itaq; cum Christo nunc primum Ecclesia in uiuis et mortuis. Propterea. n. sicut dicit Apostolus: mortuus est Christus: ut uiuorum et mortuorum dominetur. Sed ideo tantummodo martyrum animas commemorauit: quia ipsi mortui pcipue regnant: qui usq; ad mortem pro ueritate certauerunt. Sed a pte totũ etiã mortuos ceteros intelligimus pertinentes ad Ecclesiam quod est regnum Christi. Quod uero sequitur: et si qui nõ adorauerint bestiam nec imaginem eius: nec acceperint inscrip/tionem in fronte aut in manu sua: similiter et de uiuis et mortuis debemus accipere. Que porro sit ista bestia q̃uis sit diligentius requirendũ: non tamen abhorret a fide recta: ut ipsa impia ciuitas intelligatur: et populus infideliũ cõtrarius fideli populo: et ciuitati dei. Imago uero eius simulatio eius mihi uidetur: in eis scilicet hominibus: qui uelut fidem profitentur: et infideliter uiuunt. Fingunt enim se esse quod non sunt. Vocanturq; non ueraci effigie: sed fallaci imagine Christiãi. Ad eandẽ nanq; bestiam pertinent non solum aperti inimici nominis Christi: et eius gloriosissime ci/uitatis: sed etiam zizania que de regno eius quod est Ecclesia in fine seculi colligẽda sunt. Et qui sunt qui bestiam non adorant nec imaginem eius: nisi qui faciũt qđ ait Apostolus: ne sis iugum ducentes cũ infidelibus? Non adorant enim ẽ nõ cõsentiũt: non subiciuntur: neq; accipiunt inscriptionẽ: notam scilicet criminis in fronte: ppter pfessionẽ: in manu ppter opationes. Ab his ergo malis alieni siue adhuc in ista mor/talitate uiuẽtes: siue defuncti: regnãt cũ Xpo: iã nunc quodãmodo huic tempori congruo: p totũ hoc interuallũ: qđ numero mille significatur annorũ. Reliq eorũ inquit non uixerunt. Hora enim nunc est: cum mortui audiunt uocem filii dei: et qui audierint uiuent. Reliqui eorum non uiuent. Quod uero subdidit donec finiãt mille anni: intelligendum est: q eo tempore non uixerunt quo uiuere debuerũt: ad uitam scilicet de morte transeundo. Et ideo cum dies uenerit: quo fiet et corporum resurrectio: non ad uitam de monumentis procedent: sed ad iudicium: ad dãnationẽ scilicet: que secunda mors dicitur. Donec enĩ finiãtur mille anni: quicũq; nõ uixerit id est isto toto tempore quo agitur prima resurrectio: non audierit uocem filii dei: et ad uitam de morte transierit: profecto in secunda resurrectiõe: que carnis est: in mortem secũdam cum ipsa carne transibit. Sequitur enim: et dicit. Hec resurrectio prima est: Beatus et sanctus qui habet in hac prima resurrectione partem: id est p/ticeps eius est. Ipse est autem particeps eius: qui non solum a morte que in peccatis est: reuiuiscit: uerum etiam in eo quod reuixerit pmanet. In his inquit secunda mors non habet potestatem. Habet ergo in reliquis: de quibus superius ait: reliqui eorum non uixerunt donec finiãtur mille anni: quoniam isto toto temporis interuallo qđ mille annos uocat: quantumcunq; in eo quisq; eorum uixit in corpe: non reuixit a morte in q̃ eum tenebat impietas: ut sic reuiuiscendo prime resurrectionis particeps fieret: atq; in eo ptãtem secunda mors non haberet.

¶ Quid respondendum sit eis: qui putant resurrectionem ad sola corpora non etiam ad animas pertinere. ¶ C. x.

SVnt qui putant resurrectionem dici nõ posse nisi corporum: ideo istã quoq; in corporibus primã futuram esse contendunt. Quorũ enĩ est cadere inquũt: eorum est resurgere. Cadunt autem corpora moriendo: nã a cadendo cadauera nũ/cupantur. Non ergo animarum inquiunt resurrectio potest esse: sed corporum. Sed quid contra Apostolum dicunt: qui eam resurrectionem appellat? Nam secundum

interiorem non secundum exteriorem hominem utiq; resurrexerant: quibus ait. Si surrexistis cum Christo que sursum sunt sapite. Quem sensum alijs uerbis alibi posuit dicens: ut quemadmodum Christus a mortuis resurrexit per gloriã patris: sic et nos in nouitate uite ambulemus. Hinc est et illud. Surge q dormis: et exurge a mortuis et illuminabit te Christus. Quod autem dicunt non possunt resurgere: nisi q cadũt: et ideo putant resurrectionem ad corpora non ad animas pertinere: quia corporum est cadere: cur non audiunt: non recedatis ab illo: ne cadatis: et suo domino stat aut cadit: et qui putat se stare uideat ne cadat. Puto enim q in anima non in corpore casus iste cauendus est. Si igitur cadentium est resurrectio: cadunt et aĩe: profecto et animas resurgere confitendum est. Quod autem cum dixisset in istis secũda mors non habet potestatẽ: adiũxit: atq; ait: sed erũt sacerdotes dei et Christi: & regnabũt cum eo mille annis. Non utiq; de solis Episcopis et pres biteris dictum est: q proprie iam uocantur in Ecclesia Sacerdotes: sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum crisma: sic omnes sacerdotes quoniam membra sunt unius illius Sacerdotis. De quibus Apostolus Petrus. Plebs inqt sãcta regale sacerdotiũ. Sane licet breuiter atq; transeunter insinuauit deum esse Christũ: dicendo Sacerdotes dei et Christi: hoc est patris et filii: q̃uis propter formam serui sicut filius hominis: ita etiam Sacerdos Christi effectus sit in eternum secundum ordinem Melchisedech. De qua re in hoc opere non semel diximus.

De Gog et Magog quos ad persequendam Ecclesiam dei solutus prope finem seculi diabolus incitabit. C.xi.

ET cum finiti fuerint inquit mille anni: soluetur sathanas de custodia sua: et exibit ad seducẽdas nationes que sunt in q̃ttuor angulis terre: Gog et Magog: et trahet eas in bellum: quorum numerus est ut arena maris. Ad hoc ergo tunc seducet: ut ĩ hoc bellum trahat. Nam et antea modis quibus poterat: p multa mala: et uaria seducebat. Exibit autem dictum est in apertam persecutionem: de latebris erumpet odiorum. Hec enim erit nouissima persecutio: nouissimo imminente iudicio: quam sancta Ecclesia toto terrarum orbe patietur: uniuersa scilicet ciuitas Christi ab uniuersa diaboli ciuitate: quantacunq; erit utraq; super terram. Gentes qppe iste quas appellat Gog et Magog: non sic sunt accipiende: tanq̃ sint aliq mali in aliqua parte terrarum Barbari cõstituti. siue quod quidã suspicantur Getas et Massagetas propter horum nominum litteras primas: siue alios aliquos alienigenas: et a Romão iure seiunctos. Toto nanq; orbe terrarum significati sunt isti esse: cum est dictum natiões que sunt in quattuor angulis terre: easq; esse subiecit Gog et Magog. Quorũ interpretationem nominum esse comperimus Gog tectum: Magog detectum. tanq̃ domus: et ipse qui procedit de domo. Gentes ergo sunt in quibus diabolum uelut in abysso superius intelligebamus inclusum: et ipse de illis quodammodo sese offerens et procedens: ut ille sint tectum: ille detectum. Si autem utrunq; referamus ad gẽtes nõ unum horum ad illas: alterum ad diabolum: et tectum ipse sunt gentes: qa in eis nũc includitur: et quodammodo tegitur inimicus antiquus. et detectũ ipse erũt: quãdo in apertum odium de operto erupture sunt. Quod uero ait et descenderũt sup terre latitudinem: et cinxerunt castra sanctorum et dilectam ciuitatem: nõ utiq; ad unũ locum uenisse: uel uenturi esse significati sunt: q̃si aliquo uno loco futura sint castra sanctorum: et dilecta ciuitas cum hec non sit nisi Christi Ecclesia toto orbe terrarũ diffusa: ac per hoc ubicunq; tunc erit: que in omnibus gentibus erit: qđ significatum

est nomine latitudinis terre: ibi erunt castra sanctorum: ibi dilecta deo ciuitas eius: ibi ab omnibus inimicis suis: quia et ipsi cum illa in omibus gentibus erunt: psecutiõis illius immanitate cingetur: hoc est in angustia tribulationis artabitur: urgebitur: concludetur: nec militiam suam deseret: que uocabulo est appellata castrorum.

¶An ad ultimum supplicium pertineat impiorum q descendisse ignis de celo: et eosdem comedisse memoratur. ¶C.xii.

QVod uero ait et descendet ignis de celo et comedet eos: nõ extremũ putandũ est id esse supplicium: quod erit: cum dicetur discedite a me maledicti in ignẽ eternum. Tunc quippe in ignem mittentur ipsi: non ignis de celo ueniet super ipsos. Hic autem bene intelligitur ignis de celo: de ipsa firmitate sanctorum: q̃ nõ cessuri sunt seuientibus ut eorum faciant uoluntatem. Firmamentum enim est celum: cuius firmitate illi cruciabuntur ardentissimo zelo: quoniam non potuerunt attrahere in partes Antichristi sãctos Christi. Et ipse erit ignis: qui comedet eos. Et hoc a deo: qa dei munere fiunt sancti insuperabiles unde excruciantur inimici. Sicut enim zelus in bono positum est: ubi legitur: zelus domus tue comedit me: ita econtrario ĩ malo ubi dicitur: zelus occupauit plebem ineruditam. Et nunc ignis contrarius comedet: & nunc utiq; excepto scilicet ultimi illius igne iudicii. Aut si ipsam plagã qua pcuciẽdi sunt Ecclesie persecutores ueniente iam Christo: quos uiuentes inueniet sup terram: quando interficiet Antichristum spiritu oris sui: ignem appellauit descendentem de celo eosq; comedentem. Neq; hoc ultimum supplicium erit impiorum: sed illud quod facta corporum resurrectione passuri sunt.

¶An ante tẽpus psequutiõis Antichristi mille ãni ãnumerãdi sit. ¶C.xiii.

HEc persecutio nouissima que futura est ab Antichristo. sicut iam diximus: qa et in hoc libro superius & apud Danielem prophetam positum est: tribus ãnis et sex mensibus erit. Quod tempus q̃uis exiguum utrum ad annos mille pertineat: quibus et diabolum ligatum dicit: et sanctos cum Christo regnare: an eisdem annis hoc paruum spatium subaddatur atq; sit extra: merito ambigitur. Quia si dixerimus ad eosdem annos hoc pertinere: nõ tanto tempore: sed prolixiore cũ Christo regnũ sanctorum reperietur extendi: quam diabolus alligari. profecto enim sancti cũ suo Rege etiam in ipsa precipue persecutione regnabunt: mala tanta uincentes: quando iam non erit diabolus alligatus: ut eos perseq omnibus uiribus possit. Quomodo ergo ista scriptura eisdẽ mille ãnis utrunq; determinat: diaboli scilicet alligationẽ regnũq; sanctorum: cum trium annorum et sex mensium interuallo: prius desinat alligatio diaboli: q̃ regnum sanctorum in his mille annis cum Christo? Si autem dixerimus: paruum persecutionis huius hoc spacium nõ computandũ in mille ãnis: sed eis ĩpletis potius adiiciendum: ut proprie possit intelligi: q cum dixisset Sacerdotes dei et Xpi regnabũt cũ eo mille annis. adiecerit et cum finiti fuerint mille anni: soluetur Sa-thanas de custodia sua. isto enim modo et sanctorum regnum et uinculum diaboli simul cessatura esse significat: ut demum illius persecutionis tempus nec ad sanctorũ regnum: nec ad custodiam Sathane quorum utrunq; in mille annis est pertinere: sed superadditum et extra computãdum esse credatur: cogemur fateri sanctos in illa p-secutione regnaturos non esse cum Christo. Sed quis audeat dicere cum illo tunc nõ regnatura sua membra: quando ei maxime atq; fortissime coherebũt? et quo tẽpore

q̃nto erit acrior impetus belli: tanto maior gloria non cedenti: tãto densior corona martyrii? Aut si ꝓpter tribulatiões q̃s passuri sunt: nõ dicẽdi sunt regnaturi: cõsequẽs erit ut etiam superioribus diebus in eisdem mille annis quicũq; tribulabunt̃ sãctorũ: eo ipso tempore tribulatiõis seu cũ Xp̃o nõ regnasse dicant̃. Ac p hoc et illi quorũ animas autor huius libri uidisse se scribit occisoꝝ ꝓpter testimoniũ Iesu et propter uerbũ dei: nõ regnabãt cũ Xp̃o. q̃ndo patiebãt̃ psecutionẽ: et ipsi regnũ Xp̃i non erant quos Xp̃s excellentius possidebat. Absurdissimũ id q̃ dẽ et oĩmodo aduersãdũ. Sed certe aĩme uictrices gloriosissimoꝝ martyrũ oĩbus doloribus ac laboribus su/ patis atq; finitis: postea q̃ mortalia mẽbra posuerunt: cum Xp̃o utiq; regnauerũt: et regnant: donec finiant̃ mille anni: ut postea etiã corpibus receptis iã immortalibus regnẽt. Proĩde illis tribus ãnis: atq; dimidio: aĩme occisorũ pro eius martyrio & que tũc ãtea de corpibus exierũt: et que ipsa nouissima psecutiõe sũt exiture: regnabũt cũ eo donec finiatur mortale seculũ: & ad illud seculũ ubi mors nõ erit: transeatur. Quocirca cũ Xp̃o regnãtiũ sanctoꝝ plures ãni erũt: q̃ uĩculi diaboli: atq; custodie. Quia illi cũ rege suo filio dei: iã diabolo nõ ligato etiã p tres illos annos ac semissem regnabũt. Remanet igit̃ cũ audimus: Sacerdotes dei et Xp̃i regnabunt cũ eo mille ãnis: et cũ finiti fuerit mille ãni soluet̃ Sathanas de custodia sua: aut nõ regni huius sanctorum intelligamus annos mille finiri: sed uinculi diaboli atq; custodie: aut ãnos mille id ẽ oĩs annos suis quosq; horis diuersis ac ꝓp̃is ꝓlixitatibus finiendos: ãpliores sanctoꝝ regno breuiores diaboli uinculo: aut certe quoꝝ triũ annorũ et sex mensiũ breuissimũ spatiũ est: computari uoluisse credat̃: siue ꝗ minus Sathane uinculũ: siue ꝗ amplius uidet̃ habere regnũ sanctoꝝ: sicut de q̃dringentis annis in sextodecimo huius operis uolumine disputaui: quoniam aliqui plus erant et tamen q̃dringẽti sũt nũcupati: et talia sepe repiunt̃ in sacris litteris si q̃s aduertat.

De dãnatiõe diaboli: cũ suis: et p recapitulationẽ de resurrectiõe corporum omnium mortuorum: et de ultima retributiõe. C. xiii.

Post hanc aũt psecutiõis nouissime cõmẽorationẽ: breuiter cõplectit̃ totũ: q̃d ultimo iã iudicio diabolus et cũ suo iã p̃ncipe ciuitas inimica passura est. Dicit. n. Et diabolus q seducebat eos missus ẽ ĩ stagnũ ignis & sulfuris: quo & bestia & pseudo Propheta excruciabunt̃ die ac nocte in secula seculorũ. Bestiã bene intelligi ipsam impiã ciuitatẽ supra diximus. Pseudo uero Propheta eius: aut Antichristus ẽ: aut ima/ go illa. i. figmentũ illud de quo ibi locuti sumus. Post hoc ipsũ nouissimũ iudiciũ: q̃d erit in secũda resurrectiõe mortuoꝝ: que corpum ẽ recapitulando narrat: quomõ sibi fuerit reuelatũ. Et uidi inquit thronũ magnũ et candidũ: et sedentẽ super eũ: et ab eius facie fugit celũ et terra: et locus eoꝝ nõ ẽ inuẽtus. Nõ ait uidi thronũ mag/ nũ: et candidũ et sedentẽ sup eũ: et ab eius facie fugit celũ et terra: q̃m nõ tũc factũ est: id ẽ anq̃ eẽt de uiuis et mortuis iudicatũ: sed eũ se uidisse dixit in throno sedẽtẽ: a cuius facie fugit celũ et terra: sed postea. Peracto q̃ppe iudicio tũc desinet esse hoc celũ et hec terra: q̃n incipiet celũ nouũ eẽ et terra noua. Mutatiõe itaq; rerum non oĩno in interitũ transibit hic mũdus. Vnde et Apostolus dicit. Preterit enĩ figura huius mundi. uolo uos sine sollicitudine esse. Figura ergo preterit: non natura. Cum ergo Iohannes se uidisse dixisset sedentẽ sup thronũ: a cuius facie q̃d postea futurũ est: fugit celũ et terra: et uidi inquit mortuos magnos et pusillos. Et apti sunt libri: et alius liber aptus est q est uite uniuscuiusq;: et iudicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum: secundum sua facta: Libros dixit esse aptos: et librũ de quo cuiusmodi sit:

nō tacuit. Qui ē inqt uite uniuscuiusq;. Ergo illi libri quos loco p̄ore posuit: intel/
ligendi sunt sancti et ueteres et noui: ut in illis ostenderet̄ que deus mādata sua fieri
iussisset. In illo aūt q est uite uniuscuiusq;: qd hoꝝ qsq; non fecisset: siue fecisset. Qui
liber si carnaliter cogitet̄: qs eius magnitudinē aut lōgitudinē ualeat extimare? Aut
q̄nto tp̄e legi poterit liber: in quo scripte sunt uniuerse uite uniuersorū? An tantus
āgeloꝝ numerus aderit: q̄ntus hoīm erit: ut & uitā suā qsq; ab āgelo sibi adhibito au/
diat recitari? Non ergo unus liber erit omniū: sed singuli singuloꝝ. Scriptura uero
ista unū uolens intelligi: et alius inqt liber aptus est. Quedā igit̄ uis est intelligenda
diuina: q̄ fiet ut cuiq; op̄a sua uel mala cūcta in mēoriā reuocent̄: et mentis intuitu
mira celeritate cernant̄: ut accuset uel excuset scientia cōscientiā: atq; ita insimul et
oēs et singuli iudicent̄. Que nimirū uis diuina libri nomē accepit. In ea qppe quo/
dammō legit̄: qcqd a faciēte recolit̄. Vt aūt oñdat q mortui sint iudicādi: id ē pusilli
et magni: recapitulādo dicit: tanq̄ ad id rediens qđ p̄terierat uel potius distulerat. Et
exhibuit mortuos mare: q in eo erant: et mors et infernus reddiderūt mortuos: quos
in se habebant. Hoc p̄culdubio p̄us factū est: q̄ mortui eēnt iudicati: et tñ illud p̄us
dictū est. Hoc ē ergo qđ dixi: recapitulādo eū ad id redisse: qđ intermiserat. Nunc
aūt ordinē tenuit: atq; ut explicaret̄ ipse ordo cōmodius etiā de mortuis iudicatis:
qđ iā dixerat: suo repetiuit loco. Cū. n. dixisset: et exhibuit mortuos mare: qui in eo
erāt: et mors et infernus reddiderūt mortuos: quos in se habebāt: mox addidit quod
paulo āte posuerat: et iudicati sunt singuli: scđm facta sua.

¶ Qui sunt mortui: quos ad iudicium exhibuit
mare: uel quos mors: et inferi reddiderunt. ¶ C. XV.

Hoc est. n. qđ supra dixerat: et iudicati sunt mortui scđm facta sua. Sed q sūt
mortui quos mare exhibuit: q in eo erant? Neq;. n. q in mari moriunt̄ nō sūt
in inferno: aut corpa eoꝝ seruant̄ in mari: aut qđ ē absurdius mare habebat bonos
mortuos: et infernus malos. Quis hoc putauerit? Sed profecto cōuenieñter qdā hoc
loco mare pro isto seculo positū accipiunt. Cū ergo et quos hic inueniet Christus in
corp̄e cōstitutos: simul significaret cum iis q resurrecturi sunt iudicādos: etiā ipsos
mortuos appellauit: et bonos qbus dicit̄ mortui. n. estis et uita uestra abscōdita est in
deo cum Xp̄o: et malos de quibus dicit̄ sine mortuos sepelire mortuos suos. Possunt
mortui etiā p̄pter hoc dici: q mortalia gerūt corp̄a. Vnde Apostolus: corpus qdem
ait mortuū est: p̄pter peccatū: spūs autem uita est: p̄pter iusticiā: utrūq; in homine
uiuente atq; in hoc corp̄e cōstituto eē demōstrans: et corpus mortuū: et spiritū uitā.
Nec tñ dixit corpus mortale sed mortuū. q̄uis eadē paulopost etiā mortalia corp̄a
sicut usitatius uocant̄: appellet. Hos ergo mortuos exhibuit mare: q in eo erant: id ē
exhibuit homines hoc seculū qcunq; in eo erāt: q nōdū obierant. Et mors et īfernus
inqt reddiderūt mortuos quos in se habebant. Mare exhibuit: quia si q inuenti sunt
affuerūt. Mors uero et infernus reddiderūt: qm̄ uite de q̄ iā exierant: reuocarunt.
Nec frustra fortasse non satis fuit ut diceret mors aut infernus: sed utrunq; dictū ē.
Mors p̄pter bonos q tm̄mō mortē p̄peti potuerūt nō et īfernū. infernus aūt p̄pter
malos: q etiā apud inferos penas pendūt. Si. n. nō absurde credi uidet̄: antiquos etiam
sanctos q uenturi Xp̄i tenuerunt fidē: locis quidē a tormētis impiorū remotissimis:
sed apud inferos fuisse: donec inde eos sanguis Christi et ad ea loca descensus erueret:
profecto deīceps boni fideles effuso illo p̄cio iā redēpti [c]orsus inferos nesciūt: donec
etiā receptis corp̄ibus bona recipiāt: que meret̄. Cū aūt dixisset: & iudicati sūt singuli

scd̄m facta sua: breuiter subiecit quēadmodū iudicati fuerit. et mors et īfernus inqͣt missi sunt in stagnū ignis. His nōibus significās diabolū qm̄ mortis ē autor: et penarꝫ infernarū: uniuersāq; simul demonū sotietatē. Hoc ē. n. qd̄ supra euidentius ꝑoccu/pando iā dixerat: et diabolus qui seducebat eos: missus ē in stagnum ignis et sulfuris. Quod ibi uero obscurius adiūxerat dicēs: q̄ et bestia & pseudo Propheta: hic aptius et q nō sunt inqͣt inuēti in libro uite scripti: missi sunt in stagnū ignis: nondū liber iste cōmēorat ne obliuiōe fallat: sed ꝑdestinationē significat eorū qbus eterna dabit uita. Neq;. n. nescit eos deus: et ī hoc libro legit ut sciat: sed potius ipa eius ꝑsciētia de illis que falli nō pōt liber ē uite: in quo sunt scripti id ē ꝑcogniti. Finito aūt iudicio quo ꝑnuntiauit iudicādos malos: restat ut de bonis etiā dicat. Iā. n. explicauit q̄ bre/uiter a dn̄o dictū ē: sic ibūt isti in suppliciū eternū: sequitur ut explicet qd̄ ibi etiam connectitur: iusti autem in uitam eternam.

De celo nouo: et terra noua. C. xvi.

ET uidi inqͣt celū nouū et terrā nouā. Nā ꝑmū celū et terra ꝑma recesserūt: et mare iā nō ē. Isto fiet ordine qd̄ supius ꝑoccupādo: iam dixit: uidisse se super thronū sedentē a cuius facie fugit celū et terra. Iudicatis qppe iis: q scripti non sunt in libro uite: et in eternū ignē missis: q ignis cuiusmodi et in q̄ mūdi uel rerum parte futurus sit: hōiē scire arbitror neminē: nisi forte cui diuinus spiritus ōn̄t. Tūc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione preteribit: sicut factum est mū/danarum aquarum undatione diluuii. Illa itaq; ut dixi conflagratione mundana elemētorū corruptibiliū q̄litates: que corꝑibus nostris corruptibilibus congruebant ardēdo penitus interibūt: atq; ipsa substātia eas q̄litates habebit: que corꝑibus īmor/talibus mirabili mutatione conueniunt. ut mūdus scilicet in melius innouatus: aperte accōmodet hōibus etiā carne in melius innouatis. Quod aūt ait: et iā mare non erit: utrū maxīo illo ardore siccet: an et ipsū uertat ī melius: nō facile dixerī. Celū qppe nouū et terrā nouā futurā legimus: de mari aūt nouo aliqd me uspiā legisse non re/colo: nisi qd̄ in hoc eodē libro repit tanq̄ mare uitreū crystallo simile. Sed tunc nō de isto fine seculi loquebat: nec ꝓprie dixisse uidet mare: sed tanq̄ mare. Quamuis et et nunc: sicut amat Prophetica locutio ꝓpiis uerbis translata miscere: ac si quodāmō uelare qd̄ dicit: potuit de illo mari dicere: et mare iam nō ē: de quo supra dixerat: et exhibuit mare mortuos: q erant in eo. Iā. n. tūc non erit hoc seculū uita mortaliū: turbulentū et ꝓcellosum qd̄ maris nōie figurauit.

De ecclesie glorificatiōe sine fine post mortē. C. xvii.

ET ciuitatē inqͣt magnā hierusalē nouā uidi descendentē de celo a deo aptatā. q̄si nouā nuptā ornatā marito suo. Et audiui uocē magnā de throno dicentē. Ecce tabernaculū dei cū hōibus: et habitabit cū eis: et ipsi erunt populus eius: et ipse deus erit cū eis. Et absterget omnē lachrymā ab oculis eorū: et mors iā non erit neq; luctus neq; clamor: sed nec ullus dolor: qa ꝑora abierunt. Et dixit sedens in throno. Ecce noua facio omnia. De celo descendere dicit ciuitas ista: qm̄ celestis ē gratia qua deus fecit eā. Propter qd̄ dicit ei ꝑ Esaiā. Ego sum dn̄s faciēs te. Et de celo qdem ab initio sui descendit: ex quo ꝑ huius seculi tēpus gratia dei desuꝑ uenīete: ꝑ lauacrum regenerationis misso spiritu sancto de celo: subinde ciues eius accrescunt. Sed ꝑ iudiciū dei qd̄ erit nouissimū ꝑ eius filiū Iesum Xp̄m: tanta eius & tam noua de dei munere claritas apparebit: ut nulla remaneant uestigia uetustatis: quando quidem corꝑa ad

ĩcorruptionẽ atq; ĩmortalitatẽ nouã ex uetere corruptõe ac mortalitate trãsibũt. Nã hoc de isto tpe accipe: quo regnat cum regno suo mille annis: impudentie nimie mihi uidet: cũ aptissime dicat. Absterget deus omnẽ lacbrymã ab oculis eoꝝ: et mors iã non erit neq; luctus neq; clamor: sed nec dolor erit ullus. Quis.n.tã sit absurdus & obstinatissima contentiõe uesanus: q audeat affirmare in huius mortalitatis erũnis: nõ dico populũ sanctũ: sed unumquẽq; sanctoꝝ: q hanc uel ducat: uel ducturus sit: uel duxerit uitã: nullas hñtem lacbrymas et dolores: cũ potius q̃nto qsq; ẽ sanctior et sancti desiderii plenior: tanto sit eius in orando fletus uberior? An non est uox ciuitatis supne Hierusalẽ: que dicit facte sũt mihi lacbryme mee panes die ac nocte? Et lauabo p singulas noctes lectũ meũ: lacbrymis meis stratũ meũ rigabo: et gemitus meus nõ ẽ abscõditus a te: et dolor meus renouatus est? Aut uero nõ eius sunt filii: q ingemiscunt grauati: in quo nolũt expoliari sed sup uestiri: ut absorbeatur mortale hoc a uita? Nõne ipsi sunt q ꝑmitias spũs hñtes in semetipsis ingemiscũt: adoptionẽ expectantes redemptionẽ corpis sui? An ipse Apostolus Paulus non erat supernus Hierosolymitanus? uel non multo magis hoc erat: q̃ndo pro Israeliticis carnalibus fratribus suis tristicia illi magna erat: et dolor cõtinuus cordi eius? Quãdo aũt mors non erit in isto tpe: nisi q̃ndo dicet: ubi est mors cõtentio tua: ubi est mors aculeus tuus? Aculeus aũt mortis peccatũ ẽ. Quod tũc utiq; nõ erit q̃ndo dicet: ubi ẽ? Nũc uero nõ qlibet illius ciuitatis infimus: sed idem ipse Iohannes in epistola sua clamat. Si dixerimus ꝙ nõ habemus peccatũ: nosipsos seducimus: et ueritas in nobis non est. Et in hoc qdẽ libro cuius nomen est Apocalypsis: obscure multa dicunt ut mentem legentis exerceãt. Et pauca in eo sunt ex quorũ manifestatiõe indagẽtur cetera cũ labore: maxĩe qa sic eadẽ multis modis repetit: ut alia atq; alia dicere uideatur: cum aliter atq; aliter hec ipsa dicere inuestiget. Verũ in his uerbis ubi ait absterget deus omnẽ lacbrymã ab oculis eorũ: et mors iã non erit: neq; luctus neq; clamor sed nec dolor ullus: tãta luce sunt dicta de futuro seculo et de imortalitate: atq; eternitate sanctorũ. Tũc.n.solũ atq; ibi solũ ista non erũt: ut nulla debeamus in sacris litteris querere uel legere manifesta: si hec putauerimus obscura.

¶ Quid Apostolus Petrus de nouissimo dei iudicio: pdicare docuerit mortuoꝝ. ¶ C.xviii.

NVnc iã uideamus qd etiã Apostolus Petrus de hoc iudicio scripserit. Venient inqt in nouissimo dieꝝ illusiõe illudẽtes: scđm ꝓpas cõcupiscẽtias suas euntes et dicẽtes. Vbi est ꝓmissũ pñtie eius? Ex quo.n. patres dormierũt: sic oĩa pseuerant ab initio creature. Latet.n. illos hoc uolentes: qa celi erant olim et terra de aqua & p aquã constituta dei uerbo: p quẽ q tũc erat mũdus aqua mundatus deperiit. Qui aũt nũc sunt celi et terra: eodẽ uerbo sunt repositi igni reseruandi in diem iudicii et pditiõis impioꝝ hoĩũ. Hoc unum uero nõ lateat uos fratres carissimi: qa unus dies apud dñm sicut mille anni: et mille anni sicut unus dies. Non tardat dñs promissum suũ: sicut qdam tardantẽ existimãt: sed patiẽter fert ꝓpter nos nolens aliquẽ perire: sed oĩs in penitẽtiã cõuerti. Veniet aũt dies dñi sicut fur: in quo celi magno ĩpetu transcurrent: elementa aũt ardẽtia resoluent: et terra et que in ipsa sũt opa exurẽt. His ergo omnibus peũtibus: qles nos esse oportet in sanctis conuersationibus expec/tantes: et ꝓperantes ad pñtiã diei dñi: p quã celi ardentes soluent: et elementa ignis ardore decoquẽt? Nouos uero celos et nouã terrã: scđm ꝓmissa ipsius expectamus: in qbus iustitia inhabitat. Nihil hic dixit de resurrectione mortuorũ: sed sane satis

de huius mundi pditione. Vbi etiā cōmēorans factū ante diluuiū: uidet̄ āmonuisse quodāmō: q̄tinus in fine seculi istū mūdū periturū esse credamus. Nā et illo tempore perisse dixit q tūc erat mūdū. nec solū orbē terre uerū etiā celos: quos utiq; istos ae/reos intelligimus: quorū locū ac spaciū tunc aqua crescendo supauerat. Ergo totus ac pene totus iste aer uentosus qđ celū uel potius celos uocat: sed utiq; imos istos nō illos supmos ubi sol et luna & sidera cōstituta sunt: cōuersus fuerat in humidā q̄litatē: atq; hoc mō cū terra perierat: cuius utiq; terre ꝑor facies fuerat deleta diluuio. Qui aūt nūc sunt celi et terra: eodē uerbo repositi sunt: igni reseruādi in diē iudicii et p/ditiōis hōinū impiorū. Proīde q celi: et que terra: id ē q mūdus ꝑ eo q diluuio perijt ex eadē aq̄ repositus est: ipse igni nouissimo reseruat̄ in diē iudicii et pditiōis hōinū impioꝝ. Nā hōinū ꝑpter q̄ndā magnā cōmutationē: nō dubitat dicere pditionem futurā: cū tn̄ eorū q̄uis in eternis penis sit māsura natura. Querat forsitā aliqs: si post factū iudiciū mūdus iste ardebit āq̄ pro illo celū nouū et terra noua reponatur: eo ipso tpe cōflagratiōis eius ubi erunt sancti: cū eos corpa hn̄tes in aliquo corpali loco necesse sit eē? Possumus eos rn̄dere esse futuros in supioribus ptibus: quo ita non as/cendet flamma illius incendii: quēadmodū nec unda diluuii. Talia q̄ppe illis inerunt corpa: ut illic sint ubi esse uoluerint. Sed nec ignē cōflagrationis illius pertimescunt īmortales atq; incorruptibiles facti: si triū uirorū corruptibilia corpa atq; mortalia: in camino ardenti illesa uiuere potuerūt.

Quid Apostolus Paulus Thessalonicēsibus scripserit: et de māifestatiōe Antichristi: cuius tēpus dies dn̄i subsequet̄. C.XVIIII.

MVltas tn̄ Euāgelicas Apostolicasq; sentētias de diuino isto iudicio uideo eē mihi ꝑtereundas: ne hoc uolumē in nimiā lōgitudinē ꝑuoluat̄. Sed nullo modo est ꝑtereūdus Apostolus Paulus: q scribēs ad Thessalonicēses. Rogamus inq̄t uos fratres p aduentū dn̄i nostri Iesu Xp̄i et nostre cōgregatiōis in ipsū: ut nō cito moueamini mente: neq; terreamini: neq; p spiritū: neq; p uerbū: neq; p epistolam tanq̄ per nos missam: q̄si instet dies dn̄i. Ne qs seducat uos ullo modo. Quoniā nisi uenerit refuga primū: et reuelatus fuerit. hō peccati filius interitus: q aduersat̄ et extollit̄ sup omne qđ dicit̄ deus: aut qđ colit̄: ita ut in templo dei sedeat ōn̄dens se tanq̄ sit deus. Non retinetis ī mēoria: qđ adhuc cū eēm apud uos: hec dicebā uobis? Et nūc q̄d detineat scitis: ut in suo tpe reuelet̄. Iam. n. iniq̄tatis mysterium opat̄. tm̄ q mō tenet teneat: donec de medio fiat. Et tūc reuelabit̄ iniquus ille: quē dn̄s Iesus īterficiet spiritu oris sui: et euacuabit illuminatione sue p̄n̄tie: cuius est p̄n̄tia scđm opationē Sathane in omni uirtute et signis et pdigiis mendacibus: et in oīm seductiōe iniq̄tatis: iis q pereūt pro eo: ꝙ dilectionē ueritatis nō receperūt: ut salui fierent. et ideo mittet illis deus operationē erroris: ut credant mendacio: et iudicent̄ oēs q nō crediderunt ueritati: sed consenserūt iniq̄tati. Nulli dubiū est eum de Antichristo ista dixisse: dieq; iudicii. Hunc. n. appellat diē dn̄i nō eē uenturū: nisi ꝑor ille ueniret. Quem refugā uocat utiq; a dn̄o deo. Quod si de oībus impiis merito dici pōt: q̄to magis de isto? Sed in quo dei templo ut deus sit sessurus: incertū est. Vtrū in illa ruina tēpli qđ a Salomōe rege constructū est: an uero in Ecclesia. Non. n. templum alicuius idoli aut demonis: templū dei Apostolus diceret. Vnde nōnulli non ipsum ꝑncipem: sed uniuersū quo/dāmodo corpus eius id est ad deū ptinentē hominū multitudinē simul cum ipso suo ꝑncipe: hoc loco intelligi Antixp̄m uolūt: rectiusq; putāt etiā Latine dici sicut in greco est: nō in tēplo dei sed in templū dei sedeat: tanq̄ ipse sit templū dei: quod est

Ecclesia. Sicut dicimus sedet ĩ amicũ id ẽ uelut amicus: uel aliqd aliud isto locutõis genere dici solet. Quod autẽ ait: et nunc qd detineat scitis: id ẽ: qd sit in mora: que causa sit dilationis eius: ut reuelet̃ in suo tpe: scitis. Quod illos scire dixit: apte hoc di/cere noluit. Et ideo nos qui nescimus: qđ illi sciebant: puenire cũ labore ad id quod sensit Apostolus cupimus: nec ualemus: p̃sertim qa et illa que addidit: et hũc sensum obscuriorẽ faciunt. Nã qd est iã enim mysteriũ iniqtatis opat̃: tm̃ qui modo tenet: teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabit̃ ille iniquus? Ego prsus qd dixerit: fateor me ignorare: suspiciones tñ hõiñũ quas uel audire: uel legere: de hac re potui: non tacebo. ¶ Quidã putant hoc de imperio dictũ fuisse Romano: et propterea Paulũ Apostolũ non id apte scribere uoluisse: ne calumniam uidelicet incurreret ꝙ Romano impio male optauerit: cũ speraret̃ eternũ. ut hoc qđ dixit iã. n. mysteriũ opat̃ iniqtatis Neronẽ uoluerit intelligi: cuius iam facta uelut Antixp̃i uidebant̃. Vnde nonnulli ipsũ resurrecturũ et futurũ Antixp̃m suspicant̃. Alii uero nec eũ occisum putant: sed subtractũ potius: ut putaret̃ occisus: et uiuũ occultari in uigore ipsius etatis in q̃ fuit cũ crederet̃ extinctus: donec suo tpe reuelet̃: et restituatur in regnũ. Sed multũ mihi mira est hec opinantiũ tanta p̃sumptio. Illud tamen qđ ait Apostolus: tm̃ q modo tenet teneat: donec de medio fiat: nõ absurde de ipso Romão impio credit̃ dictũ: tanq̃ dictũ sit: tm̃ q mõ impat impet: donec de medio fiat: id est de medio tollat̃. Et tunc reuelabit̃ iniquus: quẽ significari Antixp̃m nullus ãbigit. Alii uero et qđ ait qd detineat scitis: et mysteriũ opatur iniqtatis: non putãt dictũ nisi de malis: et fictis qui sunt in Ecclesia: donec pueniat ad tm̃ numerũ q Antixp̃o magnũ populũ faciat: et hoc esse mysteriũ iniqtatis qa uidet̃ occultum. Hortari aũt Apostolũ fideles ut in fide quã tenent: tenaciter pseuerent: dicendo q modo tenet teneat: donec de medio fiat: id est donec exeat de medio ecclesie mysteriũ iniqtatis: qđ nunc occultũ est. Ad ipsum enim mysteriũ ptinere arbitrant̃: qđ ait in sua epis/tola Iohannes Euangelista. Pueri nouissima hora est: et sicut audistis: ꝙ Antixp̃s sit uenturus: nunc autem Antixp̃i multi facti sunt. Vnde cognoscimus ꝙ nouissima sit hora. Ex nobis exierunt: sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis: pman/sissent utiq; nobiscũ. Sicut ergo ãte finẽ: in hac hora inquiunt quã Iohãnes nouissimã dicit: exierunt multi heretici de medio Ecclesie quos multos dicit Antichristos: ita omnes tunc inde exibũt: q nõ ad Christũ sed ad illũ nouissimũ Antixp̃m ptinebũt: et tũc reuelabit̃. Alius ergo sic: alius aũt sic: Apostoli obscura uerba coniectat: quod tñ eũ dixisse non dubiũ est: non ueniet ad uiuos et mortuos iudicandos Christus: nisi prius uenerit ad seducendos in anima mortuos aduersarius eius Antixp̃s: q̃uis ad occultũ iam iudicium dei ptineat ꝙ ab illo seducerent̃. Presentia qppe eius erit sicut dictũ est scđm operationẽ Sathane: in omni uirtute et signis et prodigiis mendacii: & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt. Tunc enim soluet̃ Sathanas: et p illum Antixp̃m in omni sua uirtute mirabiliter qdem: sed mẽdaciter operabit̃. Quod solet ambigi utrũ propterea dicta sint signa et pdigia mendacii: qm̃ mortales sẽsus per phantasmata decepturus est: ut quod nõ facit: facere uideatur. An quia illa ipsa etiam si erũt uera pdigia ad mendaciũ pertrahẽt credituros: non ea potuisse nisi di/uinitus fieri: uirtute diaboli crescente maxime quando tantã: quantã nunq̃ habuit: acceperit potestatẽ. Non enim quando de celo ignis cecidit: et tantam familiã cum tantis gregibus porcoꝝ sancti Iob uno impetu absumpsit: et turbo irruens et domũ deiciens filios eius occidit phantasmata: que tamẽ fuerunt opera Sathane cui deus dederat hanc potestatem. Propter qd ergo horũ sint dicta pdigia: et signa mẽdacii:

tũc potius apparebit. Sed ꝓpter qđlibet hoꝝ dictũ sit: seducentᷓ eis signis atq; ꝓdigiis q seduci merebuntᷓ: pro eo qđ ueritatis dilectionẽ inqt non receperũt: ut salui fierẽt. Nec dubitauit Apostolus addere ac dicere: et ideo mittet illis deus operationẽ erroris: ut credant mendacio. Deus enim mittet: qa deus diabolũ ista facere permittet iusto ipsius iudicio: q̃uis ipse faciat iniquo malignoq; consilio. Vt iudicentur inquit omes: qui nõ crediderũt ueritati: sed consenserũt iniqtati. Proinde iudicati seducentᷓ: et seducti iudicabuntᷓ. Sed iudicati seducuntᷓ illis iudiciis dei occulte iustis: iuste occultis: qbus ab initio peccati rationalis creature nũq̃ iudicare cessauit. seducti aũt iudicabũtᷓ nouissimo: manifestoq; iudicio: per Iesum Christum iustissime iudicaturũ: iniustissime iudicatum.

Quid idem Apostolus in prima ad eosdem Epistola de resurrectiõe mortuorũ docuerit. C.xx.

SEd hic Apostolus tacuit de resurrectiõe mortuorũ. Ad eosdem aũt in epistola prima scribens: nolumus inquit uos fratres ignorare de dormiẽtibus: ut non cõtristemini sicut et ceteri: q spem nõ habent. Nã si credimus qđ Iesus mortuus est: et resurrexit: ita et deus eos q dormierũt ꝑ Iesum adducet cũ eo. Hoc.n. uobis dicimus in uerbo dñi. qa nos uiuentes: q reliq sumus: in aduentu dñi nõ ꝑueniemus eos: q ante dormierũt. qm̃ ipse dñs in iussu et in uoce Archangeli et in tuba dei descẽdet de celo et mortui q in Xp̃o sunt: resurgent ꝑmi. Deĩde nos uiuentes q reliq sumus: simul cũ illis rapiemur in nubibus obuiã Xp̃o in aera: et ita semꝑ cũ dño erimus. Hec uerba Apostolica resurrectionem futurã mortuorum qñ ueniet dñs Xp̃s utiq; ad uiuos et mortuos iudicandos: ꝑclarissime oñdunt. Sed queri solet utrũ illi quos hic uiuentes inuenturus est Xp̃s: quorũ ꝑsonã in se atq; illos q tunc secũ uiuebant transfigurabat Apostolus: nũq̃ omino sint morituri: an ipso tꝑis pũcto quo cũ resurgẽtibus rapientᷓ in nubibus obuiã Xp̃o in aera: ad immortalitatem ꝑ mortẽ mira celeritate trãsibũt. Neq;.n. dicendũ est: fieri non posse: ut dũ ꝑ aera in sublime portantᷓ: in illo spacio et moriantᷓ: et reuiuiscant. Quod.n. ait et ita semꝑ cũ dño erimus: non sic accipiendum est: tanq̃ in aere nos dixerit semꝑ cũ dño esse mansuros: qa nec ipse utiq; ibi mãebit: q̃ ueniens transiturus est. Venienti qppe ibitᷓ obuiã non manẽti: sed ita cũ domino erimus: id ẽ sic erimus hñtes semꝑ corꝑa sempiterna: ubicũq; cũ illo fuerimus. Ad hũc aũt sensũ quo etiã existimamus illos quos hic uiuos inuenturus est dñs: in ipso paruo spatio et passuros mortem et accepturos immortalitatem: ipse Apostolus nos uidetur urgere: ubi dicit: in Xp̃o oms uiuificabuntᷓ: cum alio loco de ipsa loquens corporum resurrectiõe dicat. tu qđ seminas nõ uiuificabitᷓ nisi ꝑus moriatᷓ. Quomõ ergo quos uiuentes hic Xp̃s inueniet ꝑ immortalitatẽ in illo uiuificabuntᷓ: et si non moriãtur cũ uideamus ꝓpter hoc esse dictũ: tu qđ seminas nõ uiuificatur nisi prius moriatur? Aut si recte non dicimus seminari nisi ea corꝑa hõinũ: que moriendo quoquomõ cõuertuntᷓ in terrã: sicut sese habet etiã in illa transgressorem patrẽ generis humani diuinitus ꝓlata sententia: terra es et in terrã ibis: fatendum est istos quos nondum de corꝑibus egressos cũ Xp̃s ueniet inueniet: et istis uerbis Apostoli et illis de Genesi nõ teneri: qm̃ sursum in nubibus rapti nõ utiq; seminantᷓ: quia nec erũt in terram: nec redeũt: siue nullã prorsus experiantur mortẽ: siue paululum in aere moriantur. Sed aliud rursus occurrit qđ idẽ dicit Apostolus: cũ de resurrectiõe corꝑũ ad Corĩthios loqueretur: omnes resurgemus: uel sicut alii codices habẽt: omnes dormiemus. Cũ ergo nec resurrectio fieri possit: nisi mors precesserit: nec dormitionẽ illo loco intelligere

possimus nisi mortẽ: quomõ oẽs uel dormiẽt uel resurgẽt: si tã multi quos in corpe inuenturus ẽ Xp̃s nec dormient: nec resurgent? Si ergo sanctos q reptient Christo ueniente uiuentes: eiq; in obuiã rapientᷣ: crediderimus in eodem raptu de mortalibus corpibus exituros et ad eadẽ mox immortalia redituros nullas in uerbis Apostoli patiemur ãgustias: siue ubi dicit tu qđ seminas nõ uiuificatᷣ: nisi pus moriatᷣ: siue ubi dicit omnes resurgemus: aut oĩs dormiemus: qa nec illi p ĩmortalitatẽ uiuificabuntᷣ: nisi quanlibet paululũ tñ ante moriantᷣ: ac p hoc et a resurrectiõe nõ erunt alieni: quã dormitio precedit q̃uis breuissima: nõ tñ nulla. Cur aũt nobis incredibile uideatᷣ illã multitudinẽ corpum in aere quodãmõ seminari: atq; ibi ptinus ĩmortaliter atq; incorruptibiliter reuiuiscere: cũ credamus qđ idẽ ipse Apostolus alibi apertissime dicit: in ictu oculi futurã resurrectionẽ: et in membra sine fine uictura tanta facilitate tantaq; inextiãbili uelocitate redíturũ antiqssimorũ cadauerum puluerẽ: nec ab illa sentẽtia q̃ hõini dictũ est: terra es et in terrã ibis futuros illos eẽ sanctos arbitremur ĩmunes: si eorũ morientiũ in terra corpa nõ recedent: sed sicut in ipso raptu moriẽtᷣ: ita et resurgent dũ feruntᷣ in aera? In terrã qppe ibis: id est in hoc ibis amissa uita qđ eras añq̃ sumeres uitã: id est hoc eris exanimis qđ eras añq̃ animatus esses. Terre qppe insufflauit deus in faciẽ flatũ uite: cũ factus esset hõ in animã uiuã. Tanq̃ diceretur Terra aĩmata es: qđ nõ eras: terra eris exaĩmis: sicut eras. Quod sunt et añq̃ putrescãt omnia corpa mortuoꝝ: qđ erũt: et illa si morientᷣ ubicũq; moriantᷣ: cũ uita carebũt quã cõtinuo sunt receptura. Sic ergo ibũt in terrã qñ ex uiuis hõibus terra erunt: queadmodũ: it in cinerẽ qđ fit cinis: it in uetustatẽ qđ fit uetus: it in testã qđ ex luto fit testa. et alia arescentia sic loqmur. Quomodo aũt sit futurũ: qđ nunc pro nostre ratiuncule uiribus utcũq; coiicimus: tũc potius erit ut nosse possimus. Resurrectionẽ qppe mortuorum futurã esse in carne: qñ Christus uenturus est uiuos iudicaturus et mortuos: oportet si Christiani eẽ uolumus ut credamus: sed non ideo de hac re ianis est fides nostra: si queadmodũ futura sic pfecte cõprehẽdere non ualemus. Uerũ iã sicut pmisimus de hoc iudicõ dei nouissĩo etiã pphetici ueteres libri qđ pnũtiauerĩt: quantum satis esse uidebitur debemus ostendere. Que sicut arbitror non tanta mora necesse erit tractari et exponi si istis que premisimus lector curauerit adiuuari.

Quid Esaias pphẽta de mortuorũ resurrectiõe: et retributione Iudicii sit loquutus. C.xxi.

PRopheta Esaias resurgent inqt mortui: et resurgent q in sepulchris erantᷣ: et letabuntᷣ omnes qui sunt in terra. Ros enim qui abs te est: sanitas illis est: terra uero impioꝝ cadet. Totũ istud supius ptinet ad resurrectionẽ beatoꝝ. Quod autem ait terra uero impiorũ cadet: bene intelligitᷣ dictũ: corpa uero impioꝝ ruina damnatiõis excipiet. Iam uero si de bonorũ resurrectiõe quod dictum est diligentius et distinctius intueri uelimus: ad primã referendũ est: quod dictũ ẽ: resurgent mortui: ad secundam uero quod sequitur et resurgent qui in sepulchris erant. Iam et si illos sanctos inqramus: quos hic uiuos inuenturus est dñs: eis cõgrue deputabitᷣ: quod adiunxit: et letabuntᷣ omnes q sunt in terra. Ros enĩ q abs te est: sanitas illis ẽ. Sãitatẽ loco isto ĩmortalitatẽ rectissime accipimus. Ea nanq; est plenissima sanitas: que non reficitur alimentis tanq̃ quotidianis medicamentis. Item de die iudicii spem dans pus bonis: deinde terrens malos: idẽ Propheta sic loqtᷣ. Hec dicit dñs. Ecce ego declinabo in eos ut flumen pacis: et ut torrens inundans gloriam gentiũ. Filii eoꝝ sup humeros

portabunť: et sup genua consolabuntur. Queadmodū si quē mater cōsoleť: ita ego
uos consolabor: et in Hierusalē cōsolabimini. Et uidebitis et gaudebit cor uestrum:
et ossa uestra ut herba exorienť. Et cognosceť manus dñi colētibus eū: et cōminabiť
contumacibus. Ecce. n. ut ignis dñs ueniet: et ut tēpestas currus eius: reddere in indig/
natiōe uindictā: et uastationē in flamma ignis. In igne. n. dñi iudicabiť oĩs terra:
et in gladio eius omnis caro: multiq; uulnerati erunt a dño. In bonoꝝ promissiōe se
declinare dicit ut flumen pacis: qđ ꝑfecto abūdantiā pacis illius debemus accipere: q̄
maior esse non possit. Hac utiq; in fine rigabimur: de q̄ in ꝓcedenti libro abundāter
locuti sumus. Hoc flumē se in eos declinare dicit: quibus tantā beatitudinē polliceť:
ut intelligamus in illius felicitatis regione que in celis est: hoc flumine omnia satiari.
Sed qa eternis corpibus pax incorruptiōis atq; īmortalitatis uī īfluet: ideo declinare
se dixit hoc flumen: ut de supius quodāmō etiā inferiora pfundat: et hōines equales
Angelis reddat. Hierusalē quoq; non illā: que seruit cū filiis suis: sed liberam matrem
nostrā scđm Apostolū eternā intelligamus in celis. ubi post labores erūnaꝝ curaꝝq;
mortaliū consolabimur: tanq̄ puuli eius humeris genibusq; portati. Rudes enim nos
et nouos: blādissimis adiutoriis insolita nobis beatitudo illa suscipiet: ubi uidebimus &
gaudebit cor nostrū. Nec expressit qd uidebimus. Sed qd nisi deū: ut in nobis im/
pleatur promissum euangelicū: beati mūdo corde qm̄ ipsi deū uidebunt: et oĩa illa
que nunc nō uidemus: credentes aūt ea pro modulo capacitatis humane lōge minus
q̄ sunt atq; incorporabiliter cogitamus? Et uidebitis inquit et gaudebit cor uestrū.
Hic creditis: ibi uidebitis. Sed qm̄ dixit: et gaudebit cor uestrum: ne putaremus illa
bona Hierusalē ad nostrū spiritū tm̄mō ptinere: et ossa inqt uestra ut herba exo/
rientur: ubi resurrectionē corpum strinxit: uelut qđ non dixerat reddens. Neq;. n.
cū uiderimus: fieť: sed cū fuerint facta: uidebimus. Nā et de celo nouo ac terra noua
iam supra dixerat: dū ea que sanctis ꝓmittunť in fine: sepe ac multiformiter dicent.
Erit inqt celū nouū et terra noua: et nō erūt mēores priorum: nec ascendent in cor
ipsoꝝ: sed leticiā et exultationē īuenient in ea. Ecce ego faciā Hierusalē exultationē
et populū meū leticiā: et exultabo in Hierusalē et letabor ī populo meo: et ultra nō
audieť in illa uox fletus: et cetera que qdē ad illos carnales mille ānos referre conāť.
Locutiones aūt tropice propis Prophetico more miscenť: ut ad spiritalē intellectum
intentio sobria cum quodā utili ac salubri labore pueniat. Pigricia uero carnalis uel
inerudite uel inexercitate tarditas mentis: cōtenta littere supficie: nihil putat īterius
reqrendū. Hec de Propheticis uerbis que ante istū locū scripta sunt: satis dixerim. In
hoc aūt loco unde ad illa digressi sumus: cū dixisset & ossa uestra: ut herba exorienť:
ut resurrectionē quidē carnis sed tm̄ bonoꝝ se nunc cōmēorare mōstraret adiūxit:
et cognosceť manus dñi colētibus eū. Quid est hoc nisi manus dñi distīguētis cultores
suos a contēptoribus suis: de qbus sequētia cōtexēs: et cōminabiť inqt cōtumacibus?
Siue ut ait alius interps īcredulis. Nec tūc cōminabiť: sed que nūc dicunť minaciter:
tunc efficaciter implebunť. Ecce enim inqt dñs ut ignis ueniet: et ut tēpestas currus
eius: reddere in indignatiōe uindictā: et uastationē in flamma ignis. In igne enī dñi
iudicabiť omnis terra: et in gladio eius omnis caro: multiq; uulnerati erūt a domino:
siue igne: siue tēpestate: siue gladio: penā iudicii significat: qñqdem ipsum dñm dicit
esse uenturum: profecto eidē quibus penalis erit eius aduentus. Currus uero eius: qui
pluraliter dicti sunt: angelica ministeria non incōuenienter accipimus. Quod autem
ait omnem terram et omnem carnē in eius igne et in gladio iudicari: non etiam hic
spiritales intelligamus et sanctos: sed terrenos atq; carnales: de quibus dictum est: qui

terrena sapiunt: et sape scd'm carnē: mors est: et q̃les omnino caro appellantur a dño:
ubi dicit: nō ꝑmanebit spiritus meus in hōibus istis: qm̃ caro sunt. Quod uero hic po/
sitū est: multi uulnerati erunt a dño: isto uulnere fiet mors secūda. Potest quidam &
ignis et gladius et uulnus in bono accipi. Nam et ignem dñs uelle se dixit mittere in
mundū: et uise sunt illis lingue diuerse uelut ignis: q̃ndo uenit spiritus sanctus: et nō
ueni inq̄t dñs idē pacem mittere in terrā: sed gladiū: et sermonem dei dicit scriptura
gladiū bis acutū: ꝓpter aciem geminā testamentorū duum: et in cantico canticorum
caritate se dicit sancta ecclesia uulneratā: uelut amoris impetu sagittatā. Sed hic cū
legimus uel audimus ultorem dñm esse uenturū: queādmodum hec intelligenda sint
clarū est. Deinde breuiter eis cōmēoratis: qui ꝑ hoc iudicium cōsumunt̄: sub figura
ciborū in lege ueteri uetitoꝝ a q̄bus se nō abstinuerūt: peccatores impiosq; significās:
recapitulat gratiam ab initio noui testamenti: ex primo saluatoris aduentu usq; ad
ultimū iudiciū de quo nunc agimus: ꝑducens finiensq; sermonē. Narrat nanq; dicere
dñm se uiuere: ut congreget omnes gentes: easq; uenturas et uisuras eius gloriā. Om̄s
enim sicut dicit Apostolus peccauerunt: et egent gloria dei. Et relicturū se dicit sup
eos signa: que utiq; mirantes credant in eū: et emissurum ex illis saluatos in gētes di/
uersas: et in longinq̄s insulas: que nō audierūt nomen eius: neq; uiderūt eius gloriam:
et annunciaturos gloriā eius in gentibus: et addituros fratres istorū q̄bus loquebat̄:
id est ĩ fide sub deo patre fratres Israelitarū electorū: adducturos autem ex om̄ibus
gentibus munus deo in iumentis et uehiculis. Que iumenta et uehicula bñ intelligūt̄
adiutoria diuina: per cuiusq; generis mysteria uel angelica uel humana: in sanctam
ciuitatem Hierusalem que nunc in sanctis fidelibus est diffusa per terras. Vbi enim
diuinitus adiuuant̄: ibi credunt. et ubi credunt: ibi ueniunt. Compauit autē illos dñs
tanq̄ per similitudinē filiis israel: offerentibus ei suas hostias cū psalmis in domo eius:
qd' ubiq; iam facit Ecclesia: et promisit ab eis se accepturū sibi sacerdotes et leuitas:
qd' nihilominus fieri nunc uidemus. Non enim ex genere carnis et sanguinis sicut
erat primū secundum ordinem Aaron: sed sicut oportebat in testamento nouo ubi
secundum ordinem Melchisedech summus Sacerdos est Christus: pro cuiusq; merito
quod in eo gratia diuina contulerit: sacerdotes et leuitas elegi: sicut nunc uidemus. qui
non isto nomine quod sepe assecunt̄ indigni: sed ea que nō ē bonis malisq; cōmunis
sanctitate pensandi sunt. Hec cū de ista que nūc imparti ̄ Ecclesie ꝑspicua nobisq;
notissima dei miseratione dixisset: promisit et fines ad quos per ultimū iudiciū facta
bonorū malorūq; discretione uenietur: dicens per Prophetam uel de domino dicens
ipse Propheta. Quomō enim celum nouum et terra noua coram me manebit dicit
dominus: sic stabit semen uestrum et nomen uestrum: et erit mensis ex mense: et sab/
batum ex sabbato: et ueniet omnis caro in conspectu meo adorare me in Hierusalē
dicit dominus. Et egredientur et uidebunt membra hominum qui preuaricati sunt
in me. Vermis eorum non morietur: et ignis eorum non extinguetur: et erunt uisui
omni carni. Ad hoc iste Propheta terminauit librum: ad quod terminabit̄ seculum.
Quidam sane non interpretati sunt membra hominum: sed cadauera uirorum: per
cadauera significantes euidentem corporum penam. q̃uis cadauer nisi caro exaīmis
non soleat nuncupari. illa uero animata erunt corpora. Alioquin nulla poterunt
sentire tormenta. Nisi forte quia mortuorum corpora erūt: id est eoꝝ qui in secūdā
mortem cadent. ideo etiam non absurde cadauera dici possunt. Vnde est et illud:
quod ab eodem Propheta iam dictum supra posui: terra uero impiorum cadet. Quis
autem non uideat a cadendo esse appellata cadauera? Virorum aūt pro eo posuisse

illos interpretes quod hominum est: manifestum est. Neq; enim quisq̃ dicturus est preuaricatrices feminas in illo supplicio non futuras: sed ex potiore p̃sertim de quo femina facta est: uterq; sexus accipitur. Verum quod ad rem maxime pertinet: cum et in bonis dicitur ueniet omnis caro: quia ex omni genere hominũ populus ille cõ/stabit. Non enim omnes homines erunt ibi q̃ndo in penis plures erunt: sed ut dicere ceperam cũ et in bonis caro et in malis membra uel cadauera nominantur: profecto post resurrectionem carnis cuius fides his rerum uocabulis omnino finiatur: illud q̃d boni et mali suis finibus dirimuntur: futurum esse iudicium declaratur.

Qualis futura sit egressio scõrũ ad uidendas penas maloꝝ. C.xxii

Sed quõ egredient̃ boni ad uidẽdas penas malorũ? Nunqd corp̃is motu beatas illas relicturi sedes: et ad loca penalia perrecturi: ut tormẽta maloꝝ cõspiciãt presentia corporali? Absit. Sed egredientur per scientiã. hoc enim uerbo significatũ est eos: qui cruciabuntur extra futuros. Propter quod et dominus ea loca tenebras exteriores uocat: quibus contrarius est ille ingressus de quo dicitur seruo bono: intra in gaudium domini tui. Nec mali illic putant̃ ingredi: ut sciantur: sed ad illos potius uelut egredi per scientiam qua eos cognituri sunt boni: qa id q̃d extra ẽ: cognituri sunt. Qui enim erunt in penis quid agatur intus in gaudio domini: nescient. qui uero erunt in illo gaudio: quid agatur foris in illis tenebris exterioribus scient. Ideo dictũ est egredientur: quia eos etiam qui foris ab eis erunt non utiq; latebunt. Si enĩ hec prophete nondum facta nosse potuerunt: per hoc ꝙ erat deus q̃ntulũcunq; in eorũ mortaliũ mentibus: quomodo immortales sancti iam tunc facta nescient: cum deus erit omnia in omnibus? Stabit ergo in illa beatitudine sanctorum semen et nomen. Semen scilicet de quo Iohannes ait. Et semen eius in ipso manet. Nomen uero de quo nunc per hunc Esaiam dictum est: nomen eternum dabit eis. Et erit eis mensis ex mense: et sabbatum ex sabbato: tanq̃ luna ex luna: et requies ex requie: quorum utrũq; ipsi erũt: cũ ex his umbris ueteribus et temp̃alibus in illa lumina uoua ac sem/piterna transibunt. In penis autem malorum et inextinguibilis ignis et uiuacissimus uermis: ab aliis atq; aliis: aliter atq; aliter est expositus. Alii quippe utrũq; ad corpus: alii utrunq; ad animam retulerunt: alii proprie ad corpus ignem: uermẽ uero tropice ad animam: quod credibilius esse uidetur. Sed nunc de hac differentia non est huius temporis disputare. De iudicio nanq; ultimo quo fiet direptio bonorum et malorũ: hoc uolumen ĩplere suscepimus: de ipsis uero p̃miis et penis alias diligẽtius differẽdũ ẽ.

Quid prophetauerit Daniel de p̃sequutiõe Antixp̃i: et de iudicio dei regnoq; sanctorũ. C.xxiii.

Daniel de hoc ultimo iudicio sic prophetat: ut Antixp̃m prius quoq; uenturũ esse prenuntiet: atq; ad eternum regnum sanctorũ suam narrationẽ p̃ducat. Cũ enim uisione prophetica quattuor bestias significantes quattuor regna uidisset: ipsumq; quartum a quodam rege superatum qui Antichristus agnoscitur: et post hec eternum regnum filii hominis qui intelligitur Christus: horruit inquit spiritus meus ego Daniel in hebetudine mea et uisus capitis mei conturbabant me. Et accessi inq̃t ad unum de astantibus: et ueritatem querebam ab eo: de his omnibus. Et dixit mihi ueritatem. Deinde quid ab illo audierit atq; de omnibus iis que quesiuit: tanq̃ eo sibi

exponente sic loquitur. He bestie quattuor: magna q̃ttuor sunt regna que surgent
in terra: que auferent et accipient regnum sancti altissimi: et obtinebunt illud usq;
in seculum et usq; in seculum seculorum. Et querebã inquit diligenter de bestia q̃rta:
que differens erat pre omni bestia: terribilis amplius: dentes eius ferrei: et ungues eius
erei: manducans et comminuens: et reliqua pedibus suis cõculcans: et de cornibus eius
decem que erant in capite eius: et de altero quod ascendit: et excussit de ꝑoribus tria
cornua: in quo erant oculi et os loquens magna: et uisus eius maior ceteris. Videbam:
et cornu illud faciebat bellum cum sanctis. et ꝑualebat ad ipsos donec uetustus dierꝝ
uenit: et regnum dedit sanctis altissimi. Et tempus peruenit et regnum obtinuerunt
sancti. Hoc Daniel quesisse se dixit. deinde qd audierit cõtinuo subiungens: et dixit
inquit id est ille a quo quesierat: respondit et dixit. Bestia quarta quartum regnum
erit in terra: quod preualebit omnibus regnis: et manducabit. omnem terram et cõ-
culcabit eam et concidet. Et decem cornua eius decẽ reges surgẽt. Et post eos surget
alius: qui superabit suis malis omnes qui ante eum fuerunt: et tres reges humiliabit: et
uerba aduersus altissimum loquetur: et sanctos altissimi cõteret: et suspicabit̃ mutare
tempora et legem: et dabitur in manu eius usq; ad tẽpus et tempora: et dimidiũ tp̃is:
et iudicium sedebit: et principatum remouebit ad exterminandum et perdendum
usq; in finem: et regnum et potestas et magnitudo regum qui sub omni celo sunt est
data sanctis altissimi. Et regnum eius regnum sempiternum: et om̃es principatus ipsi
seruient et obedient. Huc usq; inquit finis sermonis. Ego Daniel: multũ cogitatiões
mee conturbabant me et forma mea immutata est super me: et uerbũ in corde meo
conseruaui. Quattuor illa regna exposuerũt quidã: Assyriorũ: Persarꝝ: Macedonũ
et Romanorum. Quã uero conueniẽter id fecerint: qui nosse desiderant presbyteri
legant Hieronymi librum in Danielem: satis erudite diligenterq; cõscriptũ. Antixp̃i
tamen aduersus Ecclesiam seuissimum regnum: sed exiguo tẽporis spatio substinẽdũ:
donec ultimo dei iudicio regnũ accipiant sancti sempiternum: qui uel dormitans hec
legit: dubitare non sinitur. Tempus quippe et tempora et dimidium temporis: unum
annum esse et duos et dimidium: ac per hoc tres annos et semissem: etiã numero dierꝝ
posterius posito dilucescit: aliq̃n in scripturis ac mẽsium numero declaratur. Vident̃
enim tempora indefinite hic dicta lingua Latina: sed per dualem numerum dicta
sunt: quem Latini non habent. Sicut aũt Greci: ita hunc dicunt̃ habere et Hebrei.
Sic ergo dicta sunt tempora: tanq̃ dicerent̃ duo tempora. Vereri me sane fateor: ne
in decem regibus quos tanq̃ decem homines uidetur inuenturus Antichristus forte
fallamur: atq; ita ille inopinatus adueniat: non existẽtibus tot regibus in orbe Ro-
mano. Quid enim si numero isto denario uniuersitas regum significata ẽ: post quos
ille uenturus est: sicut millenario cẽtenario: septenario: significat̃ plerũq; uniuersitas:
et aliis atq; aliis numeris quos nũc cõmemorare nõ est necesse? Alio loco idẽ Daniel.
Et erit inquit tempus tribulationis: qualis non fuit ex quo gens nata est sup terram
usq; ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus: omnis qui inuentus
fuerit scriptus in libro uite. Et multi dormientium in terre aggere exurgent: hi in
uitam eternam et hi in opprobrium et in confusionem eternam. Et intelligentes
fulgebunt sicut claritas firmamenti: et multi ex iustis sicut stelle in secula. Et adhuc
illi sententie euangelice est locus ille simillimus: de resurrectione dumtaxat corporꝝ
mortuorꝝ. Nã qa illic dicti sunt eẽ in monumẽtis. ipsi hic dormiẽtes in terre aggere:
uel sicut alii interpretati sunt in puluere terre. Et sicut ibi procedent dictum ẽ: ità
hic exurgent. Sicut ibi qui bona fecerunt in resurrectionem uite: qui autem mala

egerũt in resurrectionẽ iudicii: ita et isto loco hi in uitã eternã: et hi in opprobriũ et in confusionem eternam. Non autem diuersum putetur: ꝙ cum ibi positũ sit omſ qui sunt in monumentis: hic non ait propheta omnes sed multi dormiẽtium in terre aggere. Ponit enim aliqñ scriptura pro omnibus multos. Propterea et Abrae dictũ est. Patrem multarum gentium posui te: cui tamen et alio loco: in semine tuo inquit benedicentur omnes gentes. De tali autem resurrectione huic quoq; Danieli ꝑphete paulopost dicitur. Et tu ueni et requiesce. Adhuc enim dies in completionẽ cõsummationis. Et requiesces: et resurges in sorte tua in fine dierum.

In psalmis dauiticis que de fine seculi huius et que de nouissimo dei iudicio ꝑphetantᷣ. C.xxiiii.

MVlta de nouissimo iudicio dicuntur in Psalmis. sed eorum plura transeũter & strictim. Hoc tamen quod de fine huius seculi est apertissime dictũ ibi nequaq̃ silentio preteribo. In principio terram tu fundasti domine: et opera manuũ tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis: et omnes sicut uestimentũ ueterascent. et sicut oportorium mutabis eos et mutabuntur: tu autẽ idem ipse es: et anni tui non deficient. Quid est hoc: ꝙ Porphyrius cum pietatem Hebreoꝝ laudaret: q̃ magnus et uerus et ipsis numinibus terribilis ab eis colitᷣ deus: Christiãos ob hoc arguit maxime stulticie: etiam ex oraculis deorum suorum: ꝙ istum mundũ dicunt esse ꝑiturũ? Ecce in litteris pietatis hebreoꝝ dicitur deo quem confitente tanto philosopho etiã ipsa numina perhorrescunt: opera manuum tuarum sunt celi: ipsi peribũt. Nunqd quando celi peribunt: mundus cuius idem celi superior pars est et tutior nõ peribit? Si hec sententia Ioui displicet: cuius ut philosophus hic scribit uelut grauioris auctoritatis oraculo in Christianorum credulitate culpatur: cur non similiter sapientiam tanq̃ stulticiam culpat Hebreorum: in quorum libris piissimis inuenitur? Porro si in illa sapientia Iudeorum que Porphyrio tam multum placet: ut eam deorum quoq; suorum uocibus predicet: legitur celos eẽ ꝑituros: cur usq; adeo uana est ista fallacia: ut in Christianorũ fide uel inter cetera uel pre ceteris detestentᷣ hoc: ꝙ in ea mũdus creditur periturus: quo utiq; nisi pereunte celi perire non possunt? Et in litteris qdẽ sacris: que proprie nostre sunt: non hebreis nobisq; communes id est in Euangelicis et Apostolicis libris legitur: preterit figura huius mũdi. legitur mundus transit: legitᷣ celum et terra transibunt. Sed puto ꝙ preterit: transit: transibunt: aliquanto mitius dicta sunt: q̃ peribunt. In epistola quoq; Petri Apostoli ubi aqua mundatus q tunc erat perisse dictus est mundus: satis clarum est: et que mũdi pars a toto significata ẽ: et quatinus perisse sit dicta: et qui celi repositi igni reseruãdi in diẽ iudicii et ꝑditiõis hominum impiorum. Et in eo quod paulopost ait ueniet dies domini ut fur: in quo celi magno impetu transcurrent. elementa autem ardentia resoluentur: et terra: et que in ipsa sunt opera exurentur. Ac deinde subiecit his omnibus pereuntibus quales nos eẽ oportet. Possunt illi celi intelligi ꝑituri: quos dixit repositos igni reseruãdos: et ea arsura accipi elemẽta: que in hac una ꝑte mũdi subsistũt procellosa et turbulẽta: ĩ q̃ eosdẽ celos dixit eẽ repositos: saluis illis supioribus et ĩ sua ĩtegritate manẽtibus: in quoꝝ firmamẽto sunt sidera cõstituta. Nã et illud qđ scriptũ est: stellas de celo eẽ casuras: ꝑpter qđ põt multo probabilius et aliter ĩtelligi: magis ostẽdit illos celos eẽ mansuros: si tñ stelle inde sunt casure. uel cũ tropica sit locutio qđ est credibilius: uel in isto uno celo futurũ sit utiq; mirabilius q̃ nunc fit. Vnde et illa uirgiliana.

Stella facem ducens multa cum luce cucurrit:
et ideo se condidit silua. Hoc autem quod de Psalmo commemoraui nullum celorũ
uidetur relinquere: quod periturum esse non dixerit. Vbi enim dicitur opa manuũ
tuarum sunt celi: ipsi peribunt: q̃ nullum eorum ab opere dei: tam nullum eorum a
perditione secernitur. Non enim dignabuntur de Apostoli Petri locutione quẽ ue/
hementer oderunt: Hebreorum defendere pietatẽ deorũ suoꝝ oraculis approbatã:
ut saltem ne totus mundus periturus esse credatur: sic a toto pars accipiatur in eo qđ
dictum est ipsi peribunt: cum soli celi infimi perituri sunt: queadmodũ in Apostolica
epistola illa a toto pars accipitur: ꝙ diluuio perisse dictus est mundus: q̃uis sola eius
cum suis celis pars una perierit. Sed quia hoc quod ut dixi non dignabuntur ne uel
Apostoli Petri approbent sensum: uel tantum concedant conflagratiõe nouissime:
quãtum dicimus ualuisse diluuiũ: qui nullis aquis nullis flammis totũ genus humanũ
perire contendunt. Restat: ut dicant: ꝙ propterea dii eorum hebream sapientiam
laudauerunt: quia istum psalmum non legerant. In psalmo etiam q̃dragesimonono
de iudicio dei nouissimo ĩtelligitur dictum. Deus manifeste ueniet: deus noster et nõ
silebit. ignis in conspectu eius ardebit: et in circuitu eius tempestas ualida. Aduocabit
celum desursum: et terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius: q
disponunt testamentum eius super sacrificia. Hoc nos de domino nostro Iesu Xp̃o
intelligimus: quem de celo speramus esse uenturum ad uiuos et mortuos iudicandos.
Manifestus enim ueniet inter iustos et iniustos iudicaturus iuste: qui prius uenit oc/
cultus ab iniustis iudicandus iniuste. Ipse inquam manifestus ueniet: & nõ silebit: id ẽ
in uoce iudicis euidens apparebit qui prius cum uenisset occultus ante iudicem siluit:
quando sicut ouis ad immolandum ductus est: et sicut agnus coram tondente se fuit
sine uoce. Quemadmodum de illo per Esaiam legimus prophetatum: et in Euãgelio
uidemus impletum. De igne uero et tempestate cum in Esaia propheta tale aliquid
tractaremus quomodo essent hec intelligenda: iam diximus. Quod uero dictum est
aduocabit celum sursum: quoniam iusti et sancti recte celum appellantur. nimirum
hoc est quod ait Apostolus: simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in
aera. Nam secundum littere superficiem quomodo sursum aduocatur celũ: q̃si possit
esse nisi sursum? Quod autem adiunctum est: et terram discernere populum suum: si
tantummodo subaudiatur aduocabit: id est aduocabit terram: nec subaudiatᷣ sursum
hunc uidetur habere sensum sanctum: rectum: fidelem: ut celum intelligatur in eis:
qui cum illo sunt iudicaturi: terram in eis qui iudicandi sunt. ut aduocabit celũ sursũ
non hic intelligamus rapiet in aerea: sed in iudiciarias sedes eriget. Potest et illud in/
telligi aduocabit celum sursum: aduocabit angelos in supernis et excelsis locis cũ q̃bus
descendat ad iudicium faciendum. aduocabit et terram id est homines in terra utiq;
iudicandos. Si autem utrunq; subaudiendum est cum dicitur: et terram: id est aduo/
cabit et sursum ut iste sit sensus. Aduocabit celum sursum: et terram aduocabit sursũ:
nihil melius existimo intelligi q̃ homines qui rapientur obuiam Christo in aera: sed
celum dictum propter animas: terram propter corpora. Discernere porro populum
suum: quod est nisi per iudicium separare bonos a malis tanq̃ oues ab hedis? Deinde
conuersio sermonis ad angelos facta est: congregate illi iustos eius. Profecto enim ꝑ
angelicũ ministeriũ tanta res peragenda est. Si autem querimus quos iustos ei con/
gregaturi sunt angeli: qui disponũt inquit eius testamentum super sacrificia. hec est
omnis uita iustorum: disponere dei testamẽtum super sacrificia. Aut enim opera mi/
sericordie sunt super sacrificia id est sacrificiis preponenda iuxta sententiã dei dicẽtis.

misericordiã uolo plus q̃ sacrificium: aut si super sacrificia in sacrificiis ĩtelligit̃ dictũ: quomodo super terram fieri dicitur: quod utiq; fit in terra. Profecto ipsa opera misericordie sunt sacrificia quibus deo placetur: sicut in libro decimo huius operis me disseruisse iam reminiscor. in quibus operibus disponunt iusti testamentum dei. Quia propter promissiones que nouo eius testamento continentur: hec faciunt. Vnde cõgregatis sibi iustis suis: et ad suã dexterã cõstitutis: nouissimo utiq; iudicio dicturus est Christus. Venite benedicti patris mei: possidete paratũ uobis regnũ a cõstitutiõe mundi. Esuriui enĩ et dedistis mihi mãducare. et cetera: que ibi proferunt̃ de bonorũ operibus bonis: et eorum premiis sempiternis: per sententiam ultimam iudicantis.

¶ De prophetia Malachie: qua dei iudiciũ ultimũ declarat̃: et quoꝝ dicit̃ p purificatorias penas faciẽda mũdatio. ¶ Cxxv.

PRopheta Malachiel. siue Malachias qui et angelus dictus est: qui etiã Esdras sacerdos cuius alia in canone sunt scripta recepta ab aliquibus creditur. Nam de illo hanc hebreoꝝ opinionẽ esse dicit Hieronymus: iudiciũ nouissimũ ꝓphetauit dicens. Ecce uenit dicit dominus omnipotens: et quis sustinebit diem introitus eius? Aut quis ferre poterit ut aspiciat eum? Quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorii: et quasi herba lauantium. Et sedebit conflans et emũdans sicut aurũ et sicut argẽtũ: et emundabit filios Leui. Et fundet eos sicut aurum et argentum: et erunt domino hostias offerentes in iusticia. Et placebit deo sacrificium Iuda et Hierusalem sicut diebus pristinis: et sicut ãnis prioribus. Et accedã ad uos in iudicio: et ero testis uelox super maleficos et super adulteros: et super eos qui iurant in nomine meo mẽdaciter: qui fraudent mercedem mercenario: et opprimunt per potentiam uiduas: et pcutiũt pupillos: et peruertunt aduene iudicium: et qui me non timent: dicit dñs omnipotens. Quoniam ego dominus sum deus uester et non mutor. Ex iis que dicta sunt: uidet̃ euidentius apparere: in illo iudicio quasdam quorundam purgatorias penas futuras. Vbi enim dicitur: quis sustinebit diem introitus eius: aut quis ferre poterit: ut aspitiat eum: quia ipse ingredietur quasi ignis conflatorii: et quasi herba lauantiũ: & sedebit conflans et emundans sicut aurũ: et sicut argentũ: et emundabit filios Leui: et fũdet eos sicut aurum et argentum: quid aliud intelligendum est? Dicit tale aliqd et Esaias. Lauabit dominus sordes filiorum et filiaꝝ syon: et sanguinem emundabit de medio eorum spiritu iudicii: et spiritu combustionis. Nisi forte sic eos dicẽdum est emũdari a sordibus: et eliquari quodammodo: cum ab eis mali per penale iudicium separant̃. ut illorum segregatio atq; damnatio purgatio sit istorum. quia sine taliũ decetero commixtione uicturi sunt. Sed cũ dicit: et emundabit filios Leui: et fundet eos sicut aurum et argentũ: et erunt domino offerentes hostias in iusticia: et placebit domino sacrificium Iuda: et Hierusalem: utiq; ostendit eos ipsos qui emundabuntur: deinde in sacrificiis iusticie esse domino placituros: ac per hoc ipsi a sua iniusticia mũdabunt̃ in qua domino hostie displicebant: porro in plena perfectaq; iusticia cum mundati fuerint ipsi erunt. Quid enim acceptius deo tales offerũt: q̃ seipsos? Veꝝ ista questio de purgatoriis penis: ut diligentius pertractetur in tempus aliud differenda ẽ. Filios autem Leui: et Iudam et Hierusalem: ipsam dei Ecclesiam debemus accipere: et nõ ex Hebreis tantum: sed ex aliis etiam gentibus congregatam: nec talem qualis nunc est: ubi si dixerimus: quia peccatũ non habemus: nos ipsos seducimus: et ueritas ĩ nobis non est. sed qualis tunc erit uelut aera per uentilationem: ita per iudicium purgata

nouissimum: eis quoq; igne mundatis qbus talis mundatio necessaria est: ita ut nullus
omnino sit qui sacrificium offerat pro peccatis suis. Omēs enim q sic offerũt: ꝑfecto
in peccatis sunt: pro quibus dimittendis offerunt: ut cum obtulerint: acceptumq; deo
fuerit: tunc dimittantur.

¶ De Sacrificiis que sancti offerent deo sic placitura: quo mō in
diebus ꝓstinis: et annis prioribus placuerunt. ¶ C.xxvi.

Volens autem deus ostendere ciuitatē suā: tunc in ista consuetudine nō futurā:
dixit filios Leui oblaturos hostias in iusticia. Non ergo in peccato: ac per hoc
non ꝓ peccato. Vnde intelligi potest in eo qđ secutus adiũxit: atq; ait: Et placebit
dño sacrificiũ Iuda et Hierusalē sicut diebus pristinis: et sicut annis ꝓoribus: frustra
Iudeos sibi secundũ legem ueteris testamenti sacrificiorum suorum preterita tēpora
polliceri. Non enim tunc in iusticia sed in peccatis hostias offerebant: qñ ꝓ peccatis
precipue ac primitus offerebant: usq; adeo ut Sacerdos ipse quem debemus utiq; cre/
dere ceteris fuisse iustiorem: secundum dei mandatum solet pro suis offerre peccatis
primũ: deinde pro populi. Quapropter exponere nos oportet quomō sit accipiēdũ:
quod dictum est: sicut diebus pristinis et sicut annis prioribus. Fortassis enī tempus
illud cōmemorat: quo ꝑmi homines in paradiso fuerũt. Tunc enim puri atq; ītegri
ab omni sorde ac labe peccati: seipsos deo mundissimas hostias offerebant. Ceterũ ex
quo cōmisse ꝑuaricatiōis causa inde dimissi sunt: atq; in eis humana natura damnata
est: excepto uno mediatore et post lauacrum regenerationis quibusq; adhuc puulis:
nemo mundus a sorde sicut scriptum est: nec infans cuius est uita unius diei sup terrā.
Quod si respondetur eos etiam merito dici posse offerre hostias in iusticia: q offerũt
in fide: iustus enī ex fide uiuit: q̄uis seipsum seducat: si dixerit se non habere peccatũ:
et ideo non dicat quia ex fide uiuit: nunquid dicturus est quispiā huius fidei tēpus
illi fini esse coequandum: quando igne iudicii nouissimi mundabuntur qui offerunt
hostias in iusticia? Ac per hoc: quoniam post talem mundationem nullum peccatum
iustos habituros esse credendum est: profecto illud tempus quantum attinet ad non
habere peccatum: nulli tempori comparandũ est: nisi quando primi hoīes in paradiso
ante preuaricationem innocentissima felicitate uixerunt. Recte itaq; intelligitr hoc
signatum esse: cum dictum est: sicut diebus pristinis: et sicut annis prioribus. Nam et
per Esaiam posteaq̄ celum nouum et terra noua promissa est: inter cetera que ibi de
sanctorum beatitudine per allegorias et enygmata exequitur: quibus expositionem
congruam reddere nos prohibuit uitande longitudinis cura: secũdum dies inqt ligni
uite erunt dies populi mei. Quis autem sacras litteras attigit et ignorat ubi deus plā/
tauerit lignum uite: a cuius cibo seperatis illis hominibus quando sua eos de paradiso
eiecit iniquitas: eidem ligno circũposita est ignea terribilisq; custodia? Quod si quis q̄
illos dies ligni uite quos commemorauit Esaias propheta: istos q nunc agunt Ecclesie
Christi dies esse contendit: ipsumq; Christum lignum uite prophetice dictum: qa ipe
est sapientia dei: de qua Salomon ait: lignum uite est omnibus amplectentibus eam:
nec annos egisse aliquos in paradiso illos primos homines unde tam cito electi sunt:
ut nullum ibi gignerent filium: et ideo nō posse illud tempus intelligi: in eo ꝙ dictũ
est: sicut diebus pristinis et sicut annis prioribus: istam pretereo questionem ne cogar
quod prolixum est cuncta discutere: ut aliquid horum manifesta ueritas cōfirmet.
Video quippe alterum sensum: ne dies pristinos et annos priores carnaliũ sacrificioꝝ
nobis pro magno munere per prophetam credamus fuisse promissos. Hostie nanq;

ille ueteris legis que de pecoribus immaculatis ac sine ullo prsus uitio iubebā͠t offerri: significabant homines sanctos qualis solus inuentus est Xp̄s sine ullo om̄ino peccato. Proinde quia post iudicium cum fuerint etiam igne mundati: q eiusmodi mūdatiōe sunt digni: et in omnibus sanctis nullum inuenietur omnino peccatū: atq; ita seipsos offerēt in iusticia: ut tales hostie omnimodo īmaculate ac sine ullo uitio sint future erunt profecto sicut diebus pristinis et sicut annis prioribus: quando in umbra huius rei future mundissime hostie offerebant᷑. Hec erit nāq; mūditia tunc in immortali carne ac mente sanctorū: que figurabat᷑ in illarū corpibus bestiaꝝ. Deinde propter eos: q nō mundatiōe sed dānatiōe sunt digni: et accedā inqt ad uos in iudiciū: et ero testis uelox sup maleficos et sup adulteros: et cetera. qbus dānabilibus enumeratis cri/mibus addidit: qm̄ ego dn̄s deus uester: et nō mutor. Tanq̄ diceret: cū uos mutauerit in deterius culpa uestra: et in melius gratia mea: ego non mutor. Testem uero se dicit futurū: qa in iudicio suo nō indiget testibus. Eūq; uelocē: siue qa repēte uenturus ē: eritq; iudiciū ipso inopinato eius aduentu celerrimū: qd̄ tardissimū putabat᷑: siue qa ipsas cōuincet sine ulla sermōis ꝓlixitate: cōsciētias. In cogitatiōibus enī sicut scriptū est impii interrogatio erit. Et Apostolus: cogitatiōibus inqt accusantibus uel etiam excusantibus: in die q̄ iudicabit deus hōinū occulta scd̄m Euangeliū meū p Iesum Xp̄m. Etiā sic ergo dn̄s futurus ītelligēdus est testis uelox: cū sine mora reuocaturus ē in mēoriā unde cōuincat: puniatq; cōscientiā.

De separatione bonorum: et malorum: per quam nouissimi Iudicii discretio declaratur. C. xxvii.

ILlud etiā qd̄ aliud agēs in octauodecimo libro ex isto ꝓpheta posui: ad iudiciū nouissimū ptinet ubi ait. Erūt mihi dicit dn̄s om̄ipotens in die in q̄ ego faciā in acqsitionē: et eligā eos sicut elegit homo filiū suū q seruit ei. Et cōuertar et uidebitis qd sit inter iustū et iniustū: et inter seruientē deo et eū q nō seruit ei. Quia ecce dies uenit ardens sicut clibanus: et cōburet eos. Et om̄s erūt alienigene et uniuersi q fa/ciūt iniqtatē stipula: et succedet eos dies ueniens: dicit dn̄s omnipotēs: et nō relinquet᷑ eis radix neq; ramus. Et oriet᷑ uobis q timetis nomē meū sol iusticie: et sanitas in pēnis eius. et egrediemī et salietis sicut uituli de uinculis relaxati: et cōculcabitis iniquos: & erūt sub pedibus uestris cinis: dicit dn̄s om̄ipotēs. Hec distantia premioꝝ atq; ponderꝝ uel penarum iustos dirimens ab iniustis: que sub isto sole: in huius uite uanitate non cernit᷑: qn̄ sub illo sole iusticie in illius uite manifestatione clarebit? Tunc profecto erit iudiciū q̄le nunq̄ fuit.

De lege Moysi spiritaliter intelligenda ne in dānabilia murmura carnalis sensus incurrat. C. xxviii.

QVod uero subiungit idem Propheta: mementote legis Moysi serui mei quam mādaui ei in oreb ad omnē israel: ꝑcepta et iudicia: opportune cōmēorat post hoc declaratū tam magnū futurū inter obseruatores legis contemptoresq; discrimen: simul etiā ut discant legem spiritaliter intelligere: et inueniāt in ea Christū: per quem iudicem est facienda inter bonos et malos ipsa discretio. Non. n. frustra idē dominus ait Iudeis: si crederetis Moysi crederetis et mihi. De me enim ille scripsit. Carnaliter quippe accipiēdo legem: et eius promissa terrena rerum celestiū esse figurā nesciētes: in illa murmura corruerunt ut dicere auderēt: uanus est qui deo seruit. Et qd āplius: quia custodiuimus mandata eius et quia supplices ambulauimus ante faciem domini

omnipotentis? Et nũc nos beatos dicimus alienos: et edificant̃ omes q faciũt iniqtatẽ. Quibus eorũ uerbis quodãmodo Propheta cõpulsus est nouissimũ ꝓnũciare iudiciũ: ubi mali nec falso saltem sint beati: sed aptissime appareant miserrimi: et boni nulla tempali saltẽ miseria laborent: sed clara ac sempiterna beatitudine ꝑfruant̃. Dixerat qppe istoꝝ talia quedã uerba: etiã supius dicentiũ omnis q malũ facit: bonus est in conspectu dñi: et tales ei placent. Ad hec inq̃ cõtra dñm murmura ꝑuenerunt: legem Moysi accipiendo carnaliter. Vnde et ille in Psalmo septuagesimosecũdo pene cõ/motos dicit fuisse pedes suos: et effusos gressus suos utiq; in lapsum: quia zelauit in peccatoribus pacẽ peccatorũ intuens: ita ut īter cetera diceret. Quomodo sciuit deus: et si est scientia in altissimo? Diceret etiam: nunqd uane iustificaui cor meum: et laui inter innocentes manus meas. Vt autem solueret hãc difficillimã questionem: que fit cum boni uidentur eẽ miseri: et felices mali: hoc inqt labor est ante me: donec intrem in sanctuariũ dei: et intelligam in nouissima. In nouissimo qppe iudicio nõ sic erit: sed apta iniquoꝝ miseria: et aperta felicitate iustorũ: lõge q̃ nũc ẽ aliud apparebit:

De aduentu Helie ante iudicium cuius ꝑdicatiõe scripturaꝝ secreta reserante Iudei conuertentur ad Christũ. C.xxix.

CVm autem ammonuisset et meminisset legis Moysi: quoniam preuidebat eos multo adhuc tempore non eam spiritaliter sicut oportuerat accepturos: con/tinuo subiecit. Ecce ego uobis mittam Heliã Thesbiten añq̃ ueniat dies dñi magnus et illustris: qui conuertet cor patris ad filium: et cor hominis ad proximum suum: ne forte ueniens percutiã terram penitus. Per hũc Heliã magnũ mirabileq; Prophetã: exposita sibi lege ultimo tpe: ante iudiciũ Iudeos in Xp̃m uerũ id est in Christum nostrũ esse credituros: celeberrimũ est in sermõibus corꝑibusq; fideliũ. Ipse quippe ante aduentũ iudicis Saluatoris non immerito speratur esse uenturus: qui etiã nunc uiuere non immerito creditur. Curru nanq; igneo raptus est de rebus humanis: quod euidentissime sancta scriptura testatur. Cũ uenerit ergo exponẽdo legẽ spiritaliter quam nunc Iudei carnaliter sapiunt: cõuertet cor patris ad filiũ: id est cor patrum ad filios. Singularem qppe pro numero plurali interp̃tes.lxx. posuerũt. Et ẽ sensus: ut filii etiam sic intelligant legem id est Iudei: queadmodũ eam patres intellexerũt id est Prophete: in qbus erat et ipse Moyses. Sic enim cor patrũ cõuertetur ad filios: cum intelligentia patrũ ꝑducet̃ ad intelligentiã filiorũ: et cor filioꝝ ad patres eoꝝ: dum in id qd̃ senserũt illi: consentiant et isti. Vbi et.lxx.dixerũt: et cor hominis ad ꝓximũ suũ. Sũt.n.inter se ualde proximi patres et filii. Quãq̃ in uerbis.lxx.inter/pretũ q ꝓphetice sunt interpretati: põt alius sensus ideq; lectioni cõgruens inueniri: ut intelligat̃ Helias cor dei patris cõuersurus ad filiũ: edocendo ꝙ pater diligat filiũ: ut et Iudei quem prius oderant: eundem diligant: q noster est Christus. Iudeis enim nunc auersum cor habet deus a Christo nostro: quia non putant eũ deum esse: neq; dei filium. Eis ergo tunc cor eius cõuertet̃ ad filiũ: cum ipsi cõuerso corde didicerint dilectionem patris in filiũ. Quod uero seqt̃: et cor hominis ad proximum suũ: id est conuertet Helias cor hominis ad proximum suũ: qd melius intelligit̃ q̃ cor hominis ad hominem Christum? Cum.n.sit in forma dei deus noster: formam serui accipiens: esse etiã dignatus ẽ noster ꝓximus. Hec ergo faciet Helias. ne forte inqtueniã et ꝑ/cutiã terrã peitus. Terra sũt.n.q terrena sapiũt: sicut Iudei carnales usq; nũc: ex quo uitio cõtra deũ murmura illa uenerũt. qa mali ei placẽt: et uanus ẽ q deo seruit.

¶ Quod in libris ueteris testamẽti cũ deus legit̃ iudicaturus: non euidenter Xp̃i ꝑsona mõstret̃: sed ex q̃busdã testimõiis ubi dñs deus loq̃tur: appareat nõ dubie q̃d ipse sit Christus. ¶ C.xxx.

MVlta alia sunt scripturarum diuinarũ testimonia de nouissimo iudicio dei: que si omnia colligam nimis longũ erit: satis ergo sit: ꝙ et nouis et ueteribus litteris sacris hoc prenuntiatũ esse probauimus: ꝑ Xp̃m futurũ esse iudicium: id est iudicem Christum de celo esse uenturũ: non tam ueteribus q̃ nouis euidenter expressum. ꝓpterea quia cũ ibi dicit̃ dñs deus eẽ uẽturus: uel dñm deũ dicit̃ eẽ uẽturũ: nõ cõsequẽter intelligit̃ Christus. dñs enĩ deus: et pater ẽ: et filius et spiritus sanctus. Neq; hoc tamẽ intestatum nos relinquere oportet. Primo itaq; demonstrandũ est quemadmodum Iesus Christus tanq̃ dñs deus loquat̃ in propheticis libris: et tñ Iesus Christus euidẽter appareat: ut & q̃n non sic apparet: et tñ ad illud ultimũ iudiciũ dominus deus dicit̃ esse uẽturus: possit Iesus Xp̃s intelligi. Est locus apud Esaiã Prophetã: q hoc quod dico euidenter ostendit. Deus.n.ꝑ Prophetã: audi me inq̃t Iacob: et israel quem ego uoco. Ego sum ꝑ̇mus: et ego in sempiternũ: manus mea fundauit terram: et dextera mea celum firmauit. Vocabo eos et stabunt simul: et congregabunt̃ om̃es et audient. Quis eis nuntiauit hec? Diligens te feci uoluntatẽ tuam suꝑ babylonẽ: ut auferrem semen Chaldeorum. Et locutus sum: et ego uocaui. adduxi eũ et prosperam feci uiã eius. Accedite ad me et audite hec. Non a ꝑ̇ncipio in abscõdito locutus sum: quando fiebant ibi eram. Et nũc dñs deus misit me: et spiritus eius. Nempe ipse est q loquebat̃ sicut dñs deus: nec tñ itelligeret̃ Iesus Christus: nisi addidisset & nũc dñs deus misit me: et spiritus eius. Hoc.n. dixit scd̃m formã serui de re futura: preteriti tp̃is utẽs uerbo: quẽadmodũ apud eundem Prophetã legit̃: sicut ouis ad immolandũ ductus ẽ. Nõ enim ait ducet̃: sed pro eo quod futurũ erat preteriti tp̃is uerbum posuit: et assiduẽ Prophetia sic loquit̃. Est et alius locus apud Zachariã qui hoc euidenter ostendit: ꝙ omnipotentem misit omnipotens. Quis: quem: nisi deus pater deum filium? Nam et ita scriptum est. Hec dicit omnipotens. Post gloriã misit me super gẽtes que spoliauerunt uos quia: q tetigerit uos: q̃si q tangit pupillam oculi eius. Ecce ego inferam manũ meã suꝑ eos: et erũt spolia his qui seruierant eis: et cognoscetis quia dominus omnipotens misit me. Ecce dicit dñs deus omnipotens a dño omnipotente se missum. Quis hic audeat intelligere nisi Christum loquentem: scilicet ouibus que perierant domus israel? Ait nanq; in Euãgelio: nõ sum missus nisi ad oues que periierũt domus Israel. quas hic compauit pupille oculi dei: propter excellẽtissimũ dilectõis affectũ: ex quo genere ouiũ etiã ipsi Apostoli fuerunt: sed post gloriam utiq; resurrectionis sue. que anteq̃ fieret ait Euangelista Iohannes: nõdum erat spiritus datus: q̃a Iesus nõdũ fuerat glorificatus: etiam suꝑ gentes missus est in Apostolis suis: ac sic impletum est q̃d in Psalmo legitur. Erues me de cõtradictõibus populi: cõstitues me in caput gentiũ. Vt q spoliauerãt Israelitas: q̃busq; Israelite seruierant q̃n sũt gẽtibus subditi: non uicissim eodẽ mõ spoliarent̃: sed ipsi spolia fierẽt Israelitarũ. Hoc.n. Apostolus promiserat dicens: faciam uos piscatores hominum. Et uni eorũ. Iam ex hoc inquit homines eris capiens. Spolia ergo fierẽt: sed in bonum: tanq̃ erepta uasa illi forti: sed fortius alligato. Item ꝑ eundẽ Prophetam dominus loquens: et erit inquit in die illa queram auferre omnes gentes que ueniunt contra Hierusalem: et effundam super domũ Dauid et suꝑ habitatores Hierusalem spiritũ gratie et misericordie: et aspiciẽt ad me: pro eo ꝙ insultauerunt: et plangent super eo planctum q̃si suꝑ carissimum: &

dolebunt dolore quasi sup unigenitū. Nunqd nisi dei est auferre omēs gētes īimicas
sancte ciuitatis Hierusalem: que ueniunt cōtra eam: id est cōtrarie snut ei? Vel sicut
alii sunt interpretati ueniūt sup eā: id est ut eam sibi subiciāt. aut sup domū Dauid
effundere et sup habitatores eiusdē ciuitatis spiritū gratie et misericordie. Hoc utiq
dei est: et ex psona dei dicit p Prophetā: et tñ hūc deū tam magna et tā diuina faci/
entē seipsū Xp̄s adiūgendo oñt atq dicēdo. Et aspiciēt ad me pro eo q̄ īsultauerūt:
et plagent sup eo planctū q̄si sup carissimū siue dilectū: et dolebūt dolore q̄si super
unigenitū. Penitebit qppe Iudeos in die illa etiā eos q accepturi sunt spiritū gratie
et misericordie: q̄ in eius passiōe insultauerūt Xp̄o: cū ad eū aspexerint in sua ma/
iestate uenientē: eūq esse cognouerint: quē p̄us humilē in suis parentibus illuserunt:
q̄uis et ipsi parentes eoꝝ tāte illius impietatis auctores resurgētes uidebunt eum: sed
puniendi iā: non adhuc corrigendi. Nō itaq hoc loco ipi intelligendi sunt: ubi dictū
est et effundā sup domū Dauid et sup habitatores Hierusalē spiritū gratie et mise/
ricordie: et aspicient ad me pro eo q̄ insultauerūt: sed tm̄ de illoꝝ stirpe uenientes: q
p Heliam illo tpe credituri sunt. Sed sicut dicimus Iudeis: uos occidistis Xp̄m q̄uis
pntes eoꝝ hoc fecerūt: sic et isti se dolebūt fecisse quodāmō qđ fecerūt illi ex quorū
stirpe descendūt. Quāuis ergo accepto spū gratie et misericordie iā fideles nō dāna/
abūt cū ipius pntibus suis: dolebūt tñ tāq̄ ipi fecerit: qđ illi fecerūt. Nō igit dolebūt
reatu criminis: sed pietatis affectu. Sane ubi dixerūt. lxx. interpretes et aspicient ad
me pro eo q̄ insultauerunt: sic interpretatū est ex Hebreo: et aspicient ad me quem
cōfixerunt. Quo qdem uerbo euidentius Xp̄s crucifixus apparet. Sed illa īsultatio
quā. lxx. ponere maluerunt: eius uniuerse non defuit passioni. Nam et detento: et
alligato: et adiudicato: et opprobrio ignominiose uestis induto: et spinis coronato: &
calamo in capite pcusso: et irridenter fixis genibus adorato: et crucē suam portanti:
et in ligno iam pendenti utiq insultauerunt. Proinde interpretationē nō sequētes
unam: sed utranq iūgentes: cū et insultauerūt et cōfixerūt legimus: plenius ueritatē
dominice passionis agnoscimus. Cum ergo in pphēticis litteris ad nouissimū iudicium
faciendū deus legitur esse uenturus: et si eius alia distinctio nō ponat: tm̄mō ppter
ipsum iudicium Xp̄s debet intelligi. quia et si ipse pater iudicabit: p aduentū tñ filii
hōinis iudicabit. Nā et ipse p sue p̄ntie manifestationē nō iudicabit quenq̄: sed omē
iudiciū dedit filio: qa manifestabit homo iudicaturus sicut homo est iudicatus. Quis
est enim alius de quo item deus loquit p Esaiā sub nomine Iacob et Israel: de cuius
semine corpus accepit? Quod ita scriptum est. Iacob puer meus suscipiam illū: Israel
electus meus assumpsit illum anima mea: dedi spiritū meū in illū: iudicium gentibus
proferet. Nō clamabit neq cessabit: neq audiet foris uox eius. Calamū quassatū nō
conteret: et linum fumigans nō extinguet: sed in ueritate proferet iudiciū. Reful/
gebit et nō cōfringet: donec ponet in terra iudiciū. et in nomine eius gētes sperabūt.
In Hebreo non legit Iacob: et Israel: sed quod ibi legit seruus meus: nimirum. lxx.
interpretes admonere uolētes quatenus accipiēdū sit: qa scilicet propter formā serui
est dictū in q̄ se altissimus humillimū prebuit: ipsius hominis nomē ad eū significādū
posuerunt de cuius genere eadem serui forma suscepta est. Datus est in eum spiritus
sanctus: quod columbe specie Euangelio teste monstratū ē. Iudiciū gentibus ptulit:
qa prenūtiauit futurū quod gentibus erat occultū. Mansuetudine nō clamauit: nec
tñ in predicanda ueritate cessauit. sed non est audita foris uox eius: nec audiet: q̄do
quidē ab eis q foris ab eius corpe sunt precisi: non ille obedit. ipsosq suos psecutores
iudeos: qui calamo quassato pdita integritate: et lino fumanti amisso lumīe: cōpati

ſunt. Nó cótriuit: nó extinxit: qa pepcit eiſ q nódú uenerat eoſ iudicare: ſed ab eiſ iudicari. In ueritate ſane iudiciú ꝓtulit: p̃dicẽſ eiſ qñ puniẽdi eẽnt: ſi í ſua malignitate pſiſterẽt. Refulſit í móte facieſ eiuſ. i. í orbe fama eiuſ: nec cófractuſ ſiue cótrituſ ẽ: qa nec in ſe nec in Eccleſia ſua ut eſſe deſiſteret: pſecutoribuſ ceſſit. Et ideo non eſt factú: nec fiet: qđ ĩimici eiuſ dixerút: uel dicút: qñ morietᷣ et pibit nomẽ eiuſ? donec ponat in terra iudiciú. Ecce manifeſtatú eſt: qđ abſcóditú querebamuſ. Hoc eſt nouiſſimú iudiciú: qđ ponet in terra: cú ipſe uenerit de celo: de quo iá uidemuſ ĩpletum qđ hic ultimú poſitú eſt: et in nóıe eiuſ genteſ ſperabút. Per hoc certe qđ negari non poteſt: etiá illud credatᷣ: qđ impudenter negatᷣ. Quiſ. n. ſperaret ꝙ etiam hi: qui nolunt adhuc credere in Xp̃m: iam nobiſcú uidẽt: et cú negare nó poſſunt dẽtibuſ ſuiſ frendent: et tabeſcút? Quiſ inq̃ ſperaret genteſ in Chriſti nomine ſperaturaſ eſſe: qñ tenebatᷣ: ligabatᷣ: cedebatᷣ: illudebatᷣ et crucifigebatᷣ: q̃do et ipſi diſcipuli ſpem ꝑdiderút quá in illo habere iá ceperant? Quod tunc uix unuſ latro ſperauit in cruce: núc ſperant gẽteſ lóge lateq; diffuſe. et ne in eternú moriantᷣ: ipſa in q̃ ille mortuuſ eſt cruce ſignantᷣ. Nulluſ igitᷣ uel negat uel dubitat: ꝑ Ieſú Xp̃m tale q̃le iſtiſ ſacriſ litteriſ p̃nuntiatᷣ nouiſſimú futurú eſſe iudiciú: niſi q eiſdẽ litteriſ neſcio qua ĩcredula animoſitate ſeu cecitate nó credit: que iam ueritatẽ ſuá orbi demonſtrauere terraꝝ. In illo itaq; iudicio uel circa illud iudiciú: haſ reſ futuraſ eſſe didicimuſ. Heliá Theſbiten: fidẽ Iudeoꝝ: Antixp̃m pſecutuꝝ: Xp̃m iudicaturú: mortuoꝝ reſurrectionẽ: bonoꝝ maloꝝq; direptionẽ: múdi cóflagrationẽ eiuſdẽq; renouationẽ. Que omnia qdem uentura eſſe credendú eſt: ſed quibuſ modiſ et quo ordine ueniant: magiſ tunc docebit rerú expientia: q̃ nunc ad pfectú hóiнú intelligẽtia ualet conſeq. Exiſtimo tñ eo quo a me cómẽorata ſunt ordine eſſe uentura. Duo nobiſ ad hoc opuſ ptinẽteſ reliq ſunt libri: ut adiuuáte dño ꝓmiſſa cópleamuſ. quoꝝ p̃muſ erit de malorú ſupplicíiſ: aliuſ de felicitate iuſtoꝝ. In qbuſ ſicut deuſ dictauerit argumenta refellentur humana: que contra predicta ac ꝓmiſſa diuina ſapienter ſibi miſeri reddere uidentᷣ: et ſalubriſ fidei nutrimenta uelut falſa et ridenda contemnút. Qui uero ſcđm deum ſapiút: oĩa que incredibilia uidentᷣ hominibuſ: et tñ ſcripturiſ ſáctiſ q̃rú iá ueritaſ multiſ móiſ aſſerta ẽ: cótinẽtᷣ: maximú argumentú tenẽt ueracẽ dei oĩpotentiá: quẽ certú nullo mó hñt in eiſ potuiſſe mentiri: et poſſe facere qđ impoſſibile ẽ infideli.

Aurelii Auguſtini Hipponeñ Ep̃i de Ciuitate dei Liber. xxi.

De ordine diſputationiſ qua priuſ diſſerendum eſt de perpetuo ſupplicio dánatoꝝ cú diabolo: q̃ de eterna felicitate ſáctoꝝ. C. I.

CVm ꝑ Ieſú Xp̃m dñm noſtrú iudicem uiuorú ac mortuorú ad debitoſ fineſ ambe ꝑuenerint ciuitateſ quarú eſt una dei: altera diaboli: cuiuſmodi ſit futurú ſuppliciú diaboli: et omnium ad eú ptinẽtiú: in hoc libro a nobiſ q̃ntú ope diuina ualebimuſ diligẽtiuſ diſputandú eſt. Ideo aút húc tenere ordinẽ malui: ut poſtea diſſeram de felicitate ſcórú qm̃ utriq; cú corꝑibuſ erút: et ĩcredibiliuſ uidetᷣ eſſe in eterniſ cruciatibuſ durare corpora: q̃ ſine ullo dolore in eterna beatitudine pmanere. Ac ꝑ hoc cum illam penam non debere eſſe incredibilem demonſtrauero: adiuuabit me plurimum: ut multo faciliuſ omni carenſ moleſtia ĩmortalitaſ corpiſ in ſáctiſ futura credatᷣ. Nec a diuiniſ ordo iſte abhorret eloquiiſ: ubi aliqñ quidẽ bonorú beatitudo priuſ ponitᷣ: ut eſt illud q bona fecerunt:

in resurrectionē uite: q aūt mala egerunt: in resurrectionē iudicii. Sed aliquando et posterius: ut est mittet filius hominis angelos suos: et colligent de regno eius omnia scandala: et mittent in caminū ignis ardētis. illic erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Et illud: sic ibunt impii in eternum sup/plicium: iusti autem in uitam eternam. Et in Prophetis qđ cōmēorare lōgū ē: nunc ille nunc iste ordo si qs inspiciat inueniet. Sed ego istum qua causa elegerim dixi.

An possint corpora in ustione ignis esse perpetua. C. ii.

Quid igit̄ ondam unde conuincantur increduli: posse humana corpora animata atq; uiuentia non solū nūq̄ morte dissolui: sed in eternorū quoq; igniū durare tormentis? Nolunt eni hoc ad omnipotentis nos referre potentiā: sed aliquo exēplo persuaderi sibi flagitant. Quibus si respondebimus eē animalia pfecto corruptibilia: quia mortalia: que tamen in mediis ignibus uiuant: nonnullū etiā genus uermiū in calidarū aquarum scaturigine reperiri: quarū feruorē nemo impune cōtrectat: illos autem nō solū sine ulla sui lesione ibi esse: sed extra esse non posse: aut nolūt credere si ostendere nō ualemus: aut si ualuerimus suis oculis demōstrare res ipsas: siue p testes idoneos edocere: nō satis hoc eē ad exemplū rei de qua questio est: eadem infidelitate contendent. quia hec animalia nec semper uiuūt: et in illis feruoribus sine doloribus uiuūt. sue qppe nature cōuenientibus uegetant: illis nō cruciantur elemētis: q̄si non incredibilius sic uegetari quā cruciari talibus rebus. Mirabile ē eni in ignibus dolere et tamē uiuere: sed mirabilius in ignibus uiuere: nec dolere. Si autē hoc creditur: cur non et illud.

An consequens sit: ut corporū dolorē seqtur carnis interitus. C. iii.

Sed nullum est corpus inquiunt quod dolere possit: nec mori possit. Et unde hoc scimus? Nam de corporibus quis certus est demonum: utrum in eis doleat: quando se affligi magnis cruciatibus confitentur? Quod si confitentē terrenū corpus solidum scilicet atq; conspicuum nullum esse: atq; ut uno potius id nomine explicem nullam esse carnem que dolere possit moriq; non possit: quid dicitur aliud: nisi quod sensu corporis homines et experientia collegerunt? Nullam nanq; carnē nisi mor/talem sciūt. Et hec est tota eorum ratio: ut quod experti non sunt: neq̄q̄ esse posse arbitrentur. Nam cuius rationis est dolorem facere mortis argumentum: cum uite potius sit indicium? Et si enim querimus utrum semper uiuere possit: certum tamen est: uiuere omne quod dolet: doloremq; omnem nisi in re uiuēte esse non posse. Ne/cesse est ergo ut uiuat dolens. non est necesse ut occidat dolor: quia nec corpora ista mortalia et utiq; moritura omnis dolor occidit. Ut autem dolor aliqs possit occidere: illa causa est: quoniam sic est anima cōnexa huic corpori: ut summis doloribus cedat: atq; discedat. Quoniam et ipsa compago membrorum atq; uitalium sic infirma est: ut eam uidelicet que magnum: uel summum dolorē facit: non ualeat sustinere. Tūc autem tali corpore anima et eo modo connectetur ut illud uinculum sicut nulla temporis longitudi ne soluitur: ita nullo dolore rumpatur. Proinde etiā si caro nūc talis nulla est: que sensum doloris perpeti possit: mortemq; non possit: erit tamē tūc talis caro: qualis nunc non est. Non enim nulla sed sempiterna mors erit: quando nec anima uiuere poterit deum non habendo: nec doloribus corporis carere moriendo. Prima mors animam nolentem de corpore pellit: secūda mors animā nolentē tenet

in corpe. Ab utraq; morte communiter id habetur: ut quod non uult anima de suo corpore patiatur. Attendūt autem isti cōtradictores: nullam nunc esse carnem: que dolorem pati possit: mortemq; non possit: et nō attendunt: tamen aliqd tale esse: qđ corpore maius sit. Ipse quippe animus cuius presentia corpus uiuit: et regit̄: & dolorē pati potest et mori non potest. Ecce inuēta res est: que cum sensum doloris habeat: immortalis est. Hoc igitur erit tunc etiā in corporibus damnatorum: quod nūc esse scimus in animis omnium. Si autem diligentius consideremus: dolor q dicit̄ corporis magis ad animam pertinet. Anime enī est dolere: nō corporis: etiam quādo ei dolēdi causa existit a corpore: cū in eo loco dolet: ubi ledit̄ corpus. Sicut enī dicimus corpa sentientia et corpora uiuentia: cum ab anima sit corporis sensus et uita: ita & corpa dicimus dolentia: cum dolor corporis nisi ab anima esse non possit. Dolet itaq; anima cū corpe: in eo eius loco: ubi aliqd cōtigit ut doleat. Dolet et sola q̃uis in corpore sit: cum aliqua causa etiam inuisibiliter tristis ē ipsa in corpore incolumi. Dolet enim nō in corpe cōstituta. Nā utiq; dolebat diues ille apud inferos qñ dicebat: crucior in hac flāma. Corpus aūt nec ex aīme dolet: nec animatū sine aīma dolet. Si ergo a dolore argumentum recte sumeretur ad mortem: ut ideo mors possit accidere: quia potuit occidere & dolor: magis ad animam mori ptineret ad quam magis pertinet & dolere. Cum illa uero que magis dolere potest: non possit mori: quid momēti aufert cur illa corpora qm̄ in doloribus sūt futura: ideo moritura etiā eē credamus? Dixerūt quidā platonici: ex terrenis corporibus moribundisq; membris: esse anime et metuere et cu/pere: et dolere atq; gaudere. Unde uirgilius Hinc inquit id est ex moribūdis terrenis corpis membris: metuūt: cupiūt: dolētq; gaudētq;. Sed cōuicimus eos in .xii. huius opis libro habere animas scđm ipsos ab om̄i etiam corporis labe purgatas: dirā cupiditatē: qua rursus incipiunt in corpora uelle reuerti. Ubi autem potest eē cupiditas: pfecto etiam dolor potest. Frustrata quippe cupiditas: siue non perueniendo quo tēdebat: siue amittendo quo peruenerat: uertitur in dolorem. Quapropter si anima que uel sola: uel dolet maxime: habet tamen q̃ndā pro suo mō immortalitatē suā: non ideo mori poterūt illa corpa: qa dolebūt. Postremo si corpa faciunt ut anime doleāt: cur eis dolorem possunt: mortē uero inferre non possunt: nisi quia non est cōsequens ut mortem faciat: qđ dolorem facit? Cur ergo incredibile est ita ignē illis corporibus dolorē posse inferre nō mortem: sicut ipsa corpora dolere animas faciunt: quas tamen non ideo mori cogunt? Non est igitur necessariū future mortis argumentū dolor.

¶ De naturalibus exemplis quorum consideratio doceat posse inter cruciatas uiuentia corpora permanere. ¶ C. iiii.

Quapropter sicut scripserūt q naturas aīmaliū curiosius indagarūt: salamādra in ignibus uiuit: et qdam notissimi sicilie mōtes: qui tanta tēporis diuturnitate atq; uetustate usq; nunc et deinceps flāmis estuant: atq; integri pseuerāt: satis idonei testes sunt non omne quod ardet: absumi: et anima iudicat non omne quod dolere potest posse etiam mori. Quid adhuc a nobis rerum poscuntur exempla: qbus doce/amus non esse incredibile ut hominum corpora sempiterno supplicio punitorum: & in igne animam non amittant: et sine detrimento ardeant: et sine interitu doleant. Habebit enim tunc ista carnis substantia qualitatem suam ab illo inditam: qui tam miras et uarias tot rebus indidit quas uidemus: ut eas: quia multe sunt: non miremur. Quis enim nisi deus creator omniū dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Quod

cum auditu incredibile uideretur: quantũ uisum est: decerptũ iussimus seruari. Quod post dierũ tm̃ spatiũ q̃nto euenit ut apud carthaginẽ nobis cocta apponeretur hec auis: de cuius pectore pulparꝫ alia caro cocta quecũq; putresceret ꝑlatũ atq; oblatũ: nihil nostrũ offendit olfatũ. Itẽq; repositũ est post dies amplius q̃ triginta: idem qd̃ erat inuentũ ẽ. Idẽq; post annũ: nisi ꝙ aliq̃ntũ corpulentie sictioris et cõtractioris fuit. Quis palee dedit uel tam frigidã uim: ut obrutas niues seruet: uel tam feruidam: ut poma immatura maturet? De ipso igne mira qs explicet? Quo queq; adusta ni/grescunt: cũ ipse sit lucidus: et pene omnia que ambit: et lãbit colore pulcherrimus decolorat: atq; ex pruna fulgida carbonẽ teterrimũ reddit? Neq; id q̃si regulariter definitum est. Nã ex contrario lapides igne candente ꝑcocti: et ipsi fiũt candidi: & q̃uis ille magis rubeat: illi albido colore nitescant: cõgruit tñ illi luci qd̃ albũ est sicut nigrũ tenebris. Cũ itaq; ignis in lignis ardeat ut lapides coquat: cõtrarios habet non in cõtrariis rebus effectus. Et si. n. lapides et ligna diuersa sint: cõtraria tñ non sunt: sicut albũ et nigrũ: quoꝝ ĩ lapidibus unũ facit: alterũ in lignis. clarus illos clarificãs: hec obfuscans: cum in illis deficeret nisi in istis uiueret. Quid in carbonibus? Nonne miranda est et tanta infirmitas ut ictu leuissimo frangantᷣ: ꝑssu facillimo cõterantᷣ: et tanta firmitas ũt nullo humore corrũpantᷣ: nulla etate uincantᷣ: usq; adeo ut eos substernere soleant q limites figũt: ad cõuincendũ litigatorẽ: qsqs post q̃ntalibet tp̃a extiterit fixũq; limitẽ nõ esse cõtenderit? Quis eos ĩ terra humida infossos ubi ligna putrescerent: tam diu durare incorruptibiliter posse: nisi reꝝ ille corruptor ignis effi/ciat? Intueantᷣ etiam miraculũ calcis. Excepto eo de quo iam satis diximus: ꝙ igne candescat quo alia terra reddunᷣ: occultissime etiã ab igne ignẽ concipit. Cũq; iam gleba tangentibus frigida sit: ignem tã latenter seruat: ut nulli nostro sensui ꝑrsus appareat: sed compꝑtus expꝑimento etiã dũ non apparet: sciatᷣ inesse sopitus. Propter quod eam uiuã calcẽ loq̃mur: uelut ip̃e ignis latens aĩma sit inuisibilis: uisibilis corp̃is. Iã uero q̃mirũ est ꝙ cũ extinguitᷣ tũc accenditᷣ? Vt. n. occulto igne careat aqua ei infunditᷣ: aqua ue ꝑfunditᷣ. Et cũ ãte sit frigida: inde feruescit unde feruẽtia cũcta frigescũt. Ergo uelut expirãte illa gleba: discedẽs ignis q latebat: apparet. ac deĩde tanq̃ mortua sic frigida est ut adiecta unda non sit arsura: et quã calcẽ uocabamus uiuã: uocemus extinctã. Quid est qd̃ huic miraculo addi possẽ uideatᷣ? Et tñ additᷣ. Nã si nõ adhibeas aquã sed oleũ: quod magis fomes est ignis: nulla eius ꝑfusione uel infusione feruescit. Hoc miraculũ si de indico lapide legeremus: siue audiremus: et in nostrũ expꝑimentũ uenire non posset: ꝑfecto aut mendacium putaremus: aut certe granditer miraremur. Quarũ uero rerũ ante oculos nostros quotidiana documenta uersantᷣ: non genere minus mirabili sed ipsa assiduitate uilescũt: ita ut ex ipsa India: que remota est pars orbis a nobis: desierimus nonnulla mirari: que ad nos potuerunt miranda perduci. Adamantẽ multi apud nos habent: et maxime aurifices insignito/resq; lapidũ gemmaꝝ. q lapis nec ferro nec igni: nec alia ui ulla ꝓhibetᷣ p̃terq̃ hircino sanguine uinci. Sed q eũ hñt atq; nouerũt: nunqd ita mirantᷣ ut ii: quibus primum potentia eius ostenditᷣ? Quibus aũt nõ ostenditᷣ: fortasse nõ credunt. aut si credunt inexperta mirantᷣ. Et si cõtigerit experiri: adhuc qdẽ mirantᷣ insolita. sed assiduitas experiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentũ. Magnetẽ lapidẽ nouimus mirabilẽ ferri esse raptorẽ. qd̃ cũ ꝓmũ uidi uehementer inhorrui. Quippe cernebã a lapide ferreũ annulum raptũ atq; suspensũ. Deinde tanq̃ ferro quod rapuerat: uim dedisset suã: cõmunẽq; fecisset: idẽ quoq; ãnulus admotus ẽ alteri: eũq; suspendit. atq; ut ille prior lapidi: sic alter annulus priori annulo coherebat. Accessit illi eodem mõ

tertius: accessit et q̃rtus. Iãq; sibi p mutua cõnexis circulis nõ implicatoꝝ intrinsecus: sed extrinsecus adherentiũ: q̃si cathena pependerat annulorũ. Quis istã uim lapidis non stuperet? que illi nõ solũ inerat: uerũ etiã p tot suspẽsa transibat: et inuisibilibus ea uĩculis subligabat. Sed multo ẽ mirabilius: qđ a fratre et Coepiscopo meo Seuero milleuitano: de isto lapide comperi. Seipsum nanq; uidisse narrauit: quemadmodum Bathanus comes quondã Africe cũ apud eũ cõuiuaret Episcopus: eundẽ protulerit lapidem et tenuerit sub argento: ferrũq; sup argentum posuerit. Deinde sicut subter mouebat manũ qua tenebat lapidẽ: ita ferrũ desup mouebatur: atq; argento medio nihilq; patienti: cõcitatissimo cursu ac recursu infra lapis ab hõine: supra ferrũ rapiebatur a lapide. Dixi qđ ipse cõspexi: dixi qđ ab illo audiui: cui tanq̃ ipse uiderim: credidi. Quid etiã de isto magnete legerim dicã. Quãdo iuxta eũ ponit̃ adamas: non rapit ferrũ. et si iã rapuerat: ut ei appropĩquerit mox remittit. India mittit hos lapides. Sed si eos nos cognitos iãdesistimus admirari: q̃to magis illi a qbus ueniunt si eos facillimos habent: sic forsitan hñt: ut calcẽ nos quã miro mõ aqua feruescentem qua solet ignis extingui: et oleo non feruescentẽ quo solet ignis accendi: quia in promptu nobis est: non miramur?

Quanta sint: que non recte agnosci queant: et tñ eadem esse non sit ambiguum. C. V.

Verũtamẽ hõines infideles: qbus cũ diuina uel p̃terita uel futura miracula predicamus: que illis experiẽda non ualemus ostẽdere: rõem a nobis earum rerum flagitant: quã quoniã non possumus reddere: excedunt enim uires mentis humane: existimant falsa esse que dicimus: ipsi de tot mirabilibus rebus q̃s uel uidere possumus uel uidemus: deberent reddere rõem. Quod si fieri ab hõine non posse uiderit: fatẽdũ est eis non ideo aliqd nõ fuisse: uel futuꝝ nõ esse: qa ratio reddi non põt: quãdoqdẽ sunt ista: de qbus similiter nõ põt. Nõ itaq; pgo per plurima que mãdata sũt litteris: non gesta atq; transacta: sed in locis qbusq; manentia. quo si ire qs q̃ uoluerit et potuerit: utrũ uera sint: explorabit. Sed pauca cõmemoro. Agrigentinũ Sicilie salem perhibent: cũ fuerit admotus igni: uelut in aqua fluescere: cũ uero ipsi aque adiũgit̃ uelut in igne crepitare. Apud Garamãtas quendã fontem fert̃ esse tã frigidũ diebus ut non bibat̃: tã feruidũ noctibus: ut non tangat̃. In Epiro alium fontem in quo faces ut in ceteris extinguunt̃ accense: sed nõ ut ĩ ceteris accẽdunt̃ extĩcte. Asbeston Arcadie lapidem propterea sic uocari: ꝙ accensus semel iã nõ possit extingui. Lignũ cuiusdam ficus Egyptie: non ut ligna cetera: in aquis natare: sed mergi: et quod est mirabilius cũ in ima aliquã diu fuerit inde ad aque supficiem rursus emergere: q̃ndo madefactũ debuit humoris pondere pregrauari. Poma in terra Sodomorum gigni qdem: et ad maturitatis faciẽ puenire: sed ore morsu ue temptata in fumũ ac fauillã corio fatiscente uanescere. Pyriten lapidẽ Persicũ tenentis manum si uehementius prematur adurere: propter quod ab igne nomẽ accepit. In eadem Perside gigni etiã lapidẽ Seliniten. cuius interiorẽ cãdorẽ cũ luna crescere: atq; deficere. In cappadocia etiam uento equas concipere: eosdẽq; fetus non ãplius triennio uiuere. Thilon Indie insulam eo prefero ceteris terris ꝙ omnis arbor que in ea gignit̃ nunq̃ nudatur tegmine foliorũ. De his atq; aliis innumerabilibus mirabilibusq;: historia non factoꝝ & transactorũ sed manentiũ locorũ tenet: mihi autẽ aliud agenti ea psequi nimis lõgũ est: reddant rationem si possunt infideles isti q nolunt diuinis litteris credere: qd aliud q̃ non putantes eas esse diuinas: eo quod res habeant incredibiles: sicut hoc est: unde

nũc agimus. Non.n.admittit inquũt ulla ratio ut caro ardeat: neq; absumat: doleat:
neq; moriat: ratiocinatores scilicet magni: q de omĩbus rebus q̃s esse mirabiles cõstat:
possint reddere rationẽ. Reddant ergo rõem de iis que pauca posuimus. Que pcul/
dubio si esse nescirent: et ea futura esse diceremus: multo minus crederent: q̃ qđ nũc
dicentibus nobis nolũt credere aliqñ esse uenturũ. Quis.n.eo⁊ nobis crederet: si quẽ/
admodũ dicimus hõinũ corpa uiua futura: que semp arsura atq; dolitura nec tamen
aliqñ sint moritura: ita diceremus in futuro seculo futu⁊ salẽ: quẽ faceret ignis uelut
in aqua fluescere: eundemq; faceret aqua uelut in igne crepitare? aut futu⁊ fontẽ
cuius aqua in refrigerio noctis sic ardeat: ut non possit tangi: in estibus uero diei sic
algeat ut bibi non possit: aut futurũ lapidẽ uel eũ q suo calore manũ constringẽtis
adureret: uel eũ q undecũq; accensus extingui omĩno non posset. et cetera: que pter/
missis aliis innumeris cõmẽoranda interim dixi? Hec ergo in illo seculo qđ futurũ ẽ
si diceremus futura: nobisq; increduli respõderent: si uultis ut ea credamus de singulis
reddite rõem. Nos non posse cõfiteremur: eo q istis et similibus dei miris operibus
infirma mortaliũ ratiocinatio uincit. Fixã tñ rõem apud nos esse nõ sine ratione:
omnipotentẽ facere: unde animus humanus infirmus rõem nõ potest reddere: et in
multis quidẽ rebus incertũ nobis esse qd uelit: illud tñ esse certissimũ nihil eo⁊ illi esse
impossibile quecũq; uoluerit: eiq; nos credere predicenti: quẽ neq; impotentem neq;
mentientẽ possumus credere. Hi tñ fidei rephensores exactoresq; rationis: qd ad ista
rñdent de qbus ratio reddi ab hoĩe non põt: et tñ sunt: et ipsis ratiõi nature uidẽtur
esse cõtraria? Que si futura esse diceremus: similiter a nobis: sicut eo⁊: que futura esse
dicimus: ab infidelibus ratio posceret. Ac p hoc cũ in talibus opibus dei deficiat ratio
cordis et sermonis humani: sicut ista non ideo nõ sũt: sic nõ ideo etiã illa non erũt:
qm̃ ratio de utrisq; ab hõine nõ potest reddi.

Quod non omnia miracula naturalia sunt: sed pleraq; humano ingenio modificata aut demonum arte composita. C.VI.

SIc forte respondeant. Prorsus itaq; nec ista sunt nec ista credimus. falsa de his
dicta: falsa cõscripta sũt. Et adiciãt ratiocinãtes atq; dicẽtes. Si talia credẽda
sunt: credite et uos: qđ in eisdẽ litteris ẽ relatũ: fuisse uel esse quoddã Veneris phanũ
atq; ibi candelabrũ: et in eo lucernã sub diuo sic ardentẽ: ut eã nulla tẽpestas nullus
hymber extingueret. Vnde sicut ille lapis: ita ista lychnos asbestos id est lucerna in/
extinguibilis noĩata est. Quod ppterea poterunt dicere: ut rñdendi nobis angustias
ingerant. qa si dixerimus nõ eẽ credendũ: scripta illa miraculorũ infirmabimus. si aũt
credendũ esse cõsenserimus: firmabimus numina paganorũ. Sed nos sicut iã in libro
duodeuicesimo huius opis dixi: non habemus necesse omnia credere que historia cõ/
tinet gentiũ: cũ et ipi inter se historici sicut ait Varro: q̃si data opa et q̃si ex ĩdustria
pmulta dissentiant: sed ea si uolumus: credimus: que non aduersant libris quibus non
dubitamus: oportere nos credere. De his autẽ miraculo⁊ locis: nobis ad ea que futura
psuadere incredulis uolumus: satis illa sufficiant: que nos possumus quoq; experiri: et
eorũ testes idoneos non difficile est inuenire. De isto autẽ phano Veneris et lucerna
inextinguibili: non solũ in nullas coartamur angustias: uerũ etiam latitudinis nobis
campus apit. Addimus.n.ad istã lucernã inextinguibilẽ et humanarũ et magicarũ
id est p hõines demonicarũ artiũ et ipsorũ p seipsos demonũ multa miracula: que si
negare uoluerimus: eidẽ ipsi cui credimus sacrarum litterarũ aduersabimur ueritati.
Aut ergo in lucerna illa mechanicũ aliqd de lapide asbesto ars humana molita est:

aut arte magica factũ est: qđ hõines illo mirarent̃ in tẽplo: aut demon q̃spiam sub nõine Veneris: tanta se efficacia p̃ntauit: ut hoc ibi ꝓdigiũ et appareret hominibus: & diutius ꝑmaneret. Illiciunt̃ autẽ demones ad inhabitandũ ꝑ creaturas: quas nõ ipi sed deus cõdidit: delectabilibus pro sua diuersitate diuersis: nõ ut animalia cibis sed ut spiritus signis: que cuiusq; delectatiõi congruũt: ꝑ uaria genera lapidũ: herbaꝝ: lignorũ: animaliũ: carminũ: rituũ. Ut aũt illiciant̃ ab hominibus: ꝑ̃us eos ipsi astutissima calliditate seducunt: uel inspirando eorum cordibus uirus occultũ: uel etiã fallacibus amiciciis apparendo: eorũq; paucos discipulos suos faciũt: plurimorumq; doctores. Neq; .n. potuit nisi ꝑ̃mũ illis docẽtibus disci: qđ q̃sq; illoꝝ appetat qđ exhorreat: quo inuitet̃ numine uel cogat̃. unde magice artes eaꝝq; artifices extiterũt. Maxime aũt possident corda mortaliũ: qua potissimũ possessiõe gloriant̃ cum se transfigurant in angelos lucis. Sunt ergo facta eoꝝ plurima: que q̃nto magis mirabilia confitemur: tanto cautius uitare debemus. Sed hec unde nũc agimus nobis etiã ipsa proficiũt. Si enĩ hec immũdi demões possunt: q̃nto potentiores angeli sancti? Quãto potentior his omnibus deus q tantoꝝ miraculoꝝ effectores etiã ipsos angelos fecit? Quãobrem si tot et tãta tãq; mirifica que mechanemata appellant dei creatura utẽtibus humãis artibus fiunt: ut ea q nesciũt: opinent̃ esse diuina: unde factũ ẽ: ut ĩ quodã templo lapidibus magnetibus in solo et in camera ꝓportiõe magnitudinis positis: simulacrũ ferreũ aeris illius medio inter utꝝq; lapidẽ ignorantibus qđ sursũ eẽt ac deorsum: q̃si numinis ptãte pẽderet. Quale aliqđ etiã in illa lucerna Veneris de lapide asbesto ab artifice fieri iã diximus potuisse: si magorum oꝑa quos nostra scriptura ueneficos et incantatores uocat: intantum demones extollere potuerunt: ut congruere hominum sensibus sibi nobilis poeta uideretur de quadam femina: que tali arte polleret dicens.

Hec se carminibus promittit soluere mentes.
Quas uelit: ast aliis duras immittere curas.
Sistere aquã fluuiis: et uertere sidera retro.
Nocturnosq; ciet manes: mugire uidebis.
Sub pedibus terram: et descendere montibus ornos.

Quãto magis deus potens est facere: que infidelibus sunt incredibilia: sed illius facilia potestati: qñ q̃dem ipse lapidũ aliarũq; uim rerũ: et hõinũ ingenia: q ea miris utunt̃ modis: angelicasq; naturas omnibus terrenis potentiores animãtibus cõdidit: uniuersa mirabilia mirabili uincente uirtute: et operandi: iubendi: sinendiq; sapiẽtia: utẽs oĩbus tam mirabiliter quam creauit?

Quod in rebus miris summa credendi rõ sit oĩpotẽtia creatoris. C. VII.

Cur itaq; facere non possit deus: ut resurgãt corpa mortuorũ: et in igne eterno crucient̃ corpora damnatorũ: qui fecit mundũ: in celo in terra in aere: in aquis innumerabilibus miraculis plenum: cũ sit omnibus quibus plenus est ꝓculdubio maius et excellẽtius etiam mundus ipse miraculũ? Sed isti cũ quibus uel cõtra quos agimus: qui et deum esse credunt: a quo factus ẽ mundus: et deos ab illo factos: ꝑ quos ab illo administrat̃ hic mũdus: et miraculorũ effectrices: siue spontaneorũ siue ritu et cultu quolibet impetratoꝝ: siue etiam magicorũ mũdanas uel non negant uel insuper et predicant potestates: qñ eis rerum uim mirabilem proponimus aliaꝝ: que nec aĩmalia sunt rationaia: nec ulla rõe prediti spiritus: sicut sũt ea quoꝝ pauca cõmẽorauimus: respondere assolent. Uis est ista nature: natura eorũ sic se habet: propriarũ iste sunt efficacie naturarũ. Tota itaq; ratio est: cur Agrigentinũ salem flamma fluere faciat:

aqua crepitare: quia hec est natura eius. At hoc esse potius contra naturam uidet̃: que
non igni sed aque dedit salem soluere: torrere autem igni non aque. Sed ista inquiunt
salis huius naturalis est uis: ut his contraria patiatur. Hec igitur ratio redditur et de
illo fõte Gramantico: ubi una uena friget diebus: noctibus feruet: ut utraq; molesta
tangentibus. Hec et de illo alio q cũ sit contrectantibus frigidus: et facem sicut alii
fontes extinguat accensam: dissimiliter tamẽ atq; mirabiliter idem ipse accendit ex-
tinctam. Hec et de lapide asbesto: qui cum ignem nullum habeat propriũ: accepto
tamẽ sic ardet alieno: ut nõ possit extingui. Hec de ceteris que piget retexere: qbus
licet uis insolita contra naturam inesse uideatur: alia tamen de illis non reddit̃ ratio:
nisi ut dicatur: hanc eorum esse naturam. Breuis sane ista est ratio fateor: sufficiẽsq;
responsio. Sed cum deus autor sit naturaꝝ omnium: cur uolũt fortiorẽ nos reddere
rationem: quando aliquid uelut impossibile nolunt credere: eisq; redditionem ratiõis
poscentibus: respondemus: hanc esse uoluntatem omnipotentis dei: qui certe non ob
aliud uocatur omnipotẽs: nisi quoniam quicquid uult: potest? Qui potuit creare tã
multa: que si non ostenderentur: aut a credendis hodieq; testibus dicerentur: pfecto
impossibilia putarentur: non solum que ignotissima apud nos: uerum etiam que no-
tissima posui. Illa enim que apud nos preter eos quorum de his libros legimus nõ hñc
testẽ: et ab eis conscripta sunt: q non sunt diuinitus docti: atq; humanitus falli forte
potuerunt: licet cuiq; sine recta reprehensione non credere. Nã nec ego uolo temere
credi cuncta que posui: quia nec a meipso ita credunt̃: tanq̃ nulla de illis sit in mea
cogitatione dubitatio: exceptis iis: que uel ipse sum exptus et cuiuis facile est expiri:
sicut de calce ꝙ feruet in aqua in oleo frigida est. De magnete lapide ꝙ nescio q̃ sor-
bitione ĩsensibili stipulam non moueat et ferrum rapiat. de carne non putrescente
pauonis: cum putruerit et caro Platonis. de palea sic frigente et fluescere niuem non
sinat: sic calente ut maturescere poma compellat. De igne fulgido qđ secundũ suum
fulgorem lapides coquendo candificet: et contra eundẽ suum fulgorẽ urẽdo plurima
obfuscet. Tale ẽ quod et nigre macule offundunt̃ ex oleo splendido: similiter nigre
linee de candido impmunt̃ argẽto. De carbonibus etiã ꝙ accedẽte igne sic uertant̃
in cõtrarium: ut de lignis pulcherrimis tetri: fragilesq; de duris: imputribiles de putri-
bilibus fiant. Hec ipsa quedam cum multis: quedam cũ oĩbus noui: et alia plurima:
que huic libro inserere longum fuit. De iis autem que posui: non experta: sed lecta:
preter de fonte illo: ubi faces extinguuntur ardentes: et accenduntur extincte: et de
pomis terre Sodomorum forinsecus q̃si maturis: intrinsecus fumeis: nec testes aliquos
idoneos a quibus utrum uera essent audire potui uel reperire. Et illum quidẽ fontẽ
non inueni: qui in Epiro uidisse se diceret: sed qui in gallia similem noscẽt nõ lõge a
Gratianopoli ciuitate. De fructibus autem arborum Sodomitarum: nõ tãtũ littere
fide digne indicant: uerum etiam tam multi se loquuntur expertos: ut hic dubitare
non possim. Cetera uero sic habeo: ut neq; neganda: neq; affirmãda decreuerim. Sed
ideo etiã ipsa posui: quoniã apud eorũ: cõtra quos agimus historicos legi: ut oñderẽ
qualia multa multiq; illorum nulla reddita rõe: in suorum litteratorũ scripta litteris
credant: qui nobis credere qñ id qđ eoꝝ expientiã sensumq; transgredit̃ oĩpotentẽ
deum dicimus esse facturũ: nec in hac reddita ratione dignant̃. Nam que melior et
ualidior ratio de rebus talibus redditur: q̃ cum omnipotens ea posse facere perhibet̃:
et facturus dicitur: que prenuntiasse ibi legit̃: ubi alia multa prenũtiauit que fecisse
monstratur? Ipse quippe faciet: quia se facturum esse predixit: que impossibilia esse
putantur: qui promisit et fecit ut ab incredulis gentibus incredibilia crederentur.

¶ Non esse contra naturam cum in aliqua re cuius natura innotuit aliquid ab eo quod erat notum: incipit esse diuersum. ¶ C. VIII.

SI autem propterea respondent se non credere: que de humanis semper arsuris nec unquam morituris corporibus dicimus: quia humanorum corporum naturam nouimus longe aliter institutam: unde nec illa ratio hinc reddi potest: que de illis naturis mirabilibus reddebatur: ut dici possit: uis ista naturalis est: rei huius ista natura est: quoniam scimus humane carnis istam non esse naturam. Habemus quidem quod respondeamus de litteris sacris: hanc ipsam scilicet humanam carnem aliter institutam fuisse ante peccatum: id est ut posset nunquam perpeti mortem: aliter autem post peccatum: qualis in erumna huius mortalitatis innotuit: ut perpetem uitam tenere non possit. Sic ergo aliter quam nobis nota est: instituetur in resurrectione mortuorum. Sed quoniam istis non credunt litteris: ubi legitur qualis in paradiso uixerit homo: quantumcumque fuerit a necessitate mortis alienus. quibus utique si crederent: non cum illis de pena damnatorum: que futura est operosius ageremus. de litteris eorum: qui doctissimi apud illos fuerunt: aliquid proferendum est: quo appareat posse fieri ut aliter se habeant queque res: quam prius in rebus innotuerant sue determinatione nature. Est in. M. Varronis libris: quorum inscriptio est de gente Populi Romani: quod eisdem uerbis quibus ibi legitur: et hic ponam. In celo inquit mirabile extitit portentum. Nam stellam Veneris nobilissimam Plautus uesperuginem Homerus hesperon appellat pulcherrimam dicens: Castor scribit tantum portentum extitisse ut mutaret colorem magnitudinem: figuram: cursum: quod factum ita neque antea nec postea sit. Sic hoc factum Ogygio Rege dicebant Adrastus Cyzicenus et Dion Neapolites Mathematici nobiles. ¶ Hoc certe Varro tantus autor portentum non appellaret: nisi esse contra naturam uideretur. Omnia quippe portenta contra naturam dicimus esse: sed non sunt. Quomodo est enim contra naturam quod dei fit uoluntate: cum uoluntas tanti utique conditoris condite rei cuiusque natura sit? Portentum ergo fit non contra naturam: sed contra quam est nota natura. Quis autem portentorum numerat multitudinem: que historia gentium continentur? Sed nunc in hoc uno attendamus: quod ad rem de qua agimus pertinet. Quid ita dispositum est ab autore nature celi et terre: quemadmodum cursus ordinatissimus siderum? Quid tam ratis legibus fixisque firmatum? Et tamen quando ille uoluit qui summo regit imperio ac potestate: quod condidit: stella pre ceteris magnitudine ac splendore notissima: colorem: magnitudinem: figuram: et quod est mirabilius sui cursus ordinem legemque mutauit. Turbauit profecto tunc: si ulli iam fuerunt canones Astrologorum: quos uelut inerrabili computatione de preteritis ac futuris astrorum motibus conscriptos habent: quos canones sequendo ausi sunt dicere: hoc quod de Lucifero contigit nec antea nec postea contigisse. Nos autem in diuinis libris legimus: etiam solem ipsum et stetisse: cum hoc a domino deo petiuisset uir sanctus Iesus Naue: donec ceptum prelium uictoria terminaret: et retrorsum redisse: ut regi Ezechie. xv. anni ad uiuendum additi: hoc etiam prodigio promissioni dei signarentur adiuncto. Sed ista quoque miracula: que meritis sanctorum concessa sanctorum: quando credunt isti facta: magicis artibus tribuunt. unde illud est quod superius commemoraui dixisse Virgilium:

Sistere aquam fluuiis: et uertere sidera retro.

Nam et fluuium stetisse superius inferiusque fluxisse: cum populus dei ductore supra memorato Iesu Naue uiam carperet. et Helia Propheta transeunte: ac postea discipulo eius Heliseo id esse factum in sacris litteris legimus: et retrouersum fuisse maximum

sidus regnante Ezechia modo commemorauimus. Quod uero de Lucifero Varro
scripsit: non est illic dictum alicui petenti homini id fuisse concessum. Non ergo de
noticia naturarum caliginem sibi faciant infideles: quasi non possit in aliq̃ re diuinitus
fieri aliud q̃ in eius natura per humanam suam experientiam cognouerunt. Quãuis
et ipsa que in rerum natura omnibus nota sunt: nõ minus mira sint: essentq; stupẽda
considerantibus cunctis: si solerent homines mirari nisi rara. Quis enim consulta rõe
non uideat in hominum innumerabili numerositate et tanta nature similitudine:
ualde et mirabiliter sic habere singulos singulas facies: ut nisi inter se similes essent nõ
discernerentur species eorũ ab aĩalibus ceteris: et rursus nisi inter se dissimiles eẽnt:
non discernerent̃ singuli ab hominibus ceteris. Quos ergo similes cõfitemur: eosdem
dissimiles inuenimus. Sed mirabilior est consideratio dissimilitudinis: qm̃ similitudinẽ
iustius uidetur exposcere natura communis. Et tamen quoniam que sunt rara ipsa
sunt mira: multo amplius admiramur quando duos ita similes reperimus: ut in eis dis/
cernendis aut semper aut frequenter erremus. Sed quod dixi scriptum a Varrone:
licet eorum sit Historicus idemq; doctissimus: fortasse uere factum esse non credũt:
aut quia non diu mansit alius eiusdem sideris cursus: sed reditum est ad solitũ: minus
isto mouentur exemplo. Habeant ergo aliud: quod etiam nunc possit ostendi: eisq;
puto debere sufficere: quo commoueãtur cum aliud aduerterint in aliq̃ institutiõe
nature: eamq; sibi notissimam fecerint: non se inde deo debere prescribere: quasi eam
non possit in longe aliud q̃ eis cognita est: uertere atq; mutare. Terra Sodomorum
non fuit ita utiq; ut nunc est: sed iacebat simili ceteris facie: eadẽq; uel etiã uberiore
fecũditate pollebat. Nam dei paradiso in diuinis eloquiis compata est. Hec posteaq̃
tacta de celo est: sicut illorum quoq; attestatur historia: et nunc ab eis q ueniunt ad
loca illa conspicitur: prodigiosa fuligine horrori est: et poma eius interiorem fauillã
mendacis superficie maturitatis includunt. Ecce nõ erat talis: et talis est. Ecce a cõ/
ditore naturarum natura eius in hanc fedissimam diuersitatem mirabili mutatione
conuersa est. Et quod post tam longum accidit tempus: tam longo tp̃e perseuerat.
Sicut ergo non fuit impossibile deo: quas uoluit instituere: sic ei non est impossibile:
in quicquid uoluerit: quas instituit mutare naturas. Vnde illorũ quoq; miraculorũ
multitudo siluescit: que monstra: ostenta: portenta: prodigia nuncupantur. Que re/
colere et commemorare si uelim: huius operis quis erit finis? Monstra sane dicta ꝓ/
hibent a monstrando: ꝙ aliquid significando demonstrent. Et ostenta ab ostẽdẽdo:
et portenta a portendendo: id est preostendendo: et prodigia ꝙ porro dicant id est
futura predicant. Sed uiderint eorum coniectores quomodo ex eis siue fallantur:
siue instinctu spirituũ q̃bus cura est tali pena dignos animos hominum noxie curi/
ositatis retibus implicare: etiam uera predicant: siue multa dicendo aliquãdo in aliq̃d
ueritatis incurrant. Nobis tñ ista: que uelut contra naturam fiunt et contra naturã
fieri dicuntur: quo more hominum locutus est Apostolus dicẽdo: contra naturam in
olea insitum oleastrum factum esse participem pinguedinis olee: et mõstra: ostenta:
portenta: prodigia nuncupantur: hoc monstrare dicitur: hoc ostẽdere: uel p̃ostẽdere:
hoc predicere: quod facturus sit deus: que de corporibus hominum se prenuntiauit
esse facturum nulla impediente difficultate: nulla prescribente lege nature. Quomõ
autem prenuntiauerit: satis in libro superiore docuisse me existimo: decerpendo de
scripturis sanctis et nouis et ueteribus: non quidem omnia ad hoc pertinentia: sed que
sufficere huic operi iudicaui.

¶ De gehenna eternarumq; qualitate penarum. ¶ C. ix.

QVod igitur de sempiterno supplicio damnatorum per suum Prophetam deus dixit: fiet omino fiet: uermis eorum non morietur: et ignis eorũ nõ extinguetur. Ad hoc enim uehementius commendandum: etiam dominus Iesus cum membra que hominem scandalizant pro iis hominibus poneret: quos ut sua membra dextera quis diligit: eaq; preciperet amputari. Bonum est tibi inquit debilem introire in uitam q̃ duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem: ubi uermis eorũ nõ moritur: et ignis eorum non extinguitur. Similiter de pede bonum est tibi inqt claudum introire in uitam eternam: q̃ duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis: ubi uermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Nõ aliter ait et de oculo. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei: q̃ duos oculos hñtem mitti in gehennam ignis ubi uermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Non enim piguit uno loco eadem uerba ter dicere. Quem non terreat ista repetitio: et illius pene comminatio tam uehemens ore diuino? Vtrum autem eorum ignem scilicet ac uermem qui uolunt ad anime penas non ad corporis pertinere: dicunt etiã uri dolore cum sero atq; infructuose penitentes eos qui fuerint a regno dei separati: et ideo ignem pro isto dolore urente non congrue poni potuisse contendũt. Vnde illud Apostoli est. Quis scandalizatur et ego non uror? Eundem etiam dolorem: uermem putant intelligendum esse. Nam scriptum est inquiũt. Sicut tinea uestimẽtũ: et uermis lignum: sic meror excruciat cor uiri. Qui uero penas et anime et corporis in illo supplicio futuras esse non dubitãt: igne uri corpus: animam autem rodi quodammodo uerme meroris affirmãt. Quod et si credibilius dicitur: quia utiq; absurdũ est ibi dolorem aut corporis aut anime defuturum. Ego tamen facilius estimo ut ad corpus dicam utrunq; pertinere q̃ neutrum: et ideo tantum in illis diuine scripture uerbis animi dolorem: quomodo consequens esse intelligitur: etiam si non dicatur: ut corpore sic dolente animus quoq; sterili penitentia crucietur. Legitur quippe et in ueteribus scripturis: uindicta carnis impii ignis et uermis. Potuit breuius dici uĩdicta impii. Cur ergo dictum est carnis impii: nisi quia utrunq; id est ignis et uermis pena erit carnis? Aut si uindictam carnis propterea dicere uoluit: quia hoc in homine uindicabitur ꝙ secundum carnem uixerit. propter hoc enim ueniet in mortem secundã: quam significauit Apostolus dicens: si enim secundum carnem uixeritis moriemini. Eligat qsq; qđ placet: aut ignẽ tribuere corpi aĩmo uermẽ: hoc ꝓprie: illud tropice: aut utrũq; ꝓpe corpi. Iã. n. satis supius disputaui: posse aĩalia etiã in ignibus uiuere in ustione sine consumptione: in dolores sine morte: per miraculum omnipotentissimi creatoris: cui hoc possibile esse qui negat: a quo fit quicquid in naturis oĩbus miratʳ: ignorat. Ipse enim est deus qui omnia in hoc mundo magna et parua miracula que commemorauimus: etiã incorporabiliter plura que non cõmemorauimus fecit: eadẽq; ipso mundo atq; omnium maximo miraculo inclusit. Eligat ergo unũ e duobus qsq; quod placet. utrum et uermem et ignem ad corpus proprie: an ad animum translato a corporalibus ad incorporalia uocabulo existimet pertinere. Quid autẽ istoꝝ uerũ sit: res ipsa expeditius indicabit: quando erit scientia tanta sanctorum: ut eis cognoscendarum illaꝝ penarum necessaria nõ sit experientia: sed ea que tunc erit plena atq; perfecta: ad hoc enim sciendum sapientia sola sufficiat. Nũc enim ex parte scimus: donec ueniat quod perfectum est: dum tamen nullo modo illa corpora talia futura credamus: ut nullis ab igne afficiantur doloribus.

¶ An ignis gehennalis si corporalis est: possit malignos spiritus id est demones incorporeos tactu suo adurere. ¶ C. x.

HIc occurrit querere si non erit ignis incorporalis: sicut est aĩmi dolor: sed corporalis tactu noxius ut eo possint corpora cruciari: quomodo in eo erit etiam pena spirituum malignorũ? Idem qppe ignis erit supplicio scilicet hõinũ attributus et demonum: dicente Christo. Discedite a me maledicti in ignem eternũ: q pparatus est diabolo et angelis eius: nisi quia sunt quedam sua etiam demonibus corpora sicut doctis hominibus uisum est: ex isto aere crasso atq; humido: cuius impulsus uẽto flãte sentitur. Quod genus elementi si nihil igne perpeti posset: non ureret ferue factus in balneis. Vt enim urat prior uritur: facitq; quod patitur. Si aũt qsq̃ nulla habere demones corpora asseuerat: non est de hac re aut laborandum operosa inquisitione: aut contentiosa disputatione certandũ. Cur enim non dicamus q̃uis miris tamẽ ueris modis etiam spiritus incorporeos esse et pena corporalis ignis affligi: si spũs hominũ etiam ipsi profecto incorporei et nunc potuerint includi corporalibus membris: et tunc poterunt corporum suorum uinculis insolubiliter alligari? Adherebunt ergo si eis nulla sunt corpora: spiritus demonũ immo spiritus demones licet incorporei corporeis ignibus cruciandi: non ut ignes ipsi quibus adherebunt eorum iũctura inspirentur et animalia fiant que constent spiritu et corpore: sed ut dixi miris et ineffabilibus mõis adherendo accipientes ex ignibus penam nõ dantes ignibus uitam: quia et iste alius modus quo corporibus adherent spiritus et animalia fiũt: omnino mirus est: nec cõprehendi ab homine potest: et hoc ipse homo est. Dicerem quidem sic arsuros sine ullo suo corpore spiritus: sicut ardebat apud inferos ille diues quãdo dicebat crucior in hac flamma: nisi cõuenienter responderi cernerem talem fuisse illam flãmã: q̃les oculi quos leuauit et Lazarum uidit: qualis lingua cui humorem exiguũ desiderauit infundi: q̃lis digitus Lazari de quo id sibi fieri postulauit: ubi tñ erant sine corpibus aĩme. Sic ergo incorpalis et illa flamma qua exarsit: et illa guttula quam poposcit: qualia sunt etiam uisa dormientium: siue in extasi cernentium res incorporales hñtes tamen similitudinem corporum. Nam et ipse homo cum spiritu non corpore sit in talibus uisis: ita se tamẽ tunc similẽ suo corpi uidet: ut discernere omnino non possit. Aut uero gehenna illa quod etiam stagnum ignis et sulfuris dictum est: corporeus ignis erit: et cruciabit corpora damnatorum: aut et hominũ et demonũ: solida hoĩm: aerea demonum. Aut tantum hominum corpora cum spiritibus: demones aũt spũs sine corporibus herentes sumẽdo penam non impartiendo uitã corpalibus ignibus. Vnus quippe utrisq; ignis erit: sicut ueritas dixit.

An hoc ratio iusticie habeat: ut non sint extensiora penarum tempora: q̃ fuerunt peccatorum. C. xi.

HIc autem quidam eorum contra quos defendimus ciuitatem dei iniustum putãt: ut pro peccatis quãlibet magnis paruo scilicet tempore perpetratis: pena qsq; damnetur eterna: quasi ullius id unq̃ iusticia legis attendat: ut tanta mora temporis quisq; puniatur: quanta mora tẽporis unde puniretur admisit. Octo genera penarum in legibus esse scribit Tullius. Damnum: uincula: uerbera: talionẽ: ignominiã: exsiliũ mortem: seruitutem. Quid horum est: quod in breue tempus pro cuiusq; peccati celeritate coartetur: ut tanta uindicetur morula quanta deprehenditur perpetratum: nisi forte talio? Id enim ait ut hoc patiatur quisq; quod fecit. Vnde illud est legis. Oculum pro oculo: dentem pro dente. Fieri enim potest: ut tam breui tempore qsq; amittat oculum seueritate uindicte: quem tulit ipse alteri improbitate peccati. Porro

autem si aliene femine osculum infixum: ratiõis sic uerbere uindicare: nonne q illud puncto temporis fecerit: incomparabili borarum spatio uerberatur: et suauitas uo/luptatis exigue diuturno dolore punitur? Quid in uinculis? Nũquid ibi tã diu qsq; iudicandus est esse debere: q̃ diu fecit unde meruit alligari: cũ iustissime ãnosas penas seruus in compedibus pendat: qui uerbo aut ictu celerrime transeunte uel lacessiuit dominũ: uel plagauit? Iam uero damnum: ignominia: exsiliũ: et seruitus: cũ plerũq; sic infliguntur: ut nulla uenia relaxentur: nonne pro buius uite modo similia penis uidenẽ eternis? Ideo qppe eterna esse non possunt: quia nec ipsa uita que bis plectitẽ porrigitur in eternum. Et tamen peccata que uidicantur longissimi temporis penis: breuissimo tempore perpetrantur: nec quis q̃ extitit qui censeret tam cito nocentium finienda eẽ tormenta: q̃cito factum est uel bomicidium uel adulteriũ: uel sacrilegiũ: uel quodlibet aliud scelus: non temporis lõgitudine: sed iniquitatis et impietatis mag/nitudine metiendum. Qui uero pro aliquo grandi crimine morte multatẽ: nũqd mora q̃ occiditur que pbreuis est eius supplicium leges existimãt: et nõ q eũ in sempiternũ auferunt de societate uiuentium? Quod est autem de ista ciuitate mortali: bomines supplicio prime mortis: boc est de illa ciuitate immortali bomines supplicio secunde mortis auferre. Sicut enim non efficiũt leges buius ciuitatis: ut in eã quisq; reuocetẽ occisus: sic nec illius leges ciuitatis admittunt: ut ad eius quis ultra beatitudinẽ reuocetẽ eternam: secunda morte damnatus. Quomodo ergo uerum est inquiunt qđ ait Xp̃s uester: in qua mensura mensi fueritis: in ea remetietur uobis: si temporale peccatum supplicio punitur eterno? Nec attendunt non propter equale temporis spatiũ: sed propter uicissitudinẽ mali: id ẽ ut q mala fecerit mala patiatur: eandẽ dictã mẽsurã fuisse. Quamuis boc ĩ ea re proprie possit accipi de qua dominus cum boc diceret lo/quebatur: id est de iudiciis et condemnationibus. Proinde qui iudicat et condemnat iniuste: si iudicatur et condemnatur iuste: in eadem mensura recipit. q̃uis non boc qđ dedit. Iudicio enim fecit: iudicio patitur. Quamuis damnationem fecerit: qđ iniquũ est: patitur damnationem quod iustum est.

De magnitudine preuaricationis prime: ob quã eterna pena omnibus debeatẽ: qui extra gratiam fuerint saluatoris. C. xii.

SEd pena eterna ideo dura et iniusta sensibus uidetẽ bumanis: quia in bac ĩfirmi/tate moribundorum sensuum deest ille sensus altissime purissimeq; sapiẽtie: quo sentiri possit quantum nefas in illa prima preuaricatione commissum est. Quãto.n. magis bomo fruebatur deo: tanto maiore impietate dereliquit deũ. et factus ẽ malo dignus eterno: qui boc in se pemit bonum: qđ eẽ posset ineternum. Hinc ẽ uniuersa generis bumãi massa damnata. quoniam qui boc primitus admisit: cum ea que in illo fuerat: radicata sua stirpe punitus est: ut nullus ab boc iusto debitoq; supplicio nisi misericordia et indebita gratia liberetur. atq; ita dispertiatur genus bumanum: ut in quibusdam demonstretur quid ualeat misericors gratia: in ceteris: qd iusta uindicta. Neq; enim utrunq; demonstraretur in omnibus: quia si omnes remanerent in penis iuste damnationis: in nullo appareret misericors gratia redimentis. rursum si omnes a tenebris transferrentur in lucem in nullo appareret seueritas ultiõis. In q̃ ppterea multo plures q̃ in illa sunt ut sic ostendatur quid omnibus deberetur. Quod si oĩbus redderetur iusticia uindicantis: iuste nemo reprebenderet. qa uero tam multi exĩde liberantur: est unde agantur maxime gratie gratuito muneri liberantis.

¶ Contra opinionem eorum qui putant criminosis supplicia post mortem causa purgationis adhiberi. ¶ C.xiii.

PLatonici quidē q̄uis impunita nulla uelint eē peccata: tñ om̄s penas emēdatõi adhiberi putãt: uel humanis inflictas legibus: uel diuinis: siue in hac uita siue post mortē: si aũt parcat̃ hic cuiq;: aut ita plectatur ut hic non corrigat̃. Hinc est Maronis illa sentētia: ubi cũ dixisset de terrenis corpibus moribũdisq; mēbris: q̄d aĩe.
Hinc metuunt cupiunt gaudentq; dolentq;: nec auras.
Suspiciunt clause tenebris et carcere ceco.
Secutus adiunxit atq; ait.
Quin et supremo cum lumine uita relinquit:
id est cum die nouissimo relinquit eas ista uita.
Nõ tñ inq̄t om̄e malũ miseris: nec fũditus om̄s.
Corporee excedunt pestes: penitusq; necesse est.
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur penis: ueterumq; malorum.
Supplicia expedunt. alie pandnntur inanes.
Suspense ad uentos: aliis sub gurgite uasto.
Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni.

¶ Qui hoc opinantur: nullas penas nisi purgatorias uolunt esse post mortem. ut q̄m terris superiora sunt elementa: aqua: aer: ignis: ex aliqua istorum mundetur per expiatorias penas: quod terrena contagione contractum est. ¶ Aer q̄ppe accipit̃ in eo quod ait suspense ad uentos. ¶ Aqua in eo q̄ ait subiurgite uasto. ¶ Ignis autem suo noĩe expressus est: cum dixit: aut exuritur igni. ¶ Nos uero etiam in hac quidē uita mortali esse quasdam penas purgatorias confitemur. non q̄bus affligunt̃ quoꝝ uita uel inde fit melior: uel potius inde fit peior: sed illis sunt purgatorie: qui eis coerciti corriguntur. Cetere omnes pene siue tēperarie: siue sempiterne: sicut unusq̄sq; diuina prouidentia tractandus est: inferuntur: uel pro peccatis siue preteritis siue in quibus adhuc uiuit ille qui plectitur: uel pro exercendis declarandisq; uirtutibus per hõines et angelos: seu bonos seu malos. Nam et quisq; mali aliquid alterius improbitate uel errore patiatur: peccat quidem homo q uel ignorantia uel iniusticia cuiq̄ mali aliq̄d facit: sed non peccat deus: qui iusto q̄uis occulto iudicio fieri sinit. Sed temperarias penas alii in hac uita tantum: alii post mortem: alii et nunc et tunc. uerũtamem ante iudicium illud seuerissimum nouissimumq; patiuntur. Non autem ueniunt omnes in sempiternas penas: que post illud iudicium his sunt future qui post mortē sustinent temporales. Nam quibusdam quod in isto nõ remittitur. remitti ĩ futuro seculo: id ē ne futuri seculi eterno supplicio puniantur: iam supra diximus. Rarissimi sunt aũt: qui nullas in hac uita. sed tantũ post eã penas luunt. Fuisse tñ aliquos q usq; ad decrepitam senectutem: ne leuissimam quidem febriculam senserint: quietãq; duxerint uitam: et ipsi nouimus: et audiuimus.

¶ De penis tempalibus huius uite: q̄bus subiecta ē huãna cõdicio. ¶ C.xiiii.

QVanq̄ ipsa uita mortaliũ tota pena sit: q̄a tota temptatio est: sicut sacre littere personãt: ubi scriptũ est. Nunq̄d non temptatio est uita humana super terrã? Non. n. parua pena est ipsa insipientia uel imperitia: que usq; adeo fugienda merito iudicatur: ut ꝑ penas doloribus plenas: pueri cogant̃ queq; artificia uel litteras discere

ipsiumq; discere: ad quod penis adiguntur tam penale est eis: ut nonnunq̄ ipsas penas per quas compelluntur discere: malint ferre: q̄ discere. Quis autem non exhorreat et mori eligat: si ei proponatur aut mors perpetienda: aut rursus infātia. Que quidem nō a risu sed a fletu ordit̄ hanc lucem: quo quid maloꝝ ingressa sit nesciens ꝓphetat quodammodo? Solum quando natus est ferunt risisse Zoroastren: nec ei boni aliqd monstrosus risus ille portendit. Nam Magicarum artium perhibet̄ fuisse inuentor. Que quidem illi nec ad presentis uite uanam felicitatem: cōtra suos inimicos prodesse potuerunt. A Nino qppe Rege Assyrioꝝ: cū eēt ipe Bactriāoꝝ Rex bello supatus est. Prorsus qđ scriptū est: graue iugū sup filios Adam: a die exitus de uentre matris eorū usq; in diem sepulture in matrē oīm: usq; adeo impleri necesse est: ut ipi paruuli per lauacrū regeneratiōis ab originalis peccati quo solo tenebant̄ uinculo iā soluti: mala multa patientes: nonnulli et incursus spirituū malignorū aliqn̄ patiant̄. Que quidem passio absit ut eis obsit: si hanc uitam in illa etate etiam ipsa passione ingra/uescente et animam de corpe excludente finierint.

Quod omē opus gratie dei eruentis nos de profūditate ueteris mali: ad futuri seculi ꝑtineat nouitatem. C.XV.

VEruntamen in graui iugo quod positum est super filios Adam a die exitus de uentre matris eorum: usq; in diem sepulture in matrem omniū: etiā hoc mediū mirabile reperit̄: ut sobrii simus atq; intelligamus hanc uitam de peccato illo nimis nefario: qđ in paradiso ꝑpetratū ē: factā nobis esse penalē: totūq; qđ nobiscū agitur per testamētū nouū: nō ꝑtinere nisi ad noui seculi hereditatē nouā: ut hic pignore accepto illud cuius hoc pignus est: suo tēpore cōsequamur: nūc aūt ābulemus in spe: & ꝓficientes de die in diem spiritu facta carnis mortificemus. Nouit enī dominus q sūt eius. Et quotquot spiritu dei agunt̄: ii filii sunt dei. sed gratia nō natura. Vnicus enī natura dei filius: propter nos misericordia factus est hominis filius: ut nos natura filii hominis filii dei per illū gratia fieremus. Manēs quippe ille immutabilis: naturā nostram ī q̄ nos susciperet: suscepit a nobis: et tenax diuinitatis sue nostre īfirmitatis particeps factus est: ut nos in melius commutati: ꝙ peccatores mortalesq; sumus: eius īmortalitatis et iusticie ꝑticipatōe amittamus. & qđ ī natura nostra bonū fecit: īpleti sūmo bono eius nature bonitate seruemus. Sicut enim per unū hominē peccantem in hoc tam graue malum deuenimus: ita per unū hominē eundemq; deū iustificantē: ad illud bonū tam sublime ueniemus. Nec qs q̄ se debet ab isto ad illū trāsisse cōfidere: nisi cum ibi fuerit ubi temptatio nulla erit: nisi pacem tenuerit: quam belli huius in quo caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem: multis et uariis certaminibus querit. Hoc autem bellum nunq̄ ullum esset: si natura humana ꝑ libeꝝ arbitrium in rectitudine in qua facta est: perstitisset. Nūc uero que pacem felix cū deo habere noluit: secum pugnat infelix. et hoc quoq; cū sit malū miserabile: melius est tamen q̄ priora uite huius. Melius confligitur quippe cum uitiis: q̄ cum sine ulla conflictione dominantur. Melius est inquam bellum cum spe pacis eterne: q̄ sine ulla liberationis cogitatione captiuitas. Cupimus quidem etiam hoc bello carere: et ad ca/pessendā ordinatissimā pacē: ubi firmissima stabilitate potioribus inferiora subdant̄ igne diuini amoris accendimur. Sed si quod absit alibi tanti boni spes nulla eēt: malle debuimus in huius conflictationis molestia remanere: q̄ uitiis in nos dominationem: non eis resistendo: permittere.

Sub quibus gratie legibus regeneratoꝝ habeant etates. C.

Uerum tãta est dei misericordia in uasa misericordie: que preparauit in gloriã: ut etiam prima hominis etas id est infantia: que sine ullo renisu subiacet carni: et secunda que puericia nũcupatur: ubi nondũ ratio suscepit hanc pugnã: & fere sub omnibus uitiosis delectationibus iacet: qa licet fari iam ualeat: & ideo infantiã trãsisse uideatur: nondum in ea est precepti capax infirmitas mentis. si sacramẽta mediatoris acceperit: etiã si hãc in eis annis uitam finiat translata scilicet a potestate tenebrarum in regnum xp̄i: nõ solum penis nõ preparetur eternis: sed ne ulla quidem post mortẽ purgatoria tormenta patiat̃. Sufficit enim sola spiritalis regeneratio: ne post mortẽ obsit: quod carnalis generatio cũ morte contraxit. Cum autem uentũ fuerit ad etatẽ: que preceptum iam capit: et subdi põt legis imperio: suscipiendũ est bellum cõtra uitia & gerendũ acriter: ne ad dampnabilia peccata perducat. Et siquidem nõdũ uictoriarũ cõsuetudine roborata sunt: facilius uincuntur: & cedunt. sin aũt uincere atq; imperare cõsueuerunt: laboriosa difficultate supant̃. Neq; enim id fit ueraciter atq; sinceriter: nisi uera delectatione iustitie. Hoc est aũt fide xp̄i. Nã si lex iubens assit: & spiritus iuuans desit: p ipsam prohibitionem desiderio crescẽte atq; uincẽte peccati: etiã reatus preuaricatiõis accedit: ut nõnũq̃ sint apertissima uitia que aliis uitiis uicunt̃ occultis. queq; putant̃ eẽ uirtutes: in quibus regnat superbia: & quedam sibi placẽdi altitudo ruinosa. Tunc itaq; uicta uitia deputanda sunt: cum dei amore uincunt̃: quẽ nisi deus ipse non donat: nec aliter nisi per mediatorem dei & hominũ hominem xp̄m Iesum: qui factus est particeps mortalitatis nostre: ut nos participes faceret diuinitatis sue. Paucissimi autẽ sunt tãte felicitatis: ut ab ipsa ineunte adolescentia nulla damnabilia peccata cõmittant: uel in flagitiis uel in facinoribus: uel in nefarie cuiusq̃ impietatis errore: sed magna spiritus largitate opprimãt: qcqd in eis posset carnali delectatione dominari. Plurimi uero precepto legis accepto: cum prius uicti fuerint preualẽtibus uitiis: et preuaricatores effecti: tunc ad gratiam confugiunt adiuuãtem: qua fiant et amarius penitendo & uehementius pugnando: prius deo subdita atq; ita carni ꝓposita mẽte uictores. Quisqs ergo penas cupit euadere sempiternas: nõ solũ baptizet̃: uerum etiam iustificet̃ in christo. ac sic uere transeat. a diabolo ad xp̄m. Purgatorias autem penas nullas futuras opinetur: nisi ante illud ultimũ tremendumq; iudicium. Nequaq̃ tamen negandum est: etiam ipsum eternum ignẽ ꝓ diuersitate meritorũ: q̃uis maloꝝ aliis leuiorem aliis futurum esse grauiorem: siue ipsius uis atq; ardor pro pena digna cuiusq; uarietur: siue ipse equaliter ardeat̃: sed nõ equali molestia sentiatur.

De iis qui putant nullorum hominum poenas in eternum esse mansuras. C.

Nunc iam cum misericordibus nostris agendum eẽ uideo: & pacifice disputandũ: qui uel omnibus illis hominibus: quos iustissimus iudex dignos gehenne supplitio iudicabit: uel quibusdam eorum nolũt credere penã sempiternã futuram: sed post certi tẽporis metas: pro cuiusq; peccati quãtitate lõgioris siue breuioris eos inde existimant liberãdos. Qua in re misericordior profecto fuit Origenes: qui et ipsum diabolum & angelos eius: post grauiora pro meritis & diuturniora supplitia: ex illis cruciatibus eruendos atq; sotiandos sanctis angelis credidit. Sed illum & ꝓpter hoc & propter alia nõnulla: & maxime ꝓpter alternãtes sine cessatiõe beatitudines & miserias: & statutis

seculorum interuallis ab istis ad illas: atq; ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles: non immerito reprobauit ecclesia. Quia et hoc ꝙ misericors uidebatur amisit: facĩedo sanctis ueras miserias quibus penas luerent: & falsas beatitudines in quibus uerum ac securum hoc est sine timore certũ sempiterni boni gaudiũ nõ haberẽt. Longe autem aliter istoꝝ misericordia humano errat affectu: qui hominum illo iudicio damnatoꝝ miserias temporales: omnium uero: qui uel citius uel tardius liberant: eternam felicitatẽ putant. Que sententia si propterea uera et bona quia misericors est: tanto erit melior & uerior quãto misericordior. Extendat ergo ac profundat fons huius misericordie usq; ad damnatos angelos: saltẽ post multa atq; prolixa quantũlibet secula liberãdos. Cur usq; ad uniuersam naturam manat humanam: & cũ ad angelicã uentum fuerit mox arescit? Non audent tamen se ulterius miserando porrigere: & ad liberationem ipsius quoq; diaboli peruenire. Verum si aliquis audeat: uincit nempe istos: et tamen tanto inuenitur errare deformius: et contra recta dei uerba ꝑuersius: q̃to sibi uidetur sentire clementius.

¶ De iis qui nouissimo iudicio propter intercessionẽ sanctoꝝ neminem putant damnandum esse. ¶ C.

NVnt etiam quales in collocutionibus nostris ipse sum expertus: qui cum uenerari uideantur scripturas sanctas: moribus improbandi sunt. & agẽdo causam suam: multo maiorem: q̃ isti misericordiam deo tribuunt erga humanũ genus. Dicunt enim de malis et infidelibus hominibus diuinitus quidem uerum predictũ esse ꝙ digni sunt: sed cum ad iudicium uentũ fuerit: misericordiã esse superaturã. Donabit. n. eos inqunt misericors deus: precibus & intercessionibus sanctoꝝ suoꝝ. Si enim orabãt pro illis q̄n eos patiebantur inimicos: quanto magis quãdo uidebũt humiles supplicesq; ꝓstratos? Neq; enim credendũ est aiunt tunc amissuros sanctos uiscera misericordie: cũ fuerint plenissime ac perfectissime sanctitatis: ut qui tunc orabant pro inimicis suis quando et ipsi sine peccato non erant: tũc nõ orent pro supplicibus suis quãdo nullum ceperint habere peccatum. Aut uero deus tunc eos nõ exaudiet tot et tantos filios suos: quando in tanta eoꝝ sanctitate nullũ inueniet orationis impedimẽtum? Testimonium uero psalmi: et illi qui permittunt infideles atq; impios homines saltẽ lõgo tempore cruciari: et postea de malis omnibus erui: sed magis isti pro se dicunt esse: ubi legitur. Nunquid obliuiscetᷣ misereri deus: aut cõtinebit in ira sua suas miserationes? Ira eius est inquiũt: ut omnes indigni beatitudine sempiterna ipso iudicãte puniãtur supplicio sẽpiterno. Sed si uel lõgum uel ullum esse permiserit: ꝓfecto ut possit hoc fieri continebit in ira sua miseraciões suas. quod eum psalmus dicit nõ esse facturũ. Non enim ait affirmãdo cõtinebit: sed negationẽ sub interrogatiõe ponens: cũ an cõtinebit interrogat: nimrũ ostendit: quia nõ diu miserationes suas in ira contineat. Sic ergo isti uolunt iudicii dei cõminationem non esse mendacem: q̃uis sit neminẽ damnaturus: quẽadmodum eius cõminationem qua dixit euersurum se esse niniuen ciuitatem: mendacẽ nõ possumus dicere: & tamen non est factum inquiũt quod sine ulla cõditione predixit. Nõ enim ait niniue euertetᷣ: si nõ egerint penitentiã: seq; correxerint: sed hoc nõ addito prenũciauit euersionem futuram illius ciuitatis. Quam comminationem propterea ueracem putãt: q̄a hoc ꝑdixit deus: quod uere digni erant pati: q̃uis hoc nõ esset ipse facturus. Nam etsi penitentibus pepercit inquiũt: utiq; illos penitentiã non ignorabat acturos. & tamen absolute ac diffinite eoꝝ euersionem futuram esse predixit. Hoc ergo erat inquiunt in ueritate seueritatis: qua erant digni: sed in ratione miserationis non erat:

quã nõ cõtinuit ĩ ira sua: ut ab ea pena supplicibus parceret: quã fuerat cõtumacibus cõminatus. Si aũt tunc pepercit aiũt: quãdo sanctum suũ prophetam fuerat ꝯtristando cõtristaturus: quanto magis tunc mirabilius supplicantibus parcet: quando ut parcat omnes sancti eius orabunt? Sed hoc quod ipsi suis cordibus suspicantur: ideo putant scripturas tacuisse diuinas: ut multi se corrigant uel prolixarum uel eternarum timore penarum: & sint qui possint orare pro eis qui non se correxerint. Hec tamẽ opinantͬ omĩmodo id eloq̃a diuina tacuisse. Nam quo ꝑtinet inquiunt quod scriptũ est: q̃ multa multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timentibus te: nisi ut intelligamus propter timorẽ fuisse absconditã misericordie diuine tam multã secretãq; dulcedinẽ? Addunt etiam propterea dixisse apostolum: conclusit enim deus omnes in infidelitate ut omnibus misereatur: quo significaret ꝙ ab illo nemo damnabitur. Nec isti tamen qui hoc sentiunt: hanc opinionem suam usq; ad liberationẽ uel nullam damnationem diaboli atq; angelorum eius extẽdunt. Humana quippe circa solos homines mouentͬ misericordia: & causam maxime agunt suam: per generalem in genus humanũ quasi dei miserationem: impunitatem falsam suis perditis moribus pollicentes. Ac per hoc superabunt eos in predicanda dei misericordia: qui hanc impunitatem etiam principi demonũ & eius satellitibus pollicentͬ.

¶De iis q impunitatẽ omniũ peccatoꝝ ꝓmittũt etiã hereticis ꝓpter participationẽ corporis christi. ¶C.

ITem sunt alii ab eterno supplicio liberationem nec ipsis saltẽ omnibus hominibus promittentes: sed tãtummodo christi baptismate ablutis qui participes fiũt corꝑis eius: quõlibet uixerint: in quacunq; heresi uel impietate fuerint. propter illud qđ ait Iesus. Hic est panis qui de celo descendit: ut siquis ex ipso manducauerit nõ moriatͬ. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet ineternum. Ab eterna ergo morte inquiunt necesse ẽ istos erui: et ad uitam eternam quandoq; perduci.

¶De iis q nõ oĩbus: sed eis tm̃ q apud catholicos sũt regenerati etiã si postea ĩ multa crimĩa erroresq; ꝓrupint: indulgẽtiã pollicẽtͬ. ¶C.

ITem sũt q hoc nec oĩbus habẽtibus baptismatis xp̃i & eius corꝑis sacramẽtum: sed solis catholicis quãuis male uiuẽtibus pollicentͬ. quia non solum sacramẽto sed re ipsa manducauerũt corpus xp̃i: in ipso corꝑe eius cõstituti. De quo dicit apostolus. unus panis unum corpus multi sumus. ut etiam si postea ĩ aliquam heresin uel etiam in gentilium idolatriam lapsi fuerint: tãtum quia in corpore christi id est in catholica ecclesia sumpserunt baptismum christi & manducauerunt corpus christi: nõ moriantͬ in eternum: sed uitam quandoq; cõsequantͬ eternam. atq; illa omnis impietas quanto maior fuerit: nõ eis ualeat ad eternitatẽ: sed ad diuturnitatẽ magintudinẽq; penarũ.

¶De iis qui eos qui permanent in catholica fide: etiã si pessime uixerint: et ob hoc uri meruerĩt: tñ ꝓpter fidei fũdamentum: saluandos esse definiunt. ¶C.

SVnt autem qui propter id quod scriptum est qui perseuerauerit usq; in finem: hic saluus erit: nõ nisi ĩ ecclesia catholica ꝑseuerantibus q̃uis ĩ ea male uiuẽtibus hoc ꝓmittunt: per ignem uidelicet saluandis: merito fundamenti de quo ait apostolus.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id quod positū est: qđ ē xp̄s Iesus. Si quis autem edificauerit supra fundamentum hoc aurum: argentum: lapides preciosos: ligna: fenum: stipulam: uniuscuiusq; opus manifestabitur. Dies enim domini declarabit: q̄a in igne reuelabit̄: & uniuscuiusq; opus quale sit ignis ꝓbabit. Si cuius opus pmāserit qđ sup edificauit: mercedē accipiet. Si cuius opus aūt arserit: detrimētū patiet̄. ipse autem saluus erit: sic tamē q̄si p ignē. Dicūt ergo cuiuslibet uite catholicū xp̄ianum xp̄m habere in fūdamento: qđ fundamentum nulla heresis habet a corpis eius unitate precisa: et ideo ꝓpter hoc fundamentum etiā si male uite fuerit catholicus christianus: uelut qui superedificauerit ligna: fenum: stipulam: putāt eum saluū fieri per ignē: id ē post penas ignis illius liberari: quo igne in ultimo iudicio punient̄ mali.

¶ De iis qui putant ea crimina: que inter elemosinaꝝ opa cōmittuntur. ¶ C.

Comperi autem etiam quosdam putare: eos tantummodo arsuros illius eternitate supplicii: qui pro peccatis suis facere dignas elemosinas negligunt. Iuxta illud apostoli Iacobi. Iudicium aūt sine misericordia fiet illi: qui nō fecit misericordiā. Qui ergo fecerit inquit: q̄uis mores in melius nō mutauerit: sed inter ipsas suas elemosinas nefarie ac nequiter uixerit: cum misericordia illi iudicium futurum est. ut aut nulla damnatiōe plectat̄: aut post aliqđ tēpus siue paruū: siue prolixū: ab illa dānatione liberetur. Ideo iudicem ipsum uiuorum atq; mortuorum noluisse existimant aliud cōmemorare se esse dicturum: siue dextris quibus daturus est uitā eternā: siue sinistris quos eterno supplicio damnaturus: nisi elemosinas siue factas siue nō factas. Ad hoc pertinere aiūt: & in oratione dominica quotidianam postulationem. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quisquis enim illi qui in eum peccauit dimittit ignoscēdo peccatum: ꝓculdubio elemosinā facit. Quā rem dominus ipse sic cōmēdauit: ut diceret. Si.n. dimiseritis peccata hominibus: dimittet uobis & pater uester peccata uestra. Si autē nō dimiseritis hominibus: neq; pater uester q in celis est dimittet uobis. Ergo & ad hoc genus elemosinaꝝ pertinet qđ ait apostolus Iacobus: iudicium futurū sine misericordia ei: qui non fecit misericordiā. Nec dixit dn̄s inquit magna uel parua: sed dimittet uobis pater uester peccata uestra: si et uos dimiseritis hominibus. Ac per hoc putant etiam eis: qui perdite uixerint: donec claudāt diem uite huius extremū: per hāc orationē q̄liacūq; & q̄tacunq; fuerint omnia quotidie peccata dimitti: sicut ipsa quotidie frequētat̄ oratio: si hoc tantummō custodire meminerint: ut quādo ab eis ueniam petunt qui eos peccato qualicūq; leserunt: ex corde dimittāt. Cum ad hec omnia deo donante respondero: liber iste claudendus est.

¶ Contra eorum opinionem qui dicūt: nec diaboli nec maloꝝ hominū perpetua futura supplicia. ¶ C.

Ac primum queri oportet: atq; agnosci: cur ecclesia ferre nequiuerit hominum disputationem: diabolo etiam post maximas & diuturnissimas penas purgationē uel indulgentiā pollicentē. Neq;.n. tot sācti & sacris ueteribus ac nouis litteris eruditi: mundationē & regni celorū beatitudinē post q̄liacūq; et q̄tacūq; supplicia q̄libetcūq; et quantacunq; angelis inuiderunt: sed potius uiderūt diuinam uacuari uel infirmari non posse sententiam: quā se prenūciauit dominus in iudicio prolaturū atq; dicturū.

Discedite a me maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. sic quippe ostendit eterno igne diabolum et angelos eius arsuros. Et quod scriptum est in apocalypsi. Diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris: quo et bestia et pseudo propheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Quod ibi dictum est eternum: hic dictũ est in secula seculorum. Quibus uerbis nihil scṕtura diuina significare consueuit: nisi quod finem non habet temporis. Quamobrẽ ꝓrsus nec alia causa nec iustior atq; mãifestior inuẽiri pót: cur uerissima potestate teneatˀ fixũ & immobile: nullum regressum ad iusticiã uitamq; sanctoꝝ diabolũ & angelos eius habituros: nisi quia scriptura que neminem fallit dicat eis deũ non pepercisse: & sic ab illo esse inter impios predamnatos: ut carceribus inferni retrusi traderentˀ seruandi atq; ultimo iudicio puniẽdi: quãdo eos eternus ignis accipiet: ubi cruciabuntˀ in secula seculoꝝ. Quod si ita ẽ: quó ab huius eternitate pene uel uniuersi uel quidã homines post quantũlibet temporis subtrahentur: ac non statim eneruabitˀ fides: qua creditur sempiternũ demonũ futurum esse supplicium? Si enim quibus dicetur discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo & angelis eius: uel uniuersi uel aliqui eorũ nó semper ibi erunt: quid cause est cur diabolus et angeli eius: semper ibi futuri eẽ credantˀ? An forte dei sentẽtia que ĩ malos ãgelos & hoíes ꝓferetˀ: in ãgelos uera erit: ĩ homines falsa? Ita plane hoc erit si nó quod deus dixit: sed qđ suspicantˀ homines plus ualebit. Quod fieri quia nó potest: nó argumẽtari aduersus deum: sed diuino potius dum tempus est debent parere precepto: qui sempiterno cupiunt carere supplicio. Deíde quale est eternum suppliciũ pro igni diuturni temporis existimare: et uitam eternam credere sine fine: cum christus eodẽ ipso loco in una eadẽq; sentẽtia dixerit utrunq; complexus: sic ibunt isti in supplicium eternum: iusti autem in uitam eternam? Si utrũq; eternũ: ꝓfecto aut utrũq; cũ fine diuturnũ: aut utrũq; sine fine perpetuũ debet intelligi par. pari. n. relata sũt. hinc suppliciũ eternũ: inde uita eterna. Dicere autẽ in hoc uno eodẽq; sensu: uita eterna sine fine erit: suppliciũ eternũ finẽ habebit: multũ absurdum est. Vnde quia uita eterna sanctoꝝ sine fine erit: suppliciũ quoq; eternum quibus erit: proculdubio finem non habebit.

¶ Contra eorum sensum q in iudicio dei omibus reis ꝓpter sanctoꝝ preces: putãt eẽ parcendũ. ¶ C.

HOc aũt et aduersus eos ualet: qui suas agentes causas cõtra dei uẽire uerba uelut misericordia maiore conantˀ. ut ideo uidelicet uera sint: qa ea que dixit homíes eẽ passuros pati digni sunt: nó quia passuri sunt. Donabit enim eos inquiũt precibus sanctorum suorum: etiã tunc tanto magis orantiũ pro inimicis suis: quãto sunt utiq; sanctiores: eoꝝq; est efficacior oratio: et exauditiõe dei dignior: iam nullũ habentiũ omnino peccatũ. Cur ergo eadẽ ꝓfectissima sanctitate: & cũcta impetrare ualẽtibus mũdissimis & misericordissimis precibus etiam pro angelis nó orabunt quibus paratus est ignis eternus: ut deus sententiam suam mitiget & reflectat in melius: eosq; ab illo igne faciat alienos? An erit forsitan quisq̃ qui & hoc futurũ esse presumat: affirmãs etiam sanctos angelos simul cũ sanctis hominibus qui tũc equales erunt angelis dei: pro damnandis & angelis & hominibus oraturos: ut misericordia nó patiantur: quod ueritate merentur pati? quod nemo sane fidei dixit nemo dicturus est? Alioqn nulla causa est: cur nó etiam pro diabolo nunc & angelis eius oret ecclesia: quam magister deus pro inimicis suis iussit orare. Hec igitˀ causa q̃ fit ut nũc ecclesia nó oret ꝓ malis

angelis: quos suos nouit esse inimicos: eadē ipsa causa ē: qua fiet: ut in illo tunc iudicio etiam pro hominibus eterno igni cruciādis: q̄uis perfecta sit sanctitate: nō oret. Nūc enim propterea pro eis orat: quos in genere humano habet inimicos: quia tempus est penitētie fructuose. Nam ut quid maxime pro eis orat: nisi ut det illis deus: sicut dicit Apostolus penitētiam? & resipiscant de diaboli laqueis: a quo captiui tenent̄ secundū ipsius uolūtatē? deniq; si de aliqbus ita certa eēt: ut q̄ sūt illi etiā nosset: q̄ licet adhuc in hac uita sint cōstituti: tamen p̄destinati sunt in eternū ignē ire cū diabolo: tā p eis non oraret: q̄ nec pro ipso. Sed quia de nullo certa est: orat pro omnibus duntaxat hominibus inimicis suis in hoc corpore constitutis. nec tamen pro omnibus exaudit̄. Pro his enim solis exauditur: qui etsi aduersant̄ ecclesie: ita sunt tamen predestinati: ut p eis exaudiat̄ ecclesia: & filii efficiant̄ ecclesie. Si qui aūt usq; ad mortē habebūt cor impenitēs: nec ex inimicis conuertent̄ i filios: nunqd iam pro eis: id est pro talium defunctoꝝ spiritibus orat ecclesia? Cur ita? nisi qa in parte iam diaboli computant̄: qui dum essent in corpore: nō sunt translati ad christum? Eadem itaq; causa est: cur nō oretur tunc p hominibus eterno igne puniendis: que causa est: ut neq; nunc: neq; tunc oretur pro angelis malis. que itidem causa est: ut q̄uis pro hominibus nunc uiuis oretur etiā malis: tamen iam nec nunc oretur pro infidelibus impiisq; defūctis. Nam pro defūctis quibusdam: uel ipsius ecclesie uel quorūdam piorum exauditur oratio: sed pro iis quorum in Christo regeneratorū nec usq; adeo uita in corpore male gesta est: ut tali misericordia iudicent̄ digni nō eē: nec usq; adeo bene: ut talē misericordiā reperiantur necessariam non habere: sicut etiam facta resurrectione mortuoꝝ: non deerunt qbus post penas quas patiuntur spiritus mortuorū: impartiat̄ misericordia: ut in ignē non mittant̄ eternum. Neq; enim de quibusdā ueraciter diceret̄: ꝙ non eis remittat̄ neq; in hoc seculo: neq; in futuro: nisi essent quibus etsi non in isto tamen remitteret̄ in futuro. Sed cū dictū fuerit a iudice uiuorum atq; mortuorum: uenite benedicti patris mei: possidete paratū uobis regnū a cōstitutiōe mūdi: & aliis ecōtrario discedite a me maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius: et ibunt isti in supplicium eternū: iusti autem in uitam eternam: nimie p̄sumpcionis est dicere cuiq̄ eorum eternū supplicium non futurū: quos deus ituros in suppliciū dixit eternū: & p huius p̄sumptiōis persuasionē facere: ut de ipsa quoq; uita uel desperet̄: uel dubitetur eterna. Nemo itaq; sic intelligat psalmum canentē: Nunqd obliuiscet̄ misereri deus? aut cōtinebit i ira sua miseratiōes suas? ut opinet̄ de hominibus bonis ueram: de malis falsam: aut de bonis hominibus et malis angelis ueram: de malis autem hominibus falsam dei esse sententiam. Hoc enim qđ ait psalmus ad uasa misericordie pertinet: et ad ipsos filios promissionis: quorum erat unus etiā ipse propheta. Qui cū dixisset: nunquid obliuiscet̄ misereri deus? aut continebit in ira sua miserationes suas? continuo subiecit: Et dixi: nunc cepi: Hec est immutatio dextere excelsi. Exposuit profecto qd dixerit. Nunquid cōtinebit in ira sua miseratiōes suas? Ira enim dei est etiam ista uita mortalis: ubi homo uanitati similis factus est: et dies eius uelut umbra pretereunt. In qua tamen ira non obliuiscitur misereri deus: faciendo solem suū oriri super bonos et malos: et pluendo super iustos: & iniustos. ac sic non continet i ira sua miserationes suas. Maximeq; in eo qđ expressit hic psalmus dicendo: nunc cepi: Hec est immutatio dextere excelsi: quoniam i hac ipsa eorum uanissima uita: que ira dei est: uasa misericordie mutat in melius: q̄uis adhuc in huius corruptiōis miseria maneat ira eius: quia nec in ipsa ira sua cōtinet miserationes suas. Cum ergo isto mō cōpleat̄ diuini illius cantici ueritas: nō est eam necesse etiam illic intelligi: ubi nō pertinentes

ad ciuitatem dei sempiterno supplicio punientur. Sed quibus placet istam sententiam
usq; ad illa impiorum tormenta protendere: saltem sic intelligant: ut manente in eis
ira dei: que eterno ē pnuntiata supplicio: nō cōtineat deus in hac ira sua miseratiōes
suas: & faciat eos nō tanta q̄ta digni sunt penarum atrocitate cruciari. ut eas penas
uel nunq̄ subeant: uel aliq̄n finiant: sed ut eas mitiores q̄ merita sunt eorū: leuioresq;
patianť. Sic enim & ira dei manebit: et in ipsa ira sua miserationes suas nō continebit.
quod quidē nō ideo cōfirmo: quia nō resisto. Ceterū eos qui putāt minaciter potius
q̄ ueraciter dictum: discedite a me maledicti in ignem eternū: & ibūt isti in suppliciū
eternum: & cruciabuntur in secula seculorum: & uermis eorum nō morieť: & ignis nō
extinguetur: & cetera huiusmodi: nō tam ego q̄ ipsa scriptura diuina planissime atq;
plenissime redarguit: ac refellit. Niniuite quippe in hac uita egerunt penitentiam: et
ideo fructuosam: uelut ī hoc agro seminātes ī quo uoluit deus cū lachrymis semīari:
quod postea cū leticia meteretur. Et tamen quis negabit quod dominus predixit in
eis fuisse cōpletum: nisi parū aduertat quēadmodū peccatores deus non solū iratus:
uerum etiam miseratus euertat? Euertuntur enim peccatores duobus modis. aut sicut
sodomite: ut p peccatis suis ipsi homines puniant: aut sicut niniuite: ut ipsa hominum
peccata penitendo destruanť. Factū est ergo quod predixit deus. Euersa enim est
niniue que mala erat: et bona edificata est: que nō erat. Stantibus enim menibus atq;
domibus: euersa est ciuitas in pditis moribus. Ac sic q̄uis propheta fuerit contristatus:
quia non est factum quod illi homines timuerunt illo prophetante uenturū: factū
est tamen quod fuerat deo presciente predictum. quoniam nouerat: q predixit quō
in melius esset implēdum. Vt aūt nouerint isti in puersum misericordes: quo ptineat
quod scriptum est. Quammulta multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti
timentibus te: legant & quod sequitur: pfecisti aūt sperantibus in te. Quid ē abscōdisti
timentibus: perfecisti sperantibus: nisi quia illis qui timore penarum suarū suā uolūt
iusticiam cōstituere: que in lege est: nō est iusticia dei dulcis: quia nesciunt eam? Non
enim gustauerūt eam. In se nanq; sperāt nō in ipso: & ideo abscōditur eis multitudo
dulcedinis dei: quoniā timēt quidē deū: sed illo timore seruili: qui non est in caritate.
quia perfecta caritas foras mittit timorē. Ideo sperātibus in eum perficit dulcedinem
suam: inspirando eis caritatem suam: ut timore casto non quē caritas foras mittit: sed
permanente in seculum seculi: cū gloriant: in domino glorieťur. Iusticia dei quippe
christus est: qui factus ē nobis sicut dicit apostolus sapiētia a deo: & iustitia: & sacti/
ficatio: & redemptio: ut quenadmodū scriptū est: qui gloriatur: in domino glorietur.
Hanc dei iusticiam quam donat gratia sine meritis: nesciunt illi: qui suam iusticiam
uolunt constituere: & ideo iusticie dei: q est christus nō sunt subiecti. In qua iusticia
est multa multitudo dulcedinis dei: propter quam diciť in psalmo. Gustate & uidete
q̄ dulcis est dominus. Et hanc quidē in hac peregrinatione gestantes: nō ad sacietatē
sumentes: esurimus eam potius ac sitimus: ut ea postea saturemur cum uidebimus eum
sicuti est. & implebitur quod scriptum est. Satiabor cū manifestabiť gloria tua. Ita
perficit christus multā multitudinem dulcedinis sue sperantibus in eum. Porro autem
si eam quam illi putant dulcedinem suam deus abscondit timentibus eum: qua nō est
impios damnaturus: ut hoc nescientes & dānari timentes recte uiuant: ac sic possint
esse: qui orent pro non recte uiuentibus: quomodo eam perficit sperantibus in eum:
quandoquidem sicut somniant: per hanc dulcedinem non dānaturus est eos: qui non
sperant in eum? Illa igiť eius dulcedo querať: quam perficit sperantibus in eum: non
quam perficere putatur contēpnentibus et plasphemantibus eū. Frustra itaq; homo

positus in hoc corpore: occultorum dei iudiciorum sibi noticiam arrogere presumit. Illud quoq; apostolicũ: conclusit enim deus omnes ĩ infidelitate ut oĩbus misereat̃: nõ ideo dictum est: ꝙ sit neminem damnaturus: sed superius apparet unde sit dictũ. Nam cum de Iudeis postea crediturus: Apostolus loqueret̃ ad gentes: ad quas utiq; iã credentes scribebat epistolas. Sicut enim uos inquit aliquãdo non credidistis deo: nũc autem misericordiam consecuti estis in illorum incredulitate: sic et hi non crediderũt in uestra misericordia: ut et ipsi misericordiam consequãtur. Deinde subiecit unde isti sibi errando blandiunt̃: atq; ait. Conclusit enim deus omnes in infidelitate: ut oĩbus misereatur. Quos omnes nisi de quibus loquebatur: tanq̃ dicens & uos & illos? Deus ergo & Iudeos & Gentiles quos presciuit & predestinauit cõformes fieri imaginis filii sui: omnes in infidelitate conclusit. ut de amaritudine infidelitatis sue penitẽdo cõfusi: & ad dulcedinem misericordie dei credẽdo conuersi: clamarent illud in psalmo. Quã multa multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timẽtibus te: perfecisti aũt sperantibus non in se: sed in te. Omnium itaq; miseretur: uasorum misericordie quidẽ omnium: et eorum scilicet quos ex gentibus et eorum quos ex Iudeis predestinauit: uocauit: iustificauit: glorificauit: nõ oĩm hominũ: sed istoꝝ oĩm neminẽ dãnaturus.

An ii qui inter hereticos baptizati sunt: & deteriores postea male uiuendo sunt facti: uel ii qui apud catholicos renati ad hereses aut scismata transierunt: uel ii qui a catholicis apud quos renati sunt: nõ recedentes: criminose uiuere pstiterũt: possint ꝓuilegio sanctoꝝ remissionem eterni sperare supplicii. C.

SEd iam respondeamus etiã illis: qui nõ solũ diabolo: & angelis eius: sicut nec isti: sed ne ipsis quidem omnibus hominibus liberationem ab eterno igne promittũt. ueꝝ eis tãtum: qui christi baptismate abluti: et corporis eius & sanguinis pticipes facti sunt: quõlibet uixerint: in quacumq; heresi uel impietate fuerint. Sed contradicit eis Apostolus dicẽs. Manifesta autẽ sunt opera carnis. Que sunt fornicatio: immundicia: luxuria: idolorũ seruitus: ueneficia: inimicicie: cõtentiones: emulationes: animositates: dissensiones: hereses: inuidie: ebrietates: comesationes: & his similia: que predico uobis: sicut predixi: quoniam qui talia agunt: regnum dei non possidebunt. Hec profecto Apostolica sententia falsa est: si tales post quantalibet tempora liberati regnum dei possidebunt. Sed quoniam falsa nõ est: profecto regnũ dei nõ possidebunt. Et si in regni dei possessione nunq̃ erunt: eterno supplicio tenebũtur. quoniã nõ est medius locus ubi nõ sit in supplicio: qui illo nõ fuerit constitutus in regno. Quamobrem qđ ait dominus Iesus: hic est panis: qui de celo descendit: si quis ex ipso manducauerit: nõ moriet̃: ego sum panis uiuus: qui de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet ineternum: quomõ sit accipiendũ: merito querit̃. Et ab istis quidem quibus nũc respondemus: hunc intellectũ auferũt illi: quibus deinde respondendum est. Hi sunt autem qui hanc liberationẽ nec omnibus habentibus sacramentũ baptismatis et corpis christi: sed solis catholicis: q̃uis male uiuẽtibus: pollicentur. Quia non solum inquiunt sacramẽto sed re ipsa mãducauerunt corpus christi: in ipso scilicet eius corpe cõstituti: de quo ait apostolus. Vnus panis unum corpus multi sumus. Qui ergo est ĩ eius corporis unitate: id est in christianorum compage membroꝝ: cuius corporis sacramentũ fideles communicantes de altari sumere consueuerunt: ipse uere dicendus ẽ mãducare corpus christi: & bibere sanguinem christi. Ac per hoc heretici & scismatici ab huius

unitate corpis separati: possunt idem percipere sacramentum: sed non sibi utile immo
uere etiam noxium: quo iudicentur grauius: q̃ uel tardius liberentur. Non sunt qppe
in eo uinculo pacis: quod in illo exprimitur sacraměto. Sed rursus etiam isti q recte
intelligunt: non dicědum eum manducare corpus christi qui in corpore nō ē christi:
non recte promittunt eis: qui uel in heresim uel etiam in gentilium superstitionem
ex illius corporis unitate labuntur: liberationem quandoq; ab eterni igne supplicii:
Primo quia debent attendere: q̃ sit intolerabile atq; a sana doctrina nimis deuium:
ut multi ac pene omnes: qui hereses impias condiderunt exuntes de catholica ecclesia
& facti sunt heresiarche: meliores habeant causas: q̃ ii qui nunq̃ fuerunt catholici: cū
in eorum laqueos icidissent: si illos heresiarchas hoc facit liberari a supplicio sępiterno:
q̃ in catholica ecclesia baptizati sunt: & sacramentum corporis christi in uero christi
corpore primitus acceperūt: cū peior sit utiq; desertor fidei: & ex desertore oppug/
nator eius effectus: q̃ ille: qui non deseruit: quam nunq̃ tenuit. Deinde quia et his
occurrit apostolus eademq; uerba proferens: & enumeratis illis carnis operibus eadem
ueritate predicens: quoniam qui talia agunt: regnum dei non possidebūt. Vnde nec
illi in perditis et damnabilibus moribus debent esse securi: q usq; in finem quidē uelut
in communione ecclesie catholice pseuerant: intuētes qđ dictū est. Qui pseuerauerit
usq; in finē: hic saluus erit. et per uite iniqtatem ipsam uiam iusticie quod eis christus
est deserunt: siue fornicando siue alias immundicias flagitiorum quas nec apostolus
exprimere uoluit: in suo corpore perpetrando: siue turpitudine luxurie diffluendo:
siue aliquid aliud eorum agēdo: de quibus ait: quoniam qui talia agunt: regnum dei
non possidebunt. Ac per hoc quicunq; agunt talia: nisi in supplicio sempiterno non
erunt: quia in regno dei esse non poterunt. In his enim perseuerando usq; in huius
uite finem: non utiq; dicendi sunt in christo perseuerasse usq; in finem. quia in christo
perseuerare est in eius fide perseuerare. que fides ut eā definit apostolus: p dilectionē
operatur. Dilectio autem sicut ipse alibi dicit: malū non operatur. Nec isti duo ergo
dicendi sunt māducare corpus christi: quoniam nec in mēbris cōputandi sunt christi.
Vt enim alia taceam: non possunt simul esse & membra christi et membra meretricis.
Deniq; ipse dicens qui manducat carnem meā: & bibit sanguinem meū: in me manet:
et ego in eo: ostendit qđ sit non sacramētotenus sed reuera corpus christi mādicare:
et eius sanguinē bibere. Hoc est enim ī christo manere: ut in illo maneat & christus.
Sic enim hoc dixit: tanq̃ diceret. Qui non in me manet: & in quo ego non maneo:
non se dicat aut existimet manducare corpus meū: aut bibere sanguinem meū. Non
itaq; manent in cristo: qui non sunt membra eius. Non sunt autem membra christi:
qui se faciunt membra meretricis: nisi malum illud penitēdo esse destiterint: et ad hoc
bonū reconciliatione redierint.

¶ Quid sit in fundamento habere Christum: et quibus spon/
deatur salus quasi per ignis usturam. ¶ C.

SEd habent inquiūt Christiani catholici in fundamēto christū: a cuius ueritate
nō recesserunt. tam etsi huic fundamento superedificauerūt qualibet pessimam
uitam: uelut ligna: fenum: stipulā. Recta itaq; fides per quā christus est fūdamentū:
quis cū damno: quoniā illa: que supedificata sunt: exurentē: tamē poterit eos quādoq;
ab illius ignis perpetuitate saluare. Respōdeat eis breuiter Iacobus Apostolus. Si qs
dicat se fidem habere: opera autem non habeat: nunquid poterit fides saluare eum?
Et quis est inquiunt: de quo dicit apostolus Paulus. Ipse autem saluus erit: sic tamen

quasi per ignen? Simul q̃s iste sit: inquiramus. Hunc tamen non esse certissimum est: ne duorum Apostolorum sentẽtias mittamus ĩ rixã: Si unus dicit: etiã si mala opera quis habuerit: saluabit eum fides per ignem: alius autem si opera non habeat: nunq̃d poterit fides saluare eũ. inueniemus ergo q̃ possit p̃ ignem saluari: si p̃us inuenerimus: quid sit habere in fundamento christum: Quod ut de ipsa similitudine quantotius aduertamus. nihil in edificio preponit̃ fundamento. Quisquis itaq; sic habet in corde xp̃m: ut ei terrena et temporalia: nec ea que licita sunt: atq; concessa preponat: fun/ damẽtum habet christum. Si autem preponit: etsi uideatur habere fidem christi: nõ est tamen in eo fundamentũ christus: cui talia preponunt̃. Quãto magis si salutaria precepra contemnens committat illicita: etiã non preposuisse christũ: sed postposuisse conuincitur. quem post habuit imperantem: siue concedentem: dũ contra eius impata siue concessa suã per flagitia delegit explere libidinẽ? Siquis itaq; christianus diligit meretricem: eiq; adherẽs unum corpus efficitur: iam fundamẽtum non habet xp̃m. Siquis autem diligit uxorem suam: si secundũ christum: quis ei dubitet ĩ fundamẽto esse christum? Si uero secundũ hoc seculum: si carnaliter: si in morbo cõcupiscentia⁊ sicut et gentes que ignorant deum: etiam hoc secundum ueniam concedit apostolus: immo per apostolum christus. Potest ergo et iste in fundamẽto habere christum. Si enim nihil ei talis affectiõis uoluptatisq; preponat: q̃uis superedificet ligna: fenum: stipulam: xp̃s est fundamentum. propter hoc saluus erit per ignem. Delicias quippe huiusmodi amoresq; terrenos: propter coniugalem quidem copulam nõ damnabiles: tribulationis ignis exuret: ad quẽ p̃tinent ignẽ: et orbitates: et quecunq; calamitates que auferunt hec: Ac per hoc ei qui edificauit erit edificatio ista damnosa: quia non habebit quod superedificauit: et eorum amissione cruciabitur: quibus fruendo utiq; letabatur. Sed per hunc ignem saluus erit merito fundamenti: quia etsi utrum id: an christum habere mallet: a persecutore preponeretur: se malle christum habere q̃ ista: liberrime profiteretur. Vide in apostoli uerbis hominẽ edificantẽ super fũdamentũ hoc: aurum: argentum: lapides preciosos. Qui sine uxore est inquit: cogitat: que sunt dei quomõ placeat deo. Vide aliũ edificantẽ ligna: fenũ: stipulã. Qui aũt matrimõio iũctus ẽ inq̃t: cogitat que sũt mũdi quomõ placeat uxori. Vniuscuiusq; opus q̃le sit manifestabit̃. Dies. n. domini declarabit. dies utiq; ire: dies tribulatiõis: q̃m in igne inq̃t reuelabitur. Eandemq; tribulatioẽm ignem uocat. sicut alibi legit̃. Vasa figuli p̃bat fornax. & homines iustos temptatio tribulatiõis. Et uniuscuiusq; opus quale sit: ignis probabit. Si cuius opus permanserit: permanet enim q̃d quisq; cogitat: que sunt dei: quomodo placeat deo: quod superedificauit: mercedem accipiet: id ẽ unde cogitauit: hoc sumet. Si cuius autem opus arserit: damnum patietur. quoniam quod dilexerat nõ habebit. Ipse autẽ saluus erit: q̃a nulla eũ tribulatio ab illius fundamẽti stabilitate semouit. Sic tamen quasi per ignem. Quod enim sine illiciente amore nõ habuit: sine urente dolore non perdit. Ecce quantum mihi uidetur: inuẽtus est ignis: qui nullum eorum damnet. sed unum ditet: alterum damnificet: ambos probet. Si autem ignem illum loco isto uoluerimus accipere: de quo dominus dicit sinistris: Discedite a me ma/ ledicti in ignem eternũ: ut in eis etiam isti esse credantur q̃ edificant sup̃ fũdamentũ: ligna: fenum: stipulam: eosq; ex illo igne post tempus pro malis meritis impartitum: liberet boni meritum fundamenti: quid arbitramur dextros: quibus dicetur uenite benedicti patris mei: possidete paratum uobis regnum: nisi eos qui superedificauerũt super fundamẽtum: aurum: argentum: lapides preciosos? Sed in illum ignem de quo dictum est: sic tamen quasi per ignem: si hoc modo est intelligendus: utriq; mittendi

ſunt: et dextri ſcilicet et ſiniſtri. Illo quippe igne utriq; probandi ſunt de quo dictū
eſt: dieſ enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur et uniuſ cuiuſq; opuſ quale
ſit: igniſ probabit. Si ergo utrunq; probabit igniſ: ubi ſi cuiuſ opuſ permāſerit: id eſt
non fuerit igne conſumptum quod ſuperedificauit: mercedem accipiat. ſi cuiuſ autē
opuſ arſerit: damnum patiatur: profecto nō eſt ille ipſe eternuſ igniſ. In illum enim
ſoli ſiniſtri nouiſſima & perpetua damnatione mittētur: iſte autem dextroſ probat.
Sed alioſ eoꝝ ſic ꝓbat: ut edificium quod ſuper chriſtū fundamentū ab eiſ inuenerit
eē cōſtructū: nō exurat: atq; cōſumat: alioſ aūt aliter: id ē ut quod ſupedificauerūt:
ardeat. damnumq; inde patiātur: ſalui fiant autem: quoniā Chriſtū in fundamentū
ſtabiliter poſitum precellenti caritate tenuerunt. Si autem ſalui fient: ꝑfecto et ad
dexteram ſtabunt: et cum ceteriſ audiēt. uenite benedicti patriſ mei poſſidete paratū
uobiſ regnum: nō ad ſiniſtram: ubi illi erunt: q ſalui nō erūt. & ideo audiēt: diſcedite
a me maledicti in ignem eternū. Nemo quippe ab illo igne ſaluabit̄: quia ī ſuppliciū
eternū ibunt illi omneſ: ubi uermiſ eorum nō morietur: & igniſ non extinguet̄. quo
cruciabuntur die: ac nocte in ſecula ſeculorum. Poſt iſtiuſ ſane corpiſ mortē: donec
ad illū ueniatur: q poſt reſurrectionē corpoꝝ futuruſ ē dānatiōiſ & remuneratiōiſ
ultimuſ dieſ: ſi hoc temporiſ interuallo ſpirituſ dafunctorum eiuſmodi ignē dicuntur
perpeti: quem nō ſentiant illi: qui nō habuerūt taleſ moreſ & amoreſ in huiuſ corpiſ
uita: ut eorum ligna & fenum & ſtipula conſumat̄: alii uero ſentiāt q eiuſmodi ſecū
edificia portauerunt. ſiue ibi tantum: ſiue hic & ibi: ſiue ideo hic: ut non ibi: ſecularia
q̃uiſ a damnatione uenialia concremantē ignem tranſitorie tribulatiōiſ inueniāt: nō
redarguo. quia forſitan uerum eſt. Poteſt quippe ad iſtam tribulationem pertinere
etiā morſ ipſa carniſ: que de peccati primi perpetratiōe cōcepta eſt. & ſecundū cuiuſq;
edificium tempore ſuo ab unoquoq; ſuſcepta. poſſunt et perſecutiōeſ eccleſie quibuſ
martyreſ coronati ſunt: & quaſ patiuntur quicunq; chriſtiani probāt utraq; edificia
uelut igniſ. et alia conſumunt cum ipſiſ edificatoribuſ: ſi xp̄m in eiſ non inueniunt
fundamentum: alia ſine ipſiſ ſi inueniunt: quia licet cum damno: ſalui erunt: ipſi non
conſumentur ꝑpter xp̄i uidelicet meritum in fundamēto repti q manet ineternum:
Erit enim tribulatio ī fine ſeculi tempore Antichriſti: q̃liſ nūq̃ antea fuit. qa multa
erunt tunc edificia ſiue aurea: ſiue fenea ſuper optimum fundamentum quod ē xp̄ſ
Ieſuſ: ut igniſ ille probet utraq;: & de aliiſ gaudiū: de aliiſ inferat damnum. Neutroſ
tamen perdat: in quibuſ hec inueniet propter ſtabile fundamentum. Quicunq; autē
nō dico uxorem cuiuſ etiam cōmixtione carniſ ad carnalem utitur uoluptatem: ſed
ipſa que ab huiuſmodi delectationibuſ aliena ſunt nomina pietatiſ: humano more
carnaliter diligendo: chriſto anteponit: non eum habet in fundamento. Et ideo non
per ignem ſaluuſ erit: ſed ſaluuſ non erit. qa eſſe cum ſaluatore non poterit: q de hac
re apertiſſime loquenſ ait. Qui amat patrem aut matrem pluſ q̃ me: nō eſt me dignuſ:
& qui amat filiū aut filiā ſuper me: nō eſt me dignuſ. Verum qui haſ neceſſitudineſ
ſic amat carnaliter: ut tamen eaſ xp̄o domino nō ꝑ̄ponat: malitq; ipſiſ carere q̃ xp̄o:
ſi ad hunc fuerit articulum temptationiſ adductuſ: per ignē erit ſaluuſ: quia ex earū
amiſſione tantum neceſſe eſt urat dolor: quantum heſerat amor. Porro qui patrem:
matrē: filioſ: filiaſ: ſcd̄m xp̄m dilexerit: ut ad eiuſ regnū obtinendū: eiq; coherēdum
illiſ cōſulat: uel hoc ī eiſ diligat ꝙ membra ſunt chriſti: abſit ut iſta dilectio repiat̄ in
ligniſ: feno: & ſtipula cōſumēda. ſed p̄rſuſ edificio aureo: argēteo: gēmeoq; deputabit̄.
Quomodo autē poteſt eoſ pluſ amare q̃ xp̄m: quoſ amat utiq;: propter Chriſtum?

¶ Contra eorum persuasionem: qui putant sibi non offutura peccata: in quibus cũ elemosinas facerent: p̄stiterunt. ¶ C.

Restat eis respondere: qui dicunt eterno igne illos tãtummodo arsuros: qui pro peccatis suis dignas facere elemosinas negligunt: propter illud qđ ait apostolus Iacobus: iudicium autem sine misericordia illi: qui non fecit misericordiam. Qui ergo fecit inquiunt: q̃uis non correxerit ꝑditos mores: sed nefarie ac nequiter inter ipsas suas elemosinas uixerit: cum misericordia illi futurum est iudiciũ. ut aut non damnetꝰ omnino: aut post aliquod tempus a damnatione nouissima liberetur. Nec ob aliud existimãt christũ de solo delectu atq; neglectu elemosinaꝝ discretionẽ inter dextros et sinistros esse facturum: quorũ alios in regnum: alios in supplicium mittet eternum. Vt autem quotidiana sibi opinentur: que facere omnino non cessant: qualiacunq; et quantacunq; sint: per elemosinas dimitti posse peccata: orationem quam docuit ipse dominus: & suffragatricem sibi adhibere conantꝰ & testẽ. Sicut enim nullus ẽ inquiũt dies quo a xp̄ianis hec oratio non dicatur: ita nullũ ẽ quotidianũ qualecũq; peccatũ: quod per illam nõ dimittatur: cũ dicimus dimitte nobis debita nostra: si quod sequitꝰ: facere curemus: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Nõ. n. ait dominus inqũt: si dimiseritis peccata hominibus: dimittet uobis pater quotidiana parua peccata: sed dimittet inquit uobis peccata uestra. Qualiacunq; ergo uel quantacunq; sint: etiam si quotidie ꝑpetrentꝰ: nec ab eis uita discedat in melius cõmutata: per elemosinam uenia nõ negata: remitti sibi posse p̄sumũt. Sed bene: ꝙ isti dignas pro peccatis elemosinas cõmonent esse faciẽdas. Quoniã si dicerent q̃lescũq; elemosinas ꝓ peccatis quotidiãis & magnis: et quãtacunq; scelerum cõsuetudine misericordiã posse impetrare diuinã: ut ea quotidiana remissio sequeretur: uiderẽt se dicere rẽ absurdã atq; ridiculã. Sic. n. cogerẽtur fateri: fieri posse: ut opulentissimus homo. x. denariis i diurnas elemosinas impẽsis: hõicidia: & adulteria: & nefaria queq; facta redimeret. Quod si absurdissimũ & insanissimũ ẽ dicere: profecto si queratur: que digne sint elemosine pro peccatis: de q̄bus etiã xp̄i precursor ille dicebat: facite ergo fructus dignos penitentie: ꝓculdubio nõ inuenientꝰ eas facere: q uitã suã usq; ad mortẽ quotidianoꝝ criminũ ꝑpetratiõe cõfodiunt. Primum quia in auferendis rebus alienis lõge plura diripiunt: ex quibus perexigua pauperibus largiendo christum se ad hoc pascere existimant: ut licentiam malefactorũ se ab illo emisse uel quotidie potius emere credentes: securi damnabilia tanta cõmittant. Qui si pro uno scelere omnia sua distribuerent indigẽtibus mẽbris christi: nisi desisterẽt a talibus factis habẽdo caritatem: que nõ agit perperam: aliq̄d eis ꝓdesse nõ posset. Qui ergo dignas ꝓ suis peccatis elemosinas facit: prius eas incipit facere a seipso. Indignum est enim: ut in se non faciat: q facit in proximũ: cũ audiat dicentẽ deũ: diliges ꝓximum tuũ: tãq̃ te ipsum. Itẽ audiat. Miserere anime tue placẽs deo. Hanc elemosinam id est ut deo placeat nõ faciens anime sue: quomodo dignas pro peccatis suis facere elemosinas est dicẽdus? Ad hoc enim & illud scriptũ ẽ. Qui sibi malignus est: cui bonus erit? Orationes q̄ppe adiuuant elemosine. Et utiq; intuẽdum est quod legimus. Fili peccasti: nõ adiicias iterũ: & de preteritis tuis deprecare ut tibi dimittantur. Propter hoc ergo elemosine faciẽde sunt: ut cum de preteritis peccatis deprecamur exaudiamur: non ut in eis perseuerantes licentiam malefaciendi nos per elemosinas comparare credamus. Ideo aũt dominus & dextris elemosinas ab eis factas: & sinistris: non factas se imputaturum esse predixit: ut hinc ostenderet q̃tum ualeãt elemosine ad priora delenda: nõ ad perpetua impune cõmittenda peccata. Tales aũt

elemosinas nó dicendi sunt facere: qui uitam nolunt a consuetudine scelerũ in melius cómutare. Quia & in hoc quod ait: quãdo uni ex minimis meis non fecistis: mihi nó fecistis: ostendit eos nó facere etiam quando se facere existimãt. Si enim Christiano esurienti panem tanq̃ christo darent: profecto sibi panem iusticie quod ipse christus est non negarent. Quoniã deus non cui detur: sed quo animo det̃ attendit. Qui ergo christum diligit in christiano: hoc animo ei porrigit elemosinã quo accedit ad xp̃m. nó quo uult recedere impunitus a christo. Tanto enim magis quisq; deserit christum: quãto magis diligit quod improbat christus. Nam quid cuiq̃ prodest ꝙ baptizatur: si nó iustificatur? Nonne qui dixit nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: nó intrabit in regnum dei: ipse etiã dixit: nisi abundauerit iustitia uestra sup scribaꝝ & phariseorum: non intrabitis in regnum celorum? Cur illud timendo multi curant baptizari: & hoc nó timendo: nó multi curant iustificari? Sicut ergo non dicit fratri suo fatue: qui cum hoc dicit: non ipsi fraternitati sed peccato eius infensus est: alioqn reus erit gehenne ignis: ita econtrario qui porrigit elemosinã christiano: nó xp̃iano porrigit: qui nó in eo diligit christũ. nó autem diligit christũ: qui iustificari recusat a xp̃o. Et quenadmodum siquis preoccupatus fuerit in aliquo delicto: ut fratri dicat suo: Fatue: id est nó eius peccatũ uolẽs auferre: cóuiciat̃ iniusticie: parũ est illi ad hoc redimendũ elemosinas facere: nisi etiam quod ibi sequitur: remedium reconciliationis adiũgat. Ibi enim sequit̃. Si ergo offers munus tuũ ad altare: & ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuũ ad altare & uade prius recóciliari fratri tuo: & tunc ueniens offeres munus tuũ: ita parũ ẽ elemosinas quãtas libet facere pro quocũq; scelere: & in cósuetudine scelerũ permanere. Oratio uero quotidiana: quã docuit ipse dominus. unde & dominica nominatur: delet quidẽ quodiana peccata cum quotidie dicitur: dimitte nobis debita nostra. quãdo id quod sequitur nó solum dicitur: sed etiã fit: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sed quia fiunt peccata: ideo dicitur: nó ut ideo fiant: quia dicitur. Per hanc enim uoluit saluator ostẽdere: quãtunlibet iuste in huius uite caligine atq; infirmitate uiuamus: nó nobis deesse peccata pro qbus dimittendis debeamus orare: & eis qui in nos peccãt: ut et nobis ignoscat̃: ignoscere. Nó itaq; ꝑpterea dominus ait: Si dimiseritis hóibus peccata: dimittet uobis pater uester peccata uestra: ut de hac oratione confisi: securi quotidiana scelera faceremus uel potẽtia q̃ nó timeremus hóim leges: uel astutia qua ipsos homines falleremus: sed ut ꝑ illã disceremus: nó putare nos esse sine peccatis: etiã si a criminibus essemus immunes. sicut etiam legis ueteris sacerdotes hoc ipsum deus de sacrificiis admonuit: qui iussit eos primũ pro suis: deinde pro populi offerre peccatis. Nam etiã ipsa uerba tanti magistri & domini nostri uigilanter intuenda sunt. Non enim ait si dimiseritis peccatũ hóibus: & pater uester dimittet uobis q̃liacunq; peccata: sed ait peccata uestra. Quotidianam orationẽ docebat: et iustificatis utiq; discipulis loquebat̃. Quid ẽ ergo peccata uestra: nisi peccata sine qbus nec uos estis: q iustificati et sanctificati estis? Vbi ergo illi qui per hanc orationem occasionem perpetrandoꝝ scelerum quotidie querunt: significasse dicunt dominũ etiam magna peccata. qm̃ nó dixit dimittet uobis peccata parua: sed peccata uestra: ibi nos cósiderantes qualibus loquebat̃: & audiẽtes dictũ peccata uestra: nihil aliud debemus existimare q̃ parua: quoniam taliũ iam non erant magna. Veruntamen nec ipsa magna a qbus omnino mutatis in melius moribus recedendum est dimittũtur orantibus: nisi fiat qđ ibi dicit̃ sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim minima peccata sine qbus nó etiã est uita nostroꝝ: aliter nó remittunt̃: q̃to magis multis & magnis criminibus ĩuoluti

etiam si ea perpetrare iam desinant: nullā indulgētiam consequunt̄: si ad remittendū
aliis: quod in eos quisq; peccauerit: inexorabiles fuerint: cum dicat dominus: si autem
nō dimiseritis peccata hominibus nec pater uester dimittet uobis? Ad hoc enim ualet
quod etiam Iacobus apostolus ait. Iudicium futurum sine misericordia illi qui non
fecit misericordiam. Venire quippe debet in mentem etiā seruus ille: cui debitori dn̄s
suus relaxauit decē milia talentoꝝ: que postea iussit ut redderet. qa ipse nō misertus
est cōserui sui qui ei debebat centum denarios. In his ergo qui filii sunt promissionis
& uasa misericordie: ualet qđ ait idem apostolus consequenter adiungens: supexaltat
autem misericordia iudicium. Quoniam et illi iusti qui tanta sanctitate uixerūt: ut
alios quoq; recipiant in tabernacula eterna: qbus amici facti sunt de mammona ini-
quitatis: ut tales eēnt: misericordia liberati sunt ab eo: qui iustificat impium: imputās
mercedem scđm gratiam nō scđm debitum. In eorum quippe numero est Apostolus
qui dicit: Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem. Illi autem qui recipiuntur a
talibus in tabernacula eterna: fatendū est: ꝙ nō sint his moribus ꝑditi: ut eis liberādis
sine suffragio sanctoꝝ sua possit uita sufficere. ac ꝑ hoc multo āplius ī eis supexaltet
misericordia iudicium. Nec tamen ideo putandus est quisq̄ sceleratissimus nequaquā
uita uel bona uel tolerabiliore mutatus: recipi ī tabernacula eterna: qm̄ obsecutus est
sanctis de mām̄ona iniquitatis: id ē de pecunia: uel diuitiis que male fuerant acqsite:
aut etiam si bene nō tamen ueris: sed quas iniquitas putat esse diuitias: quoniā nescit
que sint uere diuitie: quibus illi abundāt: qui et alios recipiunt in tabernacula eterna.
Est itaq; quidā modus uite: nec tā male: ut iis q eā uiuūt nihil prosit ad capessendum
regnū celorum: largitas elemosinarum quibus etiam iustoꝝ sustentat̄ inopia. & fiūt
amici qui in tabernacula eterna suscipiant: nec tam bone: ut ad tantā beatitudinem
adipiscēdā eis ipa sufficiat: nisi eoꝝ meritis quos amicos fecerit misericordiā conseqn̄t.
Mirari aūt soleo etiam apud Virgilium istā domini repiri sentētiam: ubi ait facite
uobis amicos de mammona iniquitatis: ut & ipsi recipiant uos in tabernacula eterna:
cuius est illa simillima. Qui recipit ꝓphetam in nomine prophete: mercedem prophete
accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti: mercedē iusti accipiet. Nam cū elysios
campos poeta ille describeret: ubi putāt habitare animas beatoꝝ: nō solum ibi posuit
eos qui propriis meritis ad illas sedes ꝑuenire potuerunt: sed adiecit: atq; ait.

Quiq; sui memores alios fecere merendo:

id est qui promeruerunt alios. eosq; sui memores promerendo fecerunt. Prorsus tanq̄
eis diceret: quod frequentatur ore Christiano: cum se cuiq; sanctorum humilis quisq;
commendat: et dicit: memor esto mei: atq; ut id esse possit promerendo efficit. Sed qs
iste sit modus: et que sint ipsa peccata: que ita impediūt peruentionem ad regnū dei.
ut tamen sanctorum amicorum meritis impetrent indulgētiam: difficillimum est in-
uenire: periculosissimum definire. Ego certe usq; ad hoc tempus cum inde satagerem:
ad eorum indaginem peruenire non potui. Et fortassis propterea latent: ne studium
proficiendi ad omnia peccata cauenda pigrescat. Quoniam si scirētur que uel qualia
sint delicta pro quibus etiam permanentibus. nec prouectu uite melioris assumptis:
intercessio sit inqrenda & sperāda sanctoꝝ: eis secura se obuolueret humana segnicies.
nec euolui talibus implicamentis ullius uirtutis expeditione curaret: sed tātummodo
quereret aliorum meritis liberari: quos amicos sibi de mām̄ona iniqtatis elemosinarū
largitione fecisset. Nunc uero dum uenialis iniquitas etiam si perseueret: ignoratur:
modus profecto & studiū ī meliora ꝓficiendi: orando & instādo uigilātius adhibet̄:
& faciendi de mammona iniquitatis sanctos amicos cura non spernitur. Verum ista

liberatio que fit ſiue ſuiſ quibuſq; orationibuſ: ſiue intercedentibuſ ſanctiſ: id agit ut in ignem quiſq; non mittatur eternum: non ut cum fuerit miſſuſ poſt quantumcū q; inde tempuſ eruatur. Nam & illi qui putant ſic intelligēdum eſſe: quod ſcriptum eſt: afferre terram bonam uberem fructū: aliam tricenum: aliā ſexagenū: aliā centenū. ut ſancti pro ſuoꝝ diuerſitate meritoꝝ: alii tricenoſ homineſ liberent: alii ſexagenoſ: alii centenoſ: hoc in die iudicii futurū ſolent ſuſpicari: non poſt iudiciū. Qua opiniōe quidam cum uideret homineſ impunitatem ſibi peruerſiſſime pollicenteſ: eo ꝙ omneſ iſto modo ad liberationē pertinere poſſe uideantur: elegantiſſime reſpondiſſe ꝑhibet: bene potiuſ eſſe uiuēdum: ut inter eoſ quiſq; reperiatur qui pro aliiſ interceſſuri ſunt liberandiſ: ne tam pauci ſint ut cito ad numerum ſuum uel tricenum: uel ſexagenū: uel centenum: unoquoq; eorum perueniēte: multi remaneant qui erui iam de peniſ illorum interceſſione non poſſint: & in eiſ inueniatur quiſquiſ ſibi ſpem fructuſ alieni temeritate uaniſſima pollicetur. Hec me illiſ reſpōdiſſe ſuffecerit: qui ſacraꝝ litteraꝝ quaſ communeſ habemuſ autoritatem non ſpernunt: ſed eaſ male intelligendo: non qđ ille loquuntur: ſed hoc potiuſ putāt futurum eſſe: qđ ipſi uolunt. Hac itaq; re/ſponſione reddita librum ſicut promiſimuſ: terminemuſ.

Aurelii Auguſtini hipponēſiſ Epī de ciuitate dei Liber: xxii & ultimuſ īcipit.
De conditione Angelorum & Hominum. Ca. Primum.

Sicut in proximo libro ſuperiore promiſimuſ: iſte huiuſ totiuſ opiſ ultimuſ: diſputationē de ciuitate dei eternaq; beatitudīe cōtinebit. Que non ꝑpter etatiſ per multa ſecula lōgitudinē tamē q̄ncunq; finiendam eternitatiſ nomē accepit: ſed quemadmodum ſcriptum eſt in euangelio: regni eiuſ non erit finiſ. Nec ita ut aliiſ moriēdo decedentibuſ: aliiſ ſuccedentibuſ oriendo: ſpecieſ in ea perpetuitatiſ appareat ſicut in arbore que perhēni fronde ueſtitur: eadē uidet̄ uiriditaſ permanere: dum labentibuſ & cadentibuſ foliiſ ſubinde alia que naſcuntur faciem conſeruant opacitatiſ: ſed omneſ in ea ciueſ immortaleſ erunt: adipiſcentibuſ & hominibuſ quod nunq̄ ſancti angeli perdiderunt. Faciet hoc deuſ omnipotētiſſimuſ eiuſ conditor. Promiſit enim nec mentiri poteſt: & quibuſ fidem hinc quoq; faceret: ꝙ multa ſua & non promiſſa: & ꝓmiſſa iam fecit. Ipſe eſt enim q in principio cōdidit mundum: plenum omnibuſ boniſ uiſibilibuſ atq; intelligibilibuſ rebuſ: in quo nihil meliuſ inſtituit: q̄ ſpirituſ quibuſ intelligentiam dedit: & ſue contemplationiſ habileſ capaceſq; ſui preſtitit: atq; una ſocietate deuinxit: quam ſanctam & ſupernā dicimuſ ciuitatem. In qua reſideant: in qua ſuſtententur: beatiq; ſint. Deuſ autem ipſe illiſ eſt tāq̄ uita uictuſq; communiſ: qui liberum arbitriū eidem intellectuali nature tribuit tale: ut ſi uellet deſerere deum: beatitudinē ſcilicet ſuā: cōtinua miſeria eēt ſecutura. Qui cum preſciret angeloſ quoſdam per elatioēm qua ipſi ſibi ad beatā uitā ſufficere uellent: tanti boni deſertoreſ futuroſ: non eiſ ademit hanc poteſtatem: potentiuſ et meliuſ eſſe iudicanſ etiam de maliſ benefacere: q̄ mala eſſe non ſinere: Que omnino nulla eēnt: niſi natura mutabiliſ q̄uiſ bona et a ſummo deo atq; incōmutabili bono: qui bona omnia cōdidit inſtituta: peccādo mala ea ſibi ipſa feciſſet: quo etiā peccato ſuo teſte conuincitur bonam conditam ſe eſſe naturam. Niſi enim magnum et ipſa licet non equale conditori bonum eſſet: profecto deſertio dei: tanquam luminiſ ſui: malum eiuſ eſſe non poſſet. Nam ſicut cecitaſ oculi uicium eſt: & idem ipſum iudicat

ad uidendum lumen: esse oculum creatum: ac per hoc etiam ipso uitio suo excellētius ostenditur ceteris membris membrum capax luminis. Non enim alia causa eēt uitiũ eius carere lumīe: ita natura que fruebatur deo: optimam se institutam docet etiam ipso uitio: quo ideo misera est: quia non fruitur deo: qui casum angelorũ uoluntariũ iustissima pena sempiterne infelicitatis obstruxit: atq; in eo sũmo bono ꝑmanentibus ceteris: ut de sua sine fine permansione certi essent: tanq̃ ipsius premiũ permansionis dedit. Qui fecit hominem etiam ipsum rectum cum eodem libero arbitrio: terrenum quidem animal: sed celo dignũ si suo hereret autori: miseria similiter si eũ desereret secutura: qualis nature huiusmodi cõueniret. Quem similiter cũ preuaricatione legis dei: per dei desertionẽ peccaturũ esse presciret: nec illi ademit arbitrii liberi potestatẽ: simul preuidens quid boni de malo eius ipse esset facturus: qui de mortali progenie merito iusteq; damnata: tãtum populũ ꝓpter gratiam suam colligit ut inde suppleat et instauret partem que lapsa est angelorum: ac sic illa dilecta et superna ciuitas nõ fraudetur suorum numero ciuium: quin etiam fortassis & uberiore letetur.

De eterna dei et incommutabili eius uoluntate. Ca. Secundũ.

Multa enim fiunt quidem a malis contra uoluntatem dei: sed tãte est ille sapiẽtie tãteq; uirtutis: ut ī eos exitus: siue fines quos bonos & iustos ipse p̄sciuit tendãt omnia: que uolũtati eius uidentᷣ aduersa. Ac per hoc cũ deus mutare dicitᷣ uolũtatẽ: ut qbus lenis erat: uerbi gratia: reddatᷣ iratus: illi potius q̃ ipe mutantᷣ: & eũ quodãmõ mutatum in iis que patiuntur: inueniunt: sicut mutatur sol oculis sauciatis: & asper quodãmodo ex miti: et ex delectabili molestus efficitᷣ: cũ ipse apud seipsum maneat idem: qui fuit. Dicitur etiam uoluntas dei: quã facit in cordibus obediẽtium mãdatis eius: de q̃ dicit apostolus. Deus est enim q operatur in nobis & uelle. Sicut. n. iusticia dei non solũ qua ipse iustus est: dicitᷣ: sed illa etiã quã in homine qui ab illo iustificatᷣ facit: sic & lex eius uocatᷣ: que potius ē hominũ sed ab illo data. Nam utiq; homines erant quibus ait Iesus: in lege uestra scriptum est: cũ alio loco legamus: lex dei eius in corde eius. Scd̄m hanc uoluntatẽ quã deus operatᷣ in hominibus: etiã uelle dicere quod nõ ipse uult: sed suos id uolentes facit: sicut dicitᷣ cognouisse: qd̄ ut cognosceretᷣ fecit: a quibus ignorabatur. Neq; enim dicente apostolo: nunc autem cognoscentes deum: immo cogniti a deo: fas ē ut credamus: ꝙ eos tunc cognouerit deus: p̄cognitos ante cõstitutionem mũdi: sed tunc cognouisse dictus est: quod tunc ut cognosceretᷣ effecit. De his locutionũ modis: iam et in superioribus libris memini disputatũ. Scd̄m hanc ergo uoluntatem: q̃ deum uelle dicimus: quod alios efficit uelle: a quibus futura nesciuntᷣ: multa uult: nec facit. Multa enim uolunt fieri sancti eius ab illo inspirata sancta uoluntate: nec fiunt: sicut orant pro quibusdam pie: sancteq;: & quod orant: non facit: cũ ipse in eis hanc orandi uoluntatẽ sancto spiritu suo fecerit. Ac ꝑ hoc qñ scd̄m deum uolunt et orant sancti ut quisq; sit saluus: possumus illo modo locutiõis dicere uult deus: & nõ facit. ut ipsum dicamus uelle: q ut uelīt isti: facit. Scd̄m uero illam uoluntatem suam: que cũ eius prescientia sempiterna est: profecto in celo et in terra omnia quecunq; uoluit: nõ solum preterita uel presentia: sed etiam futura iam fecit. Verum anteq̃ ueniat tempus: quo uoluit: ut fieret quod ante tẽpora uniuersa presciuit: atq; disposuit: dicimus quãdo deus uoluerit: fiet. Si aũt nõ solũ tempus quo futurum ē: uerũ etiã utrũ futuꝝ sit: ignoramus: dicimus fiet: si deus uoluerit: nõ quia deus nouam uoluntatem: quam nõ habuit: tũc habebit: sed qa id: quod ex eternitate

in eius immutabili preparatum est uoluntate: tunc erit.

De p̄missione eterne beatitudis sanctorum & p̄petuis suppliciis impiorum. C. iii.

QVapropter: ut cetera tam multa preteream: sicut in xp̄o nūc uidemus impleri quod promisit Abrae dicens: in semine tuo benedicentur omnes gentes: ita quod eidem semini eius promisit: implebitur: ubi ait per prophetam: resurgent qui erant in monumentis. Et quod ait: erit celū nouū: et terra noua: & nō erunt memores priorum: nec ascendent in cor ipsorum: sed leticiam & exultationem inuenient in ea: Et ecce ego faciam hierusalem exultationem & populū meū in leticiā: & exultabo in hierusalem: & letabor ī populo meo. & ultra nō audietur in ea uox fletus. Et per aliū p̄phetam quod prenūciauit dicens eidem p̄phete. In tempe illo saluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro: & multi dormientiū in terre puluere: siue ut alii interp̄tati sunt aggere: exurgent. hi in uitā eternā. & hi ī opprobriū & in cōfusionē eternam. Et alio loco per eundem p̄phetam. Et accipiēt regnum sancti altissimi: & obtinebūt illud usq; in seculum: & usq; in secula seculorum. Et paulo post. Regnū inq̄t eius regnum sempiternum. Et alia que ad hoc p̄tinentia ī libro uicesimo posui siue que nō posui: & tamē in eisdē litteris scripta sunt: uenient et hec: sicut & ista uenerūt: que increduli non putabant esse uentura. Idem quippe deus utraq; promisit utraq; uentura esse predixit: quem perhorrescunt numina paganorum: teste etiam Porphyrio nobilissimo philosopho ipsorum.

Contra sapientes mundi qui putant terrena hominum corpora: ad celeste habitaculum. Ca. quartum.

SEd uidelicet homines docti atq; sapientes contra uim tāte autoritatis que oīa genera hominū sicut tanto ante p̄dixit: in hoc credendū sperandūq; cōuertit: acute sibi argumētari uidentur aduersus corporum resurrectionem: et dicere: quod in tertio de republica libro a Cicerōe cōmemoratū est. Nam cū Herculē et Romulū ex hominibus deos esse factos asseueraret: quorum non corpora inquit sunt in celū elata. Neq; enim natura pateretur: ut id q̄d esset e terra nisi in terra maneret. Hec ē magna ratio sapientium: quorum dominus nouit cogitationes: q̄m uane sunt. Si n. aīe tantūmodo essemus: id est sine ullo corp̄e spiritus: et in celo habitātes terrena aīalia nesciremus: nobisq; futurum esse diceretē: ut terrenis corp̄ibus animādis quodā uinculo mirabili necteremur: nonne multo fortius argumentaremur: id credere recusantes: et diceremus naturā nō pati: ut res ī corporea ligamēto corporeo uinciretē: Et tamē plena est terra uegetātibus animis: quibus hec mēbra terrena miro modo sūt cōnexa et implicita. Cur ergo eodem uolente deo qui fecit hoc animal nō poterit terrenum corpus in celeste corpus attolli: si animus omnia hec terrena transcēdens per hoc etiā celesti corpore prestabilior: terreno corpore potuit alligari? An terrena p̄ticula tam exigua potuit aliqd celesti corpore melius apud se tenere: ut sensum haberet et uitā: et eam sentientem atq; uiuentem dedignabitur celū suscipere: aut susceptā nō poterit sustinere: cum de re sentiat et uiuat ista meliore: q̄ est corpus omne celeste? Sed ideo nunc nō fit: quia nōdum est tempus: quo id fieri uoluit. Quid hoc quod prouidētia dei multo mirabilius: q̄ illud: quod ab istis non creditur: fecit? Cur. n. nō uehemētius admiramur incorporeos aīmos: celesti corpore potiores: terrenis alligari corporibus: q̄ corpora licet terrena sedibus q̄uis celestibus tamen corporeis sublimari: nisi qa hoc

uidere cõsueuimus: & hoc sumus. illud uero nõdum sumus: nec aliqñ adhuc uidimus? Nam profecto sobria ratione consulta: mirabilioris esse diuini operis reperitur: incorporalibus corporalia quodammodo attexere: quamlibet diuersa: quia illa celestia ista terrestria: tamen corpora & corpa copulare.

De resurrectione carnis: quam quidam non credunt. Ca. V.

SEd hoc incredibile fuerit aliquãdo. Ecce iam credidit mũdus sublatũ terrenum christi corpus in celum: resurrectionem carnis & ascensionem in supernas sedes paucissimis remanentibus: atq; stupẽtibus: uel doctis uel indoctis: iã crediderũt docti et indocti. Si rem credibilem crediderunt: uideant q̃ sint stolidi: qui non credunt. Si aũt res incredibilis credita est: etiã hoc utiq; incredibile ẽ: sic creditũ eẽ: qđ ĩcredibile est. Hec igit̃ duo incredibilia: resurrectionem scilicet nostri corpis in eternum: & rem tam incredibilẽ mundũ esse crediturum: idem deus anteq̃ uel unum eoꝝ fieret: ambo futura esse predixit. Vnum duorũ incredibilium iam factũ esse uidemus: ut qđ erat incredibile crederet mundus. Cur id quod reliquũ est desperat̃: ut etiã hoc ueniat qđ incredibile credidit mundus: sicut iã uenit quod similiter incredibile fuit: ut rem tam incredibilem crederet mundus. quandoquidem hoc utrũq; incredibile: quoꝝ uidemus unum: alterũ credimus: in eisdem litteris predictum sit: per quas credidit mundus? Et ipse modus: quo credidit mundus: si consideret̃: incredibilior inuenitur. Ineruditos liberalibus disciplinis & omĩno quãtum ad istoꝝ attinet doctrinas impolitos: nõ pitos grãmatica: nõ armatos dialetica: non rethorica inflatos: piscatores christus cũ retibus fidei ad mare huius seculi paucissimos misit: atq; ita & ex omni genere tã multos pisces: & tanto mirabiliores: quanto rariores: etiam ipsos philosophos cepit. Duobus illis incredibilibus: si placet: immo quia placere debet: addamus hoc tertium. Iam ergo tria sunt incredibilia: que tamen facta sunt. Incredibile est xp̃m resurrexisse in carne: & in celum ascendisse cum carne. Incredibile est mundũ rem tam incredibilẽ credidisse. Incredibile ẽ homines ignobiles: infirmos: paucissimos: imperitos: rem tam incredibilẽ: tam efficaciter mundo: et in illo etiã doctis: psuadere potuisse. Hoꝝ triũ incredibiliũ primum nolunt isti: cum quibus agimus: credere. secundum cogũtur & cernere quod non inueniunt unde sit factum: si non credunt tertium. Resurrectio certe xp̃i: & in celum cum carne in qua resurrexit ascensio: toto iam mundo predicatur. & creditur. si credibilis nõ est: unde toto terrarũ orbe iam credita ẽ? Sed multi nobiles: sublimes: docti: etiã uidisse dixerunt: & quod uiderũt diffamare curarũt: eis mundũ credidisse: non mirum est. sed istos adhuc credere nolle: perdurum est. Si autem ut uerum est: paucis: obscuris: minimis: indoctis: eã se uidisse dicẽtibus: & scribẽtibus credidit mũdus: cur pauci: obstinatissimi qui remanserunt: ipsi mundo iam credenti adhuc usq; non credunt: qui propterea numero exiguo: ignobiliũ: infirmorum: imperitorũ hominũ credidit: quia ĩ tam cõtemptibilibus testibus multo mirabilius diuinitas seipsa psuasit? Eloquia nanq; persuadentium que dicebant: mira fuerunt facta: nõ uerba. Qui. n. christum in carne resurrexisse: & cum illa in celũ ascendisse nõ uiderant: hec se uidisse narrantibus non loquentibus tantum: sed etiam mirifica facientibus signa: credebãt. Homines quippe quos unius uel ut multum duaꝝ linguarum fuisse nouerant: repẽte linguis omnium gentiũ loquentes mirabiliter audiebant. Claudũ ab uberibus matris ad eorum uerbum in xp̃i nomine post. xl. annos incolumem constitisse. Sudaria de corporibus eorum ablata: sanandis profuisse languentibus: ĩ uia q̃ fuerant transituri positos in ordine innumerabiles morbis uariis laborantes: ut ambulantium super eos

umbra transiret: continuo salutem solere recipere: et alia multa stupenda in Christi nomine p eos facta: postremo etiã mortuos resurrexisse cernebãt. Que si ut legunt̃: gesta esse cõcedunt: ecce tot ĩcredibilia tribus illis incredibilibus addimus: et ut credatur unum incredibile: quod de carnis resurrectiõe atq; in celũ ascensione dicit̃: multorũ incredibilium testimonia tanta congerimus: & nondum ad credendum ab horrenda duricia incredulos flectimus. Si uero p apostolos xp̃i ut eis crederetur: resurrectionẽ atq; ascensionem predicantibus christi: etiam ista miracula facta esse non credunt: hoc nobis unũ grãde miraculũ sufficit: q ea terrarum orbis sine ullis miraculis credidit.

Quod Roma conditorem suum Romulum diligendo deũ fecerit: Ecclesia uero Christũ dominũ credẽdo dilexit. C. VI.

HEcolamus etiam hoc loco illud: qd̃ de Romuli credita diuinitate Tullius admirat̃. Verba eius ut scripta sunt inserã. Magis ẽ inqt ĩ Romulo admirandũ: q ceteri: qui dii ex hominibus facti esse dicuntur: minus eruditis hominum seculis fuerunt: ut fingendi pcliuior esset ratio: cũ imperiti facile ad credendũ impellerent̃. Romuli autem etatem minus bis sexcentis annis iam ĩueteratis litteris atq; doctrinis: omniq; illo antiquo ex inculta hominum uita errore sublato fuisse cernimus. Et paulopost de eodẽ Romulo ita loquit̃: qd̃ ad hunc ptinet sensum. Ex quo intelligi põt inqt: per multis annis ante Homerum fuisse q̃ Romulũ: ut iã doctis hominibus ac temporibus ipsis eruditis: ad fingendum uix quicq̃ esset loci. Antiquitas. n. recipit fabulas: fictas etiam nonnũq̃ incõdite. Hec etas autem iam exculta p̃sertim eludens: omne quod fieri nõ potest: respuit. Vnus e numero doctissimorum hominum idẽq; eloquentissimus omnium. M. Tullius Cicero: propterea dicit diuinitatem Romuli mirabiliter creditam: q erudita tempora iam fuerunt: que falsitatem non reciperẽt fabularũ. Quis autem Romulum deũ nisi Roma credidit: atq; id parua & incipiens? Tum deinde posteris seruare fuerat necesse: quod acceperant a maioribus: ut cũ ista superstitiõe in lacte quodammõ matris ebibita cresceret ciuitas: atq; ad tam magnũ perueniret imperium: ut ex eius fastigio uelut ex altiore quodam loco: alias quoq; gentes quibus dominaret̃: hac sua opinione perfunderet: ut non quidem crederent: sed tamẽ dicerẽt deũ Romulũ: ne ciuitatẽ cui seruiebãt: de cõditore eius offenderẽt: aliter eum nominãdo q̃ Roma que id nõ amore qdem huius erroris: sed cũ amoris errore crediderat. Christus autẽ quanq̃ sit celestis & sempiterne conditor ciuitatis: nõ tamen eum quoniam ab illo cõdita est: deum credidit: sed ideo potius est condenda: qa credidit. Roma cõditorem suũ iam cõstructa & dedicata tãq̃ deũ coluit ĩ tẽplo: hec autem hierusalem deum christum cõditorem suum ut construi posset & dedicari: posuit in fidei fundamẽtum. Illa illum amando esse deum credidit: ista istum deum esse credendo amauit. Sicut ergo precessit: unde amaret illa: & de amato iam libẽter etiam falsum bonũ crederet: ita precessit unde ista crederet: ut recta fide non temere qd̃ falsum: sed qd̃ uerũ erat: amaret. Exceptis. n. tot & tãtis miraculis que psuaderũt deum esse christũ: prophetie quoq; diuine fide dignissime precesserũt: que in illo nõ sicut a patribus adhuc credunt̃ implẽde: sed iam a toto mũdo demonstrant̃ implete. De Romulo aũt quia cõdidit romam ĩ eaq; regnauit: auditur: legitur: nõ qa factũ est qd̃ ante fuisset pphetatũ: sed q sit receptus ĩ deos creditũ tenẽt littere: nõ factũ docent. Nullis qppe rerũ mirabiliũ signis: id ei uere puenisse: mõstratur. Lupa qppe illa fratrũ duorum nutrix: quod uidet̃ quasi magnũ extitisse portentũ: q̃le aut q̃tum

est ad demonstrandū deū? Certe enim etsi non meretrix fuit lupa illa: sed bestia: cū fratribus portentum cōmune fuerit ambobus: frater tamē eius nō habetur deus. Quis aūt ꝓhibitus ē: aut Romulum: aut Herculē: aut alios tales hoīes deos dicere? & mori maluit: q̃ nō dicere? Aut uero aliq̃ gentiū coleret inter deos suos Romulū: nisi romāi nominis metus cogeret? Quis porro enumeret q̃ multi quantalibet seuicia crudelitatis occidi: q̃ xp̄m deū negare maluerūt? Proinde metus quālibet leuis īdignatiōis que ab animis romanoꝝ: si nō fieret: posse putabat̄ existere: cōpellebat aliq̃s ciuitates positas sub iure romano: tanq̃ deū colere Romulū. A christo autem deo non solum colendo uerum etiā cōfitendo: tantā per orbem terre martyrum multitudiēm metus ullus aut terror reuocare nō potuit. blādicie nulle: promisso nulla demouit. sed nec facultatum uiolenta subtractio: nec acerbitas uniuersarum uariaꝝq; penarum: & ipsius mortis: que plus ceteris formidatur. Neq; tunc ciuitas xp̄i q̃uis adhuc peregrinaret̄ in terris: & haberet tam magnorū agmina populorum: aduersus impios persecutores suos pro tēporali salute pugnauit: sed potius: ut obtineret eternā: nō repugnauit. Ligabant̄: includebantur: cedebantur: urebantur: torquebantur: laniabantur: cruciabantur: et multiplicabant̄. Nō erat eis pro salute pugnare: nisi salutē pro saluatore cōtemnere. Scio in libro Cicerōis tertio nisi fallor de republica disputari: nullum bellum suscipi a ciuitate optima: nisi aut ꝓ fide: aut ꝓ salute. Quid aūt dicat pro salute: uel intelligi quam salutem uelit: alio loco demonstrans. Sed his penis inquit quas etiam stultissimi sentiunt: egestate: exsilio: uinculis: uerberibus: elabuntur sepe priuati: oblata mortis celeritate. Ciuitatibus autem mors ipsa pena est: quæ uidetur a pena singulos uindicare. Debet enim constituta sic esse ciuitas: ut eterna sit. Itaq; nullus interitus est reipublice naturalis: ut hominis in quo mors non modo necessaria est: uerum etiam optanda persepe. Ciuitas autem cū tollitur: deletur: extinguitur: simile est quodāmō ut magnis parua conferamus: ac si omnis hic mundus intereat: et concidat. Hoc ideo dicit Cicero: quia mundum nō interiturum cum platonicis sentit. Constat ergo eum pro ea salute uoluisse bellū suscipi a ciuitate: qua fit: ut maneat hic ciuitas: sicut dicit eterna: q̃uis moriētibus & nascentibus singulis: sicut pemnis est opacitas olee uel lauri: atq; huiusmodi ceterarum arborum: singulorum lapsu ortuq; foliorū. Mors quippe ut dicit nō hominum singulorum: sed uniuerse: pena est ciuitati s. que a pena plerūq; singulos uindicat. Unde merito querit̄: utrum recte fecerint sagūtini: qñ uniuersam ciuitatem suam interire maluerunt: q̃ fidem frangere q̃ cū ipsa romana republica tenebantur. In quo suo facto laudantur ab omnibus terrene reipublice ciuibus. Sed hi quomodo huic disputationi possent obedire: nō uideo: ubi dicitur nullū suscipiendū esse bellum: nisi aut pro fide: aut pro salute. Nec dicitur si in unum simul periculum ita duo ista concurrerint: ut teneri alterum sine alterius amissione non possit: quid sit potius eligendū. Profecto enim sagūtini si salutem eligerēt: fides eis fuerat deserēda. Si fides tenenda: amittenda utiq; salus sicut & factum est. Salus autem ciuitatis dei talis est: ut cum fide ac per fidem teneri uel potius acquiri possit: fide autē perdita ad eam quisq; uenire non possit. Que cogitatio firmissimi ac pacientissimi cordis tot ac tantos martyres fecit. qualem ne unum quidem habuit uel habere potuit: quando est deus creditus Romulus.

Quod ut mūdus ī xp̄m crederet uirtutis fuerit diuīe nō ꝑsuasiōis hūane. C. vii.

SEd ualde ridiculum ē de Romuli falsa diuinitate cū de christo loqmur facere mentionem. Verumtamen cum sexcentis ferme annis ante Ciceronē Romulus

fuerit: atq; illa etas iam fuisse doctrinis dicatur exculta: ut qđ fieri nō potest omne respueret: quanto magis post sexcētos ānos ipsius tēpore Ciceronis: maximeq; postea sub Augusto atq; Tyberio eruditioribus utiq; temporibus: resurrectionem carnis xpi atq; in celos ascensionem: tanq̄ id quod fieri nō potest mens humana ferre nō posset: eludēsq; ab auribus cordibusq; respueret: nisi eā fieri potuisse: atq; factā eē: diuitas ipsius ueritatis: uel diuinitatis ueritas: & constantia miraculoꝝ signa monstrarēt: ut terrentibus et contradicentibus tam multis tamq; magnis persecutionibus: precedens in xpo: deinde in ceteris ad nouum seculum secutura resurrectio: atq; immortalitas carnis & fidelissime crederetur: & predicaretur ītrepide: & per orbē terre pullulatura fecundius cum in martyrū sanguine sereretur? Legebantur. n. preconia ꝑcedentiū prophetarum: concurrebant ostenta uirtutum: & persuadebatur ueritas noua con/suetudine nō cōtraria rationi: nec orbis terre q ꝑsequebatur furore: ꝑsequeretᷣ fide.

De miraculis que ut mundus in xp̄m crederet: facta sunt: et fieri mundo credente non desinunt. Ca. VIII.

Cur inquiunt nunc illa miracula que predicatis facta esse: non fiunt? Possem qdem dicere necessaria fuisse: ꝑus q̄ crederet mūdus: ad hoc ut crederet mūdus. Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirit: magnum est ipse prodigium: q mundo credente non credit. Verum hoc ideo dicunt: ut nec tunc illa miracula facta fuisse credantur. Vnde ergo christus tanta fide usq;quaq; cantatur: in celum cum carne sublatus? Vnde temporibus eruditis & omne qđ fieri non potest respuentibus: sine ullis miraculis nimium mirabiliter incredibilia credidit mundus? An forte credibilia fuisse & ideo credita esse dicturi sunt? Cur ergo ipsi nō credūt? Breuis est igitᷣ nostra complexio. Aut incredibili rei que non uidebatur: alia incredibilia que tamē fiebāt: & uidebantur: fecerunt fidem: aut certe ita credibilis ut nullis quibus persuaderetur miraculis indigeret: istorum nimiam redarguit infidelitatem. Hoc ad refellendos ua/nissimos dixerim. Nam facta esse multa miracula que attestarentur illi uni grandi salubriq; miraculo: quo xp̄s in celum cum carne in qua resurrexit ascendit: negare non possumus. In eisdem qppe ueracissimis libris cūcta scripta sunt. & que facta sūt: & propter quod credendum facta sunt: hec ut fidem facerent innotuerunt: hec per fidem quam fecerunt multo clarius innotescunt. leguntᷣ qppe in populis ut credantᷣ: nec in populis tamen nisi credita legerentur. Nam etiam nūc fiunt miracula in eius nomine: siue per sacramēta eius: siue per orationes uel memorias sanctorum eius: sed nō eadem claritate illustrantur: ut tanta quanta illa gloria diffamentᷣ. Canon qppe sacrarum litterarum: quē diffamatū esse oportebat: illa facit ubiq; recitari: & mēorie cunctorum inherere populorum. hec autem ubicunq; fiunt ibi sciuntur uix a tota ipsa ciuitate: uel quocunq; commanētium loco. Nam plerunq; etiam ipsi paucissimi sciūt ignorantibus ceteris: maxime si magna sit ciuitas. & quādo alibi aliisq; narrantᷣ: non tanta ea commendat autoritas ut sine difficultate uel dubitatione credantur: quamuis christianis fidelibus a fidelibus indicentᷣ. Miraculū quod mediolani factū est: cum illic essemus quādo illuminatus est cecus: ad multoꝝ noticiā potuit ꝑuenire: quia & grandis est ciuitas & ibi erat tunc Imꝑator: & immēso populo teste res gesta est: cōcurrēte ad corpora martyrū Prothasii & Geruasii. Que cum laterēt & penitus nescirētur: episcopo Ambrosio per somniū reuelata repta sunt. ubi cecus ille depulsis ueteribus tenebris diem uidit. Apud carthaginem autē quis nouit: preter admodū

paucissimos: salutem que facta est Innocentio exaduocato uicarie prefecture: ubi nos interfuimus & oculis aspeximus nostris? Venientes enim de transmarinis: me & fratrem meum Alippium nondum quidem clericos: sed iam deo seruientes: ut erat cũ tota domo sua religiosissimus ipse susceperat: et apud eum tunc habitamus: curabatur a medicis propter fistulas quas innumerosas atq; perplexas habuit in posteriore atq; ima corporis parte. Iam secuerant eũ: et artis sue cetera medicamẽtis agebãt. Passus autem fuerat in sectione illa: & diuturnos & acerbos dolores. Sed unus inter multos sinus fefellerat medicos: atq; ita latuerat ut eum non tangerent quem ferro aperire deberent. Deniq; sanatis omĩbus que aperta curabant: iste remanserat solus: cui frustra impendebatur labor. Quas moras suspectas ille habens: multumq; formidans ne iterũ secaretur: quod ei predixerat alius medicus domesticus eius: quem non admiserant illi: ut saltem uideret: cum primum sectus est: quomodo id facerent: iratusq; illum domo abiecerat: uixq; receperat: erupit atq; ait. Itez me secturi estis? Ad illius quẽ noluistis esse presentem: uerba uenturus sum? Irridere illi medicum imperitum ceperũt: metũq; hominis bonis uerbis promissionibusq; lenire. preterierunt et alii dies plurimi: nihilq; proficiebat omne quod fiebat: medici tamen in sua pollicitatione persistebant: non se illum sinum ferro sed medicamentis esse clausuros. Adhibuerunt & aliũ grandeuum iam medicum: : satisq; in illa arte laudatum. Adhuc enim uiuebat: Ammonium dico. Qui loco inspecto idem quod illi eoz diligentia peritiaq; promisit. Cuius ille factus autoritate securus: domestico suo medico qui futuram predixerat aliam sectionem: faceta hilaritate uelut iã saluus illusit. Quid plura? Postea tot dies ĩaniter consũpti transierunt: ut fessi atq; confusi faterentur eum nisi ferro nullo modo posse sanari. Expauit: expalluit: nimio tiore turbatus. Atq; ubi se collegit: fariq; potuit: abire illos iussit & ad se amplius non accedere. nec aliud occurrit fatigato lachrymis: & illa iam necessitate constricto: nisi ut adhiberet Alexandrinum quẽdam qui tunc chirurgus mirabilis habebatᵗ: ut ipse faceret qđ ab illis fieri nolebat iratus. sed posteaq̃ uenit ille: laboremq; illorum in cicatricibus sicut artifex uidit: boni uiri functus officio ꝑsuasit homini: ut illi potius qui in eo tantum laborauerunt q̃tum ipse inspiciẽs mirabatur: sue curationis fine fruerẽtur: adiciens ꝙ reuera nisi sectus esset saluus esse nõ posset. Sed ualde abhorrere a suis moribus: ut hominibus quorum artificiosissimã operam: industriam: diligentiam admirans in cicatricibus eius uideret: propter exiguũ quod remansit palmam tanti laboris auferret. Redditi sunt animo eius: & placuit ut eodem Alexandrino assistente: ipsi sinũ illũ ferro q iam consensu omnium aliter insanabilis putabatur aperirent. Que res dilata est in consequentem diem. Sed cum abissent illi: ex merore nimio domini tantus ẽ in domo illa exortus dolor: ut tãq̃ funeris plãctus uix cõprimeretur a nobis. Visitabãt eũ quotidie uiri sancti: episcopus tũc ucalensis beate memorie. Saturninus: & presbyter Gelosus: ac diaconi carthaginensis ecclesie: in quibus erat et ex quibus solus est nunc in rebus humanis iam episcopus: cũ honore a nobis debito nominandus Aurelius: cum quo recordãtes mirabilia opera dei de hac re sepe collocuti sumus: eumq; ualde meminisse qđ commemoramus inuenimus. Qui cũ eum uespere: sicut solebant: uisitarent: rogauit eos miserabilibus lachrymis: ut mane dignarẽtur esse presentes suo funeri potius: q̃ dolori. Tantus. n. eũ metus ex ꝑoribus inuaserat penis: ut se inter medicorum manus non dubitaret esse moriturũ. Consolati sunt eum illi: & hortati ut in deo fideret: eiusq; uoluntatem uiriliter ferret. Inde ad orationem ingressi sumus. Vbi nobis ex more genua figentibus atq; incumbentibus terre: ille se ita proiecit tanq̃ fuisset aliquo grauiter impellentem prostratus: & cepit

orare. Quibus modis: quo effectu: quo motu animi: quo fluuio lachrymarum: qbus
gemitibus atq; singultibus succutiẽtibus omnia membra eius & pene intercludẽtibus
spiritum: quis ullis explicet uerbis? Vtrum orarent alii: nec in hec eorum auerteretur
intentio: nesciebam. Ego tamen prorsus orare nil poteram. hoc tantũmodo breuiter
in corde meo dixi. Domine quas tuorum preces exaudis: si has non exaudis? Nihil
enim mihi uidebat̃ addi iam posse: nisi ut expiraret orando. Surreximus: & accepta
ab episcopo benedictiõe discessimus: rogãte illo: ut mane adessẽt: illis ut equo animo
esset hortantibus. Illuxit dies: qui metuebatur. Aderant serui dei: sicut se affuturos eẽ
promiserant. Ingressi sunt medici: parantur oĩa que hora illa poscebat. Tremẽda
ferramenta proferuntur attonitis suspensisq; omnibus: eis autem quorum erat maior
autoritas defectum animi eius cõsolando erigentibus. Ad manus secturi membra in
lectulo componuntur. Soluũtur nodi ligamentoꝝ: nudatur locus: inspicit medicus:
& secandũ illũ sinũ armatus atq; intentus inquirit. Scrutat̃ oculis: digitisq; cõtrectat.
Temptat deniq; modis omnibus: inuenit firmissimam cicatricem. Iam illa leticie laus
atq; gratiaꝝ actio misericordi & oĩpotẽti deo: que fusa est ore oĩm lachrymãtibus
gaudiis: non est committenda meis uerbis. Cogitetur potius: q̃ dicatur. // In eadem
carthagine Innocentia religiosissima femina de primariis ipsius ciuitatis in mamilla
cancrum habebat: rem sicut medici dicunt: nullis medicamentis sanabilem. Aut ergo
precidi solet membrum ubi nascitur: & a corpore separari: aut ut aliq̃to homo q̃etius
uiuat: fomentis est pestis mitiganda frequẽtibus. Nam ut inde mortem quantũlibet
tardius affuturam confidamus: secundum Hyppocratis ut fertur sententiam: omnis
est omittẽda curatio. Hoc illo a ꝑito medico & sue domui familiarissimo acceperat:
& ad solum deum se orando cõuerterat. Admonetur in somnis propinquãte pascha:
ut in parte feminarum obseruanti ad baptisterium: quecunq; illi baptizata ꝑmitus
occurrisset: signaret ei locũ signo crucis xp̃i. fecit & cõfestim sãitas secuta ẽ. Medicus
sane qui ei dixerat: ut nihil curationis adhiberet si paulo diutius uiuere uellet: cum
inspexisset eã postea & sanissimã cõperisset: q̃prius habere illud malũ tali inspectiõe
cognouerat: quesiuit ab ea uehementer quid adhibuisset curationis: cupiens quãtum
intelligi datur: nosse medicamẽtum quo Hippocratis definitio uinciretur. Cumq; ab
ea quid factum eẽt: audisset: uoce uelut contemnẽtis & uultu ita ut illa metueret ne
aliquod contumeliosum uerbum ꝓferret in Christũ: religiosa urbanitate respondisse
fert̃. Putabã inq̃t magnũ aliquid te mihi fuisse dicturam. Atq; illa iam exhorrescẽte
mox addidit. Quid grande fecit Christus saluare cãcrum: qui quatriduanũ mortuũ
suscitauit? Hoc ergo cum audissem: & uehementer stomacharer in illa ciuitate atq;
in illa persona non utiq; obscura: factum tam ingens miraculum sic latere: hinc eam
& admonendam & pene obiurgãdam putaui. Que cum mihi respondisset: nõ se inde
tacuisse: quesiui ab eis quas forte tunc matronas amicissimas secum habebat: utrũ hoc
antea scissent. Responderunt se omnino nescisse. Ecce inq̃: quomodo nõ taces: ut nec
iste audiãt: que tibi tanta familiaritate iungunt̃? Et quia breuiter ab ea quesiuerã:
feci ut illis audientibus multumq; mirantibus & glorificantibus deum: totũ ex ordine
quemadmodum gestum fuerit: indicaret. ¶ Mendicum quendam podagricũ in eadẽ
urbe: qui cũ dedisset nomẽ ad baptismũ: & pridie q̃ baptizaretur in somnis a pueris
nigris curatis quos intelligebat demões: baptizari eodem anno prohibitus fuisset: eisq;
non obtemperans etiam conculcantibus pedes eius in dolorem acerrimum q̃lem nunq̃
expertus est: estuasset: magisq; eos uincens lauacro regeneratiõis ut uouerat: ablui nõ
distulisset: in baptismate ipso non solum dolore quo ultra solitum cruciabatur: uerũ

etiam podagra caruisse: nec amplius q̃diu postea uixisset pedes doluisse: qs nouit. Nos tamen nouimus & paucissimi fratres: ad quos id potuit peruenire e uicino. ¶ Quidã curubitanus non solum a paralysi: uerum etiam ab informi pondere genitalium: cum baptizaretur saluus effectus est: & liberatus utraq; molestia: tanq̃ mali nihil habuisset in corpore: de fonte regenerationis ascẽdit. Quis hoc p̃ter curubitani nouit: & preter rarissimos aliquos q hoc ubicunq; audire potuerunt? Nos autem cum cõperissemus: hoc iubente sancto episcopo Aurelio etiam ut ueniret carthaginem fecimus: q̃uis a talibus prius audierimus: de quorum fide dubitare non possemus. ¶ Vir tribunicius Hesperius qui apud nos est: habet in territorio fussalensi fundum: zubedi appellatũ: ubi cum afflictiõe animalium et seruorum suorum domum suam spirituũ malignoꝝ uim noxiam perpeti comperisset: rogauit nostros me absente presbyteros: ut aliquis eorum illo pergeret cuius orationibus crederent. perrexit unus: obtulit ibi sacrificium corporis christi: orans q̃tum potuit: ut cessaret illa uexatio. deoq; protinus miserante cessauit. Acceperat autem ab amico suo terram sanctam de hierosolymis allatam: ubi sepultus christus die tertio resurrexit: eamq; suspenderat in cubiculo suo: ne quid mali etiam ipse pateretur. At ubi domus eius ab illa infestatione purgata est: quid de illa terra fieret: cogitabat: quam diutius in cubiculo suo reuerẽtie causa habere nolebat. Forte accidit: ut ego & collega tũc meus Episcopus Synitensis ecclesie Maximinus in proximo essemus: ut ueniremus: rogauit: & uenimus. Cumq; oĩa nobis retulisset: etiam hoc petiuit: ut infoderetur alicubi: atq; ibi orationum locus fieret: ubi etiam christiani possent ad celebrãda que dei sunt: congregari. Non restitimus: factũ est: Erat ibi paralyticus iuuenis rusticanus: qui hoc audito petiuit a parentibus suis: ut illum ad eum locum sanctum non cunctanter afferrent: Quo cum fuisset allatus orauit: atq; inde continuo pedibus suis sanus abscessit. ¶ Victoriana uilla dicit: que ab hippone regio minus. xxx. milibus abest. Memoria martyrũ mediolanensium ibi est Protasii & Geruasii. Portatus est illo quidam adolescens. q cum die medio tẽpore estatis equũ ablueret in fluminis gurgite demonẽ incurrit. Ibi cũ iaceret uel p̃ximus morti: uel simillimus mortuo: ad uespertinos illuc hymnos & orationes: cum ancillis suis & q̃busdam sanctimonialibus ex more domina possessiõis intrauit: atq; hymnos cantare ceperunt. Qua uoce ille quasi percussus excussus est: & cum terribili fremitu altare comprehensum mouere nõ audens siue nõ ualens: tanq̃ eo fuerit alligatus aut affixus tenebat: & cum grandi eiulatu parci sibi rogans: confitebatur ubi adolescentẽ: & quando & quomodo inuaserit. postremo se exiturum esse denũtians: membra eius singula nominabat: que se amputaturũ exiens minabat. Atq; inter hec uerba discessit ab homine. Sed oculus eius in maxillam fusus tenui uenula ab interiore quasi radice pendebat: totumq; eius mediũ qđ nigellum fuerat albicauerat. Quo uiso q aderant: concurrerant autem etiam alii uocibus eius acciti: & se omnes pro illo in orationem strauerant. q̃uis eum sana mente stare gauderent: rursus tamen propter eius oculum contristati: medicũ querendũ esse dicebãt. Ibi maritus sororis eius q eũ illo detulerat: potens est inquit deus sanctoꝝ orationibus qui fugauit demonem lumen ei reddere. Tunc sicut potuit oculum lapsum atq; pendẽtem: loco suo reuocatum ligauit orario: nec nisi post septem dies putauit esse soluẽdum. Quod cum fecisset: sanissimũ inuenit. Sanati sunt illic & alii de quibus dicere longum est. ¶ Hipponensem q̃dam uirginẽ scio: cum se oleo perũxisset: cui pro illa orans presbyter instillauerat lachrymas suas: mox a demonio fuisse sanatam. ¶ Scio etiam episcopum semel pro adolescẽte quem a demonio correptum uidit orasse. illumq; illico demõe caruisse. ¶ Erat quidã senex

florentius hipponensis noster homo: religiosus & pauper qui sartoris se arte pascebat.
Casulam perdiderat: & unde sibi emeret: nō habebat. Ad. xx. martyres quorū mēoria
apud nos est celeberrima: clara uoce ut uestiretur: orauit. Audierūt eum adolescētes
qui forte aderant irrisores: eumq; discedentem exagitantes prosequebantur: quasi qui
a martyribus quinquagenos folles unde uestimentū emeret petiuisset. At ille tacitus
ambulans eiectum grandem piscem palpitatem uidit in littore: eumq; illis fauentibus
atq; adiuuantibus apprehendit: et cuidam coco Cartoso nomine bene christiano: ad
coquinam conditariam: indicās quid gestum sit tricentis follibus uendidit. lanam cō/
parare inde disponēs: ut uxor eius quomodo posset ei quo indueretur afficeret. Sed
cocus cōcidens piscem annulum aureum in uentriculo eius inuenit: moxq; miseratiōe
flexus & religiōe pterritus: homini eū reddidit dicens. Ecce quomō te. xx. martyres
uestierunt. ¶ Ad aquas tibilitanas episcopo afferēte Proiecto reliquias gloriosissimi
Stephani martyris: ad eius memoriam ueniebant magne multitudinis concursus &
occursus. Ibi ceca mulier ut ad episcopum portantē pignora sacra duceretur orauit:
flores quos ferebat dedit: recepit: oculis admouit: protinus uidit. Stupentibus cunctis
qui aderant preibat exultans: uiam carpens: & uie ducem ulterius non requirens.

¶ Memorati memoriam martyris: que posita est in castello Synicensi: quod hip/
ponensi colonie uicinum est: eiusdem loci Lucillus Episcopus populo precedente:
atq; sequente in manu portabat. fistula cuius molestia iam diu laborauerat: & fami/
liarissimi sui medici qui eam secaret: operiebatur. manus illius pie sarcine uectatione:
Vbi sanctas attigit reliqas: repente sanata est. Nam deinceps eam in suo corpore nō
inuenit. ¶ Eucharius presbyter ex hispania chalame habitās: uetere morbo calculi
laborabat. Per memoriam supradicti sancti martyris quam possidimus. illo aduexit
episcopus: saluus factus est. Idem ipse postea morbo alio preualescente mortuus sic
iacebat: ut ei iam pollices ligarentur. Opitulatiōe memorati martyris: cum de mēoria
eius reportata fuisset: & super iacentis corpus missa ipsius presbyteri tunica: suscitatus
est. ¶ Fuit ibi uir in ordine suo Primarius nomine Marcialis: euo iam grauis: et
multū abhorrens a religione christiana. Habebat sane fidelem filiam: & generū eodē
anno baptizatum. Qui cum eum egrotantem multis & magnis precibus & lachrymis
rogarēt ut fieret christianus: prorsus abnuit: eosq; a se turbida īdignatiōe submouit.
Visum est genero eius ut iret ad memoriam sancti Stephani: & illic quantum posset
pro eo oraret: ut deus illi daret bonam mentem: qua credere nō differret in christū.
Fecit hoc ingēti gemitu & fletu: & sinceriter ardente pietatis affectu. Deinde abscedēs
aliquid de altari florum quod occurrit tulit: eiq; cum iam nox esset: ad caput posuit.
Tunc dormitum est. Et ecce ante diluculum clamat: ut ad episcopum curreretur qui
forte mecū tūc erat apud hipponē. Cum ergo eū audisset absentē: uenire psbyteros
postulauit. uenerūt: et statim credere se dixit. admirantibus atq; gaudētibus omībus
baptizatus est: Hoc q̄diu uixit ī ore habebat. Christe accipe spiritū meum: cum hec
uerba beatissimi Stephani quando lapidatus est a iudeis ultima fuisse nesciret: que
huic quoq; ultima fuerunt. Nā non multopost etiā ipse defunctus est. Sanati sunt
illic per eundem martyrem etiam tres podagrici: duo ciues: peregrinus unus. sed ciues
omnimodo: peregrinus autem per reuelationem quid adhiberet q̄do doleret audiuit.
et cum hoc fecisset: dolor continuo conqeuit. ¶ Andurus nomē est fundi: ubi ecclesia
est et in ea memoria martyris Stephani. Puerum quendam paruulum cum in area
luderet: exorbitantes boues qui uehiculum trahebāt rota obtriuerunt: et confestim
palpitauit expirans. Hunc mater arreptum ad eandem memoriam posuit: & nō solū

reuixit: uerum etiam illesus apparuit. ¶ Sanctimonialis quedã in uicina possessione
que caspaliana dicitur: cum egritudine laboraret ac desperaretur: ad eandẽ mẽoriam
tunica eius allata est. Que anteq̃ reuocaretur illa defuncta est. Hac tamen tunica
operuerunt cadauer eius parẽtes: & recepto spiritu salua facta est. ¶ Apud hipponẽ
bassus quidam syrus ad memoriã eiusdẽ martyris orabat pro egrotante & piclitante
filia: eoq; secum uestem eius detulerat. cũ ecce pueri de domo cucurrerunt q ei mortuã
nuntiarent. Sed cum orante illo ab amicis eius exciperentur: prohibuerunt eos illi
dicere: ne per publicum plãgeretur. Qui cum domum redisset iam suorum eiulatibus
personantem: & uestẽ filie quã ferebat super eã proiecisset: reddita uite ẽ. ¶ Rursus
ibidem apud nos hyrenei cuiusdam collectarii filius: egritudine extinctus est. Cumq;
corpus iaceret exanime: atq; aliis gementibus & lamentantibus exequie pararentur:
amicorum eius quidam inter aliorum cõsolantiũ uerba suggessit: ut eiusdẽ martyris
oleo corpus perũgeretur. factum est: & reuixit. ¶ Itemq; apud nos uir Tribunitius
Eleusinus super memoriã martyrũ que ĩ suburbano eius est egritudine exanimatũ
posuit infantulũ filiũ: & post orationem quã multis cum lachrymis ibi fudit uiuentẽ
leuauit. ¶ Quid faciam? Vrget huius operis implenda promissio: ut non hic omnia
possim commemorare: que scio: & proculdubio pleriq; nostrorum cum hec legẽt: do/
lebunt me pretermisisse tam multa que utiq; mecum sciunt. Quos iã nũc ut ignoscãt
rogo: & cogitent q̃ prolixi laboris sit facere: quod me hic non facere suscepti operis
necessitas cogit. Si. n. miracula sanitatum ut alia taceam: ea tãtum mõ uelim scribere:
que per hunc martyrem id est gloriosissimum Stephanũ facta sunt in colonia cha/
lamensi: et in nostra: plurimi conficiendi sunt libri. nec tamen om̃ia colligi potuerũt:
sed tantũ de quibus libelli dati sunt q recitarent in populis. Id nanq; fieri uoluimus:
cum uideremus antiquis similia diuinarum signa uirtutum etiam nostris temporibus
frequentari: et ea nõ debere multorum noticie deperire. ¶ Nondum est aũt bienniũ
ex quo apud hipponẽ regiũ cepit esse ista memoria: & multis: quod nobis certissimũ
est: non datis libellis de his que mirabiliter facta sunt: illi ipsi qui dati sunt ad. lxx.
ferme numerũ peruenerant: quando ista conscripsi. Chalame uero ubi et ipsa mẽoria
prius esse cepit et crebrius dantur: incõparabili multitudine superant. ¶ Vzali etiam
que colonia utice uicina est: multa preclara p eundem martyrem facta cognouimus:
cuius ibi mẽoria longe prius q̃ apud nos ab episcopo Euodio cõstituta ẽ. Sed libellorum
dandorum ibi consuetudo non est: uel potius nõ fuit. nam fortasse nunc esse iã cepit.
Cum enim nuper illic essemus: Petroniam clarissimam feminã que ibi mirabiliter ex
magno atq; diuturno in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant languore sanata
est: hortati sumus uolente supra dicti loci episcopo ut libellum daret: qui recitaretur
in populo: & obediẽtissime paruit. In quo posuit etiam quod hic reticere nõ possum:
q̃uis ad ea que hoc opus urgẽt festinare compellar. A quodam Iudeo dixit sibi fuisse
persuasum: ut annulũ capillatio uinculo insereret: quo sub om̃i ueste ad nuda corpis
cingeretur. qui annulus haberet sub gemma lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc
alligata quasi remedio: ad sãcti martyris limina ueniebat. Sed pfecta a carthagine
cum in confinio fluminis Bagrade in sua possessione mansisset: surgẽs ut iter pageret:
ante pedes suos illum iacẽtem annulum uidit: & capillaciam zonã q̃ fuerat alligatus:
mirata tẽptauit. Quam cũ omnino suis nodis firmissimis sicut erat cõperisset astrictã:
crepuisse atq; exiluisse ãnulum suspicata est. Qui etiam ipse cum integerrimus fuisset
inuentus: future salutis quodammodo pignus de tãto miraculo se accepisse p̃sumpsit
atq; illud uinculum soluens: simul cum eodem annulo p̃iecit in flumen. Nõ credunt

hoc qui etiã dominũ Iesum per integra uirginalia matris enixum: & ad discipulos suos ostiis clausis ingressũ fuisse nõ credũt. Sed hoc certe querãt: etsi ueꝝ inuenerĩt: illa credãt. Clarissima femĩa ẽ nobiliter nata: nobiliter nupta: carthagine habitabat: ampla ciuitas ampla persona rem querentes latere nõ sinunt. Martyr certe ipse quo impetrante illa sanata est: in filium permanentis uirginis credidit: in eum qui ostiis clausis ad discipulos ingressus est: credidit. Postremo propter quod omĩa ista dicunẽ a nobis: in eum qui ascendit in celum cum carne in qua resurrexerat credidit: & ideo per eum tanta fiunt: quia pro ista fide animã posuit. ¶ Fiunt ergo etiã nũc multa miracula eodem deo faciente per quos uult: & quemadmodum uult: qui & illa que legimus fecit. sed ista nec similiter innotescũt: neq; ut non excidãt animo: quasi clara memorie crebra lectione tenduntur. Nam & ubi diligentia est: que nunc apud nos esse cepit: ut libelli eorum qui beneficia percipiunt recitentur in populo: semel hoc audiunt qui assunt: plures que non assunt. ut nec illi qui affuerunt post aliquot dies quod audierunt mente retineant: & uix quis q̄ reperiatur illorum: qui ei quem non affuisse cognouerit: indicet: quod audiuit. Unum est apud nos factum non maius q̄ illa que dixi: sed tam clarum atq; illustre miraculũ: ut nullũ arbiter eẽ hipponensiũ q hoc uel non uiderit: uel didicerit nullũ q obliuisci ulla ratione potuerit. ¶ Decem quidem fratres quorum septem sunt mares: tres femine: de cesarea cappadocie suorũ ciuiũ non ignobiles: maledicto matris recenti patris eoꝝ obitu destitute: que iniuriã sibi ab eis factã acerbissime tulit: tali pena sũt diuinitus coerciti: ut horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum. In qua fedissima specie: oculos suorum ciuium non ferentes: quaquersum cuiq; ire uisum est: toto pene uagabãtur orbe Romano. Ex his enim ad nos uenerũt duo frater & soror: Paulus & Palladia: multis aliis locis miseria diffamante iam cogniti. Venerunt aũt ante pascha ferme dies. xv. & ecclesiã quotidie ingrediẽtes: in ea memoriam gloriosissimi martyris Stephani freq̄ẽtabat: orantes ut sibi iam placaretur deus: & salutem pristinam redderet. Et illic & quocunq; ibant: conuertebant in se ciuitatis aspectum. Nonnulli q eos alibi uiderant: causamq; tremoris eorum nouerant: aliis & cuicunq; poterant indicabãt. Venit et pascha: atq; ipso die dominico mane cum iã populus frequens presens esset: & loci sancti cãcellos ubi martyrum erat idem iuuenis orans teneret: repente prostratus est & dormienti simillimus iacuit: non tamen tremens sicut etiam per somnum solebat. stupẽtibus qui aderant: atq; aliis pauentibus: aliis dolentibus cum eum quidam uellent erigere: nõnulli prohibuerunt: sed potius exitum expectandum esse dixerunt. Et ecce surrexit et nõ tremebat: quoniam sanatus erat & stabat incolumis intuens intuentes. Quis ergo intuentium se tenuit a laudibus dei? Clamantium gratulantiumq; uocibus ecclesia usq; quaq; completa est. Inde ad me curritur ubi sedebam iam processurus. Irruit alter quisq; post alterum: omnis posterior q̄si nouum quod alius prius dixerat: nuntiantes. Meq; gaudente & apud me deo gratias agente: ingreditur etiam ipse cum pluribus. Inclinatur ad genua mea: erigitur ad osculum meum. Procedimus ad populũ: plena erat ecclesia: personabat uocibus gaudiorum: deo gratias: deo laudes nemine tacente: hic atq; inde clamantiũ. Salutaui populũ & rursus eadẽ feruẽtiore uoce clamabãt. Facto tandem silentio scripturarum diuinaꝝ sunt lecta sollennia. Ubi aũt uentum est ad mei sermonis locum: dixi pauca pro tempore & pro illius iucunditate leticie. Magis enim eos in opere diuino quandam dei eloquẽtiam non audire: sed cõsiderare permisi. Nobiscum homo prandit: & diligenter nobis omnem sue fraterne ac materne calamitatis indicauit historiam. Sequenti itaq; die post sermonem redditũ: narratiõis

eius libellum in crastinū populo recitandū promisi. Quod cum ex dominico pasche die tertio fieret: in gradibus exedre in q̄ de superiore loquebar loco: feci stare ambos fratres: cum eorum legeretur libellus. Intuebat̄ populus uniuersus sexus utriusq; unū stantem sine deformi motu: alteram membris omnibus contrementem. Et qui ipsum non uiderant: quid in eo diuine misericordie factum esset: in eius sorore cernebāt. Videbant enim quid in illo gratulandū: qd pro illa esset orandum. Inter hec recitato eorum libello: de conspectu populi eos abire precepi: & de tota ipsa causa aliquanto diligentius ceperam disputare: cū ecce me disputante uoces alie de mēoria martyris noue gratulationis audiuntur. Conuersi sunt eo q me audiebāt: ceperūtq; cōcurrere. Illa enim ubi de gradibus descendit in quibus steterat: ad sanctum martyrem orare perrexerat. Que mox ut cācellos attigit collapsa: similiter uelut frater eius post som/num sana surrexit. Dum ergo requireremus quid factum fuerit: unde ille strepitus letus extiterit: ingressi sunt cum illa in basilicam ubi eramus: adducentes eam sanam de martyris loco. Tum uero tantus ab utroq; sexu admirationis clamor exortus est: ut uox continuata cum lachrymis: non uideretur posse finiri. Perducta est ad eum locum ubi pauloante steterat tremens. exultabant eam similem fratri factam cui do/luerant remansisse dissimilem. & nondum fusas preces suas pro ea: iam tamen preuiam uoluntatem tam cito exauditam esse cernebant. Exultabant in dei laudem uoce sine uerbis tāto sonitu: q̄tum nostre aures uix ferre possēt. Quid erat ī corde exultātium: nisi fides Christi p q̄ Stephani sanguis effusus ē?

Quod uniuersa miracula que p martyres in xp̄i nomine fiunt: ei fidei testimonium ferant: qui in Christum martyres crediderūt. C. VIIII.

QVi nisi huic fidei attestātur ista miracula: in qua Christus predicat̄ resurrexisse in carne: et in celū ascendisse cū carne? Nā et ipsi martyres huius fidei martyres id est huius fidei testes fuerūt: huic fidei testimoniū perhibentes: mundū inimicissimū & crudelissimū pertulerunt: eumq; non repugnando sed moriendo uicerunt. Pro ista fide mortui sunt: q hec a domino impetrare possunt: propter cuius nomē occisi sunt. Pro hac fide precessit eoꝝ mira patiētia: ut ī his miraculis tāta ista potētia sequeret̄. Nam si carnis ineternum resurrectio uel non preuenit in Christo: uel non uentura est: sicut prenuntiatur: a Christo: uel sicut prenuntiata est a prophetis a quibus prenuntiatus est Christus: quare martyres tanta possunt: qui pro ea fide: qua hec re/surrectio predicatur: occisi sunt? Siue enim deus ipse: per se ipsum miro mō quo res temporales operatur eternus: siue per suos ministros ista faciat: & eadem ipsa que per ministros facit: siue quedam faciat etiam per martyrum spiritus: sicut per homines adhuc in corpore cōstitutos: siue omnia ista per angelos quibus inuisibiliter immu/tabiliter & incorporaliter imperat: operetur: ut que per martyres fieri dicuntur: eis orantibus tantum et impetrantibus non etiam operantibus fiant: siue alia istis: siue alia illis modis: qui nullo mō cōprehendi a mortalibus possunt: ei pfecto attestantur hec fidei: in qua carnis ineternum resurrectio predicatur.

Quāto dignius martyres honorant̄: q ideo multa mira obtinēt: ut deus uerus colat̄: q̄ dēones qui ob hac quedam faciūt: ut ipsi dii esse credantur. Ca. x.

HIc forte dicturi sunt etiam deos suos aliqua mira fecisse. Bene. si iam incipiunt deos suos mortuis hominibus comparare adiciunt etiā se habere deos ex hoībus

mortuus: sicut Herculem: sicut Romulum: sicut alios multos quos in deorũ numerũ receptos opinantur. Sed nobis martyres non sunt dii: quia unum eundemq; deum & nostrũ scimus & martyrũ: nec tamen miraculis que per memoriã martyrũ nostrorũ fiunt: ullo modo sunt comparanda miracula: que facta per templa perhibent illoꝝ. Verum si qua similia uidentur: sicut a Moyse magi pharaonis: sic eoꝝ dii uicti sunt a martyribus nostris. Fecerunt aũt illa demones eo fastu impante supbie: quo eoꝝ dii eẽ uoluerũt. Faciũt aũt ista martyres uel potius deus: uel orãtibus aut coopantibus eis: ut fides illa proficiat: qua eos non deos nostros esse: sed unum deũ nobiscum habere credamus. Deniq; illi talibus diis suis & templa edificauerũt: & statuerũt aras: & sacerdotes instituerũt: & sacrificia fecerunt. nos autem martyribus nostris nõ tẽpla sicut diis: sed memorias sicut hominibus mortuis quorum apud deum uiuunt spiritus fabricamus. Nec ibi erigimus altaria in quibus sacrificemus martyribus: sed uni deo et martyrum & nostro sacrificium immolamus. ad quod sacrificium sicut homines dei q mundum in eius confessione uicerunt: suo loco & ordine nominatur: non tamen a sacerdote qui sacrificat: inuocantur. Deo quippe nõ ipsis sacrificat: q̃uis in memoria sacrificet eorum: quia dei sacerdos est nõ illorum. Ipsum uero sacrificium corpus est Christi: quod non offertur ipsis: quia hec sunt & ipsi. Quibus igitur potius credendũ est miracula facientibus? Eis ne qui seipsos uolunt haberi deos ab iis qbus ea faciunt: an eis qui ut in deum credatur: quod et Christus est: faciunt qcquid mirabile faciũt? Eis ne qui sacra sua: etiam crimina sua esse uoluerũt: an eis q nec laudes suas uolunt esse sacra sua: sed totũ ꝙ ueraciter laudantur ad eius gloriã pficere in quo laudant? In domino quippe laudantur anime eorum. Credamus ergo eis & uera dicentibus: & mira facientibus. Dicendo enim uera passi sunt ut possent facere mira. In eis ueris est precipuum: ꝙ xps resurrexit a mortuis: & immortalitatem resurrectiõis in sua carne primus ostẽdit: quã nobis affuturã uel in pncipio noui seculi: uel i huius fine pmisit.

Contra Platonicos qui de naturalibus elementoꝝ põderibus argumentantur terrenum corpus in celo esse non posse. Ca. xi.

Contra quod magnum dei donum ratiocinatores isti quoꝝ cogitatiões dominus nouit quoniam uane sunt: de ponderibus elemẽtorum argumentanť: quoniam scilicet magistro Platõe didicerũt mũdi duo corpora maxima atq; postrẽa: duobus mediis aere scilicet et aqua: esse copulata: atq; coniuncta. Ac per hoc inquiunt quoniã terra ab hinc sursum uersus est prima: secunda aq̃ super terrã: tertius aer super aquã: quartum super aera celũ: nõ potest esse terrenũ corpus in celo. Momẽtis enim pprus ut ordinẽ suũ teneant: singula elamẽta librant. Ecce q̃libet argumẽtis omnipotẽtie dei humana cõtradicit infirmitas: quam possidet uanitas. Quid ergo faciunt in aere terrena tot corpora: cum a terra sit aer tertius? Nisi forte q per plumarũ & pennarũ leuitatẽ donauit auium terrenis corporibus ut portẽtur in aere: immortalibus factis corporibus hominum nõ poterit donare uirtutem: qua etiam in summo celo ualeant habitare? Animalia quoq; terrena: que uolare non possunt: in qbus & homines sunt: sicut sub aqua pisces: que sunt aquarum animalia: ita sub terra uiuere debuerũt. Cur ergo nõ saltem de secũdo: id est de aquis: sed de elemẽto tertio terrenũ animal carpit hanc uitã? Quare cũ pertineat ad terram: in secundo: quod super terram ẽ elemento uiuere se cogatur continuo suffocatur? & ut uiuat: uiuit in tertio? An errat hic ordo elementoꝝ: uel potius non in natura rerũ: sed in istorum argumentationibus deficit?

Omitto dicere quod iã in tertiodecimo libro dixi: q̃multa grauia terrena sint corpa sicut plumbum: & formã tamẽ ab artifice accipiant: qua natare ualeant super aq̃m: & ut accipiat qualitatem corpus humanum: qua ferri in celum: & esse possit in celo: omnipotenti artifici contradicit᷒. Iam uero contra illud quod iam dixi superius: etiã istum considerantes atq; tractãtes elementorum ordinem: quo cõfidunt nõ inueniũt omnimodo: quid dicant. Sic est enim hinc sursum uersus terra prima: aqua secunda: tertius aer: quartũ celũ: ut super oĩa sit anime natura. Nam & Aristoteles quintum corpus eam dixit esse: & Plato nullum. Si quintũ esset: certe superius esset ceteris. Cũ uero nullum est: multo magis superat omnia. In terreno ergo quid facit corpore? In In hac mole quid agit subtilior omnibus? In hoc põdere qd agit leuior omnibus? In hac tarditate: qd agit celerior omnibus? Ita ne ꝑ huius tã excellẽtis nature meritum non poterit effici: ut corpus eius leuetur in celũ: & cum ualeat nũc natura corporum terrenorum deprimere animas deorsum: aliquo modo & anime leuare sursum terrẽa corpora nõ ualebũt? Iam si ad eoꝝ miracula ueniamus: que facta a diis suis opponunt martyribus nostris: nonne etiã ipsa ꝓ nobis facere & nobis reperient᷒ omino ꝑficere? Nam inter magna miracula deorũ suorũ: profecto magnum illud est: quod Varro commemorat: Vestalem uirginem cum periclitaret᷒ falsa suspitione de stupro: cribrũ implesse aqua de tyberi: & ad suos iudices nulla eius parte stillãte portasse. Quis aque pondus supra cribrum tenuit? Quis tot cauernis patẽtibus nihil inde in terrã cadere permisit? Responsuri sunt: aliquis deus: uel aliquis demon. Si deus: nũquid maior est deo: qui fecit hunc mundum? Si demon: nunquid potẽtior est angelo: qui deo seruit: a quo factus est mundus? Si ergo deus minor uel angelus uel demon potuit pondus humidi elementi sic suspendere: ut aquarum uideat᷒ mutata fuisse natura: ita ne deus omnipotens q ipsa creauit elemẽta terreno corpori graue põdus auferre nõ poterit: ut in eodem elemẽto habitet uiuificatum corpus: in quo uoluerit uiuificans spiritus? Deinde cum aerem medium ponant inter ignem desuper & aquam subter: quid est ꝙ eum inter aq̃m & terram sepe inuenimus? Quid enim uolunt esse nubes aquosas: inter quas & maria aer medius inuenitur? Quonam queso elementoꝝ põdere atq; ordine efficitur: ut torrentes uiolentissimi atq; undosissimi anteq̃ sub aere in terris currant: super aera in nubibus pendeant? Cur deniq; aer est medius inter summa celi: & ima terrarum: quaquersum orbis extenditur: si locus eius inter celum & aquas: sicut aquaꝝ inter ipsum & terras est constitutus? Postremo si ita est elementorum ordo dispositus: ut secundum Platonem duobus mediis id est aere et aqua: duo extrema id est ignis et terra iungantur: celiq; obtineat ille summum locum: hec autem imi uelut fũdaminis mundi: & ideo in celo esse non potest terra: cur est ipse ignis in terra? Secundum hãc quippe rationẽ: ita ista duo elementa in locis propriis immo ac summo terra & ignis esse debuerunt. ut quemadmodum nolunt in summo esse posse: quod imi est: ita nec in imo posset esse qđ summi est. Sicut ergo nullã putant esse: uel futuram eẽ ꝑticulam terre in celo: ita nullam particulam uidere debuimus ignis in terra. Nunc uero non solum in terris uerum etiam sub terris ita est: ut eum eructent uertices montiũ: preter quod in usibus hominum & esse ignem in terra: et eum nasci uidemus ex terra. quãdo quidem & de lignis & de lapidibus nascit᷒: que sunt corpora sine dubitatione terrena. Sed ille inquiunt ignis est tranqllus: purus: innoxius: sempiternus: iste autẽ turbidus: fumeus: corruptibilis atq; corruptor. Nec tamẽ corrumpit montes in quibus iugiter estuat cauernasq; terrarum. Verum esto: sit illi iste dissimilis: ut terrenis habitatiõibus congruat. Cur ergo nolunt ut credamus naturam corporum terrenorum aliquando

incorruptibilem factam celo conuenientẽ futuram: sicut nunc ignis corruptibilis his cõuenit terris? Nihil igitᷣ afferũt ex põderibus atq; ordĩe elemẽtoꝝ: ũde omĩpotẽti deo quo minus faciat corpa nostra talia ut etiã in celo possint habitare: prescribant.

Contra calumnias infidelium: quibus christianos de credita resurrectione carnis irrident. Ca. xii.

Sed scrupolosissime querere: & fidem ꝗ credimus resurrecturã carnẽ ita querẽdo assolent irridere. utrũ fetus abortiui exsurgant. Et quoniam dominus ait: amẽ dico uobis capillus capitis uestri nõ peribit: utrũ statura & robur equalia futura sint omnibus: an diuerse corpoꝝ quantitates? Si. n. equalitas erit corpoꝝ unde habebũt: quod hic non habuerunt in mole corporis illi abortiui: resurgent et ipsi: aut si non resurgẽt: quia nec nati sunt: sed effusi? Eandẽ questionem de paruulis uersant. unde illis mẽsura corporis quam nunc defuisse uidemus: accedat cũ in hac etate moriunᷣ. Neq; enim dicturi sumus eos non resurrecturos: qui nõ solum generationis capaces sunt: uerum etiam regenerationis. Deinde interrogãt: quemadmodum ipsa equalitas habitura sit. Si enim tam magni et tã longi erũt omnes: ꝗ fuerũt. qcunq; hic fuerũt maximi: atq; longissimi: nõ solũ de paruulis sed et de plurimis magnis querũt: unde illis accessurum sit qđ hic defuit: si hoc quisq; recipiet: quod hic habuit. Si autẽ quod ait apostolus occursuros nos omnes in mensuram etatis plenitudinis xp̄i: & illud alteꝝ quos predestinauit cõformes fieri imaginis filii sui: sic intelligẽdum est: ut statura & modus corporis xp̄i omniũ qui in regno eius erunt: humanorum corpoꝝ sit futurus: multis erit inquiunt de magnitudine & lõgitudine corporis detrahendũ. Et ubi iam erit: capillus capitis uestri non peribit: si de ipsa corporis quãtitate tam multũ pibit? Quãuis & de ipsis capillis possit inqri: utrũ debeat quicqd tondentibus decidit. Quod si rediturum ẽ: quis nõ exhorreat illã deformitatẽ? Nam hoc & de unguibus uideᷣ necessario secuturum: ut redeat tam multum quod corporis curatura desecuit. Et ubi erit decus: quod certe maius ꝗ in ista esse corruptione potuit: in illa iã immortalitate esse debebit? Si aũt non redibit: ergo peribit: quomõ igitᷣ inqunt capillus capitis nõ peribit? De macie quoq; uel pinguedine similiter disputant. Nam si equales omnes erũt nõ utiq; alii macri alii pingues erunt. Accedet ergo aliis aliquid: aliis minuetur. Ac per hoc non quod erat recipiendũ: sed alicubi addendum est qđ nõ fuit: & alicubi perdendum quod fuit. De ipsis etiam corruptiõibus & dilapsiõibus corpm mortuoꝝ: cũ aliud uertatur in puluerẽ: in auras aliud exhaleᷣ: siue quos bestie: siue quos ignis absumat: naufragio uel quibuscũq; aqsita qdem pareant: ut eoꝝ carnes in humorẽ putredo dissoluat: nõ mediocriter permouentur: atq; omnia ista recolligi in carnem & redintegrari posse non credunt. Consectanᷣ etiam quasdam feditates & uitia siue accidãt siue nascanᷣ: ubi & monstrosos partus cũ horrore atq; irrisione cõmemorãt: & reqrunt que nã cuiusq; deformitatis resurrectio sit futura. Si enim nihil tale redire in corpus hominis dixerimus: responsionẽ nostram de locis uulnerũ cũ qbus dominũ Christum resurrexisse predicamus: se cõfutaturos esse presumunt. Sed inter hec om̃ia questio illa difficillima proponitur: in cuius carnẽ reditura sit caro ꝗ corpus alterius uescentis humana uiscera fama cõpellẽte nutriᷣ. In carnem quippe cõuersa est eius qui talibus uixit alimentis: & ea que macies ostenderat detrimenta suppleuit. Utrum hoc illi redeat homini cuius caro prius fuit: an illi potius cuius postea facta ẽ: ad hoc percontantur ut fidem resurrectionis illudant: ac sic anime humane aut alternantes

sicut ait Plato ueras infelicitates falsasq; pmittant beatitudines: aut post multas itidem per diuersa corpora reuolutiones: aliquãdo tamen eam sicut dicit Porphyrius finire miserias: & ad eas nunq̃ redire fateantur: non tamen corpus habendo immortale sed corpus omne fugiendo.

¶ An abortiui non pertineant ad resurrectionem: si pertinẽt ad numerum mortuorum. ¶ Ca. xiii.

AD hec ergo que ab eorũ parte contraria me digerente mihi uidentur opposita: misericordia dei nisibus meis opem ferẽte respondeam. Abortiuos fetus qui cum iã uixissent ĩ utero ibi sũt mortui: resurrecturos ut affirmare: ita negare nõ audeo: Quamuis non uideam quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuoꝝ: si non eximunt̃ de numero mortuoꝝ. Aut enim nõ omẽs mortui resurgent: & erunt alique humane anime sine corporibus ĩ eternũ: que corpora humana quamuis inter uiscera materna gestarunt: aut si omnes humane anime recipiẽt resurgẽtia corpora sua que habuerunt ubicunq; uiuentia: ac morientia reliquerunt: non inuenio quemadmodũ dicam ad resurrectionem nõ pertinere mortuoꝝ: quoscunq; mortuos etiam in uteris matrũ. Sed utrũlibet de his qsq; sẽtiat: qđ de iam natis infãtibus dixerimus: hoc etiã de illis intelligendum est si resurgent.

¶ An infantes in ea sint resurrecturi habitudine corporis: quam habituri erant etatis accessu. ¶ Ca. xiiii.

QVid ergo de infãtibus dicturi sumus: nisi qa nõ in ea resurrecturi sunt corpis exiguitate qua mortui: sed quod eis tardius accessurum erat tempore: hoc sunt illo dei ope miro atq; celerrimo recepturi. In sentẽtia qppe domini ubi ait. Capillus capitis uestri nõ pibit: dictũ est non defuturũ esse qđ fuit: nõ aũt negatũ ẽ affuturũ esse qđ defuit. Defuit aũt infante mortuo pfecta q̃titas sui corporis. perfecto quippe infanti deest utiq; pfectio magnitudinis corpalis. que cũ accesserit: iã statura lõgior esse nõ possit. Hũc pfectiõis modũ sic habẽt omẽs: ut cũ illo cõcipiant̃ atq; nascant̃. sed habent in ratiõe nõ mole. sicut ipsa mẽbra omnia iam sunt latenter in semine: cũ etiã natis nõnulla adhuc desint: sicut dẽtes ac siqd eiusmodi. In q̃ ratiõe uniuscuiusq; materia indita corpali iam quodammõ ut ita dicã: innatum esse uidet̃ quod nondũ est: immo quod latet: sed accessu tẽporis erit uel potius apparebit. In hoc ergo infans iam breuis aut longus est: qui breuis longus ue futurus est. Secundum hanc rationem profecto in resurrectione corporis detrimenta corporis non timemus. qa etsi eq̃litas futura esset omniũ: ita ut omnes usq; ad giganteas magnitudines peruenirent: ne illi qui maximi fuerunt minus haberent aliquid in statura qđ eis contra sententiam xpi periret: qui dixit nec capillum capitis esse periturum: creatori utiq; qui creauit cũcta de nihilo: quomõ deesse posset: unde adderet: qđ addendũ esse mirus artifex nosset?

¶ An ad corporis dominici modum: omnium mortuoꝝ resurrectura sint corpora. ¶ Ca. xv.

SI utiq; Xp̃s in ea mẽsura corporis: in q̃ mortuus est resurrexit: nefas est dicere: cum resurrectionis omniũ tẽpus uenerit accessuram corpi eius eã magnitudinẽ quã nõ habuit: quãdo in ea discipulis in qua illis notus erat apparuit: ut longissimis fieri possit equalis. Si autem dixerimus ad dominici corporis modum etiam quorũq;

corpora maiora redigenda: peribit de multorum corporibus plurimum: cum ipse nec capillum periturum esse promiserit. Restat ergo ut suam recipiat quisque mensuram: quam uel habuit in iuuentute etiam si senex est mortuus: uel fuerat habiturus si ante est defunctus. Atque illud quod commemorauit apostolus: de mensura etatis plenitudinis Christi: aut propter aliud intelligamus dictum esse: id est ut illi capiti in populis xpianis accedente omnium perfectione membrorum: etatis eius mensura compleatur: aut si hoc de resurrectione corporum dictum est: sic accipiamus dictum: ut nec ultra nec infra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorum: sed in ea etate: & robore: usque ad quam hic xpm peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos definierunt esse etiam seculi huius doctissimi homines iuuentutem. que cum fuerit proprio spatio terminata: inde iam hominem in detrimenta uergere grauioris ac senilis etatis. et ideo non esse dictum in mensuram corporis uel in mensuram stature: sed in mensuram etatis plenitudinis Christi.

¶ Qualis intelligentia sit sanctorum: conformatio ad imaginem filii dei. C.xvi.

ILlud etiam quod ait predestinatos fieri conformes imaginis filii dei: potest & secundum interiorem hominem intelligi. unde nobis alio loco dixit. Nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri. Vbi ergo reformamur ne conformemur huic seculo: ibi conformamur dei filio. Potest & sic accipi: ut quemadmodum ille nobis mortalitate: ita nos illi efficiamur immortalitate conformes. quod quidem & ad ipsam resurrectionem corporum pertinet. Si autem etiam in his uerbis qua forma resurrectura sint corpora sumus admoniti: sicut illa mensura ita & ista conformatio non quantitatis intelligenda est: sed etatis. Resurgent itaque omnes tam magni corpore: quam uel erant uel futuri erant in iuuenili etate: quis nihil oberit etiam si erit infantulis uel senilis corporis forma: ubi nec mentis nec ipsius corporis ulla remanebit infirmitas. Vnde etiam siquis in eo corporis modo in quo defunctus est resurrecturum unumquemque contendit: non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum.

¶ An in suo sexu resuscitanda: atque mansura sint corpora feminarum mortuarum. ¶ Ca.xvii.

NOnnulli propter hoc quod dictum est: donec occurramus omnes in uirum perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi: & conformes imaginis filii dei: nec in sexu femineo resurrecturas feminas credunt: sed in uirili omnes aiunt. quoniam deus solum uirum fecit ex limo: feminam ex uiro. Sed mihi melius sapere uidentur: qui utrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. Non enim libido ibi erit: que confusionis est causa. Nam prius quam peccassent nudi erant: & non confundebantur uir & femina. Corporibus ergo illis uitia detrahentur: natura seruabitur. Non est autem uitium sexus femineus: sed natura. que tunc quidem & a concubitu: & a partu immunis erit. erunt tamen membra feminea: non accommodata usui ueteri sed decori nouo: quo non alliciatur aspicientis concupiscentia que nulla erit: sed dei laudetur sapientia atque clementia: qui et quod non erat: fecit: & liberauit a corruptione: quod fecit. Vt enim in exordio generis humani de latere uiri dormientis costa detracta femina fieret: Christum & ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille uiri: mors erat Christi. cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum est: atque inde sanguis & aqua profluxit: que sacramenta esse nouimus quibus edificatur ecclesia. Nam hoc etiam uerbo scriptura usa est: ubi non legitur formauit: aut finxit: sed edificauit eam in mulierem. Vnde & apostolus edificationem

dicit corpis Christi: quod est ecclesia. Creatura est ergo dei femina sicut uir. sed ut de uiro fieret unitas commendata est. ut autem illo modo fieret: xp̄s ut dictum est: et Ecclesia figurata est. Qui ergo utrunq; sexum instituit: utrūq; restituet. Deniq; ip̄e Iesus interrogatus a seduceis qui negabant resurrectionem: cuius septem fratrum erit uxor quā singuli habuerunt: dū quisq; eorū uellet defuncti semen sicut lex p̄ceperat excitare: erratis inquit nescientes scripturas: neq; uirtutem dei. Et cū aptus locus esset: ut diceret: de q̃ enim me interrogatis uir erit. ipsa nō mulier: nō hoc dixit: sed dixit. in resurrectiōe enim neq; nubēt neq; uxores ducēt: sed sunt sicut angeli dei in celo. Equales utiq; āgelis immortalitate ac felicicitate: nō carne sicut nec resurrectiōe q̃ nō indiguerūt āgeli: qa nec mori potuerūt. Nuptias ergo dominus futuras negauit esse in resurrectione non feminas. et ibi negauit ubi talis questio uertebatur: ut eam negato sexu muliebri celeriore facilitate dissolueret: si eum ibi prenosceret nō futurꝫ. immo etiā futurꝫ esse firmauit dicēdo: nō nubēt qđ ad feminas pertinet: nec uxores ducent: qđ ad uiros: Erunt ergo que uel nubere hic solent uel ducere uxores: sed ibi hoc non facient.

De uiro perfecto id est Christo: et corpore id est Ecclesia: que est ipsius plenitudo. Ca. xviii.

PRoinde quod ait apostolus occursuros nos omnes in uirum perfectū: totiusq; ipsius circūstantiā lectionis cōsiderare debemus. que ita se habet. Qui descendit inqt ipse ē: & q ascendit super omēs celos. ut ad impleret omnia. Et ipse dedit quosdā quidem apostolos: quosdam autem Prophetas quosdā uero Euāgelistas: quosdā aūt pastores & doctores: ad consummationē sanctoꝝ in opus ministerii: in edificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatē fidei & agnitionem filii dei: in uirū p̄fectum in mensurā etatis plenitudinis Christi: ut ultra nō simus puuli lactati & circūlati omni uento doctrine: in illusione hominū: in astutiam ad machinationem erroris. Veritatem aūt facientes ĭ caritate augeamur in illo per omnia qui est caput Christus: ex quo totū corpus cōnexum & cōpactū: p omēm tactū subministratiōis scđm opationē in mēsurā uniuscuiusq; partis: incrementū corpis facit ĭ edificationē sui in caritate. Ecce qui est uir perfectus: caput & corpus qđ cōstat omnibus mēbris que suo tempore cōplebuntur. Quotidie tamē eidem corpori accedunt dum edificat Ecclesia: cui dicitē uos autē estis corpus Christi & membra. Et alibi pro corpore inqt eius quod ē Ecclesia. Item alibi. unus panis unū corpus multi sumus. De cuius corpis edificatione & hic dictū ē. Ad cōsummationē sanctoꝝ in opus ministerii in edififica/tionem corporis Xp̄i. Ac deinde subiectū est: unde nūc agimus: donec occurramus omnes in unitatem fidei: & agnitioēm filii dei: in uirū perfectum in mensurā etatis plenitudinis Christi: & cetera. donec eadem mensura in quo corpore intelligēda esset. ostēderet: dicēs. Augeamur ĭ illo per omnia q est caput Christus: ex quo totū corpus cōnexum & cōpactum: per omnem tactum subministrationis scđm operationem in mensuram uniuscuiusq; partis. Sicut ergo est mensura uniuscuiusq; partis: ita totius corporis: qđ omnibus suis partibus cōstat: est utiq; mensura plenitudinis de qua dictū est: in mensuram etatis plenitudinis xp̄i. Quam plenitudiēm etiam illo cōmemorauit loco: ubi ait de xp̄o. Et ip̄m dedit caput sup omnē Ecclesiā que ē corpus eius: pleni/tudo eius: qui omnia in omībus adimplet. uerū si hoc ad resurrectionis formā in qua erit unusquisq; referendū esset: qd nos impediret nomīato uiro intelligere & feminā: ut uirū pro homine positum acciperemus: sicut in eo: qđ dictum est. Beatus uir qui

timet dñm: utiq; ibi sũt & femĩe que timẽt dñm.

¶ Quod oĩa uitia que in hac uita hũano cõtraria sũt decori in resurrectiõe: nõ sit futura: ubi manẽte naturali substãtia in unã pulchritudinẽ & qualitas cõcurret: & q̃titas. C. xix.

QVid iam respondeam de capillis atq; unguibus? Semel q̃ppe intellecto ita nihil periturũ esse: de corpore: ut deforme nihil sit in corpore: simul intelligit̃: ea que formẽ factura fuerant enormitatẽ: masse ipsi accessura eẽ nõ locis: ĩ q̃bus menbrorũ forma turpet̃. Velut si de limo uas fieret: qđ rursus in eundẽ limũ redactũ totum de toto iterũ fieret: nõ eẽt necesse: ut illa pars limi que in ansa fuerat ad ansam rediret: aut que fundum fecerat: ipsa rursus faceret fundum: dum tamen totum reuerteretur in totũ: id est totus ille limus in totũ uas nulla sui ꝑdita parte remearet. Quapropter si capilli totiens tonsi ungues ue desecti: ad sua loca deformiter redeunt: nec tamen cuiq; resurgẽti peribunt: quia in eandem carnem ut quecunq; ibi locũ corpis teneãt: seruata partium congruentia materie mutabilitate uertẽtur. Quamuis quod ait dñs: capillus capitis uestri non peribit: non de lõgitudine sed de numero capilloꝝ dictũ multo aptius possit intelligi. Vnde & alibi dicit. Capilli capitis uestri numerati sunt. Neq; hoc ideo dixerim: ꝙ aliquid existimẽ corpori cuiq; periturum: qđ naturaliter inerat: sed qđ deforme natũ fuerat. nõ utiq; ob aliud: nisi ut hinc quoq; ostẽderetur q̃ sit penalis cõditio ista mortalium: sic esse redituꝝ: ut seruata integritate substãtie: sola substantie deformitas pereat. Si enim statuam potest artifex homo quam ꝓpter aliq̃m causam deformem fecerat: conflare & pulcherrimam reddere: ita ut nihil inde substantie sed sola deformitas pereat: ac siq̃d in illa figura priore indecenter extabat: nec parilitati partium congruebat: nõ de toto unde fecerat amputare: atq; separare: sed ita conspargere: uniuerso atq; miscere: ut nec feditatẽ faciat: nec minuat q̃titatẽ: quid de omnipotente artifice sentiendum est? Ergo ne poterit quasq; deformitates humanoꝝ corpoꝝ nõ mõ usitatas: uerũ etiã raras: atq; mõstrosas que huic misere uite congruunt: abhorrent autem ab illa futura felicitate sanctorũ: sic auferre aut ꝑdere: ut quecũq; earum faciũt etsi naturalia tamẽ indecora excremẽta substãtie corꝑalis: nulla eius diminutione tollantur? Ac per hoc nõ est macris pinguibus ue metuendũ: ne ibi etiam tales sint quales si possent nec hic esse uoluissent. Omnis enim corporis pulchritudo est partium congruentia: cum quadam coloris suauitate. Vbi autẽ non est partium congruentia: aut ideo quid offendit quia paruum est: aut ideo q̃a parũ: aut ideo quia nimium. Proinde nulla erit deformitas q̃m facit incongruẽtia ꝑtium: ubi et que parua sunt corrigentur: & qđ minus est q̃ decet: unde creator nouit: in die supplebitur: & qđ plus est q̃ decet: materie seruata ĩtegritate detrahet̃. Coloris porro suauitas quãta erit: ubi iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui? Que claritas in xp̄i corpore: cũ resurrexit ab oculis discipuloꝝ potius abscõdita fuisse q̃ defuisse credẽda est. Non enim eam ferret humanus atq; infirmus aspectus: q̃do ille a suis ita deberet attendi: ut posset agnosci. Quo pertinuit etiam ut contrectantibus ostenderet suorũ uulnerum cicatrices: ut etiam cibum: potumq; sumeret: non alimentoꝝ indigentia: sed ea qua & hoc poterat potestate. Cum autem aliquid nõ uidetur: q̃uis assit: a quibus alia que pariter assunt: uidentur: sicut illam claritatem dicimus affuisse non uisam: a quibus alia uidebantur aorasia grece dicit̃: quod nostri interpretes latine dicere non ualentes: in libro geneseos cecitatem interpretati sunt. Hanc enim passi sunt sodomite quando querebãt hostium iusti uiri: nec poterant inuenire. Que si cecitas fuisset qua

fit: ut nihil possit uideri: nõ hostium quo ingrederentur: et duces itineris a qbus inde abducerentur: inquirerent.

Quod in resurrectione mortuoꝝ natura corp̃m quibuslibet modis dissipatoꝝ in integꝝ undecũq; reuocãda erit. Ca. xx.

Nescio quo autem modo sic afficimur amore martyrum beatorũ: ut uelimus in illo regno ĩ eoꝝ corp̃ibus uidere uulnerũ cicatrices: que p̃ xp̃i nomĩe p̃tulerũt. Et fortasse uidebimus. Non enim deformitas in eis: sed dignitas erit: & quedã quãuis in corp̃e nõ corp̃is sed uirtutis pulchritudo fulgebit. Nec ideo tñ si aliq̃ martyribus amputata & ablata sunt membra: sine ipsis membris erũt in resurrectionẽ mortuorũ: quibus dictũ est: capillus capitis uestri nõ p̃ibit. Sed si hoc decebit ĩ illo nouo seculo: ut indicia gloriosorum uulnerum in illa immortali carne cernantur: ubi membra ut preciderent̃ percussa uel secta sunt: ibi cicatrices sed tamẽ eisdem membris redditis nõ perditis apparebũt. Quãuis itaq; omnia que acciderunt corpori uitia tũc nõ erunt: nõ sunt tamen deputanda uel appellanda uitia: sed uirtutis indicia. Absit autem ut ad resuscitãda corpora uiteq; reddenda: nõ possit om̃ipotẽtia creatoris omnia reuocare: que uel bestia uel ignis absumpsit: uel quicq̃d in puluerem cinerẽ ue collapsum: uel in humorem solutum: uel in auras est exhalatũ. Absit ut sinus ullus secretũq; nature ita recipiat aliquid subtractũ sensibus nostris: ut omniũ creatoris aut lateat cognitionem: aut effugiat potestatẽ. Deum certe uolens sicut poterat definire Cicero tantus autor ipsoꝝ: mens quedam est inquit soluta & libera: secreta ab omni concretione mortali: omnia sentiẽs: & mouens: ipsaq; p̃dita motu sempiterno. Hoc aũt repperit ĩ doctrinis magnorum philosophorum. Vt igitur scd̃m ipsos loquar: quomodo aliquid uel latet omnia sentientem: uel irreuocabiliter fugit: omnia mouentẽ? Vnde iam etiã questio illa soluẽda ẽ: que difficilior uidet̃ ceteris: ubi queritur. cũ caro mortui hominis etiã alterius fit uiuentis caro: cui potius eorũ in resurrectione reddatur. Si enim q̃spiam cõfectus fame atq; cõpulsus uescat̃ cadaueribus hominũ: q̃d malũ aliquotiẽs accidisse & uetus testatur historia: & nostroꝝ tempoꝝ infelicia exprimenta docuerunt. Non q̃squã ueridica ratiõe cõtendet: totũ digestũ fuisse p̃ imos meatus: nihilq; inde in eius carne mutatũ atq; conuersum: cũ ipsa macies que fuit: et non est: satis indicet que illis escis detrimenta suppleta sint. Iã itaq; aliq̃ pauloante p̃misi: que ad istũ quoq; nodũ soluendum ualere debebunt. Quicq̃d enim carnium exhausit fames: utiq; in auras est exhalatum. Vnde diximus omnipotẽtem deũ posse reuocare: quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini: in quo esse caro humana primitus cepit. ab illo quippe altero tanq̃ mutuo sumpta deputãda est: que sicut es alienum redhibẽda ẽ: unde sumpta est. Sua uero illi quẽ fames exinanierat: ab eo q̃ potest etiã exalata reuocare: reddetur. Quamuis etsi omnibus perisset modis: nec ulla eius materies in ullis nature latebris remansisset: unde uellet eam repararet omnipotens. Sed propter sentẽtiam ueritatis qua dictũ est: capillus capitis uestri non peribit: absurdum ẽ ut putemus: cũ capillus hominis perire nõ possit: tantas carnes fame depastas atq; cõsumptas perire potuisse. Quibus omnibus pro nostro modulo consideratis atq; tractatis: hec summa conficit̃: ut in resurrectione carnis in eternum eas mensuras habeat corporũ magnitudo: quas habebat p̃ficiende siue perfecte cuiusq; indita corpori ratio iuuẽtutis. in membrorũ quoq; omnium modulis congruo decore seruato. Quod decus ut seruetur: si aliquid demptum fuerit indecenti alicui granditati in parte aliqua constitute: quod per totũ spargatur: ut neq; id pereat & congruentia partium ubiq; teneatur: non est absurdũ

ut aliquid inde etiam stature: corporis addi posse credamus: cum omnibus partibus ut
decorem custodiant id distribuitur quod si enormiter in una esset: utiq; non deceret.
Aut si contenditur in ea queq; statura corporis resurrecturũ esse in qua defunctus
est: nõ pugnaciter resistendũ ẽ. tm̃ absit omĩs deformitas: omĩs infirmias: omĩs tarditas:
omnisq; corruptio: etsi quid aliud. illud non decet regnum in quo resurrectionis et
promissionis filii equales erunt angelis dei: si non corpore: non etate: certe felicitate.

¶ De nouitate corpis spiritalis: in quã sanctoꝝ caro mutabit' ¶ C. xxi.

Restituetur ergo & quicqd de corporibus uiuis: uel post mortem de cadaueribus
perit: & simul cũ eo qđ in sepulchris remansit: in spiritalis corporis nouitatẽ ex
animalis corpis uetustate mutatũ resurget: incorruptiõe atq; immortalitate uestitũ.
Sed etsi uel casu aliquo graui: uel in inimicorum immanitate totũ penitus cõteratur
in puluerem: atq; in auras uel in aquas dispersum: quantum fieri potest nusquam esse
sinatur: omnino nullo modo subtrahi poterit omnipotentie creatoris: sed capillus in
eo capitis non peribit. erit ergo spiritui subdita caro spiritalis. sed tñ caro nõ spiritus:
sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis: sed tamen spiritus non caro. Cuius rei ex-
perimẽtum habemus in nostre pene deformitate. Non. n. scd̃m carnẽ: sed utiq; scd̃m
spiritũ erant carnales quibus apostolus ait. Non potui uobis loqui quasi spiritalibus:
sed quasi carnalibus. Et homo spiritalis sic in hac uita dicitur: ut tamẽ corpore adhuc
carnalis sit: & uideat aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis sue. Erit
autem etiam corpus spiritale: cum eadẽ caro sic resurrexerit: ut fiat qđ scriptum est.
Seminatur corpus animale: resurget spiritale. que sit aũt & q̃ magna corpis spiritalis
gratia: que nondũ uenit in expimentum: uereor ne temerariũ sit omne quod de illa
ꝓfertur eloquiũ. Veruntamẽ qa spei nostre gaudiũ ꝓpter dei laudẽ nõ ẽ tacendũ:
& de intimi ardẽtis sancti amoris medullis dictũ est: domine dilexi decorem domus
tue: de donis eius que in hac uita erũnosissima bonis malisq; largitur: ipso adiuuante
coniciamus: ut possumus: q̃tum sit illud qđ nõdũ expti utiq; digne eloq nõ ualemus.
Omitto enim quãdo fecit hominẽ rectũ: omitto uitã illã duoꝝ cõiugũ in paradisi
fecũditate felicẽ: quãdo tam breuis fuit ut ad nascentiũ sensũ nec ipsa puenerit: ĩ hac
quam nouimus in qua adhuc sumus: cuius tẽptationes ĩmo quã totã tẽptationẽ q̃diu
in ea sumus: q̃tumlibet proficiamus ppeti non desinimus: que sint indicia circa genus
humanũ bonitatis dei: quis poterit explicare?

¶ De miseriis ac malis quibus humanum genus merito
prime preuaricationis obnoxium est: & a quibus
nemo nisi per Xpi gratiam liberatur. ¶ Ca. xxii.

Nam qđ ad primã originẽ ptinet: omniũ mortaliũ ꝓgeniem fuisse damnatam:
hec ipsa uita si uita dicẽda est: tot & tantis malis plena testat'. Quid enim aliud
indicat horrẽda quedã profunditas ignorantie: ex qua omnis error existit: q omnes
filios Adã tenebroso quodã sinu suscipit: ut homo ab illo liberari: sine labore: dolore:
timore: nõ possit? Quid amor ipse tot rerũ uanaꝝ atq; noxiaꝝ: & ex hoc mordaces
cure: pturbatiões: merores: formidies: insana gaudia: discordie: lites: bella: insidie: ira-
cundie: inimicicie: fallacia: adulatio: fraus: furtũ: rapina: perfidia: superbia: ambitio:
inuidẽtia: hõicidia: parricidia: crudelitas: seuitia: neqcia: luxuria: petulãtia: ĩpudentia:
impudicicia: fornicatiões: adulteria: incesta: & cõtra naturã utriusq; sexus tot stupra

atq; immundicie: quas turpe est etiam dicere: sacrilegia: hereses: blasphemie: periuria:
oppressiones innocentiũ: calumnie: circũuentiones: preuaricationes: falsa testimonia:
iniqua iudicia: uiolentia: latrocinia: & quicqd talium malorum in mentẽ nõ uenit: &
tamen de uita ista hominũ nõ recedit? Verũ hec hominũ sunt maloꝝ: ab illa tamẽ
erroris & peruersi amoris radice uenientia: cũ qua omnis filius Adam nascit̃. Nam qs
ignorat cũ quãta ignorantia ueritatis: que iam ĩ infantibus manifesta est: & cum ꝗta
abundãtia uane cupiditatis que in pueris incipit apparere: homo ueniat ĩ hãc uitam:
ita ut si dimittat̃ uiuere ut uelit: & facere quicqd uelit: ĩ hec facinora & flagitia quæ
cõmemoraui & que cõmemorare nõ potui uel cũcta uel multa pueniat? Sed diuina
gubernatione nõ oĩmmõ deserente dãnatos: & deo nõ cõtinẽte in ira sua miseratiões
suas: in ipsis sensibus generis humani ꝓhibitio & eruditio cõtra istas cũ qbus nascimur
tenebras uigilant: & cõtra hos impetus opponuntur: plene tamen etiam laborum &
dolorum. Quid enim sibi uolunt multimode formidines: que cohibendis paruulorum
uanitatibus adhibentur? Quid pedagogi: quid magistri: quid ferule: quid lora: quid
uirge: quid disciplina illa qua scriptura sancta dicit dilecti filii latera esse tundenda:
ne crescat indomitus domariq; iam durus aut uix possit: aut fortasse nec possit? Quid
igitur agit̃ his penis omnibus: nisi ut debellet̃ imperitia: & parua cupiditas refrenet̃:
cum quibus malis ĩ hoc seculo uiuimus? Quid est enim qđ cũ labore meminimus: sine
labore obliuiscimur: cũ labore discimus: sine labore nescimus: cum labore strenui: sine
labore inertes sumus? Nonne hinc apparet: in quo uelut põdere suo ꝓcliuis & prona
sit uitiosa natura: & quanta ope ut hinc liberetur indigeat: desidia: segnitia: pigritia:
negligẽtia? Vitia sunt utiq; qbus labor fugitur: cũ labor etiã ipse qui est utilis pena
sit. Sed preter pueriles penas: sine quibus disci nõ potest qđ maiores uolunt: qui uix
aliquid utiliter uolunt: quod & quãtis penis genus agitet̃ humanũ: que nõ ad maliciã
nequiciamq; iniquoꝝ: sed ad cõdicioẽm pertinẽt miseriãq; cõmunẽ: quis ullo sermõe
digerit: quis ulla cogitatiõe cõprehendit: ꝗtus est metus: ꝗta calamitas: ab orbitatibus
atq; luctu: a damnis & damnationibus: a deceptiõibus & mẽdaciis hoĩm: a suspitiõibus
falsis: ab omnibus uiolentis facinoribus & sceleribus alienis: quando quidem ab eis et
depdatio & captiuitas: & uicula & carceres: & exsilia & cruciatus: & ãputatio mẽbroꝝ
& priuatio sensuũ: & oppressio corporis ad obscenam libidinẽ opprimẽtis explendã:
& alia multa horrẽda sepe cõtingũt? Quid ab innumeris casibus q forinsecus corpori
formidant̃: estibus & frigoribus: tempestatibus: hymbribus: alluuiõibus: coruscatiõe:
tonitru: grandine: fulmine: motibus: hiatibusq; terrarum: oppressionibus ruinarũ: ab
offẽsionibus & pauore uel etiam malicia iumentoꝝ: a tot uenenis fruticũ: aquarum:
aurarũ: bestiarum ac ferarum: uel tantũmodo molestiis: uel etiã mortiferis morsibus:
a rabie que contingit ex rabido cane: ut etiam blanda & amica suo domino bestia:
nõnũꝗ uehementius & amarius ꝗ leones draconesq; metuatur: faciatq; hominẽ quẽ
forte contaminauerit cõtagione pestifera ita rabiosum: ut a parẽtibus: coniuge: filiis:
peius omni bestia formidetur. Que mala patiuntur nauigantes? Que terrena itinera
gradientes? Quis ambulat ubicũq; non inopinatis subiacens casibus? De foro quidam
rediens domum sanis pedibus suis cecidit: pedem fregit: & ex illo uulnere finiuit hanc
uitam. Quid uidetur sedente securius? De sella in qua sedebat cecidit Heli sacerdos: et
mortuus est. Agricole immo uero omnes homines: quot & quãtos a celo & terra uel a
perniciosis animalibus casus metuunt agrorum fructibus? Solent tamẽ de frumentis
taudem collectis & reconditis esse securi. Sed quibusdam quod nouimus: prouentum
optimum frumentoꝝ fluuius improuisus fugientibus hominibus de horreis eiecit atq;

abstulit. Contra milleformes demonum incursus quis innocencia sua fidit: quãdoqdẽ ne quis fideret: etiam paruulos baptizatos quibus certe nihil est innocentius aliquãdo sic uexant: ut in eis maxime deo ista sinente mõstretur huius uite flenda calamitas: & alterius desideranda felicitas? Iam uero de ipso corpore tot existũt morboꝝ mala: ut nec libris medicoꝝ cũcta cõprehensa sint: í quoꝝ pluribus ac pene oíbus etiã ipsa adiumenta & medicamenta tormẽta sunt: ut homíes a penaꝝ exitio penali eruant̃ auxilio. Nõne ad hoc ꝑduxit sitiẽtes homíes ardor immãis: ut urinã quoqꝫ hũanam uel etiam suã biberent? Nonne ad hoc fames ut a carnibus hominũ abstinere se non possent: nec inuẽtos homíes mortuos: sed ꝓpter hoc a se occisos: nec quoslibet alienos: uerũ etiã filios matres ícredibili crudelitate quã rabida esuries faciebat absumerent? Ipse postrẽo somnus qui ꝓprie qetis nomẽ accepit: qs uerbis explicet sepe somniorum uisis q̃sit inqetus: & q̃ magnis licet falsarũ rerũ terroribus: quas ita exhibet & quodã/modo exprimit: ut a ueris eas discernere nequeamus: aíam miserã sensusqꝫ perturbet? Qua falsitate uisorũ etiã uigilãtes in qbusdã morbis & uenenis miserabilius agitant̃: q̃uis multimoda uarietate fallacié hoíes etiã sanos maligni demões nõnunq̃ decipiant talibus uisis: etiã si eos ꝑ hec ad sua traducere nõ potuerint sensus eorum: tamen solo appetitu qualitercũqꝫ persuadẽte falsitatis illudãt? Ab huius tam misere q̃si qbusdam inferis uite: nõ liberat nisi gratia Saluatoris Xpi dei ac domini nostri: hoc: n. nomen est ipse Iesus: interpretat̃ qppe saluator: maxime ne post hãc miserior ac sẽpiterna suscipiat: nõ uita sed mors. Nã in ista q̃uis sint ꝑfecta & ꝑ sanctos curationũ magna solatia: tamen ideo nõ semper etiã ipsa beneficia tribuũtur petentibus: ne ꝓpter hoc religio queratur: que propter aliã magis ubi mala nõ erũt omnino ulla querẽda est. Et ad hoc meliores quosqꝫ in his malis adiuuat gratia: ut q̃to fideliore: tãto fortiore corde tolerentur: ad quã rem etiã prophetiã ꝓdesse dicũt docti huius seculi: quam dii quibusdam paucis ut ait Tullius uerã dederũt. Nec hominibus inqt ab his ãn datũ ẽ maius donũ: aut potuit ullũ dari: usqꝫ adeo et ipsi cõtra quos agimus quoquomodo cõpulsi sunt: í habẽda nõ quacũqꝫ sed uera philosophia diuinã gratiã cõfiteri. Porro si paucis diuinitus datũ est uere philosophie cõtra miserias huius uite unicũ auxilium: satis et hinc apparet humanũ genus ad luendas miseriarũ penas esse damnatũ. Sicut autem hoc ut fatentur nullum diuinũ maius ẽ donum: sic a nullo deo dari credendũ est: nisi ab illo quo et ipsi qui multos deos colunt nullum dicunt esse maiorem.

¶ De iis que preter illa mala: que bonis malisqꝫ cõmunia sunt: ad iustorum laborem specialiter pertinent. ¶ Ca. xxiii.

Preter hec aũt mala huius uite bonis malisqꝫ cõmunia: habent in ea iusti etiam proprios quosdam labores suos: quibus aduersus uitia militãt: & in taliũ prelioꝝ tẽptationibus periculisqꝫ uersantur. Aliquãdo enim cõcitatius: aliquãdo remissius: non tamen desinit caro cõcupiscere aduersus spiritũ: & spiritus aduersus carnem: ut nõ ea que uolumus faciamus: omnẽ malã cõcupiscẽtiã cõsumẽdo: sed eã nobis q̃tũ diuitus adiuti possumus nõ ei consentiẽdo subdamus: uigilius cõtinuis excubantes: ne opinio uerisimilis fallat: ne decipiat sermo uersutus: ne se tenebre alicuius erroris offundant: ne quod bonũ est malum: aut qđ malũ bonũ ẽẽ credatur. Ne ab iis que agẽda sunt: metus reuocet: ne í ea que agẽda nõ sũt: cupido ꝑcipitet: ne sup iracũdiã sol occidat: ne inimicicie ꝓuocẽt ad retributionẽ mali ꝑ malo: ne absorbeat inhonesta uel immo/derata tristitia: ne impciendorũ beneficioꝝ ingerat mẽs ingrata torporẽ: ne maledicis

rumoribus bona cõscientia fatigetur: ne temeraria suspitio nostra decipiat: ne aliena de nobis falsa nos frangat: ne regnet peccatũ in nostro mortali corpore ad obediendũ desideriis eius: ne mẽbra nostra exhibeantur iniquitatis arma peccato: ne oculus sequatur cõcupiscentiã: ne uindicandi cupiditas uincat: ne in eo q̃d male delectat uel uisio uel cogitatio demoretur: ne improbum aut indecẽs uerbũ libẽter audiatur: ne fiat q̃d nõ licet etiã si libet: ne in hoc bello laborum periculorũq; plenissimo: uel de uiribus nostris speretur facienda uictoria: uel uiribus nostris nostra facta tribuãtur: sed eius gratie de quo ait apostolus: Gratias autem deo qui dat nobis uictoriam per Iesum Christũ dominũ nostrũ. Qui & alio loco: In his inq̃t omnibus supuincimus per eũ qui dilexit nos. Sciamus tamen quantalibet uirtute preliandi uitiis repugnemus: uel etiam uitia superemus: uel subiugemus: quãdiu sumus in hoc corpore nobis deesse nõ posse: unde dicamus deo: dimitte nobis debita nostra. In illo autẽ regno ubi semper cũ corpibus immortalibus erimus: nec prelia nobis erunt ulla: & debita que nusq̃ & nunq̃ essent si natura nostra sicut recta creata est pmaneret. Ac per hoc etiã iste tunc conflictus in quo piclitamur: & de quo nos uictoria nouissima cupimus liberari: ad uite huius mala pertinet: quam tot tantorumq; testimonio malorum probauimus esse damnatam.

De bonis: q̃bus etiã hãc uitã dãnatiõi obnoxiã Creator impleuit. C. xxiiii.

Nunc iam cõsiderandum est: hãc ipsam miseriam generis humani in qua laudatur iusticia punientis: quãlibet & q̃multis impleuerit bonis eiusdem bonitas cuncta que creauit: administrantis. Primũ benedictionẽ illam quã protulerat ante peccatũ dicens: Crescite: & multiplicamini: & replete terram: nec post peccatũ uoluit inhibere: mãsitq; in stirpe damnata donata fecunditas: nec illam uim mirabilem seminũ: immo etiã mirabiliorẽ qua efficiũtur et semina inditam corporibus humanis & quodãmõ intextã: uitiũ peccati potuit auferre: quo nobis impacta est etiam necessitas mortis: sed utrunq; simul currit isto quasi fluuio atq; torrente generis humani malum quod a parente trahitur: & bonum quod a creante tribuitur. In originali malo duo sunt: peccatũ atq; suppliciũ. In originali bono alia duo: propagatio & conformatio. Sed quãtum ad presentem pertinet intentionẽ nostram: de malis quorũ unum de nostra uenit audacia id est peccatũ: alterũ de iudicio dei id ẽ supplicium: iam satis diximus. Nunc de bonis dei que ipsi quomõq; uiciate dãnateq; nature contulit: siue usq; nunc confert: dicere institui. Neq; enim damnãdo aut totũ abstulit: quod dederat: alioqn nec esset oĩno: aut remouit: a sua potestate etiã cum diabolo penaliter subdidit: cum nec ipm diabolum a suo alienauerit imperio: quandoquidem ut ipsius quoq; diaboli natura subsistat: ille facit: qui summe est: et facit esse quicq̃d aliquo modo est. Duum igitur illorũ que diximus bona: etiam in natura peccato uiciata supplicioq; damnata: de bonitatis eius quodam ueluti fonte manare propagationem: in primis mundi operibus benedictiõe largitus est: a quibus operibus die septimo requieuit. Confirmatio uero in illo eius opere est: quousq; nunc operatur. Efficacem quippe potẽtiam suam si rebus subtrahat: nec progredi poterunt & suis dimensis motibus peragere tempora: nec prorsus in eo q̃ create sunt aliquatenus permanebũt. Sic ergo creauit hominem deus: ut illi adderet fertilitatem quandã: qua alios homines propagaret: congenerans eis etiam ipsam propagangi possibilitatem: non necessitatem. Quibus tamen uoluit hominibus abstulit eam deus: et steriles fuerunt. Non tamẽ generi humano abstulit semel datam primis duobus cõiugibus benedictionẽ generandi. Hec ergo ppagatio

quāuis peccato ablata non fuerit: non tamē etiam ipsa talis est: qualis fuisset: si nemo peccasset. Ex quo enim homo in honore positus: posteaq̄ deliquit comparatus est pecoribus: similiter generat. Nō in eo tamē penitus extincta ē quedā uelut scintilla rationis: in qua factus est ad imaginem dei. Huic aūt propagatiōi si cōformatio non adhiberetur: nec ipsa in sui generis formas: modosq; ꝓcederet. Si enim nō cōcubuissent homines: & nihilominus deus uellet implere terras hōibus: quomō creauit unum sine commixtione maris & femine: sic posset omnes: concumbentes uero nisi illo creante generantes esse nō possunt. Sicut ergo ait apostolus de institutiōe spiritali q̄ homo ad pietatem iusticiamq; formatur: neq; qui plantat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incremētum dat deus. Ita etiā hic dici pōt: nec q cōcumbit: nec q seminat est aliquid: sed q format deus. Nec mater que conceptū portat: & partū nutrit: est aliqd: sed qui incremētum dat deus. Ipse nanq; opatione qua nunc usq; opatur: facit ut numeros suos explicent semina: & a qbusdam latētibus atq; inuisibilibus in uolucris in formas uisibiles huius quod aspicimus decoris euoluant. Ipse incorpeam corpeāq; naturam: illā prepositā istā subiectam: miris modis copulās & cōnectens aīamtem facit. Quod opus eius tam magnū & mirabile est: ut nō solū in homine qđ ē animal rōnale: & ex hoc cūctis terrenis aīantibus excellentius: atq; p̄stantius: sed in qualibet minutissima muscula bene cōsideranti stuporem mētis ingerat: laudemq; pariat creatoris. Ipse itaq; anime humane mentē dedit: ubi ratio & intelligentia in infāte sopita est quodammō quasi nulla sit: excitanda scilicet atq; exercenda etatis accessu: qua fit scientie capax atq; doctrine: & habilis preceptioni ueritatis & amoris boni. Qua capacitate hauriat sapientiā: uirtutibusq; sit predita: qbus prudēter fortiter: tempanter & iuste aduersus errores et cetera īgenerata uitia dimicet: eaq; nullius rei desiderio nisi boni illius sūmi atq; incommutabilis uincat. Quod etsi non faciat ipsa talium bonorum capacitas in natura rationali diuinitus instituta: q̄tum sit boni: q̄ mirabile opus omnipotētis quis competenter effatur: aut cogitat? Preter enim artes bene uiuēdi: & ad immortalem ꝑueniendi felicitatē: que uirtutes uocanē: & sola dei gratia: que in xp̄o est filius pro/missionis regniq; donantur: nōne humano ingenio tot tanteq; artes sunt inuēte & exercitate: partim necessarie: partim uoluntarie? Et tam excellens uis mentis atq; rationis in iis etiam rebus: quas superfluas: immo et periculosas ꝑniciosasq; appetit: q̄tū bonum habeat ī natura unde ista potuit uel inuenire: uel discere: uel exercere: testaē. Vestimentorum & edificiorum ad q̄ mirabilia q̄ stupēda industria hūana ꝑuenerit: quo in agricultura: quo in nauigatione profecerit: que in fabricatiōe quorūq; uasoꝝ: uel etiā statuarum & picturaꝝ uarietate excogitauerit: & impleuerit: que ī theatris mirabilia spectātibus: audiētibus incredibilia faciēda & exhibēda molita sit: ī capiēdis occidendis domandis irrationabilibus animantibus: que & quanta repperit: aduersus ipsos homines tot genera uenenorum: tot armorum: tot machinamentoꝝ: & ꝓ salute mortali tuenda atq; reparanda quot medicamenta atq; adiumenta comprehenderit: pro uoluptate faucium quot condimenta & gule incitamēta repperit: ad iudicādas & suadendas cogitationes quam multitudinem uarietatemq; signoꝝ: ubi precipuum locū uerba: & littere tenēt: ad delectādos animos quos elocutiōis ornatus: q̄ diuersoꝝ carminum copiam: ad mulcendas aures quot organa musica: quos cantilene modos excogitauerit: quantam peritiam dimēsionum atq; numerorum: meatusq; & ordines siderum quanta sagacitate comprehenderit: q̄ multa rerum mundanarum cogitata cognitione se impleuerit quis possit eloqui: maxime si uelimus non aceruatim cuncta cōgerere: sed ī singulis immorari? In ipsis postrēo erroribus & falsitatibus defēdendis:

q̃magna claruerint ingenia philosophorũ atq; hereticorum qs existimare sufficiat? Loquimur enim nunc de natura mentis humane: qua ista uita mortalis ornatur: non de fide atq; itinere ueritatis: qua illa immortalis acquiritur. Huius tãte nature cõditor cũ sit utiq; deus uerus & sũmus: ipso cũcta que fecit administrãte: & summã ptãtem summãq; habente iusticiã: nunq̃ pfecto in has miserias decidisset: atq; ex his preter eos solos q liberabunt̃ in eternas eẽt itura: nisi nimis grande peccatũ ĩ homine primo de quo ceteri exorti sunt: precessisset. Iam uero ĩ ipso corpore q̃uis nobis sit cũ beluis mortalitate cõmune: multisq; eaꝝ repiat̃ infirmius: q̃ta dei bõitas: q̃ta ꝓuidẽtia tanti creatoris apparet? Nõne ita sunt in eo loca sensuũ: & cetera membra disposita: speciesq; ipsa ac figura & statura totius corpis ita modificata: ut ad ministeriũ anime rationalis se indicet factũ? Non. n. ut animalia ratiõis expertia prona esse uidemus in terram: ita creatus est homo: sed erecta in celum corporis forma admonet eũ: que sursum sunt sapere. Porro mira mobilitas que lingue ac manibus attributa est ad loquendum & scribendũ apta atq; cõueniens: & ad opera artium plurimaꝝ officioꝝq; complenda: nonne satis ostendit quali anime ut seruiret tale sit corpus adiunctum? Quanq̃ & detractis necessitatibus operandi: ita omniũ partiũ congruentia numerosa sit: & pulchra sibi parilitate respondeat: ut nescias utrum in ea condenda maior sit utilitatis habita ratio: q̃ decoris. Certe enim nihil creatũ uidemus in corpore utilitatis causa: quod non habeat etiam decoris locum. plus autẽ id nobis appareret: si numeros mensurarum quibus inter se cuncta connexa sunt: & coaptata nossemus. quos forsitã data opera in iis que foris eminẽt: hũana posset inuestigare sollertia. Que uero tecta sunt atq; a nostris remota conspectibus: sicut ẽ tanta perplexitas uenarũ atq; neruoꝝ & uiscerum secreta uitalium: inuenire nullus potest. Quia etsi medicorum diligentia nonnulla crudelis: quos anatomicos uocant: laniauit corpora mortuorum: siue etiam inter manus secantis & perscrutantis morientiũ: atq; in carnibus hũanis satis inhũane abdita cuncta rimata est: ut qd & quomõ & quibus locis curandum esset addisceret: numeros tamẽ de quibus loquor: quibus coaptatio que harmonia grece dicitur: tanq̃ cuiusdã organi extrinsecus atq; intrinsecus totius corporis constat: Quid dicã? Nemo ualuit inuenire: quos nemo ausus ẽ querere. ꝙ si noti eẽ potuissent: ĩterioribus quoq; uisceribus: que nullum ostentant decus: ita delectaret pulchritudo rationis: ut omni forme apparenti: que oculis placet: ipsius mẽtis que oculis utitur: preferretur arbitrio. Sunt uero quedam ita posita in corpore: ut tantummodo decorem habeant: nõ etiã usum: sicut habet pectus uirile mamillas: sicut facies barbam quã non esse munimẽto sed uirili ornamento: indicant pure facies feminarum: quas utiq; infirmiores muniri tutius conueniret. Si ergo nullum membrũ est in his qdem conspicuis: unde ambigit nemo ꝙ ita sit alicui operi accommodatum: ut nõ etiam sit decoꝝ: sunt aũt nõnulla quoꝝ solum decus & nullus est usus: puto facile intelligi ĩ cõditione corpis dignitatẽ necessitati fuisse prelatam. Transitura est quippe necessitas: tempusq; uenturũ quãdo sola inuicem pulchritudine sine ulla libidine perfruamur: quod maxime ad laudem referendum est conditoris: cui dicitur in psalmo. Confessionem et decorem induisti. Iã cetera pulchritudo & utilitas creature: que homini licet in istos labores miseriasq; proiecto atq; damnato: spectanda atq; sumenda diuina largitate concessa est: Quo sermone terminari potest: in celi & terre & maris multimoda & uaria pulchritudine: etiã ipsius lucis tãta copia: tamq; mirabili specie in sole ac luna & sideribus: in opacitatibus nemorũ: in coloribus & odoribus florum: in diuersitate ac multitudine uolucrũ garrularum atq; pictarum: in multiforme specie tot tantarumq; animantiũ: quorũ

illa plus habent admirationis: que molis minimũ: plus enim formicularũ & apicularũ opera stupemus: q̃ immensa corpora balenarũ. in ipsius quoq; maris tã grandi specta/culo: cum sese diversis coloribus uelut uestibus induit: & aliq̃do uiride: atq; hoc multis modis: aliquando purpureum: aliquando ceruleum est? Quam porro delectabiliter spectatur etiam quandocunq; turbatur: & fit inde maior suauitas: quia sic demulcet intuentem: ut nõ iaceat: & quatiat nauigãtem? Quid ciborum usq; quaq; copia cõtra famem: quid saporum diuersitas contra fastidium nature diffusa diuinitus: nõ cocorũ arte ac labore quesita? Quanta in multis rebus tuẽde ac recuperande salutis auxilia: q̃ grata uicissitudo diei alternãtis & noctis: aurarũ quã blanda temperies: in fruticibus & pecoribus indumentorum conficiendorum quanta materies: omnia commemorare quis possit? Hec autem sola: que a me uelut in quẽdam aggerẽ sunt coartata: si uellẽ uelut colligata inuolucra soluere atq; discutere: quanta mihi mora esset in singulis quibus plurima continentur? Et hec omnia miserorum sunt damnatorumq; solatia: nõ premia beatorũ. Que igitur illa sunt: si tot ac talia & tanta sunt ista? Quid dabit eis quos predestinauit ad uitam: qui hec dedit eis quos predestiauit ad mortem? Quæ bona in illa beata uita faciet eos sumere: pro quibus ĩ hac miseria unigenitum filium suum uoluit usq; ad mortem mala tanta perferre? Vnde Apostolus de ipsis in illud regnum predestinatis loquens. Qui proprio inquit filio non pepercit: sed pro nobis omnibus eum tradidit: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Cum hec promissio complebitur: quid erimus: quales erimus: que bona in illo regno accepturi sumus: quandoquidem Xp̃o moriente pro nobis tale iam pignus accepimus? Qualis erit spiritus hominis nullum omnino habẽs uitium: nec sub quo iaceat: nec cui cedat: nec contra quod saltem laudabiliter dimicet: pacatissima uirtute p̃fectus? Rerum ibi omnium q̃ta q̃ speciosa q̃ certa scientia: sine aliquo errore uel labore: ubi dei sapientia de ipso suo fonte potabitur cum summa felicitate: sine ulla difficultate? Quale erit corpus qd̃ oĩmõ spiritui subditũ: & eo sufficiẽter uiuificatũ: nullis alimõtis indigebit: nõ .n. aĩale sed sp̃itale erit: habẽs qdẽ carnis sed sĩ ulla carnali corruptiõe substãtiã?

De peruicacia quorundam: qui resurrectionem carnis: quã sicut predictũ ẽ: totus mũdus credit: impugnant. C. xxv.

Verum de animi bonis: quibus post hanc uitam beatissimus perfruet: nõ a nobis dissentiunt philosophi nobiles: qui de carnis resurrectione conten dunt. Hanc quantum possunt negant: sed credentes multi: negantes paucissimos relĩquerunt: et ad Xp̃m qui hoc quod istis uidetur absurdum: in sua resurrectione mõstrauit: fideli corde conuersi sunt docti & indocti: sapiẽtes mundi: & insipiẽtes. Hoc enim credidit mũdus: quod predixit deus. q etiã hoc predixit: q̃ hanc rem mũdus fuerat crediturus. Neq; enim Petri maleficiis eam cũ laude credentiũ tanto ante prenunciare cõpulsus est. Ille est enim deus quem sicut iam dixi aliquotiens nec commemorare me piget: confitente Porphyrio atq; id oraculis deorum suorum probare cupiẽte: ipsa numina perhorrescunt. Quem sic laudauit: ut eum & deum patrem & regem uocaret. Absit.n. ut sic intelligenda sint: que predixit: quomodo uolunt ii qui hoc cum mundo non crediderunt: q̃ mundum crediturum esse predixit. Cur enim non potius ita sicut crediturus tanto ante predictus est mundus: non sicut paucissimi garriunt: qui cũ hoc mundo q̃ crediturus predictus est: credere noluerunt? Si enim propterea dicunt alio mode esse credẽda: ne si dixerint uana esse conscripta: iniuriam faciant illi deo: cui tã

magnũ perhibent testimoniũ: tantam prorsus ei uel etiã grauiorẽ faciunt iniuriam: si aliter dicunt esse intelligenda: non sicut mundus ea credidit: quem crediturum ipse laudauit: ipse promisit: ipse compleuit. Cur enim non potest facere ut resurgat caro & uiuat ineternum? An propterea credendum non est id eum esse facturũ: q̃a malũ est atq; indignum deo? Sed de omnipotentia eius: que tot & tanta facit incredibilia: iam multa diximus: si uolunt inuenire: quod omnipotens non potest habent. prorsus ego dicam: mentiri non potest. Credamus ergo quod potest: non credendo q̃d non potest. Non itaq; credentes q̃ mentiri possit: credant esse facturum: quod facturum esse promisit. Et sic credant: sicut id credidit mundus: quem crediturum esse predixit: quem crediturum esse laudauit: quem crediturum esse promisit: quem credidisse iam ostendit: hoc autem malum esse unde demõstrauit. Non erit illic ulla corruptio: q̃d est corporis malum. De ordine elementorum iam disputauimus: de aliis hominum coniecturis satis diximus. Quãta sit futura in corpe incorruptibili facilitas motus: de presentis ualitudinis bone temperamento: que utiq; nullo modo illi comparanda est immortalitati: in libro. xiii. satis ut opinor ostendimus. legant superiora operis huius: qui uel non legerunt: uel nolunt recolere: quod legerunt.

Quo modo Porphyrii definitio q̃ beatis animis putatꝰ corpus eẽ fugiendũ: ipsius Platõis sentẽtia destruatꝰ: q̃ dicit summum deũ diis ꝓmisisse: ut nunq̃ corpibus exuerentꝰ. C. xxvi.

SEd Porphyrius ait inquiunt: ut beata sit anima corpus omne esse fugiendũ. nihil ergo prodest quia incorruptibile diximus futurum corpus: si anima beata non erit nisi corpus omne effugerit. Sed iam: & hinc ĩ libro memorato quãtum oportuit disputaui. uerum hic unum inde tantum commemorabo. Emẽdet libros suos istorum omnium magister Plato: & dicat eorum deos: ut beati sint sua corpora fugituros: id est esse morituros: quos in celestibus corporibus dixit inclusos. Quibus tamen deus a quo facti sunt: quo possent esse securi immortalitatẽ id ẽ in eisdẽ corporibus eternã permansionem: non eoꝝ natura id habente: sed suo consilio preualente promisit. Vbi etiam illud euertit quod dicunt. quoniam est impossibile ideo resurrectionem carnis non esse credendam. Apertissime q̃ppe iuxta eundem philosophũ: ubi diis a se factis promisit deus non factus immortalitatem: quod impossibile est: se dixit esse facturũ. Sic enim eum locutum narrat Plato. Quoniam estis orti inq̃t: immortales esse & dissolubiles non potestis. Non tamen dissoluemini: neq; uos ulla mortis fata perimẽt: nec erunt ualentiora q̃ consilium meum: quod maius est uinculum ad perpetuitatem uestram: q̃ illa quibus estis colligati. Si non solum absurdi: sed surdi nõ sunt: qui hec audiunt: non utiq; dubitant diis factis ab illo deo qui eos fecit: secundum Platonẽ q̃d est impossibile fuisse ꝓmissum. Qui enim dicit uos q̃dem immortales esse nõ potestis: sed mea uoluntate immortales eritis: quid aliud dicit: quã id: quod fieri non potest: me faciente tamen eritis? Ille igitur carnem incorruptibilem: immortalem: spiritalem resuscitabit: qui iuxta Platonem id quod impossibile est: se eẽ facturũ promisit. Quid adhuc quod promisit deus: q̃ deo promittẽti credidit mundus: qui etiam ipse ꝓmissus est crediturus: esse impossibile clamant: quandoquidem nos deum qui etiam secundum Platonem facit impossibilia: id facturũ eẽ clamamus? Non ergo ut beate sint anime corpus est omẽ fugiendũ: sed corpus incorruptibile recipiendũ. Et ĩ quo cõueniẽtius incorruptibili corpore letabuntur: q̃ in quo corruptibili gemuerunt? Sic enim non

in eis erit illa dira cupiditas quã posuit ex Platõe Virgilius ubi ait. Rursus & incipiẽt in corpora uelle reuerti. Sic inquam cupiditatem reuertendi ad corpora nõ habebũt: cum corpora in que reuerti cupiunt: secum habebunt: & sic habebunt ut nunq̃ non habeant: nunq̃ ea prorsus uel ad exiguum quamlibet tempus ulla morte deponant.

¶ De contrariis definitionibus Platonis atq; Porphyrii in qbus si uterq; alteri cederet: a ueritate neuter deuiaret. Ca. xxvii.

Singula quedam dixerunt Plato atq; Porphyrius: que si inter se communicare potuissent: facti essẽt fortasse Christiãi. Plato dixit: sine corporibus animas in/eternum esse non posse. Ideo enim dixit etiã sapiẽtium animas post quãlibet longũ tempus tamen ad corpora redituras. Porphyrius autem dixit animam purgatissimã cũ redierit ad patrẽ: ad hec malã mundi nunq̃ esse redituram. Ac per hoc quod uerũ uidit Plato si dedisset Porphyrio: etiam iustoꝝ atq; sapientiũ purgatissimas animas ad humana corpora redituras. rursus quod uerum uidit Porphyrius si dedisset Platõi: nunq̃ redituras ad miserias corruptibilis corporis animas sanctas: ut non singuli hec singula: sed ambo ut singuli utrunq; dicerent: puto ꝙ uiderẽt esse iam consequens: ut & redirẽt anime ad corpa: & talia reciperẽt corpora: in qbus beate atq; immortaliter uiuerent. Quoniam scd'm Platonem etiã anime sancte ad humana corpora redibũt. scd'm Porphyrium ad mala mundi huius sancte anime nõ redibunt. Dicat itaq; cum Platone Porphyrius redibunt ad corpora. dicat Plato cum Porphyrio non redibũt ad mala: & ad ea corpora redire consentiẽt: in quibus nulla patiant mala. Hec itaq; non erunt nisi illa que promisit deus: beatas animas in eternum cum sua eterna carne facturus. Hoc enim q̃tum existimo iam facile nobis cõcederẽt ambo: ut q fatereñtur ad immortalia corpa redituras aĩmas eẽ sanctoꝝ: ad sua illas redire pmitterẽt: ĩ qbus mala huius seculi ptulerũt: in qbus deũ ut his malis carerẽt: pie fideliterq; coluerunt.

¶ Quid ad uerã resurrectiõis fidẽ: uel Plato: uel Labeo: uel etiam Varro conferre potuerint: si opiniões eorum in unam sententiam conuenissent. ¶ Ca. xxviii.

Nonnulli nostrum propter quoddam preclarissimum loquendi genus: & propter nõnulla que ueraciter sensit: amantes Platonem dicũt eum aliquid simile nobis etiam de mortuoꝝ resurrectione sensisse. Quod qdem sic tangit in libris de republica Tullius: ut eum lusisse potius q̃ ꝙ id uerum esset affirmando dicere uoluisse. Inducit enim hominem reuixisse: & narrasse quedã que platonicis disputatõibus cõgruebant. Labeo etiã duos dicit uno die fuisse defũctos: & occurrisse inuicem in quodã cõpito. Deinde ad corpa sua iussos fuisse remeare: & cõstituisse ĩter se amicos se eẽ uicturos: atq; ita esse factum donec postea morerentur. Sed isti autores talem resurrectionem corporis factam fuisse narrarunt: quales fuerunt eorũ quos resurrexisse nouimus: & huic quidem redditos uite: sed non eo modo ut non morerentur ulterius. Mirabilius autem quoddam Marcus Varro ponit in libris quos conscripsit de gente Populi Ro. cuius putaui uerba ipsa ponẽda. Genethliaci qdam scripserunt inqt: esse in renascẽdis hominibus quam appellant Palmigenesiam: greci hanc scripserunt confici in annis numero q̃d ringentis q̃draginta. ut idem corpus & eadẽ anima que fuerant cõiuncta in homine aliquando: eadem rursus redeant in coniunctionem. Iste Varro quidem

sive Genethliaci illi nescio qui: non enim nomina eorum prodidit quorum cõmemorauit sententiam: aliqd dixerunt: qđ licet falsum sit: cũ. n. semel ad eadẽ corpa que gesserunt anime redierint: nunq̃ ea postea sunt relicture: tamen multa illius impossibilitas quæ contra nos isti garriunt argumenta conuellit & destruit. Qui enim hæc sentiunt siue senserunt: non eis uisum est fieri non posse: ut dilapsa cadauera in auras: in puluerẽ: in cinerem: in humores: in corpora uescentium bestiarum: uel ipsorum quoq; hominum: ad id rursus redeãt quod fuerũt. Quapropter Plato & Porphyrius: uel potius quicunq; illos diligunt & adhuc uiuunt: si nobis consentiunt: etiam sanctas animas ad corpora redituras sicut ait Plato: nec tamen ad mala ulla redituras sicut ait Porphyrius: ut ex his fiat consequens qđ fides pdicat christiana: talia corpa recepturas in quibus sine ullo malo ineternũ feliciter uiuãt. Assumãt etiã hoc de Varrõe: ut ad eadẽ corpa redeãt in quibus antea fuerũt: & apud eos tota questio de carnis ineternũ resurrectiõe soluetur.

De q̃litate uisiõis: q̃ in futuro seculo sancti deũ uidebunt. C. xxix.

NVnc iam quid acturi sint in corporibus immortalibus atq; spiritalibus sancti: nõ adhuc eorũ carne carnaliter sed spiritaliter iam uiuente: q̃tum dominus dignatur adiuuare uideamus. & illa qdem actio uel potius quies: atq; otiũ: q̃le futurũ sit si uerũ uelim dicere: nescio. Non. n. hoc unq̃ p sensus corpis uidi. Si autẽ mẽte. i. intelligentia uidisse me dicam: q̃tum est aut quid est nostra intelligentia ad illã excellentiam? Ibi est enim pax dei: que sicut dicit Apostolus supat omnẽ sensũ uel intellectũ: quẽ nisi nostrũ: aut fortasse etiã sanctorum angelorum? Non. n. & dei. Si ergo sancti in dei pace uicturi sunt: pfecto in ea pace uicturi sũt: que supat omnem intellectũ. Quoniã q nostrũ qdem supat: nõ est dubiũ. Si autem superat & angelorum: ut nec ipsos excepisse uideat qui ait omnẽ intellectũ: scđm hoc dictum esse debemus accipere quia pacem dei qua ipse deus pacatus est: sicut deus nouit non eam nos sic possumus nosse: nec ulli angeli. Superat itaq; omnem intellectum: non dubium qđ preter suum. Sed quia et nos pro modo nostro pacis eius participes facti: summam in nobis atq; inter nos & cũ ipso pacem: quantum nostrum summum est obtinebimus. Isto modo pro suo modo sciunt eam sancti angeli: homines autem nunc longe infra quantumlibet prouectu mentis excellant. Considerandum est enim quantus uir dicebat. Ex parte scimus et ex parte pphetamus: donec ueniat quod perfectum est. Et uidemus nũc per speculũ in enygmate: tunc autẽ facie ad faciem. Sic iam uident sancti angeli: qui etiã nostri angeli dicti sunt: qa eruti de potestate tenebrarum: & accepto spiritus pignore translati ad regnum Christi: ad eos angelos iam cepimus pertinere: cũ quibus nobis erit sancta atq; dulcissima de qua iam tot libros scripsimus dei ciuitas ipsa cõmunis. Sic sunt ergo angeli nostri: qui sunt angeli dei: quemadmodũ Christus dei Christus est noster. Dei sunt quia deum non reliquerunt: nostri sunt: qa suos ciues nos habere ceperũt. Dixit autem dominus Iesus. uidete ne cõtemnatis unum de pusillis istis. dico enim uobis: qa angeli eorum in celis semper uident faciem patris mei: qui in celis est. Sicut ergo illi uident: ita et nos uisuri sumus: sed nondum ita uidemus: propter quod ait Apostolus: quod pauloante dixi. Videmus nunc per speculum in enygmate: tunc autem facie ad faciem. Premium itaq; fidei nobis uisio ista seruatur. De qua et Iohannes Apostolus loquens: cum apparuerit inquit similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Facies autẽ dei manifestatio eius intelligenda est: non aliquod tale membrorum quale nos habemus in corpore: atq; isto nomine nuncupamus. Quapropter cũ a me querit:

quid acturi sunt sancti in illo corpore spiritali: non dico quod iam uideo: sed dico qđ credo: scđm illud quod in psalmo lego. Credidi propter qđ locutus sum. Dico itaq;. uisuri sunt deum in ipso corpore: sed utrum per ipsum sicut per corpus nūc uidemus: solem: lunam: stellas: mare: ac terram: & que sunt in ea: non parua questio est. Durū est enim dicere: ꝙ sancti talia corpora tunc habebunt: ut non possint oculos claudere atq; aperire cum uelint. Durius autem ꝙ ibi deum qsquis oculos clauserit nō uidebit. Si enim Propheta Heliseus puerum suum Giezi absens corpore: uidit accipientem munera que dedit ei Naaman Syrus: quē Propheta memoratus a lepre deformitate mūdauerat: quod seruus nequā domino suo non uidēte latenter se fecisse putauerat: q̃to magis in illo corpore spiritali uidebūt sancti omnia: nō solum si oculos claudāt: uerū etiā unde sunt corpore absentes. Tunc enim erit ꝑfectum illud de quo loquens Apostolus: ex parte inquit scimus & ex parte prophetamus. cum autē uenerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est: Deinde ut quomodo posset aliqua similitudine ostenderet: quantū ab illa que futura est: distet hec uita: nō q̃liumcunq; hominū: uerum etiā qui precipua hic sanctitate sunt prediti: cū essem inqt paruulus: quasi paruulus sapiebam: quasi paruulus loquebar: q̃si paruulus cogitabam. Cum aūt factus sum uir: euacuaui ea que paruuli erant. Videmus nūc ꝑ speculū in enygmate: tunc aūt facie ad facie. Nunc scio ex parte: tunc aūt cognoscā: sicut & ego cognitus sum. Si ergo in hac uita: ubi hominum mirabilium prophetia ita comparanda est illi uite quasi paruuli ad iuuenem: uidit tamen Heliseus seruū suum accipientē munera ubi ipse non erat: ita ne cum uenerit qđ perfectum est: nec iam corpus corruptibile aggrauabit animam: sed incorruptibile nihil impediet: illi sancti ad ea que uidenda sunt: oculis corporeis quibus Heliseus absens ad seruum suum uidendum nō indiguit: indigebūt? Nam scđm interpretes. lxx. ista sunt ad Giezi uerba Prophete. Nonne cor meum erat tecum: quando conuersus est uir de curru in obuiam tibi: & accepisti pecuniam: & cetera? Sicut autem ex hebreo interpretatus ē presbyter Hieronymus. Nonne cor meum inquit in presenti erat: quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Corde ergo suo se dixit hoc uidisse Propheta: adiuto qdem mirabiliter nullo dubitante diuinitus. Sed quanto amplius tunc omnes munere isto abundabūt: cum deus erit omnia in omnibus: habebunt tamen etiam illi oculi corporei officium suum: & in loco suo erunt: utet̃q; ille spiritus per spiritale corpus. Neq;.n. & ille Propheta quia non eis indiguit ut uideret absentem: non eis usus est ad uidēda presentia: que tamen spiritu uidere posset etiam si illos clauderet: sicut uidit absentia ubi cum eis ipse non erat. Absit ergo ut dicamus illos sanctos in illa uita deum clausis oculis nō uisuros: quem spiritu semper uidebunt sed utrum uidebūt et per oculos corporis cum eos apertos habebūt. inde questio est. Si enim tantum potuerūt in corpore spiritali eo modo utiq; etiam ipsi oculi spiritales. quantum possuut isti quales nunc habemus: proculdubio per eos deus uideri non poterit. longe itaq; alterius erunt potentie: si per eos uidebitur incorporea illa natura: que non continetur loco: sed ubiq; tota est. Nō enim quia dicimus deum & in celo eē & in terra: ipse quippe ait per Prophetā: celum & terram ego impleo: aliam partem dicturi sumus eum ĩ celo habere: & aliā in terra: sed totus in celo est totus in terra: non alterius temporibus: sed utrunq; simul: qđ nulla corporalis natura potest. Vis itaq; prepollentior oculorum erit illoꝝ: non ut acutius uideant q̃ quidam perhibentur uidere serpentes: uel aquile: q̃talibet enim acrimonia cernendi eadem quoq; animalia nihil aliud possunt uidere q̃ corpora: sed ut uideant & incorporalia. Et fortasse ista uirtus magna cernendi data fuerit ad horam etiam

in isto mortali corpore oculis sancti uiri Iob: quando ait ad deū. In obauditu auris
obaudiebam te prius: nunc aūt oculus meus uidet te: propterea despexi memetipsum
& distabui: & existimaui me terram & cinerem. Quamuis nihil hic prohibebat oculū
cordis ītelligi: de quibus oculis ait Apostolus. Illuminatos oculos habere cordis uestri.
Ipsis autem uideri deum cum uidebitur: christianus ambigit nemo: q fideliter accipit
quod ait ille magister deus. Beati mundo corde quoniā ipsi deum uidebunt. Sed utrū
etiam corporalibus ibi oculis uideatur: hoc in ista questiōe uersamus. Illud enim qđ
scriptū est: & uidebit omnis caro salutare dei: sine ullius nodo difficultatis sic intelligi
potest: ac si dictum fuerit. Et uidebit omīs homo Christum dei: qui utiq; in corpore
uisus est & in corpore uidebitur: quando uiuos & mortuos iudicabit. Quod autē ipse
sit sulutare dei: multa sunt & alia testimonia scripturarū. Sed euidentius uenerandi
illius senis Simeonis uerba declarant. Qui cum infantem Christū accepisset in manus
suas: nunc inquit dimittis domine seruum tuum secūdum uerbum tuum in pace: qm̄
uiderūt oculi mei salutare tuum. Illud etiam quod ait supra memoratus Iob: sicut in
exēplaribus que ex hebreo sunt inueniť: & in carne mea uidebo deū: resurrectionem
quidē carnis sine dubio prophetauit. Non tamē dixit per carnem meā. Quod qdem
si dixisset: posset deus Christus intelligi qui per carnem in carne uidebitur. Nunc uero
potest & sic accipi. In carne mea uidebo deum saluatorē meū. Ac si dixisset. In carne
mea ero cum uidebo deum. Et illud quod ait Apostolus: facie ad faciem: nō cogit ut
deum per hanc faciem corporalē ubi sunt oculi corporales: nos uisuros eē credamus:
quem spiritu sine intermissione uidebimus. Nisi enim esset etiam interioris hominis
facies: non diceret idem Apostolus. Nos autē reuelata facie gloriā domini speculātes:
in eādem imaginem trasformamur: de gloria in gloriam: tanq̄ a domini spiritu. Nec
aliter intelligimus quod in psalmo canitur: Accedite ad eum & illuminamini: & facies
uestri non erubescent. Fide quippe acceditur ad deum: quam cordis esse constat non
corporis. Sed quia spiritale corpus nescimus q̄tos habebit accessus: de re qppe inexpta
loquimur: ubi aliqua que aliter intelligi nequeat diuinarū scripturarū nō occurrit:
sed succurrit autoritas: necesse est ut contingat ī nobis quod legitur in libro sapiētie.
Cogitationes mortalium timide & incerte prouidentie nostre. Ratiotinatio quippe
illa philosophoꝝ: qua disputant ita mētis aspectu intelligibilia uideri: & sensu corpis
sensibilia id est corporalia: ut nec intelligibilia per corpus: nec corporalia per seipsam
mens ualeat intueri. sed posset nobis eē certissima pfecto certū esset per oculos corpis
etiam spiritales nullo modo posse uideri deum. Sed istā ratiotinationem & uera ratio
& prophetica irridet autoritas. Quis enim ita sit auersus a uero: ut dicere audeat deū
corporalia ista nescire? Nuuqd ergo corpus habet: p cuius oculos ea possit addiscere?
Deinde qđ de Propheta Heliseo pauloante diximus: nonne satis indicat etiā spiritu
non per corpus posse cerni corporalia? Quando enim seruus ille munera accepit: utiq;
corporaliter gestum est: quod tamen Propheta nō per corpus sed per spiritum uidit.
Sicut ergo constat uideri corpora spiritu: quid si tanta erit potentia spiritalis corpis:
ut corpore uideatur & spiritus? Spiritus enim est deus. Deinde uitam quidem suam
qua nunc uiuit in corpore: & hec terrena membra uegetat facitq; uiuentia: interiore
sensu quisq; non per corporeos oculos nouit: aliorum uero uitas cū sint inuisibiles per
corpus uidet. Nam unde uiuentia discernimus a nō uiuentibus corpora: nisi corpora
simul uitasq; uideamus: quas nisi per corpus uidere non possumus? Vitas autem sine
corporibus corporeis oculis non uidemus. Quamobrem fieri potest: ualdeq; credibile
est: sic nos esse uisuros mundana tunc corpora celi noui: & terre noue: ut deum ubiq;

presentem & uniuersa etiam corporalia gubernantem: per corpora que gestabimus: & que conspiciemus: quaq̃uersum oculos duxerimus clarissima ꝑspicuitate uideamus: nō sicut nūc inuisibilia dei per ea: que facta sunt intellecta cōspiciuntur: ꝑ speculū in enygmate: & ex parte: ubi plus ī nobis ualet fides qua credimus: q̃ rerū corporaliū species q̃m per oculos cernimus corporales: sed sicut homīes inter quos uiuētes motusq; uitales exercentes uiuimus: mox ut aspicimus non credimus uiuere: sed uidemus: cum eorum uitā sine corporibus uidere nequeamus: quā tamē in eis per corpora: remota omni ambiguitate conspicimus. Ita quacunq; spiritalia illa lumina corpoꝝ nostroꝝ circumferemus: incorporeum deum omnia regentem etiam per corpora cōtuebimur. Aut ergo sic per illos oculos uidebitur deus: ut aliqd habeāt in tanta excellentia mēti simile: quo & incorporea natura cernatur: qđ ullis exēplis siue scripturaꝝ testimoniis diuinarum uel difficile: uel impossibile est ostēdere. Aut qđ est intelligendū facilius: ita deus nobis erit notus atq; cōspicuus: ut uideatur spiritu a singulis nobis in singulis nobis: uideatur ab altero in altero: uideatur in seipso: uideat̄ in celo nouo: & in terra noua: atq; in oīnī que tunc fuerit creatura: uideatur & per corpora in omni corpore: quocunq; fuerint spiritalis corporis oculi acie peruenīente directi: patebunt etiam cogitatiōes inuicem nobis. Tunc enim implebitur quod Apostolus cū dixisset nolite ante tempus quicq̃ iudicare: mox addidit donec ueniat dominus & illumīet abscōdita tenebrarum: & manifestet cogitationes cordis: & tunc laus erit unicuiq; a deo.

De eterna felicitate Ciuitatis dei: Sabbatoq; perpetuo. Ca.xxx.

QVāta erit illa felicitas: ubi nullum erit malum: nullum latebit bonum: uacabit̄ dei laudibus: qui erit omnia in omnibus? Nam quid aliud agetur: ubi neq; ulla desidia cessabitur: neq; ulli indigētia laborabitur nescio. Admoneor etiā sācto cātico ubi lego uel audio. Beati q habitant in domo tua domine: in secula seculoꝝ laudabūt te. Omnia membra & uiscera incorruptibilis corporis: que nunc uidemus per usus necessitatis uarios & motus distributa: quoniam tunc non erit ipsa necessitas: sed plena: certa secura: sempiterna felicitas: proficiēt laudibus dei. Omnes quippe illi de quibus iam sum locutus: q nunc latent harmonie corporalis numeri: non latebūt: intrinsecus & extrinsecus per cuncta corporis dispositi: & cum ceteris rebus que ibi magne atq; mirabiles uidebūtur: rationales mētes in tāti artificis laude rationabilis pulchritudinis delectatione succedent. Qui motus illic talium corporum sint futuri: temere definire nō audeo: quod excogitare non ualeo. tamē & motus & status sicut ipsa species decēs erit: qcunq; erit ubi quod non decebit non erit. Certe ubi uolet spiritus ibi erit ꝓtinus corpus: nec uolet aliqd spiritus qđ nec spiritū possit decere: nec corpus. Vera ibi gloria erit: ubi laudantis uec errore quisq̃ nec adulatione laudabitur. uerus honor: qui nulli negabitur digno: nulli deferetur indigno. Sed nec ad eum ambiet ullus indignus: ubi nullus permittetur eē nisi dignus. Vera pax ibi est: ubi nihil aduersi nec a seipso: nec ab alio quisq; patietur. premium uirtutis erit ipse: qui uirtutem dedit: eiq; seipsum quo melius & maius nihil possit eē ꝓmisit. Quid est enim aliud: quod per Prophetam dixit. Ero illorum deus: & ipsi mihi erunt plebs: nisi ego ero unde satientur: ego ero quecūq; ab omnibus honeste desiderātur: & uita & salus & uictus & copia: & gloria & honor: & pax & oīnia bona? Sic.n.et illud recte intelligit̄ quod ait Apostolus: ut sit deus oīnia in omnibus. Ipse finis erit desideriorum nostrorum: qui sine fine uidebit̄: sine fastidio amabitur: sine fatigatione laudabit̄: hoc munus: hic affectus: hic actus

profecto erit omnibus: sicut ipsa uita eterna communis. Ceterum qui futuri sint pro meritis premiorum etiam gradus honorū atq; gloriarum: quis est idoneus cogitare? Quanto magis dicere? Quod tamen futuri sint non est ambigendum. Atq; id etiam beata illa ciuitas magnum in se bonū uidebit: quod nulli superiori ullus inferior inui/debit: sicut nunc non inuidēt archangelis angeli ceteri. tam nolet esse unusquisq; qđ non accepit: quamuis sit pacatissimo cōcordie uinculo ei qui accepit obstrictus: q̃ nec in corpore uult oculus esse qui est digitus: cum membrum utrunq; contineat totius carnis pacata compago. Sic itaq; habebit donū alius alio minus: ut hoc quoq; donū habeat nec uelit amplius. Nec ideo liberum arbitrium non habebunt: quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum a delectatione peccandi: usq; ad delectationem nō peccandi indeclinabilem libertatē. Nam primū liberū arbitriū quod homini datum est quando primum creatus est rectus: potuit non peccare: sed potuit & peccare. hoc autem nouissimum eo potentius erit: quo peccare non poterit. Verum hoc quoq; dei munere: nō sue possibilitate nature. Aliud est enim esse deum: aliud participem dei. deus natura peccare nō potest: particeps uero dei ab illo accipit ut peccare non possit. Seruandi autem gradus erant diuini muneris: ut primū daretē liberum arbitrium quo nō peccare homo posset: nouissimum quo peccare nō posset. atq; illud ad comparandum meritum: hoc ad recipiendum premium pertineret. Sed quia peccauit ista natura cū peccare potuit: largiore gratia liberatē: ut ad eā pducatē libertatē in qua peccare non possit. Sicut enim prima immortalitas fuit quā peccādo Adam perdidit: posse non mori: nouissima erit non posse mori. ita primum liberum arbitriū posse non peccare: nouissimum non posse peccare. Sic enim erit inamissibilis uoluntas pietatis & equitatis: quomodo & felicitatis. Nam utiq; peccādo nec pietatē nec felicitatem tenuimus: uolūtatem uero felicitatis nec perdita felicitate perdidimus. Certe deus ipse nunquid qa peccare nō potest: ideo liberū arbitriū habere negandus est? Erit ergo illius ciuitatis & una in oībus & inseparabilis ī singulis uolūtas libera: ab omni malo liberata: & impleta omni bono: fruens indeficiēter eternorꝫ iucūditate gaudiorum: oblita culparum: oblita penarum: nec tamen ideo sue liberationis oblita: ut liberatori suo sit ingrata. Quantum ergo attinet ad scientiam rationalem: memor preteritorum etiam malorum suorum: quātum autem ad experientis sensum prorsus immemor. Nam & peritissimus medicus: sicut arte sciuntur: omnes fere morbos corpis nouit: sicut autem corpore sentiunt: plurimos nescit: quos ipse nō est passus. Vt ergo scientie malorum due sunt: una qua potentiam mentis non latent: altera q̃ expientis sensibus inherent: aliter quippe sciuntur omnia uitia per sapientie doctrinam: aliter per insipientis pessimam uitam: ita & obliuiones malorum due sunt: aliter ea namq; obliuiscitur eruditus & doctus: aliter expertus: & passus. Ille si peritiam negligat: iste si miseria careat. Secundum hanc obliuionem quam posteriore loco posui: non erunt memores sancti preteritorum malorum. Carebūt enim omnibus malis: ita ut penitus deleantur de sensibus eorum: ea tamen potentia scientie que magna in eis erit: non solum sua preterita: sed etiam damnatorū eos sempiternā miseria non latebit. Aliogn si se miseros fuisse nesciturī sūt: quomodo: sicut ait psalmus: misericordias dn̄i ineternū cantabunt? Quo cantico in gloriam gracie Xp̄i cuius sanguine liberati sumus: nihil erit profecto illi iucundius ciuitati. Ibi perficietur: uacate & uidete quoniam ego sum deus. Quod erit uere maximum sabbatum non habens uesperam. quod commendauit dominus in primis operibus mūdi ubi legitur. Et requieuit deus ī die septima ab oībus operibus suis que fecit: & benedixit deus diem septimum & sanctificauit eum: quia in

eo requieuit ab omnibus operibus suis que incboauit deus facere. Dies enim septimus etiam nosipsi erimus: quando eius fuerimus benedictione & sanctificatione pleni atq; refecti. Ibi uacantes uidebimus quoniam ipse est deus: quod nobisipsi esse uoluimus: quando ab illo cecidimus audientes a seductore eritis sicut dii: & recedentes a uero deo quo faciente dii essemus eius pticipatione non desertiõe. Quid enim sine illo fecimus: nisi q̄ i ira eius defecimus: a quo refecti & gratia maiore pfecti: uacabimus in eternũ uidentes qa ipse est deus: quo pleni erimus quando ipse erit omnia ĩ omnibus? Nam et ipsa opera bona nostra: quãdo ipsius potius intelligunt̃ q̃ nostra: tũc nobis ad boc sabbatum adipiscendũ imputãtur. Quia si nobis ea tribuerimus seruilia erunt: cum de sabbato dicatur. Omne opus seruile in eo nõ facietis. Propter quod & p Ezecbielem Propbetam dicitur: Et sabbata mea dedi eis in signum inter me & inter eos: ut scirẽt qa ego dominus qui sãctifico eos. Hoc perfecte tũc sciemus q̃do pfecte uacabimus: & pfecte uidebimus qa ipse est deus. Ipse etiã numerus etatum ueluti dierum: si scd̃m eos articulos temporis cõputentur qui in scripturis uidẽtur expressi: iste sabbatismus euidentius apparebit qm̃ septimus inuenitur. Vt prima etas tanquã primus dies sit ab Adam usq; ad diluuiũ: Secunda inde usq; ad Abraam: nõ eq̃litate tẽpoꝝ sed numero generationũ. denas qppe babere reperiũtur. Hinc iam sicut Mattbeus Euangelista determinat: tres etates usq; ad Xp̃i subsequũtur aduentũ: que singule denis & q̃ternis generatiõibus explicant̃. Ab Abraam usq; ad Dauid una. Altera inde usq; ad trans/migrationem in Babyloniã. Tertia inde usq; ad Xp̃i carnalẽ natiuitatẽ. Fiunt itaq; om̃es qnq;. Sexta nũc agitur nullo generationũ numero metienda: propter id quod dictum est: Non est uestrũ scire tẽpora que pater posuit in sua potestate. Post banc tanq̃ in die septimo reqescet deus: cũ eundem diẽ septimũ q̃d nos erimus in seipso deo faciet requiescere. De istis porro etatibus singulis: nunc dĩligẽter longũ est disputare. Hec tamen septima erit sabbatum cuius finis non erit uespera: sed dominicus dies uelut octauus eternus qui Cbristi resurrectione sacratus est: eternã nõ solũ spiritus uerum etiã corporis requiẽ prefigurans. Ibi uacabimus & uidebimus. uidebimus & amabimus. amabimus & laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine. Nam quis alius est noster finis: nisi peruenire ad regnum cuius nullus est finis? ¶ Videor mibi debitum ingẽtis buius operis adiuuante domino reddidisse. Quibus parum: uel quibus nimiũ est: mibi ignoscant. Quibus autem satis est: non mibi sed deo mecum gratias congratulantes agant. Gloria & bonor patri & filio & spiritui sancto: Omnipotenti deo in excelsis in secula seculorum Amen.

Aspicis illustris lector quicunq; libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cõradus suueynbeym: Arnoldus pãnartzq; magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

¶ M.CCCCLXX.

